



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



L 9

**HARVARD COLLEGE
LIBRARY**



**FROM THE LIBRARY OF
JAMES JACKSON HIGGINSON
(CLASS OF 1857)
OF NEW YORK**

JUNE 15, 1917



PUB. TERENTII AFRI

COMŒDIÆ SEX.

VOL. III.

Delph. et Var. Clas.

Terent.

α

PUB. TERENTII AFRI

COMŒDIÆ SEX

EX EDITIONE WESTERHOVIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN TERTIUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1824.

L 9 **Harvard College Library**
June 15, 1917
From the Library of
James J. Higginson
New York

NOTÆ VARIORUM

IN

P. TERENTII AFRI COMŒDIAS.

EX EDITIONE AMSTELOD.

1686. 8vo.

NOTÆ VARIORUM

IN

P. TERENTII AFRI COMŒDIAS.

ANDRIA.

ELII DONATI V. C. ORATORIS UR-
BIS ROMÆ, COMMENTARIUS] *Commen-*
tarium hunc, qui Elio Donato Oratori
urbis Romæ adscribitur, sic quidem illius
esse censeo, ut integriorem multo eum
olim extitisse mea quidem opinio sit ;
qualem autem nunc habemus, Collecta-
nea potius sive Excerpta dicenda esse,
quam ipsissimum Donati opus. Id quod
arguere videntur frequentes asterisci, et
quod totiens eadem repetantur, nonnulla
etiam parum dilucide explicantur. Quin
etiam Hieronymus Comment. in Eccles.
cap. 1. attestatur, Donatum præcepto-
rem suum, cum versiculum illum, Nihil
est dictum, quod non sit dictum pri-
us, interpretaretur ; Pereant, dixisse,
qui ante nos nostra dixerunt. Quæ
sane verba in hisce Commentariis nunc
minime leguntur. Dein, quæ ex Probo
et aliis hic adferuntur, quis negaret ea
collectoris potius studio, quam Donati
judicio inserta esse ? Præter hunc enim
et alios plures certum est in Terentium
Commentaria edidisse : Euanthium, pu-
ta, Arantium Celsum, Flavium Ca-
prum, Helenium Acronem, Asprum,
Probum, Nigidium, et, si vera lectio,
Adesonem. De Euanthio, Rufinus
Grammaticus de Metris Terentianis :

Delph. et Var. Clas.

Euanthius in commentario Terentii de fabula, hoc est, de comœdia, sic dicit. *Reliquos Charisius Sospater et Donatus ipse in hisce Commentariis laudant. At quidquid sit, contenti simus hoc Catone, qui ex tantorum naufragio solus periculum qualiter qualiter evasit. Lindenbrogius.*

P. Terentii Andria] Ainnt non ita olim scriptum fuisse, sed, *Andria Terentii*, ita ut nomen Fabulæ præponeretur nomini Poëtæ, quia, scilicet, nondum inclaruisset Terentius. Quod et falsum est et nugatorium, ac istis capitibus dignum. Deinde ante hanc Fabulam alias dederat Terentius, quod nemo ante me animadvertit, et uno verbo mox ostendam. Deinde, quid isthuc ? *Andria Terentii*, et *Terentii Andria*, qui differunt ? Ride igitur. Tamen Georgius Fabricius id a librariis neglectum fuisse queritur. Causam, credo, illi præbuerunt excerpta illa Pseudo-Donati, quæ ego interdum nihil video insulsum magis. Id quod verum esse ostendam cum in Urbem venero, et locupletem aliquem Typographum mihi nancisci datum fuerit. Neque enim nunc Commentarios scribimus. Grandi ære opus

Terent.

3 T

est, et otio opimo; quæ genera haud facile hic crescunt. *Faber.*

Titulus, seu Didascalía] Pseudo-Donatus *Titulum* vocat, Interpretes Græcorum Poëtarum Didascaliam aut Didascalias appellitant. Olim autem, ut ex scholiis doctorum hominum discimus, ideo Tituli Comædiis aut Tragædiis præfigebantur, ut inde lectores scirent quæ dicam modo. Erat ea longe maximæ utilitatis; nam ex eo apparebat quo tempore, qua occasione actæ essent Fabulæ. Ibi Magistratum nomina, si Archontes illi, sive Ædiles, sen Consules essent, notari mos erat. Earum Didascaliarum plurima, eaque satis expressa, vestigia exstant in priscis illis Græciæ Doctoribus. Sed hoc in primis dolendum, quod ex omnibus illis Didascaliiis nulla hodie superest, quæ pro vera et germana haberi possit: nam ne hæ quidem Terentianæ ad nos integræ pervenerunt, id quod facile probare possimus. At quod de Fabulis dico, et earum Didascaliiis, id ego de iis tantum Fabulis intelligi velim, quæ ad celebritates dierum festorum, ad Cerealia, ad Megalesia, ad Dionysia, ad Floralia, &c. pertinerent; aliter, nullæ Didascalie. Ratio est quod cum approbatione Magistratum non edebantur omnes Fabulæ. At quæ ad dies festos celebrandos edebantur, illæ vero in ædibus summorum Magistratum prius agebantur, quam vilis plebeculæ aures earum recitatione pascere. In eam rem Terentius satis idoneus testis esse possit, in Eunucho prologo, ubi de nescio quo malevolo veteri Poëta, (Lusc. Lanuvino,) sic scribit: 'Nunc quam acturi sumus, Menandri Eunuchum postquam Ædiles emerunt, Perfecit sibi ut inspicundi esset copia. Magistratus cum ibi adesset, accepta est agi,' &c. Hoc addo etiam: In illis Didascaliiis notatum fuisse pretium, quod Poëta ex ærario accepisset, ut ex illis hodiernis excerptis discere est. Inter-

dum in iis quoque honorum mentio fiebat, tæniarum, florum, unguentorum, &c. in Græcia, scilicet, ubi theatricum illud genus honestum; non Romæ. Dein quis Musicæ Modus, seu Nomus, in agenda Fabula adhibitus fuisset. Nomina etiam Actorum, qui Principes Gregis fuissent, in iis signari solebant. Sed cur in his Didascaliiis, seu Titulis Latinis, Ædiles Consulibus præponuntur? Quia Indorum publicorum cura ad Ædiles Majores, seu Cûrules, pertinebat. Consul tamen iis etiam nomina addita, idque necessario; neque enim anni Romani per Ædiles, sed per Consules numerabantur. Verum de his satis esto: 'Quod dixi minus, id omnes facile viderint.' *Idem.*

Modos fecit] Gall. dicas, *fit la musique de cette Comedie.* Alibi pro, *modos fecit*, scriptum est, *modulavit.* *Idem.*

Flaccus Claudii] Ante Muretum legebatur, *Claudii filius*; pessime. Nam iste Flaccus debuit esse libertus, non ingenuus. Histronica enim apud Græcos quidem, in honore erat, ita ut et Actores Comædiarum interdum legationes ad Reges obirent; (in vita Philippi;) Romæ infamis erat, nisi in Togatis, et, ut videor notasse, in Atellanis; quæ probrosæ non erant, aut valde fallor. *Idem.*

Tibiis paribus] De tibiis paribus, imparibus, dextris, sinistris, Serranis, Lydiis, &c. olim egit Donatus, J. Scaliger, P. Victorius, Paulus Manutius, et nuper Salmasius. Isaacus quoque Casaubonus aliquid de isto argumento attigit in illo optimo libello de Satyra et Satyrica. Sed adeo inter se diversa apud eos reperias, ut quamvis ea diu multumque legeris, aliquid tamen semper desideres. Scilicet vidiisse et audisse oportuit tibiæ illarum formas, genera, et harmonias; absque eo sit, nihil certi constituas. Contentus itaque magnos viros indicasse per quos aliquatenus in eo negotio proficiatur,

hinc abeo, ubi et te et me etiam musico cantu oblectavero.

AD PALLADEM MINERVAM.

Cerebri liquor paterni, Pallas Attica,
Mollis medulla, sanguen et succus
Jovis,

Quæ nec deam, nec feminam, matrem
cies,

Te, Diva, merito vates sapientem vo-
cant :

Quæ olim tumentes cum videres buc-
culas,

Nitidosque ocellos nimio tendi spi-
ritu,

Irata in undas tibiam projeceris.

O bene, quod illam nigris merse-
ras aquis!

Bene, quod volueras esse nullam ti-
biam,

At, qui profundo sustulit mersam
vado,

Debebat ille consu- gula emori,

Debebat ille Marsyæ fatum oppo-
tens,

Siccæque arenas tabo irrorans visce-
rum,

Pellem boanti præbuisse tympano,

Tantum illa Doctis tibia concinnat
mali.

Salve itaque, o Pallas, unici germen
Jovis,

At vos perite, vos perite, tibiæ. *Faber.*

Tota Græca] Nil attinuit dicere, *tota*, et delendum est, ut alibi. Omnes enim Terentii Comædiæ sunt totæ Græcæ, imo totæ Atticæ, id est, nihil in iis ex consuetudine et moribus Romanorum admistum videas: (nam olim erravit Donatus, qui alicubi tale aliquid sibi animadvertisse visus est:) at pleræque Plauti Fabulæ, etiamsi Græcæ illæ sunt, tamen totæ Græcæ non sunt. *Idem.*

M. Marcello, C. Sulpicio Coss.] Hic dicebatur C. Sulpicius Gallus, ille ipse de quo in vita Terentii apud Suetonium. Ille et ipse est, de quo Cicero in Bruto. Alter dicebatur M. Cl. Marcellus. Utriusque consulatus

incidit in annum Urbis DLXXXVII. Ceterum qui hanc Fabulam primam esse inter Terentianas putant, (et sic credi ab omnibus video,) illi falluntur. Annon ita scriptum in Prologo Andriæ est? *In prologis scribendis operam abutitur.* Id ita est. *Abutitur* autem, ut ex Plauto et Jurisconsultis constat, nihil aliud est, quam, *consumit*. Qui autem potest fieri, ut in *prologis scribendis operam suam abuti* dicatur, qui nullam ante Comædiam scripserit? Falsum itaque est Andriam inter Terentianas Fabulas primam esse. Nil ego istis Didascalis facile credo, nil Suetonio, nil Pseudo-Donato; at Terentio, alia res. Illi fides debetur, certe ubi de se agit; neque enim decipi potuit; alii potuerunt. An, putas, ipse diceret se plures scripsisse Prologos qui nullam prius Comædiam edidisset? *Faber.*

In Prologum. Constat senariis Iambicis sive trimetris: ubi in 11. vs. *Færnus* et alii τὸ *argumento* τρισηλλάβος legunt, eliso u per syncopen, Guyetus transpositione sanat *versum* sicut et in 15. metrum emendat: quando alii primum pedem Bacchium tolerant: *id isti* — —. Prologis Terentianis non est propositum, ut argumentum fabulæ narratur, sed ut partim studia Poëtæ commendentur, partim criminationibus adversariorum, id est, Luscii Laviniui sive Lavinii respondeatur. Utraque res singulari Poëtæ ingenio artificioque peragitur. Sed de priore paucis agendum puto. Multum erat commendationis eo tempore in nomine et studiis Poëtæ: itaque Scipiones etiam et Lælii ducebant sibi laudi, si, hanc artem eos coluisse, publice constaret. Hinc et statim magnifice ab initio auditur illud: 'Poëta, cum primum animum ad scribendum appulit;' itemque alterum; 'In his Poëta nomen proficitur suum,' ac ejus generis plura: et

studium quoque tam nobile sæculo commendatur, ac ad ornandos populi mores refertur: 'Nolite sinere per vos artem musicam Recidere ad paucos:' nec dignationis parum inserta opportune sententia habet: 'in medio omnibus Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.' Ingenium et doctrinam suam ne commendare, quamquam actoris voce, ipse videretur, industriæ et studii nomine potissimum censi voluit: spectatoribus autem et auditoribus omne de successu laboris sui iudicium transcripsit. Quæ res inprimis honorifica populo, de modestia insuper Poëtæ et civili animo abunde testabatur: cum præsertim ad æquitatem iudicantium, tanquam ad tutissimum adversus maledicos præsidium, se confugere non perfunctorie ubique demonstrat: sed et illud non parum ad favorem promerendum potest: quod non alias se scribendi causas habere, quam ut delectaret pariter ac prodesset, magna asseveratione profitetur. Nam quod de fame in prologo Phormionis inseritur, ad propositum adversarii pertinet, qui criminando fabulas Terentii hoc efficere studebat, 'ut a studio ad famem rejiceretur:' quod, remota orationis invidia, tale est, sicut de Poëta actor testatur: futurum scilicet fuisse, si crimina adversarii valuisent, 'Ut in otio esset potius quam in negotio.' Actoris etiam laudes, Poëtæ prorsus: præsertim senis, diu ad populum clari, quem, ut auctoritatem sibi in scena tribueret (prol. Hec.) non dedecuit: cum Poëtam ipsum vix quicquam magis, quam dissimulatio auctoritatis, decere videretur. Cæterum, quæ crimini dabantur Poëtæ ab adversariis, hæc fere sunt: primo, quod Græcis suffragaretur, quicquid scriberet; deinde, quod amicorum potius ingenio, quam suo adjutaretur; denique quod tenni oratione et scriptura levi uteretur. Hæc

dispersa per prologos, aptius fuerit simul nosci. In primo crimine multa egregia occurrunt: de imitatione, quam furti minime accusari posse, erudite Poëta ostendit. Exempla ponemus ante rationes: quibus, si et multa et antiqua sunt, facile populus acquiescit. Nævium ergo, Plautum, Ennium, veteres denique Terentius ait hoc facitasse, quod vitio Lavinius ipsi dederat. Ita Cicero se defendit: (lib. 1. de fin. cap. 2.) 'Quamquam si plane sic verterem Platonem et Aristotelem, ut verterrunt nostri Poëtæ fabulas; non male, credo, mererer de meis civibus, sed ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem: sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam interdictum puto: locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, et maxime ab iis, quos modo nominavi, cum inciderit, ut id apte fieri possit: ut ab Homero Ennius, Afranius a Menandro solet.' Et quidni liceret, ex aliena lingua in suam transferre quædam, (cum præsertim non exiguæ artis hoc sit,) cum Isocratem ferant, teste Plutarcho, panegyricum suum e Gorgiæ et Lysiæ scriptis, eadem lingua compositis, transtulisse? Proximū est, ut animus imitatoris spectetur: agnosci velit an latere cum imitatur: si dissimulat, furtum videri possit, non imitatio: se autem nunquam hoc non confiteri, ostendit Terentius. Apposite Cicero in Bruto (c. 19.) 'Nec vero tibi aliter videri debet: qui a Nævio vel summissi multa, si fateris; vel, si negas, surripuisti. Et M. Seneca suaviora 3. 'hoc' (Nicetis Ingenium) dicebat Gallio, Nasoni suo valde placuisse; itaque fecisse, quod in multis aliis versibus Virgilius fecerat, non surripiendi causa, sed palam imitandi: hoc animo ut vellet agnosci.' Adscribam et Plinii verba ex præfatione admirandi operis: 'Scito,' inquit, 'conferentem auctores me de-

prehendisse a juratissimis et proximis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos: non illa Virgiliana virtute ut certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de Republica Platonis se comitem profitetur, in consolatione filiz, Crantorem, inquit, sequor: item Panætium de officiis: obnoxii profecto animi, et infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, cum præsertim sors fiat ex usura. Ex his non tantum intelligitur, quid furti nomine suspectandum sit, quid non: sed etiam alia ratio subministratur, quæ non minus ad Terentii defensionem pertinet: qui non audet equidem dicere, se certasse cum Græcis, quos imitatur, (quamquam de successu hujus rei nemo erudite cogitans dubitare velit;) sed *personas quasdam ait transulisse ex Græcis in Latinas fabulas, et quidem antequam alius eam materiem præoccupasset; aut locum ab alio omissum sibi desumpsisse; aut etiam, ex duabus Comædiis, quæ convenere, in unam conduxisse; aut denique, argumentum, quod in Græcâ simplex erat, duplicasse*: hæc omnia scilicet ingenii et artis hand parum Inculenta sunt testimonia apud peritos censors: quibus ne approbandam quidem verbosius hanc causam esse, oratorii vero consilii est, quod censuit. De altero crimine in Vita Poëtæ agitur. De oratione autem sive stilo, in quo sublimius aliquid desiderant, qui nodum in scirpō quærun, ante diximus, cum judicia veterum adferrentur; et sæpius in posterum dicemus. Nunc illa verba considerari volumus, cum dicit: 'Nam in prologis scribendis operam abutitur, Non qui argumentum narret, sed qui malevoli Veteris poëtæ maledictis respondet.' Decreverat Terentius, nunquam argumentum in prologo narrare; sed in parte fabulæ, id est, in protasi: quos autem daret prologos, extra fabulam eos constituere.

Id enim aptius, et ad venustatem novæ Comediæ accommodatius videbatur. Verum quod artis causa fecit, quæ jubet *πάρεν ἐν τοῖς πρῶτοις ὑποκρίσιν*, id oratorie ad necessitatem retulit: tum ut excusatus suam a maledictis adversariorum famam tueretur, tum ut citra jactantiam, non sine dissimulatione, quæ sæpe pars modestiæ est, a consuetudine *τῶν πάλαι προλογίζεσθαι* discederet. Res digna ingenio nostri Poëtæ, nec prætereunda. *Bacclerus.*

1 *Poëta quum primum animum ad scribendum appulit*] Principium factum est a commendatione personæ, quod prudens, quod honestus Terentius. Et honore Poëtæ potius, quam Terentium dixit: ut illum hoc ipso, de quo laborat, nomine ornaret. *Donatus.*

Poëta quum primum] Omnis hujus prologi intentio hoc agit, ut novo Poëtæ veniam parer, et veteri odiam: et ut, quam maxime modestam minimeque errantem Terentium probet. *Idem.*

Poëta quum primum animum ad scribendum appulit] Sensus hic est: Proponuerat quidem Poëta noster, ut in Prologis argumenta narraret: sed hoc imputat *Lucio Lavinio* adversario, qui eum facere non permisit, quod proponuerat, maledictis suis ad respondendum eundem provocans. *Idem.*

Appulit] *Appellere* proprie dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad litus accesserit. Virgilius: 'Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.' *Idem.*

Appulit] In secunda lectione attulit fuit: sed *appulit* magis: nam postea sic, *Animum ad uxorem appulit.* *Idem.*

2 *Id negoti*] Modo pro molestia et cura; non labore. *Donatus.*

3 *Populo ut placerent*] *Ut*, ne non significat; nec est modo conjunctio. *Idem.*

Populo ut placerent] Ut quas fecisset fabulas, eæ populo placerent. *Farnabius*.

Fabulas] Ad fecisset retulit *fabulas*, non ad *placerent*. Et est figura syllepsis. *Donatus*.

Fecisset] Bene fecisset, non scripsisset. Unde et Poëtæ ἀρδ τοῦ ρουῖν, id est, a faciendo dicti sunt. Sic Virgilius: 'Pollio et ipse facit nova carmina.' *Idem*.

4 *Verum aliter multo intelligit*] Sic Virgilius: 'Major rerum mihi nascitur ordo.' Et: 'Majus opus moveo.' Non enim hoc se elegisse dicit, sed quasi ex ordine ipso natum sibi esse. *Idem*.

Intelligit] Quod credimus plerumque falsum: quod intelligimus, certum est. *Aliter* autem, contra significat. Virgilius: 'Diis aliter visum.' *Idem*.

Verum aliter multo intelligit] Adeo nec præparaverat, nec intenderat quemquam lædere, ut spe falsus, lacessitusque hoc faciat. *Idem*.

5 *Nam in prologis scribendis*] Opera enim, quam in Prologo locatam oportuit ut argumentum narraret, necesse habet abuti, id est, aliter quam instituerat impendere in calumniæ depulsione, ut diluat maledicta malevoli Poëtæ Luscii Lavini, quem tamen non nominat. Cautum quippe erat, ne quis in theatro proscienderetur. *Farnabius*.

Operam abutitur] De hoc loco actum modo est ad Titulum. *Faber*.

Operam abutitur] Utimur fructibus rei, quæ ab amantibus salvo usu nobis subministratur. *Abutimur*, quando deperdimus et rem et fructum. Nam usui est ager, domus: abusu vinum, oleum, et cætera hujusmodi. Cicero: 'Non debet' (inquit) 'ea mulier, cui vir bonorum suorum usum fructum legavit, cellis vinariis et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus, legatus est: ea inter se sunt contra-

ria.' Hæc in Top. *Donatus*.

Operam abutitur] Archaice. *Plant.* 'Nosque aurum abusus.' *Bacchid.* Act. II. Scen. 3. 'Hoc argentum alibi abutar.' *Persa* Act. II. Scen. 2. hoc est, ntendo consumam, inquit *Turnebus* l. I. c. 8. et ab illo *Pareus*. *Farnabius*.

6 *Qui*] *Qui* valet ut: ut narret, ut respondeat. *Idem*.

Argumentum narret] Quod vere prologi est officium. *Donatus*.

Qui] Pro ut: ergo non est modo pronomen. *Idem*.

Sed qui malevoli veteris Poëtæ] Primum a natura, *malevoli*: deinde a tempore, vel ab invidia, *veteris*: a signo æmulationis, *Poëtæ*. *Idem*.

7 *Veteris*] *Vetus* plerumque ad laudem; interdum ad vituperationem, ut hic et alibi, *Vetus, veteris senex*. *Idem*.

Veteris] Pro cariosi et quasi rancidi posuit, atque ideo malevoli, non criminibus, sed maledictis. Quid autem inter maledictum et crimen intersit, docet Cicero in Tusculanis. *Idem*.

Veteris] Ratio invidiæ. *Idem*.

Poëtæ] Causa insectationis. *Idem*.

Maledictis] Criminatio adversarii. *Idem*.

Veteris Poëtæ] Quia senex Lucius edebat fabulas, adolescentulo tunc Terentio. Et eleganter, 'Malevoli veteris maledictis': commendatio Poëtæ a persona adversarii. *Idem*.

Respondent] Excusatio respondentis, quod non obsistat, sed respondeat. *Idem*.

8 *Nunc quam rem vitio dent*] Utrum, nunc animadvertite: an, nunc vitio dent. Et oratorie quasi multos facit, cum unum supra dixerit. Ut Virgilius: 'Desiste manum committere Teucris.' *Idem*.

Nunc quam rem vitio] Propositio est. *Idem*.

Quam] Qualem. *Idem*.

Vitio dent] Vituperent, culpent.

Vituperare, est mala vitio dare, et etiam bona. *Donatus*.

Advertite] Legitur et attendite. Unde manifestum est, et advertite, et attendite, non esse plenum, nisi addideris *animum*. *Idem*.

9 *Menander fecit Andriam*] Narratio est. Et proprie *fecit*: scribit enim Terentius, qui verba adhibet tantum: facit Menander, qui etiam argumentum componit. Sed sæpe ad laudem Terentii: *fecit*, pro eo, quod est, transtulit. *Idem*.

Andriam et Perinthiam] Comœdias Græcas; ab Andro insula Maris Ægei una Cycladum, et Perintho Metropoli amplissima in ora Propontidis inter Byzantium et Callipolim, Leuclavio Heracles, hoc est, *Pantheo*. Farnabius.

10 *Utravivis*] Prima scena Perinthiæ pene iisdem verbis quibus Andria scripta est; cætera dissimilia sunt, exceptis duobus locis, altero ad versus xi. altero ad versus xx. qui in utraque fabula positi sunt. *Donatus*.

Qui norit unam, ambas noverit] Omnem rem uno versu noverit. *Id.*

Utravivis] Deest harum. *Idem*.

11 *Non ita dissimili sunt*] Ordo, Ita non sunt. Ergo ita subdistinguentium. *Idem*.

Non ita dissimili sunt argumento] Ita, pro valde et caute. Potuit enim dici, Quomodo ergo sunt duæ dissimili oratione? *Idem*.

Ita] Ne Menandrum culpæ videatur, Ita adjunxit, quod laudis est. *Idem*.

Sed tamen] Discretio est a superioribus, et est *ἀνακρίσεις*: non enim supra posuit quidem. *Idem*.

Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen, &c.] Sic ordinanda verba sunt: (*Ita sunt non dissimili, &c.*) Gallicæ dixeris: *tant l'intrigue en est semblable, quoy que d'ailleurs le stile et la composition ne se ressemblent pas*. Apud Veteres, tamen interdum erat

superfluum, aliquando idem valebat ac modo, aut tantum; id quod observari poterit. *Faber*.

Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen] Ex *argumento* eliditur u, per syncopam, ut sit *argumento*, sicut ex *tegumen* fit *tegmen*, ex *tegumentum* *tegumentum*, ex *salsamentum* *salmenum*. *Færnus*.

12 *Oratione ac stylo*] *Oratio* in sensu est, *stylus* in verbis. *Oratio* ad res refertur, *stylus* ad verba. *Stylus* non est in tempore, sed prolata oratione. *Oratio* autem est in cogitatione et in prolata. *Orationem* in sententiis dicunt esse, *stylum* in verbis, *argumentum* in rebus. Ergo in poemate oratio est. *Donatus*.

13 *Quæ convenere in Andriam*] Apparet non de industria, sed casu esse translata ea, quæ de Perinthia in Andriam eodem sensu iisdemque verbis perscripta fuerunt. *Idem*.

Quæ convenere in Andriam] Unam ergo non duas transtulit. *Idem*.

Quæ convenere in Andriam] Quæ apta et comoda fuerunt in Andriam Latinam, non Græcam, fatetur translatisse. Sed quare se ocerat Terentius, cum possit videri de una translatisse? Sic solvitur, Quia conscius sibi est, primam scenam de Perinthia esse translata, ubi senex ita cum uxore loquitur, ut apud Terentium cum liberto: at in Andria Menandri solus senex est. *Idem*.

15 *Id isti vituperant factum*] Isti, ad reprehensionem sumitur personæ: interdum rei reprehensionem significat: ut Virgilius: "Quid petis istis?" *Idem*.

Vituperant] Vitium rei parant. *Id.*

In eo disputant] Istud, in eo, Gallicæ veritas: *Et là dessus*; vel, *Et quand ces Docteurs sont sur cette matière, ils prétendent prouver qu'on ne doit jamais de deux Comédies Grecques en faire une Latine*. *Faber*.

Disputant] Immorantur, calumniantur, argumentantur. *Donatus*.

Id isti vituperant factum, atque in eo disputant] Vel abjecto d ex *id*, ea syllaba per synalophen eliditur, vel ex *isti* s eliso, prior ejus dictionis syllaba brevis fit: ut primus pes sit anapæstus: vel *vituperant* fit trisyllabum, eliso e, per syncopen: quod aliqui malunt. *Færnus*.

Disputant] Dissentiunt, ex *dis* et *putant*. *Farnabius*.

16 *Contaminari*] Proprie *contaminare* est, manibus luto plenis aliquid attingere: et *contaminare* attingere est et polluere. *Virgilius*: 'Linquere pollutum hospitium,' id est, contaminatum. *Donatus*.

Contaminari] Tangi et relinqui polluta manu, ac per hoc velut fœdari aut maculari, ut ipse ait: 'Ne hoc gaudium contamine vitæ ægritudine aliqua.' *Idem*.

Contaminari non decere] Id est ex multis unam non decere facere. *Id.*

Contaminari non decere Fabulas] *T.* *Livius* *contaminare* et *confundere* una simul junxit, neque id semel, ubi de conjugiiis plebeiiorum cum familiis nobilioribus egit. Contagitum, contagimen, contamen, contamino. *Attago*, *attagi*, *attagitum*, *attagimen*, *attamen*, *attamino*. *Justinus* lib. xxxi. 'Nequis illas attaminaret:' id est, *attigeret*, vel, ut hodie dicimus, *attingeret*. *Faber*.

Contaminari] Commisceri mistas et inter se confusas fœdari. 'Multas contaminasse Græcas, dum facit paucas Latinas:' *Prolog. Heautont*. 'Ne hoc gaudium contaminetur vitæ ægritudine aliqua.' *Farnab.*

17 *Faciant ne*] *Ne* quidam corripunt, et cum interrogatione pronuntiant: quidam producant. Quorum alii *ne* pro *nec* accipiunt, id est, non. Alii *ne* pro valde, ut: *Ne ego homo sum infelix*. Et *Cicero*: 'Ne illi vehementer errant.' Et hoc melius: nam statim infort: *Qui cum hunc*, &c. *Donatus*.

Faciant ne] Ita scribendam, non

faciant ne. *Livius*, ut opinor, ex *Latinis* primus, hac particula *ne*, male usus est. Eam quidem *millies* usurpat *Plautus*, sed nunquam sine aliquo ex pronominiibus adjuncto. Ita et ea usum esse *Ciceronem*, compertior, *ne tu*, *ne nos*, *ne iste*, *ne vos*, *ne illi*, &c. Nempe sub *Tiberio* sua edidit *Livius*, ut ex eo apparet, quod alicubi dicat, se audivisse de *Divo Augusto*, &c. At *Latinitas*, germana illa, inquam, et pura *Latinitas*, jam tunc retro sublapsa ruebat; quod patrum nostrorum memoria polere sensit *Victorius*, hodie pauci sentiunt. *Faber*.

Faciant ut nihil intellegant] Est isthac ex optima illa veteri *Latinitate*, pro, nihil intelligunt. *Cicero* et *Plautus* locis infinitis; et *Terent.* alibi. *Idem*.

Faciant ne intelligendo ut nihil intellegant] Hæc particula, *ne*, ubicunque apud auctores invenitur, pro valde, vel pro o quam, non fere in illo libro nec antiquo nec recenti, per diphthongum scripta invenietur, sed per e purum: itaque etiam legisse et scripsisse videtur *Donatus*, dicens, 'Hanc particulam *ne*, hic et correpte cum interrogatione pronuntiant, et producte accipi posse, pro valde:' ubi nulla de diphthongo mentio est, sed tantummodo de correptione et productione syllabæ: quod si quis contendat, hanc particulam *Græcam* esse; et ideo *Græco* more scribendam, negaverim ego mihi liquere an *Græca* sit: cum præsertim in *Latino* sermone diversam a *Græca* significationem obtineat: postremo et *Donati* auctoritatem et omnium librorum fidem opponam. Cæterum quod *Donato* melius videtur, *ne*, pro valde accipi, considerent observatores linguæ *Latinæ*, an ea particula in hæ ipsa significatione usurpari possit sine alicujus adjunctione pronominis. Nam et in exemplis ab *Donato* adductis, et in iis, quæ nos observavi-

mun, hæc particula post se aliquod habet pronomen: ut, 'Ne isti vehementer errant.' Et, 'Ne iste haud mecum sentit:' nec quonquam fallat exemplum Lucilii infra ab Donato adductum, 'Ne in arce bovem discorpei magnifice, inquit:' nam ne quem in arce ex libris scriptis legendum est. *Færnus*.

Ne] Nimis, multum, plurimum. *Idem*.

18 *Qui cum hunc accusant, Nervium, Plantum, Ennium Accusant]* In singulis magna emphasis auctoritatis: sed ordo non est servatus. Ennius namque ante Plantum fuit: sed quod est summæ auctoritatis, Ennius ultimum dixit. *Donatus*.

Qui cum hunc] Terentium, inquit, specialiter accusantes, nesciunt se bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur: et argumentum est ab exemplo et auctoritate. *Idem*.

20 *Quorum, &c.]* Cum quibus errare negligenter mavult, quam malevolorum ignobilem sectari curiositatem. *Farnab.*

Negligentiam] Hoc loco, negligentia sumitur pro ea scribendi aut disponendi argumenti ratione, quæ sit liberior paulo, et præceptiuncularum secuta, ita ut ex duabus interdum Comædiis id sumas, quod uni conveniat, et tibi ad eam esse aptum videatur. Id enim est de quo agitur in hoc Prologo. *Faber*.

23 *Dehinc ut quiescent]* Recte: nam quiescere ille dicitur, qui est insolens et inquietus. *Donatus*.

Perro] In fatrum, dixit. *Idem*.

Mense] Terribiliter dixit. Cicero: *Mense: prædico, ante denuntio*. Liberatus culpa, etiam terret, alibi etiam criminatus adversarios. *Idem*.

24 *Favete]* Jam ad auditores convertitur, a quibus favorem captat. *Idem*.

Favete] Quasi dicat, Hoc adversarii faciunt. Vos autem, quod in vobis est, favete. Vos ergo favorem fa-

cite. Et *adeste*, non ut absentibus dicit, quippe qui corporibus præsto erant: sed, intenti estote, favete, silete. Sic et pontifices dicunt, *Favete lingua*. Favete verbis. Unde Virgilius: 'Ore favete omnes.' *Donatus*.

Favete] Rituale. 'Favere linguis: Hoc verbum, non ut plerique existimant, a favore trahitur: sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla mala voce obstrepente.' Seneca de Beata Vita cap. XXVI. 'Quod multo magis,' &c. *Farnabius*.

Adeste] Animis, scilicet, auxilium; præbete: ut advocatus reo dicitur adesse. *Donatus*.

Equo animo] Ab honesto. Et *rem cognoscite*. A iusto. *Cognoscite*. Per-noscite. Sic dixit, *Cognoscite ut per-noscatis*, quemadmodum in Hecyra: 'Orator ad vos venio ornatu prologi, Sinite exorator sim.' *Idem*.

Rem cognoscite] Interpretes non notant, hoc verbum esse proprium fori et iudiciorum; neque id hic tantum, sed et in Prologo Eanuchi, et alibi; sic, *cognitio*, et *cognitor*; Horatius, Cicero, Plinius Secundus; 'ade-ram in cognitione,' &c. *Faber*.

25 *Ut pernoscatis]* Ab utili. *Donatus*.

Ut pernoscatis] Alii ex Ms. *Ut pernoscat is*, id est, Poëta. *Farnabius*.

Spes] *Spes*, et *sperare*, verba sunt mediæ significationis, id est, quæ nec bonum significant nec malum. *Sperare* enim, est proponere sibi aliquid eventarum, quaecunque illud sit. Et errant graviter omnes omnino Grammatici, et quotquot viderim figurarum Rhetoricarum tractatores, qui dicant esse catachresin (seu abasionem) in hoc Virgilli versu: 'Hunc ego si potui tantum sperare dolorem;' et apud impurissimum Satyrophagum: 'Quartanam sperantibus ægria.' Nulla ibi catachresis est: *Æris* enim, et *ἀρίστω*, sic apud Græcos sumuntur; quod latissime ad ma-

jorem Terentium ostendam. Hæc res tamen minus observata effecit ut permulti antebac erraverint, hodieque errant, in explicatione versus illius, qui hunc Prologum claudit; de quo jam. *Faber*.

Reliquum] Sunt qui pro *reliquorum* accipiant: ut sit sensus, De hac fabula sumite specimen, ut sciatis an cæteræ vobis spectandæ sint. Nam postmodum dictum alio prologo, 'Alias cognostis ejus, quæso hanc noscite.' *Donatus*.

Reliquum] Quasi diceret, Postremum: ergo adverbium est, id est, τὸ λοιπόν. Sed sive hoc *reliquum* dicit, sive *reliquum* pro *reliquorum*, geminato x scribitur. *Idem*.

26 *De integro*] Utrum denuo, an ex integris Græcis? *Idem*.

Quas faciet comædias] Syllepsis, ut supra, ad verbum enim *faciet* declinavit, non ad *spectandæ sint*. *Idem*.

27 *Spectandæ*] Proprie, ut fabulæ, id est, probandæ. *Idem*.

Spectandæ an exigendæ sint vobis prius] Tò exigere, est explodere, exsillare, ut in Prologo Hecyræ, 'Novas qui exactas,' et alibi: at, τὸ prius, significat potius. Itaque Pa-

ræi explicatio, ea vero nullus est pretii. In nota superiori fontem ipsum erroris aperui. Quod autem quidam dicunt de Judicibus Fabularum, id sane verum est; et tres, quatuor locos ex Aristophane in eam rem aliquando producam. Sed hoc quidem loco, de illis Judicibus non agitur. Addit enim Poëta (*vobis*). Ergo non illis quinque Judicibus quæis usus in Græcia fuit, non Romæ. Illud etiam (*prius*), de quo supra, possit et in sensu recepto sumi; ut prius explosa fuerit Fabula quam spectata; quod ipsum et Terentius ipse sibi interdum evenisse testatus alicubi est. *Faber*.

Exigendæ] Excludendæ. *Donatus*.

Exigendæ sint vobis prius] Excludendæ, quia displicent, ex mente ipsius Terentii, qui sum ipsius sententiæ promus condus opt. v. Hecyræ Prolog. 'Novas qui exactas feci ut inveterascerent,' et mox, 'Partim sum earum exactus: partim vix steti:' ut ut Pareo placet *examinandæ*, a Censoribus scilicet, qui Athenis constituti de Comicis et Comædiis judicandis. *Farnabius*.

ACTUS I.

SCENA I. Versus sunt trimetri iambici. Undecimus, ut sustentetur cretico, nihil opus est: nam vel trisyllabum contractione fit τὸ serviebas, vel, antequam, *serviebas* legitur. Quintusdecimus levare potest, si τὸ et in finem præcedentis rejiciatur, et τὸ fuisse δισσωλλάβους legatur. Decimus nonus incipit a proceleusmatico: præcipuus labor in 25. quem duris remediis plerique (vide Færrum) Guyetus emendatione sustentant. In 38. τὸ ut, etiam nostri Mss. tres constanter retinent: ita ut *facillime*: ut creticus sit loco quarto. De 39. ita Priscianus lib. 1. 'Apud Latinos hoc idem u

invenitur pro nihilo in metris, et maxime apud vetustissimos Comico- rum, ut Terent. in Andria: 'sine invidia laudem invenias et amicos pares.' Est enim iambicum trimetrum, quod nisi, *sine intri*, pro tribrachio accipiatur, stare versus non potest: sed melior est emendatio, quam post alios Guyetus secutus est: juxta Prisciani observationem potuisset, et a proceleusmatico incipere: *sine invidi-a lau- &c.* In 52. pro *dein*, Ms. Academiæ Argentoratensis et uterque mens habent *dehinc*. In vs. 66. pro *ejusmodi*, Ms. Acad. Arg. et meorum alter, habent *hujusmodi*: in

hisdem vs. 67. abest *τὸ τamen*: ita enim legitur: *nam qui cum ingenuis confli-
tatur huiusmodi neque commovetur ani-
mus in ea re tum scias, &c.* In priori
inquam codice prima manu erat *tum*:
quod postea aliquis in *tamen* mutavit:
ita tamen ut pristinae lectionis vesti-
gia cernantur. In 76. tres nostri Mss.
habent: *Quid igitur obstat cur n. v. f.*
testaturque Faërnus in omnibus li-
bris post quid τὸ igitur reperiri, præ-
terquam in Vaticano et Basilicano,
quorum auctoritatem metri causa
ipse secutus est. Vs. 93. vultu adeo
modesto, adeo venusto, &c. consensu
codicum merito retinetur, quam-
quam Priscianus l. xiv. legat: adeo
modesta, adeo venusta, &c.

Hanc scenam, illustris et bonæ
narrationis exemplum habere, omnes
vident, et Cicero indicavit, i. de In-
vent. 19. et ii. de Orat. 80. Non
parum autem ornatur narrantis mor-
ibus, quos Poëta valde conspici vo-
luit. *Τὸ ἐγκατάσκευον καὶ ἐνδιδάσκον*
τῆς διηγήσεως admirabile est: conse-
runtur omnia causae, et probabili re-
rum consecutione; ornantur figuris,
invalescunt sententiis, asseverantur
moribus, illustrantur evidentia, pro-
ut partes negotii apposcent: ut cæ-
cus, certe ineruditus sit, qui in ipso
limine *ρητορικὴν δύναμιν* nostri Poëtæ
non animadvertit. Etiam ubi *ἀπλῶς*
narrare videtur, figura simplicitatem
attollit, aut tractatu ornatuque vici-
no permutat. Ut in illis: *placuit:*
despendi: hic nuptiis dictus est dies:
τὸ σύτρομον τῆς λέξεως, et expedita
absolutio, cui dissoluta oratio servit,
vires et gratiam addunt. Ita, cum
sequitur, 'Fere in diebus pauculis,
quibus hæc acta sunt, Chrysis vicina
hæc moritur,' simplicitas narrationis,
Sosie *ἐπιπλοῖς ἐπιφανημάτων* excipit-
tur: in qua eo plus figuræ est, quo
minus sequitur quod conjecerat, ex-
pectatam rem fecit, dum errorem su-
um spectatoribus tradit; non statim
nec simul, sed dispensato senilis nar-

rationis artificio postea opportune
dissolvendum. Legi omnino hic de-
bent verba Ciceronis ex ii. de Orat.
ubi ostendit non omnem narrationem
debere brevem esse. 'Ut illa,' in-
quit, 'nam is postquam excessit ex
ephebis, quam longa est narratio?
mores adolescentis ipsius, et servilis
percunctatio, mors Chrysidis, vultus
et forma, et lamentatio sororis, reli-
qua, pervarie jucundeque narrantur.
Quod si hanc breviter quæsisset,
'effertur, imus: ad sepulcrum veni-
mus: In ignem posita est; in his de-
cem versiculis totum conficere po-
tuisset: quamquam hoc ipsum, 'ef-
fertur, imus,' concisum est ita, ut
non brevitati servitum sit, sed magis
venustati. Quod si nihil fuisset, ni-
si, 'in ignem posita est,' tamen res
tota cognosci facile potuisset, sed et
festivitatem habet narratio distincta
personis, et interpuncta sermonibus:
et est probabilius, quod gestum esse
dicas, cum, quemadmodum actum sit,
exponas: et multo apertius ad intel-
ligendum est, si sic consistitur ali-
quando ac non ista brevitate pereur-
ritur.' Sed faciendus est annotandi
modus. *Bæclerus.*

1 *Vos isthac*] Cavendum tibi est
ab explicatione Thomæ Farnabii, qui
nuper Terentium in Britannia edidit.
Isthac enim haud dubie sunt opsonia,
olera, pisciculi, &c. *Curare* autem
sæpe verbum est ad culinam perti-
nens, et in illo genere proprium. Te-
rent. Plaut. *Faber.*

Vos isthac intro auferte] In hac sce-
na hæc virtus est, ut argumenti narra-
tione actio scenica videatur, ut sine fas-
tidio longus sermo sit, ac senilis oratio.
Donatus.

Vos isthac] Hac scena pro argumen-
ti narratione proponitur, in qua funda-
menta fabula jaciuntur: ut virtute Poë-
ta, sine officio prologi, vel *θεῶν ἀπὸ μὴ-
χαρῆς*, et periocham comædiæ populus
teneat, et res agi magis, quam narrari
videatur. Idem.

Vos isthac intro auferte: abite] Molliter retenturus et experturus Sosiam, imperat ut remaneat: addit etiam causam alii abeundi, dicendo *Isthac intro auferte*: ne suspicionem injiciat, Sosiam communicandi secreti causa remansisse. Et bene *Auferte: Auferimus* enim ea, quæ cum fastidio gernimus: *Ferimus* ea, quæ cum honore tractamus. Deinde quasi respicientes increpat, dicendo *Abite. Abite*, concitatius legendum est: quia et respectantes properant, et discernit a Sosia. Sosie persona protatica est: non enim usque ad finem perseverat, ut est Davi in Phormione, in Hecyra Philotidis et Syre. *Idem.*

Vos isthac intro auf.] Queritur colloquio Simonis cum Sosia principium: ut cæteri servi edulia ferentes abire jubeantur, Sosia autem retineatur: cujus errore in conjiciendo, et desiderio in pernoscendo, prima in theatro expectatio movetur, ipsaque produtione angetur. *Bæclerus.*

Vos] Servi. *Farnabius.*

Istac intro auferte] Scil. Onera, merces credo, aulæa, tigna, allumve apparatus ad simulandas nuptias. Neque enim placet quod uno ore omnes adferunt interpretes, de obsoniis et re culinaria: cum Davo infra Act. II. Scen. 2. suboluerit, Nuptias non cohærere, quia paululum obsonii. *Idem.*

2 *Adesdum]* *Ades*, imperativum est, dum *παρδωκω*: est enim productio, et adjectio syllabæ: ut *Ehodum ad me, Paulus te volo*. Deest *colloqui verbis*: et est figura ellipsis. *Donatus.*

Dictum puta] Ad hoc respondet, ut agi res videatur, quemadmodum supra diximus. *Idem.*

3 *Nempe ut curentur]* Diligenter coquantur. *Curatio*, proprie medicorum est: *cura* reliquorum: sed coquina, medicinæ famulatrix est. *Id.*

Hac] *Δευρυδρ.* *Idem.*

Nempe ut curentur] Deest *vis*: ut sit, *nempe vis*. *Idem.*

Imo aliud] Bene *ἀντίστροφος τὸ ἴμο*: et deest *volo*. *Idem.*

4 *Mea ars]* *Ἀρς ἀπὸ τῆς ἀπερῆς* dicta est per syncopam: *ἀπερῆ* autem virtus est. Virtutis vero quatuor generales sunt partes; Prudentia, Justitia, Fortitudo, et Temperantia: sed Prudentia, in multis rebus descendit. *Idem.*

Efficere] Facere, est in opere esse: sed *efficere*, perfectionem designat. *Idem.*

5 *Nihil istac opus est arte]* Mire ait: *arte opus* non est, sed *opus est artibus*. *Idem.*

6 *Sed iis quas semper in te intellexi sitas]* Ipse hic signatissime ostendit, multas variasque artes esse, id est, *ἀπερῆς*, quæ virtutes intelliguntur. *Idem.*

Sed iis] Zeugma, a superiore, quod subauditur, artibus. *Sitas*, constitutas, positas. *Idem.*

7 *Fide et taciturnitate]* *Fides*, est commendatorum fida executio vel observantia: *Taciturnitas* vero, observantiae genus, in silentio constituta, et in celando secreta. Querit autem taciturnitatem, ne prodat Pamphilo secretum, quod ei commendatus est. *Fidem*, ad complenda: taciturnitatem, ad celanda mandata. *Idem.*

Expecto] *Expecto*, desidero: ut Virgilius: 'Expectate venis.' *Idem.*

Quid velis] Deest, *scire*: nam si dixisset, *quod velis*, nihil desiderasset. *Idem.*

8 *Ego postquam]* Commendatio personæ potius, quam servi: ne contra filium levi servo aliquid committi indecore videatur. *Idem.*

Te emi a parvulo] Tale est, 'Parvulum ego te, Jugurtha:' apud Sallust. *Idem.*

A parvulo] Non enim a parvo, sed a parvulo. *Scis]* Hoc est, a parvulo scis. *Semper]* Continuationem significat *semper*. *Idem.*

9 *Justa et clemens]* Ita dixit *justa*:

ut alibi, 'Non necesse habeo omnia pro meo jure agere.' Quid enim non justum domino in servum? *Justa*, in qua nihil iniquum jubetur: *Clementis*, in qua etiam de justo multum remittitur. *Idem*.

Apud me justa] Id est, moderata, æqualis: cui contrarium ait Virgilius, 'Et iniquo pondere rastris.' Et: 'Injusto sub fasce viam dum carpit.' Nam qui *justam*, debitam nunc dici putant, nihil afferant ad juvandam sententiam. *Idem*.

Clementis fuerit servitus] Libertatem imputaturus, clementem intulit servitutem. *Idem*.

Justa servitus] Hoc explicavi ad Rhetorem Longinum scribens abhinc aliquot annis; neque vero servitus hoc loco dicitur *Justa*, eo modo quo ab Jurisconsultis dicitur; nil minus: *Justa*, est lenis, moderata, sine omni asperitate dominorum. Vide ibi plura quæ ad rem faciunt. *Faber*.

Servitus] Mire *servitutem* pro dominatu posuit. Sic Sallustius, 'Dein servilli imperio P. C.' *Donatus*.

10 *Feci e servo ut esses libertus mihi*] Dulcem libertatem fecit operatione et tractatione verborum, dicendo, ex servo libertum: non enim tantam haberet gratiam, si dixisset, *feci libertus ut esses*: quam si dicat, *feci e servo ut esses libertus*: ac si quia dicat, *feci ut esses sanus*: non tantam haberet gratiam, quam si dicat, *feci ut ex ægro sanus esses*. Et *mihi*, emphasisim habet: quod mihi libertus factus sis, non filio. Aut ideo *mihi* additum est: quia libertus ad aliquid dicitur. Et bene *mihi*, non *filio*, id est, ne pertimesceret filium, cui nec liberti munus debeat. *Idem*.

E servo] Mire addit *e servo*: ut vim beneficii exprimeret. *Scis, feci e servo ut esses libertus mihi*. Hinc Virgilius: 'Nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro, Scis, ut te cunctis annam, quæcumque Latine Magnanimi Jovis ingratum as-

cendere cubile, Prætalerim, cœlique libens in parte locarim.' *Idem*.

Feci, e servo ut esses] 'Ἐγὼ σ' ἔθηκεν δοῦλον δούρ' ἐλευθέρου. Menander. *Farnabius*.

Libertus mihi] Libertus est, quem quis e servitute ad civitatem Rom. perduxit. Ulp. *Idem*.

11 *Liberaliter*] Bene: quia omne bonum libero aptum est, malum servo. *Idem* alibi, 'Factum a vobis duriter immisericorditerque: atque etiam si est, pater, dicendum magis aperte, illiberaliter.' Et bene admonuit, cur dederit beneficium, eadem et nunc officia quæsiturus. Nunc enim dicit artificiose, quia supra ait, 'Nihil isthac opus est arte.' *Donatus*.

Serviebas] Bene imperfecto tempore, non perfecto usus est: ut ostendat, eum potuisse sibi etiam atque etiam servire: quale est illud Virg. 'Atque omnes pelagique minas, cœlique ferebat Invalidus.' Ut ostendat eum, quamvis invalidus esset, tamen adhuc potuisse laborem exercitumque ferre. *Idem*.

12 *Summum pretium*] Libertatem dicit. *Idem*.

Persolvi tibi] Quia *pretium* dixerat, *persolvi* dixit proprie. *Idem*.

Persolvi tibi] Modeste pretium redditum dixit, non beneficium erogatum. *Idem*.

Summum primum] 'Ἀγαθὸν σοὶ δοκεῖ ἢ ἐλευθερία τὸ μέγιστον, Arrian. Epist. 3. 26. *Farnabius*.

13 *In memoria habeo*] Hoc est, non sum ingratus. Plus dixit, *in memoria habeo*, quam si dixisset, *scio*. Nam quæ scimus, possumus oblivisci: quæ vero memoriæ commendamus, nunquam amittimus. *Donatus*.

In memoria habeo] Gratus agnosco. *Farnabius*.

Hand muto factum] Venuste: non me pœnitet: nam si quid pœniteret, *infectum velle* dicebant: an secundum jus, quod adversus libertos ingratos est, ut in servitutem revocentur: sed

hoc non convenit senem dicere. Legitur et *nullo*, hoc est, damno, reprehendo, quod si est, intelligeretur, non nollem factum. Nemo enim potest factum, infectum reddere. Sed adverbialiter dixit: ut dicimus, 'nollem factum,' 'nollem hunc exitum.' Ergo *haud muto factum*: non pœnitet me facti. *Donatus*.

Haud muto factum] Non itaque facti me pœnitet: neque enim per gratitudinem tuam habeo, cur infectum velim. Liberti ingrati in servitute revocabantur. Sueton. Claud. Valer. Max. l. II. c. 6. Alex. ab Alex. l. III. c. 20. *Farnabius*.

14 *Si tibi quid feci, aut facio*] Et fecisse se, et adhuc facere ostendit, quamvis eum manu misisset. *Donatus*.

Gaudeo Si tibi quid feci, aut facio quod placeat] Felicitatis est, ut ea quæ facta et facienda sunt, grata sint. *Quid*, pro aliquid. *Idem*.

15 *Adversum te*] Apud te, et peneas te. *Idem*.

Adversum] Sine dubio præpositio est. *Adversus* participium potest esse, ab eo quod est *adverto*, sicut alibi. Ergo *adversum te* dixit, pro apud te. *Idem*.

16 *Nam isthæc commemoratio Quasi exprobratio est, immemoris beneficii*] *Donatus*, 'sunt,' inquit, 'qui ad beneficium referunt immemor: ut memorem Junonis ob iram: ut sit sensus: Isthæc commemoratio, quasi est exprobratio immemoris beneficii, id est, cujus nemo meminerit.' Hoc magno applausu hactenus a Lexicographis et interpretibus acceptum defensumque est: ut esset scilicet *immemor beneficium*, ἀμνηστος εὐεργεσία: ostendit tamen ipsum loquendi genus, quo *Donatus* utitur, fuisse, qui et aliter acciperent; imo apud plerosque aliter acceptum esse vocabulum. Non ausit sane aliquis dicere, *exprobratio immemoris b.* id est, hominis ingrati, qui non meminerit beneficii:

de hoc enim dubitandum erat, an ita Latine diceretur. Nam quibus *exprobratio* est *vituperatio*, eodem tendant in persona; quamvis syntaxin emendare cupiant. Non igitur exigua ratione usus est Fr. Guyetus, ut legeret, *immemori b.* v. l. *Eugraphius* tamen non videtur dubitasse de phrasi vulgatæ lectionis, quando annotat: 'Beneficiorum commemoratio cum ostenditur, ingrati exprobratio dicitur.' 'Exprobratio ingrati,' et 'exprobratio immemoris,' unq phrasis. Demosthenis sententiam παράλλω, cum similibus Fr. Fabricius, Lindenbergius, et alii annotaverunt. Cæterum *Sosiæ* huic sententia dictat (nam et postea γυναιλογεῖ) primo quidem liberale ingenium, quo libertatem meruit; deinde præsens affectio, cum ingrati exprobrationem animi de principio orationis senis tam alte repetito pertimesceret; denique patroni ingenium, cui oratione sua suffragatur: nam qui approbat alterius dicta, quid aliud, quam sententiam ab illo acceptam absolvit aut repetit? Ita cum pater laudaret filium, quod ex studiis juvenilibus modum teneret, opportunum *Sosiæ* erat sententiam succinere, 'ut ne quid nimis:' cum ingenium filii ad promerendam hominum voluntatem et amicitiam factum describeret, jam dicta erat, quæ subjicitur sententia, 'obsequium amicos parit:' cum honestam orationem filii fateretur, si servatam a se diceret, quæ perire volebat, non ex ingenio *Sosiæ* sententia, sed ex instituto colloquii sententiæ forma nascitur: 'si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit,' &c. Suntque hæc sententiæ fere δεινμοσιωνικά: quales et faciles dicuntur, et libentius in theatro audiuntur. *Bæclerus*.

Nam isthæc commemoratio, &c.] Τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμνηστικὴν μικροῦ δαῖν ὑποῖον ἐστὶ τῇ ἀνεδίξῃ. *Demosth.* *Ctealph. Farnabius*.

17 *Esprobratio*] *Esprobratio* est commemoratio beneficii cum enumeratione factorum. *Donatus*.

Quasi esprobratio] Recte ostendit, se in memoria habere. Sunt qui ad beneficium referunt, *Immemor*: ut, *Memorem Junonis ob iram*: ut sit sensus, *Isthæc commemoratio*, quasi est exprobratio immemoris beneficii: id est, cujus nemo meminerit. *Idem*.

18 *Quin tu uno verbo*] Uno verbo, uno ἀξίωματι, una sententia. Nam ἀξίωμα sententia est, vel enuntiatio, uno verbo nexam continens et perfectam intelligentiam: ἀξίωμα enim constat ex nomine et verbo. Sed hic, quod est ἀξίωμα: hoc est, 'Has bene ut adsimules nuptias.' ergo omnis virtus, adsimulatio est. *Idem*.

Quin tu uno verbo] Una sententia: ut in *Adelphis*: 'Non memini illud verbum facio, quod tu Mitio Bene ac sapienter dixi dudum: vitium commune omnium est, Quod nimium ad rem in senecta attentius sumus.' Nam male intelligit qui putat, *adsimules*, *verbum* significare. *Idem*.

19 *Ita faciam*] Hoc est, uno verbo dicam: et quod verbum promittit, ibi dicit, 'Nunc tuum officium est, has bene ut adsimules nuptias.' *Idem*.

20 *Quas credis esse has*] Syllepsis. *Idem*.

21 *Cur simulas igitur*] *Virgilius*: 'Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?' *Idem*.

22 *Eo pacto*] *Pacto*, modo, quoniam antecedit pactum, modus sequitur. Ergo ab eo quod præcedit, id quod sequitur, dicit: 'Et gnati vitam, et consilium meum cognosces: et quid facere in hac re.' Nam istæ divisiones sunt. 'Gnati vitam:' quoniam dicturus est, 'Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosa.' 'Consilium meum:' quia dicturus est, 'Et nunc id operam do.' 'Et quid facere in hac re te velim:' quia dicturus est, 'Nunc tuum est officium.' 'Et gnati vitam, et consilium meum Cognosces,

et quid facere in hac re te velim.' Tripartita distributio. *Donatus*.

Eo pacto] Partitur apud Terentium breviter et commodè senex in Andria, quæ cognoscere libertum vult: *Eo pacto et 1. gnati vitam, et 2. consilium meum cognosces, et 3. quid facere in hac re te velim*. Vide Cic. II. de Oratore. *Farnabius*.

Et gnati vitam] Vitam filii in duas partes dividit in narratione: in ante actam bonam, et præsentem malam. Et incipit mala ibi, 'Interea mulier quædam.' Et bene actæ vitæ narratio ad eam rem valet, ut ostendat, quam justus dolor patri sit spe decepto. *Donatus*.

24 *Nam is*] *Necessario is* positum pro nomine: ἀναφορὰ ad illud *gnati vitam*: nam si non posuisset hoc pronomen, Sosa erat intelligendus. *Idem*.

Nam is] Pamphilus. *Idem*.

Postquam excessit ex ephebis] *Ephebia* prima ætas adolescentiæ est, adolescentia est extrema pueritiæ. *Excessit ex*. Cum sufficeret unum. *Idem*.

Excessit ex ephebis] 'Ἐξελθὼν ἐξ ἐφηβων Xenoph. I. α'. Ephebus autem est qui ad pubertatis annos pervenit: quasi ἀπὸ τῆς ἡβης, quæ prima est pars adolescentiæ, extrema pueritiæ. *Farnabius*.

25 *Liberius*] *Liberius*, non est comparativus gradus: non enim potuit libere ante vivere, dum ætas, metus, magister prohibebant. Ergo deest aliquanto: ut sit, aliquanto liberius. *Donatus*.

Liberius vivendi] Deest ei. *Idem*.

Liberius vivendi fuit potestas: nam antea] Sunt qui dictionem *vivendi*, eliso ex ea, v, medio, in duas syllabas contrahant: quod per synaësin fieri posse supra diximus: nos etiam ita sustentari versum putamus, si vel ex *potestas*, s medium abjiciatur; vel ex *liberius* eliso e, per syncopam fiat *librius*: sicut ex asperius, faceremus asprius: ex dexterius, dextrius: ita *librius*, erit dactylus abjecta e, more veterum: dictio autem fuit, una

fit syllaba per synizesin, ut sæpe. *Færnus.*

[26 *Qui scire*] *Scimus* quod certum est: *Nescimus* quæ adhuc incerta desideramus. Idem alibi, 'Forma in tenebris nesci non quita est.' *Donatus.*

[27 *Metus, magister*] *Magister* pædagogus. *Idem.*

Dum ætas, metus, magister prohibebant] *Ætas* sub pædagogo seu custode, ἡλικία παιδαγωγουμένη, hoc verborum tractu notatur: quasi metuens pædagogum. *Plant. Bacchid. i. 2. 40.* 'Jam excessit mihi ætas ex magisterio tuo.' In qua fabula *Plantii*, tota illa disciplinæ severitas describitur. Vide præsertim *Act. III. Sc. 3. vs. 17. &c. Bacclerus.*

Magister prohibebant] *Pædagogus* custos. 'Cum primum pavido custos mihi purpura cessit,' &c. *Pers. Sat. v. Farnabius.*

Ita est] *Intercidit Poëta*, ne solus *Simo* loqueretur: cæterum non erat respondendi locus necessarius. *Donatus.*

[28 *Quod plerique omnes*] Hæc adjectio dicitur, in primo posita loco: adjectiones vero, aut in prima parte orationis, aut in ultima adjiciuntur. Hic ergo *plerique*, ex abundantia positum est: *omnes* vero, necessario additum est. Et alibi, 'Calesces plus satis.' In ultimo; sicut, 'Interea loci, interibi.' Attendenda est sane locutio, *Quod plerique omnes.* Aut enim quod in quæ vertendum est, ut sit, *Quæ plerique omnes.* Aut quod ad singula eorum studiorum adjungendum erit, 'Equos alere, canes ad venandum.' Aut certe erit figurata locutio, ut est illud: 'Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quam plurimis, et minime multos lædere: In his poëta hic nomen profitetur suum.' Et alibi, 'Aperite actutum ostium.' *Idem.*

Plerique omnes faciunt] Ἀρχαῖσµος est. Nam errant, qui *plerique παράλκον* intelligunt: aut qui subdistinguant *plerique*, et sic inferunt *omnes*:

hoc enim pro una parte oraticæ dixere veteres. Eodem modo *Gr. πάμπολλα*, et Latini 'plus satis.' *Nivius* in bello *Punico*, *Plerique omnes* subiguntur sub eum judicium. *Fi* rate *Terentius*: παράλκον τῶ ἀρχαῖσµο, 'Quod plerique omnes faciunt,' p quæ faciunt plerique adolescenti. *Idem.*

Plerique omnes faciunt] Πάμπολλοι πλείονες, οἱ πάρρες. Locutio *Attii Farnabius.*

Adolescentuli] Bene diminutive, propter ætatem facile ignoscant *Donatus.*

Adolescentuli] 'Imberbis juver tandem custode remoto, Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi' *Horat. ad Pisones. Farnabius.*

[30 *Aut equos alere, aut canes ad venandum*] Si et equos ad venandum lunt, quomodo et canes? quod multi docti improbant: et dicunt separari esse: et ad venandum extra oratione pro ad venatum: ut 'Venatum venas, unaque miserrima Dido.' *I natus.*

Equos alere aut canes ad ven.] In studiis adolescentum *Atticorum*, *Indicis* præsertim ex *Areopagitica* cum, cum aliis testimoniis, annuntiant *Fr. Fabricius* et *Liudenbrogi*. *Hodie*, isti ætati canes, equi, palstra adhuc in pretio sunt: at philosophia vel spernitur, vel perfuncto tractatur. *Bacclerus.*

Canes ad venandem] Canes venaticos, ut *Leones ad frænas*, id est, frænatos: servum ad limina, id est, atensem: ad manum, ad pedes, &c. veritus autem τῆς πολεμικῆς μάχης ἐσ μάλλον δὲ εὐκρίων. *Austid. Farnabius.*

Ad philosophos] *Ellipsis* pulchra familiaris *Terentio*. Nam possum subaudire, audiendos sive sectandos *Donatus.*

Ad philosophos] Vitium est: quod dixit, ad aliquod studium. Aut si: *Philosophos*: separanda locutio est: sic ut animum adjungant ad *Philosophos*. *Idem.*

31 *Horum ille nihil egregie*] Est ergo figurativum: quod esset rectum, Quæ plerique omnes faciunt adolescentuli, horum ille nihil egregie præter cætera studebat. *Idem.*

Egrege] *Egregium* dicitur, quod ex grege eligitur: sed hic *egregis*, valde, nimia: non est ergo ad laudem positum. Hæc, inquit, ut cætera, similiter studebat. *Idem.*

Præter cætera] *Mediocriter*: ergo non extenuavit rem, sed ad laudem retnlit. *Idem.*

33 *Gaudebam*] Non dixit *laudabam*, sed *gaudebam*. *Laudat* enim etiam alienus. *Gaudet* qui pater est. *Idem.*

Non injuria] *Intempestive* Sosia respondet: sed prudentia tantæ sententiæ compensavit importunitatem. *Idem.*

Non injuria, &c.] *Observe* auctoritatem sententiæ, ex nexu et figura: ad approbationem (*non injuria*) ut causa inferatur, non sine apparatû asseverantis: nam id arbitror *apprime* in vita esse utile, UT NE QUID NIMIS. Ita vs. 40. 'Namque hoc tempore' (hic accessus est ad sententiam) 'obsequium amicos, veritas odium parit:' ubi producitur contrarii adjectione, quod uno membro significari poterat: vs. autem 116. argumenti forma per ratiocinationem a contrario insurgit sententia: 'Nam si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit; quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?' ubi interrogatio non minimum virum habet ad asseverandum. Quod attinet ad τὸ μὲν δὲ καὶ, præter laudatos ante, plerique abunde de hac sententia scripserunt. *Barclerus.*

34 *Aprime*] *Adjectio* est confirmationis. *Donatus.*

Ut] *Admirabiliter* dixit. *Idem.*

Ut ne quid nimis] *Sententia* non incongrua servo, quia est pervulgata, et non refertur ad personam domini dicentis: et de quo dicitur: an magis quia Sosia convenit ejusmodi character in verbis? *Idem.*

Delph. et Var. Clas.

Ne quid nimis] *Deest agas*: ut sit, Ne quid nimis agas. *Idem.*

Ne quid nimis] τὸ μὲν δὲ καὶ ἄγαν, ἄγαν μὲν τέρπει. Antholog. *Farnabius.*

35 *Facile omnes perferre*] *Latens* argumentatio est, qua filium ad meretricem commeasse errans pater, non ad corruptelam, sed ad obsequium amicorum crediderit. *Donatus.*

Perferre ac pati] *Perre*, est cum certo tempore: *Perferre* finem expectat effectus. Feruntur onera, et sustinentur supplicia. *Idem.*

Perferre] *Mediocriter* stultos odiososque. *Idem.*

36 *Cum quibus erat cunque*] *Figura rursus*. *Idem.*

Dedere] Plus est *dedere*, quam *consentire*: quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt. *Dedere* ergo, pertinacibus. *Idem.*

Hic esse dedere] *Dedere* se et obsequi superioribus: non adversari paribus, non se præponere inferioribus. *Idem.*

37 *Eorum obsequi studiis*] *Commodiorum*, scilicet. *Idem.*

Eorum obsequi studiis] *Talem esse* Pamphilum, adjuvat argumentum fabulæ, simul et Charinum. *Idem.*

38 *Ita*] *Deest* faciens, velleus, agens. *Idem.*

Ita facillime sine invidia] *Sallustius*: 'Et cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus esse.' *Idem.*

39 *Invenias*] *Secunda* persona pro tertia: ut, *Migrantes cernas*. *Idem.*

40 *Nam hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit*] *Improbatur* a Sapientibus hæc sententia. Nam obsequium assentator debet, veritatem amicus: sed in theatro dicitur, non in schola. *Idem.*

Hoc tempore] *Ut* nunc sunt mores, scilicet corrupti. Excusaturque proverbium, 'Obsequium amicos, veritas odium parit,' examinat Cicero: 'Sed nescio quomodo verum est quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Obsequium amicos, &c.' *Læ-*

3 U

Terent.

lius Ciceronis. *Farnabius*.

41 *Obsequium amicos*] Hic versus per improprium est. *Donatus*.

Veritas odium parit] Falsum est autem quod Cicero dixit *obsequium* primum dixisse Terentium: cum et Plantus et Nævius ante dixerint: et est sententia *παρδοτος*, et magis theatrò apta, quam officio, de qua Tullius multa dixit. *Idem*.

Obsequium amicos] Sententia probabilis magis, quam necessaria et honesta. *Idem*.

Obsequium amicos, veritas odium parit] Qui aliquam hic Poëtæ culpam agnoscunt, et sententiam minime probam esse arbitrantur, certe alias res agunt: neque enim sententia est ex his, quæ decernunt, quid fieri oporteat; sed enuntiat, quid fiat, ex moribus temporum: quid clarins illa *προσθήκη*: *hoc tempore*? quid clarius, quam de populari illa et inter adolescentis usitata, non de perfecta amicitia, sermonem esse? quomodo facile liceat inter homines agitare, id est, *συνδιατρίβειν καὶ συνδιημερεύειν*, non quousque virtus perfici queat, sermo est. Itaque nec Cicero negat hoc fieri, cum hoc dictum explicat in Lælio (c. xxiv. et xxv.) sed ad id vocat nos, quod in vera amicitia fieri debet: quæ veritatem non excludit, obsequium autem comitate non assentatione metitur. Non opus fuisset igitur, ut Donatus, tanto conatu ostenderet, 'sententiam hanc probabilem magis, quam necessariam esse et honestam.' *Bæclerus*.

42 *Interea*] *Interea* est, cum habet instantiam superiorum actorum. *Donatus*.

Mulier quædam] Sic dixit, non quasi ignoraret nomen ejus, paulo post Chrysidem nominaturus: sed ideo, ut gratam expectationem faciat, simulque lectorem avidum nominis reddat. Ut Virgil. paulo post nominaturus ait, 'Ecce manus juvenem interea post terga revinctum.' *Idem*.

Interea mulier] Hic digressio enim proposuit Gnati vitam dice *Idem*.

Abhinc triennium] Artificiose di *triennium*, cum posset plus minuti temporis ponere: ut sit verisimilium unum annum fuisse pudicæ parçæ vitæ: sequentem, conditionis accetæ: tertium, mortis. Primo enim anno ignorata est domus Chrysi Pamphilo: secundo Glycerio cognitus: tertio, nupsit Glycerium Pamphilo, et pariter invenit paren *Idem*.

43 *Huc viciniæ*] *Vicinia* *παρὰ* huc loci, vel huc locorum. Legi et *huc viciniæ*. *Idem*.

44 *Inopia, et cognatorum negligentia*] Laudatis Pamphili moribus qui ducet uxorem, superest ut futu quoque matronæ, id est, Glyce probitatem debitam pro persona dat: quæ quia honesta nunquam poterit, si sic eam constet ante r tias impudicam ductam esse, par defendenda, partim laudanda Chrysis, cum qua commorata quam quoniam necesse est meretrem fateri, in conditione turpis nominis multum sumitur excus voluntatis. *Idem*.

Et cognatorum] Hic nos jam p ad Critonis adventum. *Idem*.

Inopia et cognatorum negligentia] gratiam Glycerii, Poëtam in dnuenda quæstus meretricii in operosum, cum de Chryside loqu recte notat Donatus. *Bæclerus*.

Cognatorum negligentia] Leges bebant Atticæ, ex cognatis primum et ditissimum inopem cognos aut ducere, aut ipsi dotem dare. *nabius*.

45 *Egregia*] Id est, eminenti stantique. *Donatus*.

Atque ætate integra] Integra ætas, quæ in flore consistit, cui addendum jam sit, neque quidq adhuc sit imminutum: ut Virgil. 'Integer ævi Ascanius.' Et con

duo ad quæstum meretricium congrua. *Idem.*

Ætate integra] In ipso ætatis flore. *Farnabius.*

46 *Hei vereor, ne quid Andria adportet mali*] *Andria*: mire: audivit enim excessisse ex ephebis Pamphilum, illatamque mentionem mulieris peregrinæ, adolescentulæ pulchræ. *Donatus.*

Ne quid Andria] Eleganter, ex Andro. *Andria*, nomen ostendit et mulieris et fabulæ. Et bene, *Adportet*: quia portare ignotis est. *Idem.*

47 *Primum hæc*] Defendit, ut diximus, vitam Chrysidis, ut potuerit apud eam recte morata esse Glycerium, quæ ex argumento matrona erit. *Idem.*

Primum hæc pudice] Bene hæc quidem, id est, illa quæ coacta est. *Idem.*

Duriter] Contra rationem regulæ: debuit enim dicere *dure*, ab eo quod est *durus*. Et tamen est differentia. Est enim *duriter*, sine sensu laboris: *dure* autem, crudeliter: illud, ad laborem: hoc, ad sævitiam relatum est. Sed *dure* in alterum: *duriter* in nos aliquid facimus. *Idem.*

48 *Lana ac tela*] Subdistingue *tela*: finis enim est laboris. *Idem.*

Victum quaritans] Ut Virgilius, 'Cum foemina primum, Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva, Impositum cinerem et sopitos suscitât ignes.' Deinde finem laboris intulit, non cibum, sed victum. *Cibus* enim est, qui etiam delicatis præbetur. *Victus*, in parvis aridisque alimoniis est constitutus. Unde Virgilius, 'Victum infelicem, baccas lapidosaque corna, Dant rami.' Et post tantum laborem, *victum*, non cibum dixit: ut Virgilius, 'At patiens operum, parvoque assæta juventus.' Et non *querens*, sed *quaritans*, dixit. *Quarit* enim, qui ad plenum et perpetuum reponit: *Quaritat*, qui vix quotidie inquirendo victum invenit. *Idem.*

Lana ac tela victum] Artificiose, ut videatur pudice apud eam futura

materfamilias educari posse, quam meretricem necessitas fecit. *Idem.*

49 *Sed postquam amans*] Amator fingere potest. Amans vere amat. *Id.*

50 *Unus et item alter*] Post unum duo, ex quibus, alter, ut sint tres; inquit enim post, 'Nam hi tres tum simul amabant: ut, 'Alter ab undecimo.' Ergo *alter*, non est secundus, sed tertius. *Idem.*

Unus et item alter] Id est, plures: quæstus jam meretricius factus est. *Idem.*

Ut ingenium est omnium hominum] Alia defensio Chrysidis: ut quæ ante fecerat ipsius sint: quæ postea peccaverit, naturæ hominum adscribantur. *Idem.*

51 *Proclive*] *Proclive* est porro inclinatum, vel prorum inclinatumque. *Idem.*

52 *Acceptis conditionem*] Cum uno quæstus non est: cum altero non est: cum multis fit. *Idem.*

Conditionem] *Conditio* est pactio, certam legem in se continens. *Idem.*

Quantum occipit] 'Quæstum indignum facit corpore.' Plaut. in Pœnulo act. II. sc. 3. *Farnabius.*

54 *Perdudere*] Invitum isse Pamphilum his verbis significat. *Perducuntur* enim necessitate coacti. Hoc etiam verbum iudices pronunciare solent. Et hoc est quod supra ait, 'His sese dedere, eorum obsequi studiis.' *Donat.*

Perduderunt illuc secum] *Secum* duxere, ut secum esset. *Idem.*

Ut una esset, meum] Et producte legitur *esset*, ut cibum caperet: et correpte, ut alibi: 'Essem una quam cupiebam, Antipho.' *Idem.*

Una esset] Simul, id est, una cibum caperet. *Idem.*

55 *Egomat continuo mecum*] Bene *mecum*: ut appareat nihil temere constitutum, vel prolatum foras; hoc ipsum satis quæsitum esse, quod statuit de falsis nuptiis, et infensus esset filio. *Idem.*

Egomat continuo mecum] Deest vol-

vebam, cogitabam, versabam. *Idem.*

Certe] Sine dubio: pro certo captus est: *Idem.*

Captus est] Tenetur et irretitur: ex translatione ferarum, atque venatus. *Idem.*

Captus est] Sallustinus: 'Sin captus pravis cupidinibus.' *Idem.*

Captus est] Tenetur, irretitur, translatus a ferarum venatu, aut etiam arena, ubi Retiarius cum Mirmillone componitur. *Farnab.*

56 *Habet*] Id est, vulneratus est. *Habet* enim qui percussus est: et proprie de gladiatoribus dicitur; quia prius alii vident, quam ipsi sentiant, se percussos. *Donatus.*

Habet] Sic dicitur de eo qui lethaliter vulneratus est. Virgilius: 'Hoc habet, hæc melior magnis data victima divis.' Ergo quid sequitur captum, nisi occidi? *Idem.*

Habet] An utique et hoc sumtum est ab arena? ubi gladiator lethaliter vulnerato insultat adversarius, aut acclamat populus, *Hoc habet*: ita et hic lethali amoris vulnere percussus est. An sensu quo senex mox puerum rogat, 'Quis heri Chrysidem habuit?' 'Habeo,' inquit Aristippus, 'Laide, non habeo a Laide.' *Farnab.*

Observabam mane] *Mane* adverbialiter. *Donatus.*

Observabam] Deest tamen, hoc est, quamvis captus erat, et hæc tamen observabam. *Idem.*

57 *Rogitabam*] Non rogabam, sed rogitabam: quia sedulo faciebat. *Idem.*

58 *Dic, sodes*] *Dic*, imperativum est: ideo temperavit injuriam blandimento, *sodes*: est autem, si audes; ut *sis*, si vis: nam delirat qui *oδor* *ῥῆς*, interpretatur *sodes*. *Idem.*

Dic sodes] Exhortantis est vox, *Amabo, Rogo*. *Idem.*

Quis heri Chrysidem habuit? Nam Andriæ illi id erat nomen] Opportune nomen intulit Chrysidis. Et bene illi: quasi dicat, quam tu Andriam nominasti. *Idem.*

Nam Andriæ illi id erat nomen] At-

tico more, peregrinæ mulieri a patria nomen imposuit. Et simul celebrat nomen Comædiæ, dicendo, *Ex Andro commigravit*: et nunc, *Nam Andriæ illi id erat nomen*. *Idem.*

61 *Eho, quid Pamphilus*] Primo sic egit, ut de Pamphilo quærere videretur: ad ultimum adiecit nomen ne quid reliqui faceret. *Idem.*

Quid? symbolam dedit] Subdistingue, *Quid?* ut sit vox quærentis, quid dicat de Pamphilo. *Idem.*

Symbolam dedit] Mire: nulla pro Pamphilo negatio facti est posita; sed per puerilem simplicitatem omnia gesta narrata sunt: et quidem tacitum est, non celatum: sed ut non factum esse ita videatur. *Idem.*

Symbolam dedit] *Symbolam* lego ex lib. Vaticano et Basilicano et aliquibus aliis: ita et Plautus in Curculione: 'Symbolarum collatores apud form piscarium:' item in Epidico: 'Sine meo sumptu paratæ jam sunt acapulis symbolæ:' et in Stichio: 'Eadem symbolam dabo: et jubebo ad Sangarinnm cœnam coqui.' *Færna.*

Symbolam dedit] Symbolæ erant pecuniæ quas erogabant singuli ad cœnam collatitiam *ἑσπέρου*, unde et cœna collatio dicebatur: 'Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a conviva, Crasse, exigis.' Cic. de Oratore lib. II. a *συμβάλλω*. *Farnab.*

62 *Cænavi*] Cetera in gestu sunt quærentis, quid dicat de Pamphilo, nec invenientis. *Donatus.*

Item alio die] *Item*, similiter: et vide, diligenter tempus adjectum, quasi non sufficeret unus dies. *Idem.*

63 *Comperiebam*] Vide si non verba patris sunt, et de rebus veneris circa filii mentionem agentis. *Idem.*

Nihil ad Pamphilum quidquam] *Παφίλων*: nam abundat *quidquam*: nam, nemo quisquam, non dicitur. *Idem.*

64 *Spectatum*] Ad Pamphilum, non ad exemplum refertur: et *spectatum*, probatum. *Idem.*

65 *Et magnum exemplum continentis*] *Ἱερὸς* laudis. Pamphilus ex-

emplum continentiae. *Idem.*

66 *Nam qui cum*] Qui, animus scil. aut certe homo subaudiendum. *Idem.*

Cum ingenii] *Ingenia* pro hominibus posuit. *Idem.*

Conflictatur] Id est, atteritur. *Conflictatio* est tactus corporum invicem, et collisio. *Idem.*

Nam qui cum ingenii conflictatur ejusmodi] Negat Muretus videre se quoniam modo versus stare possit. Ratio est, ut opinor, quod Baccheus in quinta regione sit (*tur ejus modi*). Sed duplici via rem impeditam expeditio. Nam et, ut infra observatum fuit, R finale olim elidebatur; atque ita fuerit spondeus per synizesin: exemplum pereuntis R, habes paginæ 68. 'Nuper, ejus frater aliquantum ad rem est avidior.' Dein et hoc quoque fieri potuit, ut scripserit Terentius, non *ejusmodi*, sed *eimodi*; quod me apud Veteres memini legere; atque ita vel anapæstus fuerit, vel iambus per synizesin. *Faber.*

Nam qui cum ingenii conflict.] Hujus sententiæ vis et opportunitas, ex affectu theatri æstimari debet. Athenis, id est, loco tam corrupto, quotquot confluiscent patres, illis τὸ καθύπερθε λαγόμενον suæ cuique fortunæ experimento in animum descendere debuit: quotidiana educationis vitia, rara incorruptæ disciplinæ exempla in oculis, et quotiens sermone perstringeretur, ita in animis erant, ut vel doleret quisque sequiora, vel meliora optaret. *Bæcler.*

Conflictatur ejusmodi] Atteritur, sollicitatur, conversatur cum ejusmodi hominibus, neque corrumpitur interea. Usitatus adhibetur vox ista circa valetudinem. 'Conflictari iniqua valetudine.' Plin. Epist. 'Conflictatas morbis.' Sueton. Claud. c. 11. legitur et *conflictat*, versus gratia ut in Phormione, act. v. scen. 2. *Farnab.*

67 *Neque commovetur*] Utrum animus, an homo? *Donat.*

Neque commovetur animus] Utrum

deest ejus? An ordo est, qui animus cum ingenii conflictatur ejusmodi, neque commovetur in ea re tamen: ἀνακλινθῶν: eo quod non præmissio licet, vel quamquam, subiecit tamen. Sallustius: 'Atque edita undique, tribus tamen cum muris et magnis turribus.' *Idem.*

68 *Sua vitæ modum*] Moderationem, regimen. *Idem.*

69 *Cum id mihi*] Cum, id est, præterquam quod. *Idem.*

Tum uno ora omnes] Omnes, ne pater amore falli videretur: et ideo mox ait, 'Bene dissimulatum amorem, et celatum indicat.' *Idem.*

Tum uno ore omnes omnia bona dicere] Qui omnia substituant, nulla codicum auctoritate juvantur: nec animadvertunt aliquid detrahi sic de ἀπεργαί, quam habet frequentatio verborum. Explicatio porro duplex affertur: prima, quod omnes omnia bona de Pamphilo dixerint: altera, quod omnes omnia bona dixerint εὐφημοῦντες et Simoni gratulantes, felicemque eum, quod mox sequitur, prædicantes, ob ingenium filii et mores: hæc enim laus Pamphili est vs. 71. placet posterior interpretatio: nimis autem et ineruditum et a scopo alienum fuerit, *fortunas* de divitiis hic accipere, cum Scoppa. vs. Christomath. *Bæcler.*

70 *Bona dicere &c.*] Εὐφηνεῖν, læta et fausta prædicare; unde Scoppa legit *omina*, id est, læta precabantur, gratulati mihi talem filium. *Farnab.*

Laudare fortunas meas] Ἐμφανιστέον *fortunas*, quam *fortunam*: et de more, ut, 'Qui te tanti talem genere parentes?' Et, 'Vade, ait, o felix nati pietate.' Et Plautus: 'Fortunatus qui illum eduxit sibi.' *Donat.*

72 *Hac fama*] An vere laudatus sit, singula hæc pro argumentis sunt: et excusatio est, non esse stultitia falsum, sed impulsum. *Idem.*

Impulsus] Bene *impulsus*: ultro

enim venire impulsus est, qui daret contra officium soceri. *Idem.*

73 *Unicam gnatam suam*] Abundat quidem *suam*, sed tamen asseverantius est. *Idem.*

Unicam gnatam] Quid si tædio multorum filiorum? at unicam. *Idem.*

74 *Cum dote summa*] Quid si pauper est? at cum dote summa. *Idem.*

75 *Placuit*] Cum pronuntiatione, placuit. *Idem.*

Placuit] *Συρροπία*: adeo bona conditio fuit, ut quamvis ultro objiceretur, tamen statim placeret. *Idem.*

Despondi] Ex veteri more, quo spondebat etiam petitoris pater: unde *sponsus* et *sponsa* dicitur. *Idem.*

Despondi] Proprie. Nam de sponso dicitur, quia *spondet* puellæ pater: *despondet*, adolescentis. *Idem.*

Hic dictus est dies] Utrum constitutus? an dicatus? ut, 'Junoni infernæ dictus sacer.' *Idem.*

76 *Quid obstat cur non veræ stant*] In omnibus libris post *quid* est dictiq[ue] igitur, præterquam in Vaticano et Basilicano, qui eam in contextu non habent, quorum auctoritatem sequor, maxime propter versum. *Faërn.*

78 *Chrysis*] Commemorat nuncquæ esset Chrysis. *Donat.*

Vicina hæc] Supra enim ait, 'Ex Andro commigravit huc viciniæ.' *Idem.*

Vicina hæc] *Ἀνδρῶναις*. *Idem.*

O factum bene] Animadvertite, ubique a Poëta sic induci comicas mortes, ut cum ad necessitatem argumenti referantur, non sint tamen tragicæ. Nam aut meretrix sumitur, aut ænex, aut de duabus simul uxoribus una uxor. Itaque hujusmodi obitus, aut mediocri tristitia excipitur, aut etiam gaudio. *Idem.*

O factum bene] Quasi qui dixerit, 'Vereor ne quid Andria apportet mali.' *Idem.*

79 *Beasti*] Artificiose quidem *gaudium* subjecit, ne mors in comœdia, luctus in tragœdia personaret. *Idem.*

Metui a Chryside] *Metuo* illum qui mihi ipsi aliquid facturus *Timeo* ab illo, cujus causa possit quid mali pati, etiam si ipse nil me mali consulat. *Idem.*

Metui a Chryside] *Ἀρχαλαγός*.

80 *Una aderat frequens*] Ut s[ed] 'Cum quibus erat cumque una sese dedere.' *Idem.*

Aderat frequens] Possumus adesse, et frequentes non esse presentes non adhæremus his, bus adsumus. Et *frequens*, ut apud signa. *Idem.*

81 *Curabat una funus*] *Funus* pompa exequiarum: dictum a *funus*. Etenim noctu efferebatur propter sacrorum celebrationem urnam. *Idem.*

Curabat una funus] Ut non posset in exequiis videre patrem. *Idem.*

Funus] Funebrem pompam, ratum, ritus: vide tit. *Funus*, i. dice nostro Poëtico. *Farnab.*

Interim] Descriptio est hujus quæ ad narrationem pertinet riorum. *Donatus.*

82 *Nonnumquam conlacrumabam* lis enim magis causa flendi fuit, quam amabant, amiserant amore propter suam Glycerium lacrumabat, qui alienis lachrymæ commodabat. *Idem.*

Placuit tum id mihi. *Sic cogit* Ita supra: 'Gaudebam' vs. 5. 'cum id mihi placuit' vs. 69. cum patris de filio conveniente navit, quod ne temerarium aut c[on]videretur, antea consensu famæ, ratione et officio fulcitur, additionem figuræ sermocinantis, famæ huic generi moratarum et evide narrationum. Adducit Cicero hunc (II. de Orat. 40.) ubi ostendit quomodo ex minore comparatio tur. Epistola autem 7. lib. 1. 'quid hic mihi faciet patri?' *ἀνταρῶν* ad spem accommodat, de invalescente unius e dominæ potentia conceperat more er

rum, qui ex Græcis Latinisque poetis subinde aliquid in ore habebant, et ad præsentia negotia eleganter aptabant. *Bæcler.*

83 *Sic cogitabam*] Ac si diceret, hoc cogitabam: sensum tantum cogitationis dicere debuit: sed quia *sic cogitabam* dixit, ipsum gestum cogitantis exponit, et dicitur *pluribus*. *Donat.*

Hic parva consuetudinis causa] Hoc est, convivii tantum: et quia dixerat puer, hoc solum egisse Pamphilum, nihil aliud, 'Symbolam dedit, cœnavit.' *Idem.*

Hic parva consuetudinis] Citatur hi versus a Ciceronis Antonio lib. II. de Oratore, exemplum argumentationis a Minori. *Farnab.*

84 *Tam fert familiariter*] Id est, graviter: nam quæ nobis sunt familiaria, gravia sunt animo nostro. *Familiariter*, quasi familiaris: an potius familiariter. *Donat.*

85 *Quid hic mihi faciet patri*] *Mihi*, circa me. Et postquam *mihî* dixit, pondus intulit nominis, dicendo *patri*. *Idem.*

Quid hic mihi] Vide quam venuste repetierit *hic*. *Idem.*

Quid mihi hic faciet patri] Citatur et hoc hemistichium, 'quid mihi hic faciet patri?' Epist. Famil. IX. l. 7. Epist. *Farnab.*

86 *Hæc ego putabam*] *Putare* est ejus, qui simplicitate pectoris aberravit. Cicero: 'Non putavit, lapsus est.' *Donat.*

Hæc ego putabam] Cum adhuc nihil peccationis ostenderit, tamen dolor in futura prorumpit: ut, 'Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat.' *Idem.*

Humani ingenii] Circa Chrysidem. *Idem.*

87 *Mansueti*] Circa amicos. *Idem.*

Mansuetique animi officia] Gallice, *l'effet d'un bon naturel*. Tribus quatuor locis officium a Terentio in hoc significato sumtum esse scio. Apud

Ciceronem non memini me tale quid observare. *Faber.*

88 *Egomet quoque*] Ut et ipse Pamphilus, aut etiam ego, quem minus crederes. *Donatus.*

Ejus causa] Ejusdem mansuetudinis et humanitatis, et ejus Pamphili. *Idem.*

In funus prode] *In funus* (in pompam exequiarum) quod a funeralibus dictum est, et uncis vel cuneis candellaborum, quibus delibuti funes, et [in genu] cerei fomites infiguntur. *Idem.*

89 *Nihil suspicans etiam mali*] Bene suspendit auditorem. *Idem.*

Etiā] Alia est suspensio audientis, et excusatio alia. *Idem.*

Etiā] Adhuc. *Idem.*

Hem] Perculsi ac metuentis. *Idem.*

90 *Effertur*] *Exféperat*. Græcum est: quod vitans Virgilius, ne diceret *effertur*: inquit, 'Tum corpora luce carentum Exportant tectis, et tristia funera ducunt.' *Effertur* proprie dicuntur cadavera mortuorum: et ire proprie ad exequias. Virgil. 'Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere.' *Idem.*

Effertur: imus: interea inter mulieres] Continuatur hæc pars narrationis vs. 100. 'funus interim procedit,' &c. inserta interim opportune descriptione Glycerii luculenta, non a pulcritudine tantum formæ, sed a modestia etiam morum: quod futuro socero maxime spectandum fuit. Poëta hic una eademque opera, Glycerio existimationem bonam, Pamphilo ventam, Simoni consilium (si agnitio scilicet accederet) præparat. *Bæclerus.*

Effertur] Narrationem hanc bene moratam et ad persuadendum accommodatam laudat Cicero: 'Nam is postquam excessit ex ephebis, quam longa est narratio? mores adolescentis, et servilis percontatio, mors Chrysidis, vultus et forma et

lamentatio sororis, reliqua pervarie et jucunde narrantur. Quod si hanc brevitate quassisset, 'Effertur, imus, ad sepulcrum venimus, In ignem posita est,' in his fere decem versiculis totam conficere potuisset. Quamquam hoc ipsum, 'Effertur, imus,' concisum est ita, ut non brevitati servitum ait, sed venustati. Quod si nihil fuisset, nisi 'In ignem posita eat,' tamen res tota cognosci facile potuisset: lib. de Oratore. *Farnab.*

91 *Unam aspicio*] Ex consuetudine dicit, *unam*, ut dicimus, 'Unus est adolescens: tolle *unam*, et ita fiet ut sensui nihil desit: sed consuetudo mirantis non erit expressa. *Unam* ergo τῇ ἰδιότητι dixit: vel *unam*, pro quadam. *Donatus.*

92 *Forma et vultu*] Et hic duo sunt, et *etas* et *forma*, quibus additur pudor: quia meretrix non est. *Idem.*

Forma et vultu] *Forma* immobilis est et naturalis: vultus movetur et fingitur. *Idem.*

Et vultu, Sosia, adeo modesto] Quia formæ laudatio cum meretrice commissa est, progreditur artifex Poëta ad laudanda ea, quæ honestiora sunt, quam forma. *Idem.*

Et vultu, Sosia] Quid hic deest, ut eam nrum dignetur Simo, nisi sola cognitio? et formam probat in puella Pamphili pater, et matronalem modestiam miratur in vultu, et venustatem stupet. Nonne ergo jam cernimus hoc præstruxisse Terentium, ut cum Chremetis filiam esse cognoverit Simo, hanc potius eligat, quam Philumenam, nrum? quanquam ex sororis pulchritudine, et amore Charini, et Davi laudatione; id ipsum quoque probe monstraverit nobis. *Idem.*

Vultu] Hæc laus adjuvat, post cognitionem, futuram nrum. *Idem.*

93 *Adeo modesto, adeo venusto*] *Modestus*, ad probitatem vultus et morum pertinet: *venustus*, ad naturam corporis. Atque adeo sibi vultum

fingere multi possunt: formam ne *Idem.*

Ut nihil supra] Ἐλλης Terentianam non necesse est subjungere d. versus. *Idem.*

94 *Quia tum mihi*] Excusatio cessaria. *Idem.*

Præter ceteras] Id est, plus quam ceteræ. *Idem.*

96 *Honesta ac liberali*] *Honesta*, formam, *liberali*, ad vultum retulit. *Idem.*

98 *Percussit*] Hoc est, suspicio, aliquid tale. *Idem.*

At at] Interjectio admirantis. *Id.*

At at] Ita scribi debet, *at at*, enim Græci; qui per duplex T s bunt tamen. Sed, aut valde fallat aut hoc loco, propter metrum, ac oportet, *at at at*; ut alibi apud Plantum hunc, et apud Plautum sæpi *Faber.*

At at! hoc illud est] Hæc vox a priori syllaba et producta et corre invenitur: quod ex eo factum re quia cum antiqui hanc dictionem duo t, in medio scriberent, ea syllabatione longa erat: subtracto v altero t, per parellipsin, brevis bat. Sed hoc loco quanta sit producta syllaba nihil refert: ex posteriore detur versus laborare, cum t in corripit syllabam: sed sustentata ex veterum licentia, quibus et producebat. Livius Andronicus *Odyssea*: 'Cum socios nostros m disseet impius Cyclops.' Ennius: eques, et plausu cava concutit un la terram.' *Idem*: 'Omnis cura v uter esset induperator.' *Item*: 'fit, O cives, quæ me fortuna fero Contudit indigno bello, confecit ac bo.' *Faërus.*

At at! hoc illud est] Sub. sic gitabam: aut: egomet continuo i cam, ut supra: ceterum illa: 'E illud est: hinc illæ lacrimæ: hæc est misericordia:.' animum senis i licitudine perturbatum ostendit multum enim hic repetitio, et int

pretatio potest: in qua ipsi gradus ad animos spectatorum movendos valent: *hoc illud est*, scilicet *illa misericordia*, ejusque indices 'lacrimæ: quas communi humanitati datas credidi:' subest enim *tacita intellectionis figura*, amorem Pamphili hinc colligendum esse. Horatius ad proverbiale schema transtulit Epist. lib. 1. 19. 'Hinc illæ lacrimæ.' *Bæclerus*.

Hoc illud] *Δευτέρως* ejus rei est, quam in animo conceperamus. Virgil. 'Hoc illud germana fuit.' *Donatus*.

99 *Hinc illæ lachrymæ*] *Hinc*, ex hac causa. *Idem*.

100 *Quam timeo*] Non videtur adhuc Sosie plenum amoris argumentum: adeo pendet ad ea quæ dicturus est Simo. *Idem*.

Ecceas] Id est, exas, vel pervenias. *Idem*.

Funus procedit] *Funus* a funeralibus dictum est, ut supra notavimus: et est funus, pompa exequiarum. Et bene, *funus procedit*, nos *sequimur*, dixit, quasi post ipsam morituri: unde *exsequia* dicuntur. *Funus interim procedit*] *Αντίθετος*. *Idem*.

101 *Ad sepulchrum*] *Sepulchrum kar' ἀντίπαρ'ο* dicimus, quod sine re pulchra sit: an quod ibi sine pulsu sint, id est, mortui? an quod illic animæ a vivis sepellantur, id est, separentur? Et sepulchrum dixit futuram, non quod jam esset. *Sepulchrum* enim a sepeliendo dictum. Virgilius proprie, 'At pius *Aeneas* ingenti mole sepulchrum Imposuit.' *Idem*.

102 *In ignem posita est*] *Ἐλλοψ*: non enim est *que*. Et mire: cum funus supra dixerit. *Idem*.

In ignem posita est] Varios gentium mores in condendis humanisque corporibus defunctorum vide apud Cic. 1. Tusc. Quæst. Alex. ab Alexandro, lib. 11. cap. 3. de Exequiis, funebri apparatu, pompa et ritu, adi Indicem nostram pectiōum tit. *Funus*. Farnabium.

Fletur] Hic bene impersonaliter, fletur ab omnibus: extrema enim quæque mortuorum omnes commovent ad lachrymas. *Donatus*.

Hæc soror] Id est, quam dixi esse sororem Chrysidis. *Idem*.

103 *Ad flammam*] Innuit affectum sororis, unde omnes vinceret: cæteri enim fient, hæc flammæ se ingerit. Virgil. 'Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim,... Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater.' *Donatus*.

104 *Ibi tum exanimatus*] A voluntate, a facultate, a summo ad imum, ubi sunt dicta et facta, ibi est *adēs*, et mire *ibi*. *Idem*.

Ibi tum exanimatus, &c.] Quo minus antes suspicatus erat Simo de amore Pamphili, eo magis tum rerum argumentis victus perdolet, itaque crescit orationis evidentia: cujus *τὸ ἐνδεδειγμένον καὶ διατηρημένον* Donatus hic egregia annotatione prosequitur: 'A voluntate,' &c. 'Omnia significanter,' &c. In quibus ipsis verbis magnam significationem esse, recte *Idem* observat. *Bæcler*.

105 *Bene dissimulatum*] *Bene*, melius: an quasi dolens, quod etiam negaturus sit Chremeti, dixit *bene*? *Donatus*.

Indicat] Omnia significanter: non ostendit, inquit, sed *indicat*: non accedit, sed *accurrit*, non vestem aut manus, sed *mediam mulierem*, non tenet, sed *complectitur*: et quia his tribus rebus inducitur in alicujus rei gestionem persona: affectu, facto, dicto. Affectus est, quod ait, *Ibi tum exanimatus Pamphilius*. Factum, quod ait, 'Accurrit, *mediam mulierem complectitur*. Dictum, quod ait, *Mec Glycerium, inquit, quid agis? cur te in perditum?* *Idem*.

Indicat] *Indicium* proprie est oris et linguæ: factis ergo *indicat*: non enim dixit, *emo*. *Idem*.

106 *Accurrit*] Virgilius: 'Interiora domus irrumpit limina, et altos Con-

ascendit furibunda rogos.' *Idem.*

107 *Mea Glycerium*] *Mea*, quassi amator. *Idem.*

Glycerium] Quasi familiaris dixit. *Idem.*

Quid agis] Quasi perturbatus. *Id.*

Cur te is perditum] Quasi consolaturus. *Idem.*

108 *Ut consuetum facile amorem cerneret*] *Mire*, non suspicareris dixit, sed *cerneret*: et est ordo, ut facile cerneret; sed *cerneret*, sicut supra, 'Laudem invenias et amicos pares.' *Donatus.*

109 *Rejecit se in eum*] Objicitur ei quod a Glycerio factum est: ut, Quis enim unquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille atque illius amici, ut ne hæc mihi delatio detur? *Idem.*

Rejecit se in eum flets; quam familiariter] Neque amplius errent in huius loci interpretatione, sic illum distinguere et interpungi curavi; nam istud, *familiariter*, non debet jungi cum, *flets*, sed cum, *rejecit de*; et verba sic ordinanda, *Tum illa flets rejecit se in eum familiariter.* Gallice dicas: *Elle se renversa sur luy fort familièrement.* Neque enim consuetum illum amorem ex eo cognovit senex, quod Glycerium lamentaretur in funere Chrysidis (quid enim aliud? una cum illa usque a tenella ætate semper vixerat,) non ex eo, inquam, sed quod se in Pamphilum tam familiariter rejecisset. Emenda igitur versiones Gallicas. *Faber.*

110 *Quid ais*] Non interrogantis, sed mirantis est. *Donatus.*

Quid ais] Ita scribi jussi in locis pœne infinitis, in quibus antehac punctum interrogativum positum fuerat, cum notula admirationis ibi necessaria sit. Hoc moneo, ne quis operam Typographicarum negligentia toties peccatum fuisse arbitretur. In excerptis e Donato huic loco adscriptum fuit: *QUID AIS: non interrogantis, sed mirantis est.* In genere Comico

nisi bene descripti libri fuerint, eat sensus necesse est. *Faber.*

Iratus atque ægre ferens] *Ir* culpa ægre ferens, quia præter s *Donatus.*

Redeo inde iratus, atque ægre se nec satis ad objurgandum causæ] *serva* gradus, quos servavit P in Patre, et viro humano æquo ex conjectura sollicitudo oritur: 'cussit illico animum': sequitur eorum indiciis mista dolori iracundiæ *redeo inde iratus atque ægre se* proximum erat, ut objurgatio filii spectaretur: sed in viro et patre moderato, hanc ratio distulit: 'satis ad objurgandum causæ: ret quid feci, quid commerni peccavi, pater?' (Ms. Biblioth. gent. *quid merui aut quid peccavi* &c. quam ergo honesta oratione declinare objurgationem potuimus Chremetis quidem criminatio movit: invenit æquitas patris rationem, unde *ne hæc quidem vehemens causa ad objurgandum* retur: id quod spectatoribus *manifeste* ostenditur: donec de manifesta injuria (detrectati ac si forte, imperii patrii) *veram gaudi causam* suppeditaret. *Bæ.*

111 *Nec satis*] *Mire* expressam indulgentiam patris erga filium. inquit, causa: sed pro amarit objurgationis non erat satis, hoc non idonea videbatur. *Donatus.*

Nec satis ad objurgandum] *habui*, vel *erat*. Virgilius: 'Nec rationis in armis:' et hic, *erat habui*, deest ad sententiam. *Idem.*

Diceret] Deest enim. *Idem.*

112 *Quid feci*] *Mire* fidem prætulit argumento, quod est æquanti versu. *Idem.*

Quid feci, quid commerni, aut vi] *Ab* majoribus a majoribus ad m *Et feci quasi facinus* dixit. *Idem.* enim quis et homicidium dicitur *Commerni*, minoris culpæ est: cavi, multo minoris et levioris.

113 *Qua sese*] Illic, mea Glycerium : hic pronomen dixit. Mira dissimulatio, tanquam illam præter periculum nesciat. *Idem.*

Qua sese voluit in ignem injicere prohibui] Et Donatus et omnes libri scripti Terentii ita collocant: *qua sese in ignem injicere voluit, prohibui.* Bæclerus.

Qua sese in ignem injicere voluit prohibui] Meorum alter, et Biblioth. Argent. codices, *proicere*, habent. Bæclerus.

115 *Nam si illum*] Argumentum per ratiocinationem a contrario : ut si dicas : 'Viro forti præmium debetur, si desertori pœna constituta est.' *Donatus.*

Tulit] Pro attulit. Sed multa significat. Et alias *pertulit* : Virgilius : 'Non tulit hanc speciem, furiata mente Choræbus.' Alias *sustulit*, ut idem : 'Omnia fert ætas, animum quoque' pro *auferit*. *Idem.*

116 *Illi*] Pro illo. *Idem.*

Dederit damnum aut malum] *Damnum*, rei est : *malum*, ipsius hominis. *Idem.*

Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum] Priscianus lib. xviii. Græce vertit : *τί ὃν ποιεῖς ἐκείνῳ*, ὃς ἔπα δέδωκεν ἢ ζημιᾶν ἢ κακόν, ut supra vs. 97. 'quæ sit rogo,' *τίς ἔπα ἐγὼ* : et vs. 100. 'quam timeo, quorsum evadat,' (ita enim legit) *ὃς δέδωκε ποί ἔπα ἀνομιᾷ.* Bæclerus.

117 *Venit Chremes*] Argumentum ex conjectura, de testibus. Et mire supra, 'Ultro venit ad me.' Ergo hic causa justi doloris ostenditur, quia dolet etiam Chremes : nam potuit, non daturus filiam, non venire. *Donatus.*

Postridie ad me, clamitans] Ut sine dilatione sciri posset : et *clamitans*, indignantis est : ut 'Clamant omnes.' *Idem.*

118 *Indignum facinus*] Distinguendum, ut per se intelligatur indignum facinus ; et ipse doleat Pamphilum

corrumpti. *Idem.*

Comperisse] Ergo ab aliis : ut appareat verum quod ait, *Tum uno ore omnes* : et, *Hac fama impulsus Chremes.* *Idem.*

Indignum facinus comperisse] Deest *se* : incertaque distinctio. *Idem.*

Pamphilum] Cum emphasi dixit, id est, pudentem et bene moratum. Et nec amicam, sed *pro uxore*. Mire ergo, quasi non hoc doleat quod amet, sed quod pro uxore habeat. Et simul excusatur filiam denegaturus socer. *Donatus.*

119 *Hanc peregrinam*] *Hanc* cum contemptu dictum est, et *peregrinam*, ut alibi : 'Adeone est demens ex peregrina?' nam hoc nomine meretrices etiam nominabantur. *Idem.*

Peregrinam] Male audiebant peregrinæ, tanquam meretrices. *Farnabius.*

Ego illud sedulo] Quanto affectu pater factum, quod viderat, negabat ! *Donatus.*

Sedulo] Quomodo *sedulo*, si negabat ? an *sedulo*, ut Sosia? id est, simpliciter. *Idem.*

Sedulo] Quia non semel negavit, vel ille institit.

120 *Factum*] Impersonaliter. *Id.*

Negare factum] Officium patris, et simul per hoc expressio probationis. *Idem.*

Ille instat factum] Plautus, 'Instare factum : ' similis est *ἀρχαῖος.* *Idem.*

Instare factum] Vetuste, id est, instat dicere factum esse. *Idem.*

Denique] Quid denique ? ad summam properat, et ad finem dictorum. *Idem.*

Denique] Id est, postremo. *Idem.*

121 *Discedo*] Proprie : non enim abeo. Unde *discessio.* *Idem.*

Ut qui se neget] Probavit, quod non volebat senex, Sosia : adhuc superest ut ostendat, quod non sit irascendum, quin juste irascatur. *Idem.*

122 *Non tu ibi gnatum*] Ἀνομιᾶν.

ois, vel ellipsis : deest, invasisti, objurgasti, adortus es. *Idem.*

123 *Ad objurgandum*] Incusandum, inclamandum. *Idem.*

124 *Tute his rebus*] Modo non addidit, diceret. *Idem.*

125 *Prope adest*] Prope adsunt nuptiæ : in proximo sunt metæ libertatis : et ideo avidius voluptaria sub finem carpenda sunt. *Idem.*

Prope adest] Dictus est dies nuptiis : prope est cum amore et fide conjugali vivendum : liceat interea meo arbitrato, libero ac amatorio, vivere, atque hoc ex licentia morum Atticorum, scena sequenti, 'Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum,' &c. *Farnabius.*

Quum alieno] *Quum*, pro *quo*; hoc enim significat *quum*. *Donatus.*

126 *Meo me vivere interea modo*] *Meo modo*, mea voluntate, meo arbitrio. *Idem.*

Quis igitur relictus est objurgandi locus] In prima sede diceretur esse Pæanem quartum : (id est, tres breves et unam longam :) at non est ; nam vel S eliditur in prima syllaba, vel R in quarta. Itaque aut erit Anapæstus, aut, si mavis, Proceleusmaticus ; qui et in Iambo locum habet. Sed istius nil opus est : nam in Ms. Rivii optime legebatur, *Qui igitur* ; veteres autem sæpissime illud qui, pro quis, usurpabant : octo et plura exempla sunt apud Terentium. *Faber.*

Relictus est objurgandi locus] Mire objurgandi : tanquam incensus pater in filium videretur : nam supra commotus, plus per ἀποδείκναι significaverat. *Donatus.*

128 *Si propter*] Hoc erat secundum in divisione, 'Et consilium meum cognosces.' *Idem.*

Si propter amorem] Initium consilii sui demonstrandi. *Idem.*

Notis] Legitur et *nollet*. [In nostris Var. Lectt. pro *Notet* lege

Nolet.]

129 *Ab illo animadvertenda injuria*] Nota participium a passivo : *animadvertenda*, castiganda, vindicanda est. *Donatus.*

Ab illo injuria] Quam facit, non quam patitur. *Idem.*

Ea primum animadvertenda] Ut jam hoc sit peccatum, quod recusat nuptias, non quod peccat adolescens. Ideo ergo primum dixit, animadvertenda injuria est, vindicanda, exequenda est. Et bene *ea ab illo dixit injuria* : certissimam enim notat personam, quæ debeat pro injuriis pœnasolvere : quod si dixisset, *Injuriam ejus*, ἀμφιβολίαν fecisset, utrum quam passus est ab alio, an quam ipse aliis intulit. *Idem.*

130 *Et nunc id*] Hic reddit quod dixerat, *Consilium meum cognosces*. *Idem.*

Id] Id est, *propter id*. *Idem.*

Et nunc id operam do] Don. hic reddit quod dixerat, *Consilium meum cognosces* : postquam scilicet gnati vita erat exposita : sicut vs. 141. 'nunc tuum est officium,' &c. ad illam tertiam partem de propositis pertinet : 'et quid facere in hac re te velim.' vs. 22. et 23. *Bæclerus.*

131 *Vera*] 'Αρρίβρον : quia *falsa* dixit, intulit *vera*. *Donatus.*

133 *Nunc cum nihil obsint doti*] Videtur legendum, *obant*, non tamen muto : omnes enim libri habent, *ob-sint*. *Færnus.*

Consumat nunc, cum nihil obsint doti] Incassum perdat, absque damno meo. *Farnabius.*

134 *Quem ego credo manibus ped.* &c.] *Observe frequentationem verborum* in describenda pravitate Davi, quæ statim ab initio noscenda erat. Hunc enim sensum ; 'adversum me studebit omnia facere Davus,' quam operose extulit : *quem ego credo facturum omnia*, (ubi tamen ego non est otiosum,) quo studio, quo conatu? *manibus pedibusque* : nondum sufficit proverbial-

lis amplificatio; additur *obnixæ*, quod 'instante contra conantem,' Donato interprete, velut ob oculos ponit: quo consilio fructuque? non tam ut obsequatur gnato meo, (nam id probabile de servo erga herilem filium occurrebat,) quam offendendi heri causa, quod extremæ improbitatis est: sed asseverata gravitas est in his: *magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato*: ubi ipsa voce *incommodandi*, nocendi lubidinem signari Donatus vidit: quæ ut efficacius ostenderetur, admiratione Sosiæ, elicitur sententiæ gravissimæ *ἐπισφράγισμα: mala mens, malus animus*, de quo vide Chrestomath. in Anim. Bæclerus.

Manibus pedibusque] Proverbiale, id est, omnibus membris. *Donatus.*

Manibus pedibusque obnixæ omnia] *Ὅσον δύναται χειρὶν τε ποδῶν τε, καὶ σθένει.* Hom. II. v. τανούτῃ II. II. *Farnabius.*

Obnixæ] Cum conatu, instante contra conantem. *Donatus.*

135 *Magis id*] *Id*, propter id. *Idem.*

Incommodet] Noceat, incommodum afferat. *Idem.*

Mihi ut incommodet] Non enim, inquit, prodest filio amare meretricem. *Idem.*

Mihi ut incommodet] Naturale est servis odisse dominos: quos metunt oderunt: quot servos, tot habemus hostes, genus gratuito malum, τοῖς δεσπόταις αἰὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, καὶ χρηστοῖς δεσπόταις δουλεύουσιν. Marcellin. in Hermogenem. vid. 47. Epist. Senecæ. *Farnabius.*

136 *Quapropter*] Mire Sosia interogat, quasi nulla causa sit fallendi dominum. *Donatus.*

137 *Mala mens*] Voluntas, est mens, etiam ratio. *Donatus.*

Mala mens] Argumentum a natura, et an aliquis sine causa malus, an ab impulsione. *Idem.*

Mala mens] Quia dixit, *Magis ut lædat, quam ut prosit.* *Idem.*

Mala mens] Ex malæ mentis fonte profuunt malæ imaginationes, mala voluntas, consilia prava, operationes malæ. *Farnabius.*

Quem quidem ego si sensero] *Ἀνομιάνης* est, gravissimam pœnam ostendentis. *Donatus.*

140 *Exorandus*] Legitur et *expurgandus*. Si *expurgandus*, lege cui, non qui: quia cui per q veteres scripsere. *Idem.*

Confors] Ab eo quod est *confist*, id est, perficitur, futurum tempus infinitivi modi *confors*, id est, perfectum iri. Sic in Adelphis, 'Verum quid ego dicam? hoc *confist* quod volo.' *Confors*, id est, perfici: unde *confectum negotium* dicitur, vel *confecta res*: quæ ad plenum perficitur. Virgilius: 'Nunc qua ratione quod instat, *Confors* possit, paucis, adverte, docebo.' *Idem.*

141 *Nunc tuum est officium*] Hoc ad illud tertium respicit, quod dixit, 'Et quid facere in hac re te velim.' 'Has bene ut adsimules nuptias: perterrefacias Davum?' hoc erat tertium de his, quæ dicturum se promiserat. *Idem.*

Adsimules] Hoc est nnum verbum. *Adsimules*: quod dixit, 'Quin tu uno verbo dic, quod est quod me velis.' *Idem.*

142 *Perterrefacias*] Vennste et Poëtice. *Idem.*

Observeo filium] Observatio in duabus rebus est, in obsequio et speculando. *Idem.*

144 *Curabo*] Ut coquus: et supra sic, 'Nempe ut curentur recte hæc.' *Idem.*

I præ] Figura *ἀναστροφῆς*, quod nos præi dicimus. *Idem.*

I præ, sequar] Victorianus liber, *sequor*: quod magis videtur consuetudini sermonis accommodatum. *Farnabius.*

SCENA II. Constat hæc scena Iambicis senariis et octonariis, (quibus interjicitur dimeter horizon,) cum tro-

chaicis, 10. et 11. vs. alter ex Ms. meis ita habet: *Sperantes jam amoto metu interea oscitantes opprimi Posse, nec esse spatium cogitandi ad disturbandas nuptias*. Alter pro *interea*, inter præfert: sicut et Argentoratensis; in quo secunda manu deletio *rd* inter factum est *interea*. Idem Codex Argent. vs. 11. *ne esset nobis spacium cogitandi ad dist. nupt.* Meorum alter: *ne nobis esset sp. male*. v. Guyet. vs. 19. tres Mss. nostri habent: *dehinc postulo, siue æquum est, Dave, te oro, ut redeat jam in viam*: placet collocatio verborum. Idem vs. 21. pro *cepit* habent *ceperit*: unus, *accepit*, vs. 53. et 54. ut edidimus. Donatus pro *hoc, haud*: quem sequitur Faërnus. vs. 20. *hoc quid sit*; in Ms. Argentor. glossema in textum irrepsit: *Hoc quid sit nescio*. S. si quæras dicam omnes, &c. Bæclerus.

1 *Non dubium*] *Narratione jam habita, persona Sosia non erat necessaria: ergo subsistit senex, per quem agenda sunt reliqua*. Donatus.

Non dubium] Ad hoc certus inducitur Simo, ut magis perturbetur inopinata consensione Pamphili ad ducendam uxorem, et præterea nihil agat cum Chremete de tradenda filia, confirmandisque nuptiis. *Idem*.

Non dubium est, quin, &c.] Hinc enim verius est, scenam ordiri. Certus autem inducitur senex, ut magis confundatur postea, ubi aliter evenire sentiet: *ἡποκονομῶντας γὰρ ταῦτα τῇ ἐκτροπῇ*. Vide Don. Bæclerus.

2 *Ita modo Davum timere sensi*] Non recessit de loco senex: *Sensit* ergo ante, quam cum Sosia loqui cœpisset. *Donat.*

Ita modo] Argumentum quod supra, ab eo quod nostri faciunt. *Modo*: ante quam cum Sosia loqui cœpisset Simo. Et Davus non recte scribitur, Davos scribendum: quod nulla litera vocalis geminata unam syllabam facit. Sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula

digamma utimur, et scribimus, *Davus, ser Davus, cor Davus*. Donatus.

4 *Mirabar hoc*] Hic locus est, in quo Davus insinuat, spectatoribus multa gesturus. *Idem*.

Si sic] *Sic*, pro leviter et negliger, quod Græci *ὀβρως* dicunt: significat autem *ὀβρως*, id est, *sic*: et est de his, quæ adjuvanda gestu sunt: ut *tantillum puerum*: et, *Hujus non faciam*. *Idem*.

Semper lenitas] Sic scribendum per subunionem, (Græci *ὁπῆν* vocant). Ita Plautus in Persa dixit *mem-homines*, id est, qui nunc vivunt: Tibullus, *antecomus*, pro capillis qui non sint amplius. Catullus, *olim-furores*: Virgilius *ante-malorum*, quæ prius tolerata fuerunt. Multa alia id genus alibi congressi; ad Lucretium, opinor. *Faber*.

Lenitas] Clementia, facilitas: cui contraria, asperitas et difficultas. *Et heri semper lenitas*. An *semper-lenitas*? ut sit *ὁπῆν*. Lucretius, '*Semper florentis Homeri*.' Donatus.

Semper lenitas] Ac per hoc simulata usque nunc lenitas: nam nemo in diversis actibus semper lenis est: nisi forte fictus assimulator et callidus. *Idem*.

Semper lenitas] Sine differentia est importuna lenitas. *Idem*.

Heri semper lenitas, &c.] Fallantur omnino cum Donato qui *rd semper lenitas* per *ὁπῆν* & copulant: trajectio verborum est, ut recte Guyetus notat. Bæclerus.

Semper lenitas] Per *ὁπῆν* & jungi volunt, ut sit continuata et usque nunc simulata lenitas, in subsidio latens, opportunitatem erumpendi captans. *Farnabius*.

5 *Quorsum evaderet*] Ad quam partem erumperet. Et *evadere* est per quamcumque difficultatem ad aliquid pervenire. *Donatus*.

7 *Verbum fecit*] Non dixit litigium aut rixam, sed *verbum*. Istæ exiguitates asseverationes dicuntur: et cum pronuntiatione, ut intelligatur,

ne verbum quidem. *Idem.*

Neque id agre tulit] Hoc est *semper lenitas*. *Idem.*

8 *Faciet*] Subaudiendum *verbum*: et est *faciet* persona tertia, pro prima. *Idem.*

Faciet] Id est, irascetur, denunciat, loquetur. *Idem.*

Sine tuo magno malo] Id est, comminabitur tibi, et minas contemnes, ut ad pœnas pervenias. *Idem.*

9 *Id voluit*] Aut absolute accipiendum *id*: aut *id*, quomodo *sic*, demonstratio est, ut magis gestu quam sensu intelligatur, ut supra diximus. *Idem.*

Nec opinantes] *Ἰδέσθαι*. *Idem.*

Duci] *Ducere* est expectatione longi temporis malum proletare: vel induci, ut feræ in retia. *Idem.*

Falso gaudio] Velut ex ira, et vitæ senis iracundia. *Idem.*

Falso gaudio] Adi Senecam Epist. LIX. ubi *mala gaudia et falsa gaudia* excutiantur. *Farnabius.*

10 *Amoto metu*] Ista singula sunt: et *amoto metu* sic dixit, quasi metus sit corpus brutum, quod cum molimine movetur. *Donatus.*

Oscitantes] *Oscitatio* est animi otium et securitas, dictum ab *ore ciendo*, id est, commovendo. *Oscitantes*, securi, id est, nihil providentes. *Idem.*

Oscitantes opprimi] Al. *inter oscitantes*: hoc est, securos ac negligentes. 'Deliberatum est,' inquit Agellius, 'de nota ejus, qui ad censores ab amico advocatus est, et in jure stans clare nimis ac sonore oscitavit. Atque mihi, prope ut plecteretur fuit; tanquam illud indicium vagi animi foret et hallucinantis, atque fluxæ et apertæ securitatis,' &c. IV. l. 20. c. *Farnabius.*

11 *Cogitandi ad disturbandas*] *Miranda locutio*: ut si dicas, *Cogitat ad dicendum*. *Donatus.*

12 *Astute*] Hoc et gestu, et vultu servili, et cum agitatione capitis dixit. *Idem.*

Carnifex] Aut excarnificans dominum, aut ipse dignus carnifice, ut caro fiat, id est, lanietur. *Lucilius*: 'Carcer vix carcere dignus,' *Idem.*

Neque provideram] Providentia duplex est; aut enim animo, aut oculis providemus. *Idem.*

Herus est, neque provideram] Omnes fere libri *provideram*: licet aliter *Donatus*: 'provideram autem pro porro videram. *Plautus* in *Asinaria*: 'Non hercle te provideram.' *Faërnus.*

13 *Hem*] Quasi correptio totius corporis. *Donatus.*

Ehodum] *Nutus* est, intentionem animadversionemque deposcens ejus, cum quo vult loqui. *Idem.*

Ehodum] *Dum παράλκον* est hoc loco. *Idem.*

Quid hic vult] More servili, et vernili gestu, sic enim vocati a dominis servi vultuose agunt. *Idem.*

Qua de re] Negantis vim habet hæc interrogatio: plus est enim *qua de re*, quam nihil. *Idem.*

Rogas] Hoc cum interrogatione indignantis. *Idem.*

Hem quid est? &c. *quid hic vult?* *qua de re*] Digna sunt hæc, quæ explicantur: cum *Davus* conspecto hero perturbatus ad spectatores dixisset, *herus est neque provideram*, adhuc dissimulat, visum sibi esse herum, donec ad vocem vocantis circumspectat et quasi nescius, a quo vocaretur, *hem, quid est?* inquit: unde *herus* denno; *ehodum ad me*: quasi dicat huc specta, ego te vocavi: tunc *Davus*, demurmurat secum: *quid hic vult?* itaque *herus* iterum: *quid ais?* id est, quid tu murmuras? respondet ille: *qua de re?* id est, nihil equidem: ut accipit *Donatus*: ita vis verborum negat, forma interrogat, ut possit locus esse *Simonis instantiæ*: *rogas?* sub. *qua de re* te loqui putem: et jam velut ex abrupto, quid ipse cum *Davo* velit agere, infert: *meum gnatum rumor est amare*: qui *rumor* quia in populo

esse intelligitur, Davus eludendi occasionem captans, *id populus curat scilicet*, inquit, id est, quasi populus de amore unius adolescentuli sollicitus esset. Sed instat iterum senex: *hoccine agis, an non?* præcidere volens omnem elabendi occasionem, attendere animum jubet, et ad rem respondere, unde constrictus Davus, *ego vero istuc ago*, inquit: et simulans attentionem angularem, cum Simo rem ipsam cæptaret disserere, in ignorantiam et admirationem compositus, ait: *hoc quod sit*, sub. non intelligo: in qua simulatione perstat, donec senis interminatione excutitur. Confer omnino ad principium hujus actus, id est, ad illam Davi tergiversationem, act. II. sc. 6. pr. Gallus interpretes ita accipit illa: *quid ais*, id est, quid videtur tibi? *qua de re?* id est, de qua re loqueris, here, aut interrogas, quid mihi videatur? *rogas? meum gnatum rumor est amare*: id est, an tu hoc nescias? rumor incedit per urbem, filium meum seductum amori operam dare: *id id populus curat scilicet*, Cicero proverbiali schemate usurpavit ad Attic. lib. XIII. ep. 34. Bæclerus.

14 *Meum gnatum rumor est amare*] Mire apud servum dissimulat id, quod jam probavit. *Donat.*

Meum gnatum rumor est amare] Graviter constanterque senex nondum se fatetur credere, nec verum scire: ne amittat vim vindicaturi, si reascrit. *Idem.*

Id populus curat scilicet] Quia rumigeratio populi est: sed hoc aversus ab illo contumaciter: sic Virgilius: 'Scilicet is Superis labor est.' *Scilicet* semper cum *elpopulus* ponitur. *Idem.*

Id populus curat scilicet] Quasi vero id populo curæ sit, de filii tui amore rumigerare vel rumiferare, ut loquitur Plautus Amphitr. II. act. 2. sc. Farnabius.

15 *Hoccine agis*] *Agis*, id est, an-

dis. Alibi sic, 'Hoc age ambo.' Plautus: 'Hoc agite sultis Spectatores nunc jam.' Pronuntians simul demonstrative, veluti aurem suam tangens. *Donatus.*

Isthuc] Deest *ago*, vel *audio*. *Idem.*

S. *Hoccine agis an non?* D. *ago vero isthuc*] Non abs re fuerit hoc loco dicere, quod jam dicturus sum; nempe hic apud meliores Latinitatis scriptores sumi pro *meus*, at *iste* pro *tuus*. Primæ personæ est hic, secundæ autem *iste*, vel *isthuc*. Ejus rei tam multa apud Terentium et Plautum exempla sunt, ea ut colligere pigeat. Itaque si locus hic Terentii mihi Gallice convertendus esset, non dicerem ut nuperi interpretes: *Pense-tu bien à ce que tu dis?* imo autem sic verterem: *Pense-tu bien à ce que je dis?* atque ita, si Davus sic responderet; *Ego vero isthuc*; id ego ita converterem: *Ouy vraiment, je pense à ce que vous dites*. Herus interrogat per hoc, at servulus per *isthuc* respondet. *Faber.*

Sed nunc ea me exquirere, iniqui patris est, &c.] In hanc orationem Simonis, omnemque ejus in tolerandis amoribus indulgentiam, Rivius non perfunctorie invehitur: merito: sed meminisse tamen debemus, hanc temporis non hominis labem fuisse. Quo fit ut hæc oratio, vera estimatione, negligentis et nimium blandi; pro moribus temporum, lenis et mansueti patriæ habeatur: itaque non aliter Laches loquitur in Hecyra IV. 4. 62. &c. adde Chremetis orationem Heaut. I. 2. 32. &c. et III. 1. 34. &c. At si quis ex Poëta sciscitatus esset, an hic 'ineptia lenitas patris et facilitas prava,' qualem in Adelphis Micioni dedit, notaretur, non dubium est, quin negasset. Muretus ad *elpopulus* confugit: hæc hic locum sane habere nequit. Ad moris Attici infamiam referenda sunt omnia: adversus quem talis querela locum habet, qualem

Isocrates in Areopagitica, meliorem antiquioris ævi disciplinam comparans, instituit. Prætexuntur interim, ut fieri solet corruptis civitatis moribus, honestiora vocabula. Simo enim, hic speciem quandam juris effingit; cui postea utilitatem superinducit: agnovit utrumque Donatus: nam ad illa verba, 'iniqui patris est,' annotat: 'Iniqui est, si nunc velim quærere actus liberos adolescentis:' quasi scilicet, postquam excessissent ex ephebis filii, liberius vivendi potestas, ut superiore scena dixit, patris imperio et auctoritatē ipso jure limites poneret. Quando autem Simo addit, 'sivi animum ut expleret suum,' Donatus, 'mira ratio,' inquit, 'cur siverit, ut et hoc quod permisit, ad bonam frugem permiserit, non ad luxuriam.' Subest in his tertium schema, *temporis* usque ad matrimonium definiti *brevitas*: quæ cum patribus obtentui sumpta esset, filiis in titulum juris placuit, ut ex illis videre licet: 'Tate ipse his rebus finem præscripsisti pater, Prope adest, quum alieno more vivendum est mihi, Sine nunc meo me vivere interea modo.' *Bacclerus*.

Ea me exquirere] Scena præcedente 'Prope adest, cum alieno,' &c. et scena i. act. 2. et scen. vi. act. 2. *Farnab.*

16 *Iniqui patris est*] Iniqui est, si nunc velim quærere actus liberos adolescentis. *Donatus*.

Nam quod antehac fecit] Pro *ante hæc*, consuetudine magis, quam ratione dicitur. *Idem*.

Nihil ad me] Id agit, ut superius consilium se servare ostendat. *Idem*.

17 *Dum tempus ad eam rem tulit*] Absolute: et deest *se*: ut sit, *Dum tempus se præbuit*: quia supra dixit, 'Tate his rebus finem præscripsisti pater.' *Idem*.

Sivi, animum ut expleret suum] Mira ratio cur siverit, ut et hoc quod permisit, ad bonam frugem permiserit,

Delph. et Var. Clas.

non ad luxuriam. *Sivi* autem distinguere: est autem *sivi*, modo, permisi, cessavi. *Sivi*, antiquæ. Aliter in *Adelphis*: 'Non sivit egestas facere hoc nos.' *Idem*.

18 *Nunc hic dies aliam vitam adfert*] Hoc est, recte, et severe, et inexorabiliter denuntiatur. *Aliam vitam*, pro diversam et contrariam. Sic et *Virgilius*: *Diis aliter visum est*. *Idem*.

Nunc hic dies] *Hic dies* habent omnes libri scripti, et *Donatus*. *Færnus*.

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat] *Cicero*, more suo, ad consilia de Rep. accommodat *Epist. Famil. xii. 25*. ad *Cornificium*: 'Accipio excusationem tuam de *Sempronio*: neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti: nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat, ut ait *Terentius*.' *Bacclerus*.

Nunc hic dies aliam vitam adfert] Citat hunc versum *Cicero* l. xii. 25. *Epist. Famil.* ἄλλος βίος, ἄλλη διαίτα. *Prov. apud Zenobium*. *Farnabius*.

19 *Postulo, sive æquum est, te oro Dave*] Correctio addita, non tam *elapvelar* spectat, quam vim jubendi intendit. 'Major enim ad impetrandum vis est, eum rogare, qui possit jubere;' ut hoc *Servii* verbis dicam ad 6. *Æn. v.* 'Idem orans mandata dabat.' *Bacclerus*.

Sive æquum est] *Epanorthosis* amara. *Farnabius*.

Te oro Dave] Gravius illud fecit, nomen appellando. *Donatus*.

Ut redeat jam in viam] Jam modo tarditatis est signum: et in *viam* dixit, quasi qui devius sit, et errarit a recta via. *Idem*.

Ut redeat jam in viam] Proverbiale. *Idem*.

Sive æquum est] Ἐπ' ἀνθρώποις. *Idem*.

20 *Hoc quid sit*] Ἐλλείψις: deest enim *quæris*. *Idem*.

21 *Ita aiunt*] Hæc credunt et loquuntur universi: et est trepida confessio, et quasi inviti responsio: ut

Terent.

8 X

in Heantont. *Ita credo*: monente patre filium. *Idem*.

Tum si quis magistrum] *Metapopixēs*, an quia et paedagogus est magister? ut Geta in Phormione, 'Me filiis relinquunt quasi magistrum.' *Idem*.

Ad eam rem] Id est, supra eam rem; hoc est, super amorem. *Idem*.

Improbum] Cajus opera et consilio improbo seducatur, ut Pamphilus tuo. *Farnabius*.

22 *Animum egrotum*] Pro *ægrium*, nam animus æger, corpus egrotum. *Donatus*.

Ipsum animum egrotum ad deteriore rem partem plerumque applicat] Scilicet, ut *μυῖθος*: Horatiana, Epist. 1. 8. se indicet homo talis, mente minus validus, quam corpore toto: 'Nil audire volo, nil discere, quod levet ægrum; Fidis offendor medicis, irascor amicis; Cur me funesto prope sent arcere veterno? Quæ nocuere, sequor: fugio quæ profore credam.' *Bæclerus*.

Egrotum, &c.] Stoici cupiditates et affectus animi morbos esse sentiunt. Cic. Tusc. Quæst. *Farnabius*.

23 *Hem*] Interjectio est irascentis. *Donatus*.

Davus sum, non Œdipus] Multiplex contumelia: potest enim senem quasi sphingem dixisse, id est, deformem monstrique similem: potest etiam inhumanum et ferum, ut sphinx. Potest etiam per Œdipum se ultorem promittere futurum, atque oppressorem sapientiæ senis. *Idem*.

Davus sum, non Œdipus] Facite se ægavit Œdipum, ut senem sphinga esse confirmet, non Œdipum. Imitationum duo sunt genera: quandam necessitas, quandam introducit voluntas. *Idem*.

Non Œdipus] Si Latine pronunties, genitivus Œdipi faciet, si Græce, Œdipodis. *Idem*.

Davus sum, non Œdipus] Servus sum barbarus et simplex; non Œdipus, qui ænigmata et perplexa problemata possim solvere: vide quid

mos ad Thebaida Senecæ 119. vers. *Οὐ μᾶλλον εἶμι τ'ἀπαρὴ γυναικὶ σαφὲς*. Euripid. *Œdipo conjectore est opus*. *Farnabius*.

24 *Sane quidem*] *Sane*, valide: quia qui sanus, et validus est. *Donatus*.

25 *Si sensero*] Comminatio, et sit pronuntiatio, ut in singulis verbis ardeant minæ. *Idem*.

Hodie] Non ad tempus non plenum, sed ad comminationem refertur: ut Virgilius: 'Nunquam omnes hodie moriemur inulki.' Et dies pro nocte accipitur: ut hoc ipsum, 'Nunquam omnes hodie moriemur inulki.' *Idem*.

Si sensero hodie quicquam, &c.] Hæc *καρδία* supra (sc. 1. vs. 37.) cepta, et correctione repressa, nunc absolvitur. *Bæclerus*.

Si sensero] 'Precibusque minas regaliter addit.' Ovid. 11. Metam. 'Imperium, promissa, minas confundit in unum.' *Farnabius*.

26 *Quo stant minus*] Quo minus, hoc est, quo impeditius. *Donatus*.

27 *Aut velle in ea re ostendi quam sis callidus*] Plerique libri, et in iis omnes antiqui, *ostendi quam sis callidus*. *Færnus*.

28 *Verberibus casum te Davo in pistrinum*] Vult in pronomine et nomine exagitare comminatione servum, ne quid relinquat iracundiæ. *Donatus*.

In pistrinum] Ad violam trusatilem: vide act. III. sc. 4. *Farnabius*.

Dedam] *Dare*, est quod repetas; *Dedere*, est ad perpetuum. *Davus*, et amicis: *Deditus*, tantum hostibus. *Donat.*

29 *Ea lege atque omine*] *Lege*, ad homines: *omine*, ad rem divinam refertur: id est firmamentum, per humana et divina. *Omen* autem est, quicquid ore dicitur. *Idem*.

Ea lege atque omine] Bene *lego* atque *omine*, quia leges auspicias servatis ferebantur. Ergo sic intellige, quasi dixerit, ea lege et conditione. Et antiqui auspiciato omnia faciebant, quæ rata esse vellent. *Idem*.

*Ea lege atque omine, ut si te inde ex-
em. ego pro te molam*] Obacure, nec
non aliena quædam, hic annotat Do-
natus: ea lege atque omine, &c. i. e.
ea conditione, ut si te inde exeme-
rim, ea exemptio sit mihi pistrini
omen, et ego sc. pro te molam: quæ
Gayeti expositio placet. *Bæclerus.*

Ea lege atque omine] Leges ipsæ
auspiciis ferebantur. Neque Deo-
rum solum voces observaverunt, sed
etiam hominum, quæ vocant omina,
&c. Cicer. i. de Divinatione. *Farn.*

30 An nondum etiam] Quartum rap-
tator, quia abundat etiam. Donatus.

*Quid? hoc intellexisti? an nondum
etiam ne hoc quidem*] *Plant. Amphitr.*
II. 1. 30. 'Satin' hoc plane, satin'
diserte nunc videor tibi locutus esse?'
Ceteram in h. l. Terentiano, frequen-
tibus verbis *ἀέγγω* inest: cui quadrat
responsio Davi simili frequentatione
verborum: 'Imo callide: ita aperte
ipsam rem modo locutus es:' insup-
per; 'Nihil circuit. usus es.' *Bæcle-
rus.*

31 Ipsam rem] Ipsam rem, id est,
voluntatem suam, aut interminatio-
nem suam: hoc est, pistrinum et
pœnas serviles. Donatus.

Nihil circuitione] *Nihil*, pro non.
Circuitione, periphrasi. *Idem.*

Nihil circuitione] Nulla ambage
verborum. *Farnabius.*

Usus es] Legitur et *usor es*. Donat.

32 Ubivis facilius] Admonitio. *Id.*

Ubivis facilius] Cicero: 'Non est
in hac causa peccandi locus ullus.'
Idem.

33 Bona verba quæso] Hic in elpe-
relæ est *εὐφημismus*. Quasi dicat, me-
liora loquere, rogo te: ergo cum ad-
monitione, Bona verba, inquit, rogo.
Donat.

Bona verba quæso] *Εὐφίμει*, *εὐφίμω*-
ω id est, noli quæso male ominari,
i. e. noli ea putare aut loqui de ser-
vo tuo, quasi is te delusum cupiat:
'Prorsus a me opinionem hanc tuam
esse amotam volo,' ut infra loquitur,

act. II. sc. 1. vs. 30. Quod autem Si-
mo excipit, *irrides*? Nannius in Mis-
cellan. accipit, pro *adularis*, *palpum*
οβριδία, et comparat huc vs. 20. act.

III. sc. 2. *irrideor*. Potest et ita in-
telligi, ut illa ipsa simulatio innocen-
tiæ, *εὐφημismus* Davi significata, seni
occasionem dederit, per indignatio-
nem de irrisu hoc interpretandi, qua-
si dicere voluerit: derides me, si
putas, me nequitie tuæ ignarum, te-
que pernegando (*εὐφημismus* enim ille
non simpliciter, sed cum affectu ne-
gat) innoxium videri posse: unde
sequitur statim: *nihil me fallis, οὐδέν
με λανθάνεις ἔν*, ex Menandri versu
νῦν δὲ οὐδέν λείψας με ἔν, ut Donatus
monet. *Irrides?* interrogatio affectum
addit: de sensu dictum est. *Bæclerus.*

Bona verba quæso] *Εὐφημismus* σικω-
πικός. *Farnabius.*

Nihil me fallis] Non te ignoro, non
me decipis. Sic Menander: *νῦν δὲ
οὐδέν λείψας με ἔν*. Donatus.

Nihil me fallis] Figura est *ἐλλήνω-
μός*: a loco *οὐδέν με λανθάνεις ἔν*. *Idem.*
Fallis] Lates, ut sit *οὐδέν με λείψας*.
Idem.

Nihil me fallis] *Nihil*, pro etiam
nunc. *Idem.*

*34 Neque tu haud dicas, tibi non
prædictum*] Dux negativæ faciunt
unam affirmativam; tres negativæ
pro una negativa accipiuntur: ut
hic, *Neque haud non*. Sallustius,
'Haud impigre, neque inultus occi-
ditur:' vera ergo lectio est, *Neque tu
haud dicas*. Quod plurimi non intel-
ligentes, hoc dicas legunt. *Idem.*

Neque tu hoc dicas] Vera lectio,
Neque haud dicas; est enim quintum
παράλειπον. Plautus in Bacchid. 'Ne-
que haud subditiya gloria oppidum
arbitror.' *Idem.*

*Neque tu haud dicas, tibi non prædic-
tum*] Est isthæc lectio, si quid in hoc
genere mihi credi æquum est, plane
falsa. In Cod. Ms. quo olim Muretus
usus est, sic legebatur: *Neque tu
hoc dicas tibi non prædictum*. Quam

ego lectionem eo veriore esse arbitror, quod in hac ipsa Fabula ita plane locutus est Terentius, act. III. sc. 2. 'Ne tu hoc mihi posterius dicas, Davi factum consilio ac dolis.' Scio quid ad hæc scribat Vetus Interpres cum tribus suis negationibus; sed, profecto, Vetus ille Interpres non est Donatus, quem olim Romæ docentem audiit D. Hieronymus. *Faber.*

Neque tu hoc dicas] O. l. s. *neque tu hoc dicas.* Vaticanus, *hoc dices*, quod idem est: nam antiqui *dices* pro *dis* efferebant: solus Donatus legit, *haut dicas*, quem et sequimur. *Færnus.*

Neque] Νῦν δὲ οὐδὲν ἀλλήθως με ἔν. *Menander.* Farnabius.

SCENA III. Constat hæc scena iambicis octonariis et senariis: vs. 3. in Argent. et uno ex meis Mss. sic legitur: *quæ si non astu providentur, aut me aut herum pessum dabunt.* Idem in vs. 7. omittunt τὸ in: vs. 9. omnes tres Mss. retinent τὸ me, ut bacchius sit quarto loco: in 10. pro *accedit*, duo habent *accidit*. vs. 20. ita in nostris omnibus scribitur, ut et plerisque aliis libris scriptis, teste Fæarno: ut sit tetrameter trochaicus hypercatalecticus. Emendant autem alii, et in trimetrum ac dimetrum iambicos dividunt, ita: *Mihi quidem non hercle fit verisimile: Atque ipsis commentum placet.* Aliter eodem metro Guyetus, quem vide vs. 21. duo ex Mss. nostris addunt *transfere*: *at ego hinc me ad foras transfero*: glossam scilicet in textum: v. Don. *Bæclerus.*

1 *Enimvero, Dave*] *Hic brevis et comica deliberatio est, magna expectatione populum rerum imminentium commotura, metu et cura æstantis Davi consideratione proposita.* Donatus.

Enimvero, Dave] Omnis persona aut ab altero commendatur, aut se ipsam populo commendat, aut et ab altero et a se ipsa: ut hic Davi, et per

Simonem supra descripta est, ubi dicit, 'Mala mens, malus animus:' et hic per se, dum hoc gestu ac sermone agit ac disputat secum. *Idem.*

Enimvero, Dave] *Enimvero* significationem habet nimium permoti atque irritati animi. Cicero, 'Hic tum alius ex alia parte. Enimvero ferendum hoc non est: vocetur mulier.' *Idem.*

Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae] Ex Planti sumit Asinaria II. 1. 6. 'Quin tu abs te socordiam omnem reice et segnitiam amove, Atque ad ingenium vetus versutum te recipis tuum: Serva herum.' Hæc scena deliberationem habet, totius summam negotii complexam: de consilio Simonis, et amoribus Pamphili: quin etiam vs. 15. &c. ea pars argumenti, quia absolventa erat fabula, affertur: sed, ne quid in protasi alienum fieret, pro commento spernitur. Protasis enim ita argumentum fabulæ tractat, ut reserventur in catastrophæ partes, quibus errores, in Epitasin conjiciendi, absolvi possunt. Nihil autem aliud, quam negotii magnitudinem Davus hic demonstrat, nec dum, quid consilii velit capere, expedit: sed ad Pamphilum festinat, cujus res agebatur. *Bæclerus.*

Segnitia] Ad agendum. *Donatus.*

Socordia] Ad considerandum. *Id.*

Segnitia, neque socordia] *Segnitia*, inquit, ad agendum: *socordia* ad considerandum. *Farnabius.*

2 *Quantum modo*] *Quantum*, pro im quantum. *Donatus.*

3 *Quæ si non astu*] Exhortatio a periculo. *Idem.*

Providentur] Provisio rerum duas significationes habet. *Providemus* enim nobis tam bonum, quam malum. Malum, sicut si quis eminus veriens, telum providerit atque sic caverit. Ergo hic *Providentur*, caventur, vitantur. Et nuptias velut undam navigio imminem fecit: quod si quis

undam ex adverso venientem prora non exceperit, demersus undis in pessus abiit: est ergo metaphora. *Idem.*

Me aut herum] *Herum* hic, herilem filium. *Idem.*

Herum] Herilem filium, Pamphilum. *Farnabius.*

Pessum dabunt] *Perdent pessum*, i. e. ad pedes, ad imum præcipitabunt, *καταβολαῖον*. Mergent funditus. 'Servum ego ratem esse amanti hero, æquum censeo ut toleret, ne pessum abeat.' *Plant. Aul. iv. l.* 'Quasi in piscinam rete qui jaculum parat: Quando abiit rete pessum, tum adducit sinum.' *Plaut. Trucul. act. i. sc. 1. Idem.*

4 *Pamphilumne adjutem, an auscultem seni*] Semper deliberativa verba habent quandam sonum, per quem exitus rei demonstratur: ut hic ostendit, se Pamphilum magis adjuturum, quam verbis senis obtemperaturum. *Donatus.*

5 *Si illam relinquo*] Partium tractatus, quæ supra sunt, Pamphilumne adjutem, an auscultem seni. *Idem.*

Vita ejus timeo] Ut alibi, *Syre, tibi timui male. Idem.*

Ejus vita timeo] Vita, apud Terentium dico, novem aut decem locis, significat, non id quod Gallice sonat, sed quietem, tranquillitatem, bonam existimationem, et quæ sunt eadem, aut his similia. At in ea re sunt qui interdum errant, ut valde periculosum est antiquos scriptores interpretari, et eos sermone nostro loquentes facere. 'Id satis est monuisse semel; tu cetera per te Ipse memor facili poteris cognoscere cura.' *Faber.*

Sin optulor] *Opem ferre* dicitur in malis rebus, et his qui de salute dubii sunt: ut, 'Fer opem, serva me obsecro.' *Optulor* et *optulatio* dicta ab opem tollendo, hoc est, ferendo. *Donatus.*

Hujus minas] *Subauditur, timeo. Idem.*

Sin optulor, hujus minas] *Servus* hic non sinit venire in partem deliberationis obsequium hero debitum, sed periculum et formidinem pœnæ: honestius deliberat Pamphilus i. 5. 26. et 27. *Bæclerus.*

Cui verba dare] *Verba dare*, fallacia est: et illud spectat, *Nihil me fallis. Donatus.*

Difficile 'st] Non dicit, impossibile est. Ergo ostendit, partem se sequi, quæ pro Pamphilo est. *Idem.*

Primum jam] Primo, inquit, jam infensus est senex: deinde a Pamphilo gravis est Glycerium. *Idem.*

Primum jam] *ῥῥέν*: est enim *ἀναστροφή*, pro jam primum. *Idem.*

De amore hoc] *Hoc amore*, sic, quasi cum tædio et reprehensione ejus amoris loquatur. *Idem.*

7 *Me infensus*] Scilicet de amore filii, senex me servat, et re vera timendus est. *Idem.*

Servat] *Φυλάττει. Idem.*

Ne quam faciam] Hoc ad illud spectat, 'Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum.' *Idem.*

9 *Quo jure, quaque injuria*] Proverbiale hoc est: qualia sunt, fas et nefas, nolis velis. *Idem.*

Qua jure, quaque injuria, præcipitem in pistrinum dabit] Melius in editione Gabrielis Faërne, sic: *Qua jure, quaque injuria, præcipitem Mæ in pistrinum dabit.* Neque versus suos numeros eo minus habuerit. Nam synizesis fuerit in postrema syllaba hujus vocis *injuria*. Scio quidem in editione Mureti abesse istud *Mæ*; sed et hoc non ignoro, Muretum multa sibi in illa sua editione permisisse ut versus molliores faceret. Hic illi mos fuit. *Faber.*

Quo jure quaque injuria] *Καὶ δυνάως καὶ δυνάως*, Aristophanes in *Pluto*: ubi Scholiastes: *ἀπὸ τοῦ, πᾶσι τῶν πόνων οὖτος* *Ἄττυκος*. *Donatus*: 'Proverbiale est: qualia sunt, fas et nefas, nolis velis.' Adde eundem ad illud *Adelph. v. 9.* 'justa injusta prorsus

omnia,' &c. *Baculus.*

Quo jure, quaque injuria] Plant. Rudent. iv. 4. 'Quomodo habeas; jure, an injuria:' noster in *Adelphascen.* ult. 'justa, injusta.' Sic 'fas, nefas;' 'fanda, nefanda;' 'scis, ne- seis;' 'velis, nolis.' *Farnabius.*

Pistrinum dabis] *Infra*, Act. III. scena 4. *Idem.*

10 *Ad hac*] In ipsa re major est difficultas, quia gravis est Glycerium. *Dohatus.*

Sive ista uxor] Et hoc cum quodam tædio et indignatione stomachi interrumpit. *Idem.*

Sive ista uxor, sive amica est, gravisda e Pamphilo est] Janus Guillelmus ante me conjecit scribendum esse: *Si ista uxor, sive amica est, &c.* Ita fiet ut in metro nihil sit impedimenti. Sic autem veteres loqui solebant. *Ennius*: 'Si vivimu', sive morimur.' *Plautus*: 'Si media nox est, sive est prima vespere.' Sed et *Terentius* ipse, ut nequid *Plauto* aut *Ennio* ogeas, sic *infra* locutus est, *And.* i. 5. 57. 'Si te in germani fratris dilexi loco, *Sive* hæc te solum semper fecit maximi.' Si in prima orationis parte ponebatur, *Sive* in secunda, ut, *si, nive, &c.* *Faber.*

12 *Opera pretium audaciam*] Dicitur de mirificis et laudabilibus: nam et ea quæ magna sunt, etiamsi mala, tamen miramur: quia libenter audiamus: et hoc pretium est operæ, id est, audiendi. *Et audaciam* proprie dixit, ut in *Ennuchio*, 'Audaciam metricum speeta.' *Idem.*

13 *Nam inceptio est amentium, haud amantium*] Amabant veteres de proximo similia dicere: ut *Cicero*, 'Minus charum putavit fore de armario, quam quod de sacario fuisset ablatum.' Et quidem si in verbis sunt, *παρρησια* dicitur: in nominibus, *παρρησια*. *Idem.*

Amentium, haud amantium] *Paronomasia.* *Farnabius.*

14 *Quidquid peperisset*] Majorem

reprehensionem sonat, quidquid peperisset: paritur enim aut masculus, aut femina: et solet justior esse causa tollendi, si marem uxor peperit; sed nimis amoris est, non expectare quid tollas. *Donatus.*

Decreverunt] *Decernere* est de magnis rebus certam proferre sententiam: unde etiam *Senatus decretum.* *Idem.*

Tollere] Mas utique foret aut femina, pro legitimo partu decreverant suscipere; non exponere pro illegitimo. Neque n. hic locum habet mos ille tollendi infantem de terra, aut ope *Dearum Opis* atque *Levææ*: vide act. iv. scen. 5. *infra*, et *Eunuch.* act. v. sc. 5. *Farnabius.*

15 *Et fingunt*] Argumenti partem narrat: et non credit futura esse quæ dicit, ut supersit locus errori. *Et fallaciam*, et *quandam*; ne verisimilis sit ipsa fallacia totius contemtionis et vilitatis. *Donatus.*

16 *Fuit olim*] Modo totius summum argumentum populo narratur: sed ut restet aliquid ad errorem, abrogatur fides. A *δύσπικτον* ad *μυστηριον* transit. *Idem.*

18 *Is obiit mortem*] Plene dixit, quod nos *obiit* tantum. *Virgilius*, 'Morte obita quales fama est volitare figuras.' *Idem.*

19 *Recepisse orbem, parvam*] *Parvam* propterea adjecit, ut fiat verisimile, non posse eam facile suos agnoscere. *Idem.*

Fabula] Redit ad narrationem. *Idem.*

20 *Mihi quidem hercle non fit verisimile: atque ipsis commentum placet*] Ita in omnibus fere libris invenitur ordinatus hic versus, itaque impressit *Robertus Stephanus*: est autem versus tetrameter trochaicus hypercatalecticus. *Færnus.*

Atque ipsis] *Atque* pro tamen: ut sit, tamen ipsis commentum placet; quod comminiscuntur probant, *Donatus.*

31 *Sed Mysis*] *Παρνακω* alterius scena. *Idem*.

Mysis] Semper autem nomina comicorum servorum, aut a nationibus sunt indita, ut *Mysis*, *Syrus*: aut ex accidentibus, ut *Lesbia*, velut ebriosa, a *Lesbo* insula, quæ est ferax suavissimi candidissimique vini: aut a moribus et vernilitate, ut *Pseudolas*: aut ex negotio, ut *Chrysalus*: aut ex qualitate corporis, ut *Thylæna* (an *Chylæna*) aut ex specie formæ, ut *Pinacium*. *Idem*.

Ego hinc me ad forum] Vultuosa hoc pronuntiatur: ut desit, pergam, aut ducam me. *Idem*.

23 [In nostris VV. LL. attribue illam lect. *Ne pat. de hac imprudenter opp. secundo* Guelf.]

SCENA IV. Hæc scena constat Trochaicis quadratis catalecticis, et duobus postremis octonariis Iambicis, e *Ms.* unus, 3. quoque facit Iambicum octonarium, ita: 'Nec est satis digna, cui committas primo partu mulierem:' v. ultimo habent nam, pro nam. Boeclerus.

1 *Audivi, Archilias*] Hæc sunt inventionis Poëtica, ut ad *olcoroplas* *facetias* aliquid addant: nam *olcoropla* est ut accersatur oboletrix, et conveniatur *Pamphilus*: *facetia* scribentis in his verbis est, quod *Archilias* compotricam potissimum adduci jubet. *Donatus*.

Archilias] In omnibus libris *Ms.* *Fæрни* hoc nomen scriptum fuit per unicum l; idque, meo iudicio, optime; et ita apud Plantum in *Truculento* act. II. sc. 5. in fine Iambici septenarii. *Faber*.

Audivi, Archilias] Frequenter hoc modo Terentius compendium facit, ut egrediens loquatur persona de eo, quod est gestura: et simul doceat, quid ab altera gestum sit. *Donatus*.

Audivi, Archilias, jamdudum, Lesbiam adduci jubet] Utrum *jamdudum* *audivi*, an *jamdudum* *jubes*, incerta distinctio est, et sunt qui *jamdudum*, jam primum intelligant: ut, *Jamdudum* su-

mitte parnas. *Idem*.

Archilias] Per unum l in omnibus l. a. est: et, per i in penultima. *Fæрни*.

Audivi, Archilias] Videtur hæc *Archilias* oboletrix fuisse, quam nos *nutricem siccam* vocamus, cujus officium erat, ut ex *Hieronymi* *Epistola* Select. 9. lib. II. discimus 'assidere lectulo, oboletrices adhibere languenti,' &c. *Farnabius*.

2 *Sane pol*] *Sane*, multum; alias, pro valide: namque validus est, qui multum rerum necessariarum habet ad salutem. *Donatus*.

Sane pol illa temulenta est mulier, et temeraria] Versus est Trochaicus, in quo *pol* illa, tribrachus est, eliso uno l, ex 'illa,' *pol* autem corripitur exemplo Ennii: 'Nec *pol* homo quisquam faciet impune animatus.' *Fæрни*.

Temulenta] Producit primam syllabam te. *Donat*.

Temulenta] Vinolenta, hoc est, ebriosa: quia *temetum* vinum dicitur: unde *abstemius* sobrius. Dictum autem *temetum* ab eo, quia tentet mentem. *Temulenta*, vino: *Temeraria*, natura. *Idem*.

3 *Nec satis digna cui committas*] Bene in conclusione illa specialiter probavit, dicendo non idoneam, cui committatur primos partus mulieris. Sed mire signateque dixit *committas*: etenim committimus magna, et quam salutem in dubio habent. *Idem*.

Nec satis digna] Duas res, nec parientem, nec primo partu. Figura *8to* & '8to' ut *Virgilius*: 'Non me tibi Troja Extremum tulit.' Et, 'Dum domus *Æneæ* Capitoli immobile saxum Accolet.' *Idem*.

4 *Tamen eam adducam*] Redit ad illud, quod vi coacta. *Donatus*.

Tamen eam adducam, &c.] *Fr. Guyetus* vult *Archilias* hæc loqui, ut esset: tamen eam adduci volo: unde *Mysis* exciperet: importunitatem spectate *anicula, &c.* Sed egredientibus, et intro loquentibus personis ad non

egredientes, non responderi solet fere. Archilis hæc ut anicula comica, vinosa describitur. Est autem *ῥπαθῖον οἰκουρὸν, ἢ οἰκευρὸν ἢ ὀξὺν*, 'Anicula domestica et acris,' Pollucis, lib. iv. onom. cap. 19. De obstétrice infra dicetur. *Bæclerus*.

Importunitatem] Importunitas neque loci neque temporis habet commoditatem. *Donatus*.

Anicula] Archilis scilicet. *Idem*.

5 *Quia compotrix*] In vultu remansit oratio: deest enim p̄r figuram *ἐλλειψιν*, 'ideo illam vult arcessiri.' *Idem*.

Dii date facultatem, obsecro] Dii Geniales, Nuptiales quinque, Jupiter adultus, Hymenæus, Juno adulta. Venus suadela, Diana Lucina: vide quæ nos ad Senecæ Medeam v. 1. *Bæclerus*.

6 *In aliis*] Utrum in aliis mulieribus, an in aliis rebus? *Donatus*.

In aliis potius peccandi locum] Utrum in aliis mulieribus, an in aliis rebus? ita dubitat Donatus. Tu non dubita, res intelligi; hoc sensu: si ebrietas ejus et temeritas omnino innoxia semper esse nequit, in alia potius re offendat, quam in negotio, cujus causa nunc accersitur: in oratione enim personæ, cui, ut est captus ancillarum, honestos mores et probos Poëta dedit, sensus humanior sumendus est. *Bæclerus*.

7 *Exanimatum*] *Exanimatus*, est perturbatus. Virgilius: 'Exanimata sequens impingeret agmina muris.' *Exanimus*, mortuus. *Idem*. 'Corpus ubi exanimum positum Pallantis Acestes.' *Donatus*.

Vereor quid siet] Quid, ob quid, propter quid sit exanimatus. Aut aliter: *quid siet*, id est, quid sit negotii. Sed quidam putant *quid* pro quare: ut *Quid veniant*. Aut deest, *potest*: ut sit: *quid esse potest*. *Idem*.

8 *Num quidnam*] Comicum est et Terentianum. *Idem*.

Num quidnam] Quum, exemptis num

et nam, sufficere ad interrogationem potuisset quid. *Idem*.

SCENA V. Hæc scena satura est, ex trochaicis et iambicis non unius generis. Quæ autem Gabriel Faërnus annotavit de variis lectionibus, in nostris quoque Mss. comparent: itaque nihil attinet repetere: vs. 14. omnes nostri habent: *repetor repudiat*: sed lenior est numerus editæ lectionis: in vs. 15. qui est septenarius trochaicus, omnes interponunt *τὸ ἐτ*: aliquid monstri alunt: et ea quoniam nemini obtrudi potest. Fr. Fabricius Mureti judicium in distinguendis hujus scenæ versibus præfert: qui tamen non pauca sibi permisit, præter Mss. auctoritatem.

Deliberatio Pamphili iracundia et dolore recenti tumultuosius incipit: mox a patre in Chremetis affinitatem flectit; ita tamen, ut recurat ad priorem querelam, non iniquitatem jam sed negligentiam patris incusans: donec hic quoque impetus velut ad observantem animo paterni nominis reverentiam frangitur; et post hanc Comicam *παρὰσκευήν*, fidem Glycerio servandam esse argumentis declaratur. Engraphis satis perspicue designavit: 'Hæc scena deliberationem habet, quæ talis est. Adolescens amans, qui promisit se eam [quam amabat] ducturum uxorem, a patre cogitur ut alteram ducat: deliberat quid faciat. Hic omnes deliberativæ partes sunt, et ab ipso qui deliberat percurruntur: verum quoniam optima deliberatio est cui alius persuasor accedit, idcirco Mysis ancilla præsens invenitur, ut ejus aspectu facile in unam partem, memoria dominæ ejus et sui amoris, possit incumbere; quippe cum hic ex una parte pater sit, cujus imperium filius debet implere; ex alia parte amor, qui vinculo sui animi adolescentis astringit.' Sed, qui hic occurrunt loci, de jure parentum et liberorum, in contrahendo matrimonio, in Chrestoma-

thia attingentur. *Bacclerus.*

1 *Hocine est*] *Hic inducitur adolescentis animus circa nuptias: ut ex magnitudine ejus ingens gaudium comparetur in fine fabulae, cognita Glycerio: et simul id agitur, ut magis magisque per Mysidem Pamphilus excitetur ad resistendum patri nuptias indicenti. Donatus.*

Hocine est] Ab iracundia et dolore cœpit. *Iracundia* descendit ex injuria: *Dolor* ex miseria. *Idem.*

Hocine est humanum factum] Quasi deliberatio est: in qua duæ partes sunt: una patris, altera amicæ: pro persuasore Mysis est. Principium ab invectione: in qua primo ut hominem accusat, deinde ut patrem. *Idem.*

Hocine est] Hoc est dilatare orationem, ne diceret quod fecit: et est perversa *allegoria*, a majoribus descendens ad minora, per amplificationem accusationis. *Idem.*

Factum aut inceptum] In aliis, *factum* aut *inceptum*, fuit. *Idem.*

Hocine est officium] *Officium* ab efficiendo, ab eo quod quaeritur quid efficere in eo unumquemque conveniat, pro conditione personæ. *Idem.*

Hocine est humanum factum, aut inceptum? hocine officium patris] O. l. s. et Donatus geminat verbum *est*, hoc modo, *hocine est officium patris*? Vestustiora vero exemplaria et hic, et ubique, *hocine* per unum *e*, habent: ita nulla dubitatio est quin *hocine* in casu recto et accusativo primam corripiat, sicut pronomen hoc, unde *hocine* compositum est, teste Probo, corripit: quemadmodum usurpavit et Virgilius, sive ille Ovidius sit, in lusu Priapeis: 'Et vos hoc ipsum quod minamur, invitat:' et Plautus in Aulularia: 'Nunc hoc ubi abstrudam cogito solam locum:' erit ergo hic versus Terentii, octonarius. *Faërnus.*

Officium patris] Ad superiora referendum p. 374. Gallice: *Est ce là le procédé d'un père?* Et mox, (officium

liberi hominis :) *Le procédé d'un honnête homme. Faber.*

Hocine est humanum factum, &c.] Non bene Eugraphius: 'Indignationem divisiit, ut accusaret primo homines; deinde patrem.' Melius Donatus: 'Principium ab invectione: in qua primo, ut hominem accusat, deinde, ut patrem:' id est, conqueritur, Simonem neque ex hominis neque ex patris officio secum egisse. *Bacclerus.*

2 *Quid illud est*] Potest hic esse monometer, aut præcedenti applicatus facere eum pentameterum iambicum. Sed, quia hæc genera inusitata Terentio sunt, potest esse octonarii iambici initium elisione i; et d, ex *illud*, item d, ex *quid* est, quod mox sequitur. *Faërnus.*

Quid est, si non hoc] Sic dicimus de his, quæ necessario hoc sunt, quod dicimus. *Donatus.*

Si non hoc] Hoc cum stomacho dictum, quasi aliquo contradicente non esse contumeliam. Cicero, 'Quid est, quæso, Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est?' *Idem.*

Pro Deum atque hominum, &c.] Si octonarium acatalectum esse velis, ut qui sequuntur, necessario scribendum tibi est: *Pro Deum fidem atque hominum, &c.* Et rō *Deum* in unam syllabam contractum fuerit, ut mos est. *Faber.*

Pro Deum atque hominum fidem, quid est si non hæc contumelia est] Omnes fere libri etiam antiqui, cum Donato, ita collocant, *si hæc non contumelia est. Faërnus.*

3 *Uxorem decrevit*] *Decernere*, est de magnis certam proferre sententiam. *Donatus.*

Uxorem decrevit] Propositio injuriæ. *Idem.*

Decrevit] Testatur Muretus reperisse se in uno et altero Ms. *Decrevit*, quod et de se affirmat *Faërnus*. Ea autem scriptura jure placuit Mureto. Non enim de primo illo faci-

undarum nuptiarum consilio agitur; sed de secundo, quod pater tam repente, tam de subito cepit. *Faber.*

Uxorem decrevit esse mihi hodie] Ita liber Victorianus; alii fere omnes, et Donatus, *decreverat*; paucissimi *decrevit*, atque hi recentissimi. *Faërmus.*

Nonne oportuit præscisse me ante] *Oportuit*, scilicet ad patrem refert. Nam uec sic consentirem ad nuptias; sed fac me velle, *Nonne oportuit præscisse me ante*? Dolet autem se spacium non habuisse consilio. Et *ante* abundat, aut certe *præ*, cum sufficiat *scisse*. Donatus.

4 *Nonne prius communicatum oportuit*] Quam de stomacho repetitum est *oportuit*! Et de more, *præscisse me ante*. *Præscisse* proprie ad eam refertur, hoc est, Pamphilum. *Idem.*

Communicatum] Quod neque hujus proprium est, neque illius. *Idem.*

Communicatum] Quia nuptiarum non omnis potestas in patre est. *Idem.*

Nonne prius communicatum oportuit] Nuptiarum quippe potestas non omnis in patre est, quarum sponsiones fiebant, vel inter ipsos qui nuptias contracturi erant; vel inter patrem puellæ et adolescentem, vel inter utrumque parentes. Quo sanctum foret matrimonium, consensiones parentum sine liberorum ad stipulatione nullius habebantur momenti. Quamquam non tam eorum consensus requireretur, quam de justa de causa possent contradicere. *Hetom. Farnabius.*

5 *Quod verbum*] *Verbum* pro *de qua* more suo posuit: id eat, uxorem dare, quod ait. *Donatus.*

6 *Quid Chremes*] Transit a patre nunc, et ad socerum redit: *quid* non ad Chremetem dicitur; sed ad illum transiens est, et non considerantis quid dicat. *Idem.*

Quid Chremes] Irascitur patri, quod cogat: Chremeti, quod non negat uxorem. Nove delet, non odio ha-

beri, non repudiari. *Idem.*

Qui denegavit se, &c.] Non latuerat Pamphilum, repudiasset Chremetem. Unde et Davus ait, 'Qui postea quam audierat non datum iri filio uxorem suo.' *Idem.*

Commisurum] Putaverat nuptias, et Chremetem mutare sententiam. *Idem.*

Se commisurum mihi gnatae suae uxorem] Nondum mutarat consilium Chremes: quod facit infra act. iii. sc. 3. sed ex oratione patris Pamphilus colligit mutasse. *Farnabius.*

Quid Chremes? qui deneg. &c.] *Donatus*: 'Irascitur patri quod cogat Chremetem, quod non neget uxorem.' Mirum tam diu tolerari vitium manifestum. Tu lege: *irascitur patri, quod cogat: Chremeti, quod non negat uxorem*: nihil verius: et sic quadrabant, quæ sequuntur, 'nove delet, non odio haberi, non repudiari: se. a Chremete. *Beolerus.*

7 *Id mutavit*] Nove dixit *id*: *quod* enim ad *denegatur*. Donatus.

Id mutavit, quoniam me immutatum] *Παράποιοι*. Nam quoties verba sunt, *παράποιοι* dicitur: quoties nomina, *παρονομασία*. *Idem.*

Gnatae suae uxorem: id mutavit, quoniam me immutatum videt] Multi libri, inter quos Victorianus, pro *quoniam* *quia* habent: quod malim; ut versus sit trochaeus ut precedens. *Faërmus.*

Quoniam me immutatum videt] Atqui falsum est immutatum fuisse Pamphilum; quod nuper elegantissimus Interpres notavit; ille enim perpetuo et constanter Glycerium suam amavit. Qui igitur *immutatus* dici potest? Nam ex usu Latinitatis *quod* *immutatus* haud unquam significet, non *mutatus*; quod et ipsum agnoscit vir politissimus, (loquor de Interprete trium Comœdiarum, ne quis de verbis meis erret:) idque adeo cum me olim tenuisset, hoc cogitavi denique, (et nunc verissimum puto ac certissimum,) *quod*

immutatum, hoc quidem in loco, significare *immutabilem*, firmum, et constantem. Nam, quod in primis ammadvertendum, sepe ita fit, ut huiusmodi nomina, quæ a participiis passivis fiant per compositionem, ea non rem ipsam factam significant, sed, si assim dicere, *possibilitatem*, aut *potentialitatem*; ignosce, et Grammatici interdum, et Dialectici tam belle loqui coguntur. Exempla ad eam rem otiose possunt colligi. En tibi unum et alterum: *Immutus pro immobilis*: *infectus* pro eo quod fieri nequit: *invictus*, pro *invincibilis*; *invisus*, pro *invisibilis*; *indomitus*, pro *indomabilis*. Ita et *immutatus*, pro *immutabilis*. Hæc, spero, non improbabat vir elegantissimus. *Faber*.

Quia me immutatum videt] *Eugraphius*: Id est, *mutatum*: res autem ipsa postulat, ut accipiamus *non mutatum*; i. e. in amore *Glycerii* constantem. *Bacchus*.

8 *Itane obstinate*] *Obstinata facere* est aliquid in alterius malum cum comata facere perseveranter, et in alterius perniciem nimis niti. *Donatus*.

Abstrahat] Magna vi verbi et proprietate usus est: unde illud est, 'Iphitus et Pelias mecum divellimur inde.' *Idem*.

Abstrahat] Magna indignatione usus est; tanquam *Chremes* non tam filius consultum velit, quam læsum *Pamphilum*. *Idem*.

Ut me a Glycerio miserum abstrahat] *Epitheto* designavit sententiam, quam extulit *Aristoteles* II. *Rhetor.* τὸ διασπῆσθαι ἀπὸ τῶν φίλων καὶ συνηθῶν, δεινόν. *Bacchus*.

10 *Adeo' hominem*] Alia exclamatio est adversum socerum. Neminem putat esse in genere humano ita infelicem ut se: quod est commune omnium, qui in aliquo mœrore cœsunt. Itaque non se, sed conditionem humanam dolet: et queritur natum esse quœquam qui possit esse tam miser at ipse est, ac per hoc se.

Donatus.

Adeo' hominem] *Amatorie*: amore nominato exiluit in gemitus. Sic *Virgil.* 'Aut si lux alma recessit, *Hector* ubi est?' *Idem*.

Invenustum aut infelicem] *Invenustum* est sine venere, id est, sine gratia, quem omnes respnant repudientque pulchre, et quem deformem appetant. *Idem*.

Invenustum aut infelicem] *Invenustus*, cui displicens obijcitur: *Infelix*, cui placens negatur. *Idem*.

Invenustum esse] *Venustus* dicitur, cui *Venus* formæ lætos afflavit honores, cui dictionis aut gestus conciliavit gratiam; *invenustus* contra. Hic autem significat infortunatum. *Venus* n. in talorum jactu felicissima est. Quod fit ubi canis, ternarius, quaternarius, et senio simul apparent, victoremque pronunciant. Cui frequens favet *Venus* *εραοφόρος*, id est, *venustus*, cui non favet, *invenustus* dicitur, uti hic in amoribus, unde addit *infelicem*, *εραοφόρος*. *Apollo* apud *Lucianum*. *Farnabius*.

Aut infelicem quœquam ut ego sum] *Adeo* se miserum dicit, quod sibi repudiare non licet: ut propter se doleat humanum genus, in quo sit aliquis tam miser. *Virgilius*: 'Hec cedit in quœquam tantum scelus' *Donatus*.

Ut ego sum?] *Ἀραυδοῦν* est ut: quam enim inferre debet, non ut. *Idem*.

11 *Pro Deum*] Quam ferveat indignatione, hinc aspice, quod frequenter exclamat. *Idem*.

Pro Deum] Alia exclamatio est adversus socerum. *Idem*.

Pro deum atque hominum fidem? nullon' ego] Hæc verba, *pro deum atque hominum fidem*, in multis l. a. recentibus inveniuntur superius sita, et hi versus ordinati ut infra: *Itane obstinate operam das, ut me a Glycerio miserum abstrahat?* | *Pro deum atque hominum fidem: quod si fit, per se fan-*

ditus. | Adeo hominem esse invenustum, aut infelicem quemquam ut ego sum? | Nullon ego Chremetis pacto adfinitatem effugere potero? | Quot modis contemptus, spretus, facta, transacta omnia: hem. qua ordinatione versuum primi duo et ultimus essent trochaici catalectici, tertius et quartus acatalectici: nobis tamen probatur collocatio verborum vulgata, quæ eadem invenitur in omnibus antiquis libris: ita ut, Quod si sit, pereō funditus, sit trimeter iambicus: Pro Deum atque hominum fidem, dimeter trochaicus. Faërus.

12 *Effugere*] In totum fugere. *Donatus.*

13 *Quot modis contemptus, spretus*] Si Chremes spretus, intelligemus Pamphilum dicere, quod operam dederit, ut se repudiaret Chremes: ut supra dixit, 'Mutavit quia me immutatum vidit.' *Idem.*

Quot modis contemptus] Chremes an Pamphilus? *Idem.*

Facta, transacta omnia] Proverbiale est in id negotii, de quo nihil supersit ad agendum. *Facta* autem a Pamphilo: *transacta* etiam a Chremete. *Idem.*

Facta transacta omnia] *Donatus:* 'Proverbiale est,' &c. Erasmus in Proverbiis inter solennes Jctorum formulas refert: adducto loco Ciceronis e Catil. III. cap. 6. *Bæclerus.*

Transacta omnia] Formula a foro ducta, in pactis et contractibus. *Farnabius.*

14 *Repudiatu repeto*] Quasi et hæc injuria sit, repudiare et repetere. Et tale est in Eunuchō, *exclusit, revocat.* *Donatus.*

Nisi si id est] Conjecturale argumentum. *Idem.*

15 *Aliquid monstri alunt: ea*] Duplex contumelia, et *monstri* et *aliquid*: minus enim esset, *aliquod monstrum*. Sic, 'Quid hominis uxorem habes?' Et mutavit genus, dicendo *ea*: quoniam fœmina est. Sic in Eunuchō, 'Taceas, monstrum hominis? non dic-

turns es?' *Idem.*

Aliquid monstri alunt: ea] Dum monstrum dixerat, ea subjunxit, tanquam non verbis, sed sententiæ serviens. *Idem.*

Monstri alunt] Monstrum aliter, ubi quid occulti vitii latere significamus, haud scio an inde sumpta Metaph. Quod monstra ob pudorem clanculum alantur. *Erasm. Farnab.*

Nemini obtrudi] Mire obtrudi, quasi invito et totum cum iracundia. *Obtrudi*, infringi, impingi. *Donatus.*

16 *Itur ad me*] Dotem amator non cogitat: et ad vilitatem trahit, quod ultro venit, et quod se repetit Chremes. *Idem.*

Itur ad me] Quasi ad hostem. Plantus in Pseudolo: 'Itur ad me.' Et Virgilius: 'Simul ense relicto Ibat in Euryalum propere.' *Idem.*

Oratio hæc] Etiam pauca verba veteres orationem dicebant. *Idem.*

17 *Nam quid ego*] Quasi dicat, Quid ego de patre dicam, qui alienum accusaverim Chremetem. *Idem.*

Nam quid ego] Redit ad patrem, in quo nove hoc accusat, negligenter eum agere, quod nolit fieri. *Idem.*

Nam quid ego nunc dicam de patre? ah] Versus est dimeter iambicus, si ex quid, d elidatur. *Faërus.*

18 *Tantamne rem*] Summam voti ac nuptias. *Donatus.*

Præteriens modo] Hic ostendit specialiter quid peccaverit. *Idem.*

Præteriens modo mihi apud forum, &c.] *Donatus:* 'Undique conflat excusatio' [lege *accusatio*: ita enim volunt præcedentia, *redit ad patrem, in quo hoc accusat, &c.*] 'Ex facto, quod *præteriens*; ex tempore, quod *modo*; ex loco, quia in foro; ex modo et ex verbis, *uxor tibi ducenda est*: scilicet per partes ostendit, quid esset, negligenter agere tantam rem. Est sane in his mira *ἐκφρασις*: mox *ταπεινά μνηστῆρι* veluti interpretando accendit Pamphilus magnitudinem doloris, per inopinatam exaggeratio-

nem inferens: *id mihi visus est dicere, ubi cito et suspende te*: ubi celeritas admirabilis, tanquam in præceps moerentem rapere animum videtur: quam elementa literarum, numeri vocum, sententiæ absolutio, nimium quantum perficiunt: hæc consternatio stuporem animo induxit; *obstupui*: stupor inclusit vocem; *obmutui*. Pudeat illos, qui languorem in Terentio suspicari potuerunt. *Bæclerus*.

19 *Ducenda*] Mire *ducenda*: semper hoc genus declinationis necessitatem ostendit: ut Virgilius: 'Et pacem Trojano ab rege petendum.' Sallustius: 'Agendum, atque obviam enndum est.' *Donatus*.

20 *Abicito, et suspende te*] *Ad Hodie*, *Cito* retulit: ad *Uxor tibi ducenda est, Suspende te*. *Idem*.

Abi cito, et suspende te] Ex Plauti *Pænulo*: 'Abi domum, et suspende te.' act. i. sc. 2. *Farnabius*.

21 *Obstupui: censen' ullum me verbum potuisse proloqui*] O. l. s. ita collocant, *obstupui: censen' me verbum potuisse ullum proloqui*? qua ratione versus est trochaicus, ut ceteri: atque is quoque qui proxime sequitur, si ejus prima syllaba præcedenti applicetur. Vaticanus et Decurtatus *obstupui* habent, quemadmodum et alibi *Bembinus*; et apud Virgilium antiquissimus liber Romanus. *Færianus*.

22 *Ineptam saltem, falsam*] Duo comparantur in defensionem, aut vera aut ad tempus accommodata. *Ineptum* est, quod a quovis reprehendi potest. *Falsum* quod etiam prudentem possit fallere. *Donatus*.

23 *Quod si ego rescissem*] Si mecum communicasset prius. *Idem*.

Quid facerem] Ipse se reprehendit. *Idem*.

Quid facerem] *Trotopod. Idem*.

24 *Ut hoc ne facerem*] Tacerem: et nota, *facerem*, pro tacerem. *Idem*.

Aliquid facerem, ut hoc ne facerem] In hac translatione sensus est obscu-

rior. *Donatus* ita accipit, ut putet hoc dici: aliquid facerem, ne tacere mihi ad hæc necesse foret; *ut ne hoc facerem*, id est, ut ne tacerem. Alii hoc volunt significari: aliquid fecissem, ut ne hoc facerem, id est, ut minime ducerem, quam pater mihi obtrudit: aliquid fecissem quo hanc necessitatem ducendæ uxoris effugissem. Per ambages conquerentibus familiares scilicet indicat, se fuga sibi consulturum fuisse: nam eo progreditur amantium *rdos* in Comædia. Non placet illud *Donati de tacendo*. *Bæclerus*.

Ut hoc ne facerem] Ne ducerem aliam uxorem quam *Philumenam*. *Farnabius*.

Sed nunc] Deliberatio, et partes ejus. *Donatus*.

Sed nunc, quid primum exequar] Hacenus querela descevit: nunc status ad consultandum capitur, proposito negotio ex utraque parte. Ab una parte stat: 'Amor et misericordia hujus,' *Glycerii* sc. statim enim pondus contribuit in hanc lancem, cum *misericordia* (in qua et justitiæ et humanitatis nomina insunt) se moveri ostendit, quo minus amatam destituit; sed hoc postea oratoria copia et efficacia tractabit, nunc in alteram partem animum trahit, 'nuptiarum sollicitudo, tum' (hoc momento enim illa prægravatur) 'patris pudor; nec qualiscunque patris, sed indulgentissimi: quod ex ore filii ingens testimoniam attollitur descriptione, qui *me tam len., &c.* cui honestissimi generis *rdos* adjungitur: *eine ego ut adverser? heu mihi!* donec conficiatur illud pœne incredibile, in amante, et adolescente, et obstricto: *incertum est, quid agam*. Hic opportunum erat, *Mysidem* intervenire: quæ et hactenus fidam pro *Glycerio* sollicitudinem, theatro; et nunc, non sine successu consilii, *Pamphilo* approbat: in cuius oratione, penetrabilis illa instantia, quid non efficeret? cum, post

renovata fidei pignora, pergit metnere: *haud verear, si in te solo* (quidam cod. habent *solum*) *sit situm: sed vim ut queas ferre*: et, asseveratus iterum religionem firmante Pamphilo, cum diffidere non auderet, metnere non desistit, id est, denno exhortari amantem: *unum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui*: denique adacto, ut arcana quoque faciendæ fidei communicaret, Pamphilo, ita discedit, ut quis non ultra quam speraret: *ita spero quidem* quid est effodere animam, et versare, et possidere, si hoc non est? Qnam sit porro accurate facundus Pamphilus, in locis honestatis tractandis, ut denique conficiat, scelus esse, si nunc patri pareret, longum fuerit enarrare: et fuit diligentior hoc loco Donatus; quem vide. *Benclerus*.

25 *Tot me impediunt curæ, &c.*] Cum versus sit octonarius iambens credo scribendum esse: *Tot me me impediunt curæ, &c.* Quod et elegantius est. Sin minus, scribe, *mod*, more apud veteres recepto. *Faber*.

Divorce trahunt] Pro, in diversa trahunt. *Donatus*.

26 *Amor, misericordia*] Hæc oratoria snut, cum unum negotium in multis distrahimus partes. *Idem*.

Amor] A necessario. *Idem*.

Misericordia] 'Ανδ τοῦ αἰσίου. *Idem*.

Misericordia huius] 'Αμφιβολία. *Id.*

Nuptiarum sollicitudo] A perturbatione. Quibus colligit, consulere se non posse. *Sollicitudo* est, quæ inhæret mentibus. *Sollicitatio* quæ ab alio fit. *Idem*.

27 *Tum patris pudor*] 'Αμφιβολία. *Id.*

Qui me tam] Explanatio, in quo pendendum sit sibi apud patrem. Et ad illud spectat, *Tute his rebus Ææm præscripsi, pater*. *Idem*.

Qui me tam leni passus est animo] Atqui accusabat eum. Sed amator est. *Idem*.

Qui me tam leni passus est animo usque adhuc] Scen. 1. Indultam filio

ad tempus licentiam excusat pater: et sc. 2. *Idem*: 'Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut exple-ret sumum,' et act. II. sc. 6. 'Dum licitum est, dumque ætas tulit.' *Farnabius*.

28 *Ei ne ego*] Pronomen hoc vim qualitatis habet: et est, An tali, tam bono. *Donatus*.

Egone ut advertear] Videtur inclinasse, ut secundum patris animum consistat: sed amore ad incerta iterum devolvitur. *Idem*.

29 *Quorsum accidat*] Ad quam rem, quo versus. *Idem*.

Hoc incertum quorsum accidat] O. fere libri hunc ordinem verborum habent, *incertum hoc*: quæ melior compositio est: versus est trochaicus, aut etiam octonarius iambiens, ut proximi, si in *quorsum accidat* non fiat Synalœpha. *Færnus*.

30 *Sed nunc peropus est*] Caliditatis femineæ et astutiae sententia hæc congruit. *Donatus*.

Cum ipsa] *Ipsa*, nunc domina mea. *Idem*.

Adversum hunc] Apud hunc: ut alibi, 'Et id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam.' *Idem*.

Adversum hunc loqui] Apud hunc: ut act. I. sc. 1. 'Et id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam.' *Farnab.*

31 *Dum in dubio est animus*] Translatio hæc est a mole alicujus ponderis, quæ antequam in loco sederit, cum incerta pendet, facillime commovetur. *Donatus*.

Huc illuc impellitur] Omnes libri antiquiores, et Donatus, *huc vel illuc*. *Færnus*.

Paulo momento huc vel illuc impellitur] Translatum a statera, cujus examinatio per linguam bilancis, parvi ponderis momento huc vel illuc inclinat. Achilles Tatius I. sc. τὴν ψυχὴν εἰς τοὺς ἐν τῇ τῶνδε ἐλπίδι καὶ φόβῳ. *Farnabius*.

32 *Quis hic loquitur*] Hoc secum deinde conversus, ut vidit, *Mysis, salve*.

Donatus.

Solve] Difficile est aliud invenire verbum, quod sic declinetur, *Solve* et *solvete*: quippe hujus verbi per modos est rara declinatio. *Idem.*

Quis hic loquitur] Principium Terentianum in jungendis personis. *Idem.*

O solve] O, interjectio optantis adventum, aut repente perculsi. *Idem.*

Quid agit] Amatorie et familiariter non addidit quæ. Virgilius: 'Quæ mihi reddat eam, vel eo me solvat amantem.' *Idem.*

Rogas] Lenta quædam et tristis est responsio, et dolore plena. *Idem.*

33 Laborat e dolore] Duplicem laborem Glycerii esse dicit, unum partitudinis, alterum curæ et sollicitudinis nuptiarum Pamphili. *Idem.*

Laborat e dolore] Callide aggreditur juvenem; nam utrumque propter illum perpetitur et dolorem et sollicitudinem. *Idem.*

Atque ex hoc] Mysis, quæ contra patrem suasura est, incertum inveniens Pamphilum, facile ad se convertit mentione dominæ suæ, et maxime quod addidit, cur illam ægram esse dicat: quare statim perfectum est quod volebat, ut dicat Pamphilus, *Egone istuc conari quam?* *Idem.*

34 Constituta] Nec addit, a patre: sed invidiose, quasi et a Pamphilo sint constitutæ. An timet in negotio? *Idem.*

Constituta nuptiæ] A patre tuo. *Fernabius.*

In hunc diem] Idem enim dies est quo placuerant destinatæ nuptiæ, quamvis Chremes renuntiaverat et supra, 'Hic nuptiis dictus est dies.' *Donatus.*

Tum autem] Tum, præterea. Terentiam sollicitudinem habere Glycerium ne deseratur a Pamphilo. *Idem.*

Sollicita est] Sollicitudo rerum incertarum magis est. *Idem.*

Quod in hunc diem, &c.] Hic certior

metus est, et gravior. *Idem.*

35 Egone istuc conari] Ideo sic Pamphilus, quia illa invidiose non deserere cogaris, dixit: sed, *deserua.* *Idem.*

Ego ne istuc conari] Non perficere, sed conari velle aliquid ad scelus, effectio est, etiam si non potest fieri: hic enim voluntas, non factum damnatur: ut Virgilius, 'Ausi omnes immane nefas, ausoque potitii.' *Idem.*

Conari] Levius est conari, quam facere. *Idem.*

Egone isthuc conari quæm] Hoc loco conari est cogitare: Cicero. Terentius in Phormione, act. 1. sc. 2. 'At ego obviam conabar tibi.' *Gallice: Et moi je songeais à vous aller trouver.* *Faber.*

36 Egone propter me] Magna vis est in pronominebus: et diversæ sunt, et singula, et non præcitantur, nec dicuntur uno spirita: sicut in Eunucho, 'Egone illam, quæ me, quæ illum?' *Quæ illum, deest, amat: quæ me, deest, non amat.* *Donatus.*

Egone] Suadenter: subauditur ut fieri sinam. *Idem.*

37 Quæ mihi suum animum] Ab ejus beneficiis. *Idem.*

Suum animum] Quantum ad amorem pertinet. *Idem.*

Atque omnem vitam] Hoc est, ut maritum speraret. *Idem.*

Vitam] Id quod dicebam modo, *non honneur, &c.* *Faber.*

Quæ mihi suum animum, atque omnem vitam credidit] Argumenta a consequenti. Si eam deserit, hæc subiciuntur. *Donatus.*

38 Quam ego animo egregie caram] Egregie, præter ceteras, id est, nimis. *Idem.*

39 Bene et pudice] Hic illud solvit, *Lana et tela victum quaritans*: ut hoc præstruat, bene et pudice Glycerium esse educatam, *Lana et tela victum quaritans.* Et non pertinet ad argumentum, nisi post vitam Glycerii intelligas. *Idem.*

Bene et pudice] Ab honesto. *Idem.*

Bene et pudice ejus doctum] Hanc sententiam quasi de exemplo probat: nam bene educata est a Chryside, quæ primo pudice vitam, parce et duriter agebat. *Idem.*

40 *Coactum egestate*] Propterea quod Chrysis, inopia et cognatorum negligentia coacta. *Idem.*

Coactum egestate] Non paupertate, sed egestate: cui contrarium, *Inopia*, et *cognatorum negligentia*. *Idem.*

Coactum egestate] *Inopia* et *cognatorum negligentia* coactum, ut de Chryside dictam scen. 1. *Farnabius.*

41 *Haud vereor*] Acuit animum adolescentis contra patrem, cujus etiam nomen grave est. *Donatus.*

Haud vereor, si in te solo sit situm] Lego, *verear*, id est, *vererer*; sequitur enim *sit*, pro *esset*. Ita semper Terentius. *Faber.*

42 *Sed vim ut queas*] Hic, *vereor* subauditur. *Ut*, pro *ne non* posnit: ut sit, Sed vereor ne non queas vim patris ferre. Et ne non possis, non damnatio est, verum adolescentis provocatio in contemptum patris. *Donatus.*

Adeon' me ignavum] A verisimili. *Idem.*

Ignavum] Quod adversum necessitatem proferendum fuit, id primum dixit, adesse sibi virtutem: quæ sequuntur, ad fidem pertinent. Ita pro tempore contemptum patris pro fortitudine habet. *Idem.*

Ignavum] *Ignavus* est, qui vim non potest ferre, qui non est perseverans. *Idem.*

43 *Adeon' porro ingratum*] Porro conjunctio est expletiva, alias adverbium temporis. *Idem.*

Ignavum et ingratum] *Αἰσχρὸς* est: inhumanum aut ferum post subjecta dixit. *Idem.*

Adeon' porro ingratum, aut inhumanum] Mira omnis conversio. Non enim dixit, Adeon' me obsequentem patri existimas, adeo gratum, adeo

pium, adeo mansuetum? Ita amatoris per omnia servat conditiones, ut oratorie hoc cogatur, scelus esse si pareret nunc patri. *Idem.*

44 *Ut neque me consuetudo*] Non ordinem reddit; ferum enim reddit ad mansuetum, quod etiam feræ mansuescunt. *Idem.*

Consuetudo, neque amor, neque pudor] Antithetorum ἀντίδοις. *Consuetudo* ad ferum, *Amor* ad inhumanum, *Pudor* ad ingratum. *Farnabius.*

Neque amor] Ad illud, *inhumanum*. Amor namque vehementio est in homines. Virgilius: 'Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor?' *Donat.*

Pudor] Ad *ingratum* retulit. *Idem.*

Ut neque me consuetudo, neque amor, neque pudor] Puto Donatum hanc ἀντίδοιν, 'ad superiora' ut vocat, bene notas: ut *consuetudo*, adversus feritatem; *amor*, adversus humanitatem; *pudor*, adversus ingratum animum, ponatur: χιασμὸς Hermogeni dicitur. *Bæclerus.*

45 *Commovet, neque commoveat*] *Αἰσχρὸς* est ad majora. *Donatus.*

Commovet, neque, &c.] Antonomasia. *Farnabius.*

Ut servem fidem] Exquisite: non dixit, ut contemnam patrem. *Donat.*

46 *Unum hoc scio*] In eodem hæret, ut excitet juvenem: neque audire se fingit quod dicit. *Idem.*

Unum hoc scio] Vide quam callida sint, quæ a Myside subjiciuntur, ad irritandam promissionem Pamphili: quæ ardentem incendunt magis: nam dixit ille omnia, quibus cogitur servare fidem: sed de merito ejus aut nihil dixit, aut parum. *Idem.*

Unum hoc scio] Quasi hoc dicat, Quid tu facturus sis equidem nescio, sed unum scio. *Idem.*

Ut memor esses sui] Invidiose, quasi oblito: adeo commovetur hoc dicto Pamphilus. *Idem.*

Ut memor esses sui] Bene præterito: quoniam quæ præterita sunt in re-

cordatione magis lachrymabilia sunt: ut Virgilius: 'Cui parvus Iulus, Cui pater, et conjux, quondam tua dicta, relinquer?' Idem alibi, 'Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.' *Idem.*

47 *O Mysis, Mysis*] Primum vocandi, alterum increpandi est. *Idem.*

Etiā nunc scripta] Id argumentum est, quam vivæ memor sit, qui etiam mortuæ verborum meminerit Chrysidis de Glycério. *Idem.*

48 *Scripta illa dicta, &c.*] Ἐγγύχωνται τοῖς ὀφείοι. Pindar. 10. Olymp. *Farnabius.*

49 *Jam ferme*] *Ferme*, adverbium est festinantis. *Donatus.*

Moriens me vocat] Ex tempore probavit locutam vera esse, non ficta et simulata: nam qui sani sunt, spe longioris vitæ adulantur. Virgilius, 'Et dulcibus moriens reminiscitur Argos.' *Idem.*

Jam ferme moriens] Affectus a tempore, quod postrema vox erat. *Idem.*

50 *Accessi; vos semotæ; nos soli*] Figuræ propriæ Terentianæ, ἀσύνθετον καὶ ἑλλειψος. *Vos semotæ*, deest cæcis: *nos soli*, deest remansimus: ut est illud, *Egone illam, quæ illam, quæ me?* *Idem.*

Vos semotæ; nos soli] Habuit fidem, quod soli fuimus, quod nemo testis: an timuit, ne hoc pater ante firmatam amorem cognosceret? *Idem.*

Incipit] Deest dicere. Præparatio, et quasi vestibulum orationis est. *Incipio* dicitur orationis, quæ longa taciturnitate, meditate graviterque profertur: ut Virgilius, 'Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, infit.' *Idem.*

Accessi; vos semotæ; nos soli; incipit] Est hæc talis partium brevitās, quæ longam tamen efficit summam, sed sine vitio: ut enim expectatam magis faceret προσκεκορδαυ µυνηνυχῆ, quæ sequitur, producit cum affectu principium. *Bæclerus.*

Delph. et Var. Clas.

Terent.

51 *Mi Pamphile*] Μῆμῳς per προσκεκορδαυ et principium a blandimento. *Donatus.*

Mi Pamphile] Imitatus est etiam blandimentum Chrysidis. *Idem.*

Mi Pamphile] Vide redditam voci morientis densis intervallis interruptam orationem, utpote lasso anhelitu interveniente. *Idem.*

Hujus formam atque ætatem] Amat compendium lassitudo. *Formam* enim dicendo, pulchritudinem significat: *ætatem*, quod parva. *Idem.*

Hujus formam atque ætatem] Duplex causa commendationis, *forma* et *ætas*: ut supra, 'Forte unam aspicio adolescentulam, forma,' &c. *Idem.*

52 *Utræque inutiles*] Legitur et *utiles*. *Idem.*

Nec clam te est, quam illi utræque res inutiles] Omnes fero l. s. *quam illi nunc utræque res inutiles*. Duo tantum, scilicet Vaticanus et Basilicanus, itemque Donatus et Engraphius hæc habent sine dictione, *res*: quod et placet: *utræque* enim refertur et ad *formam* et ad *ætatem*: itaque legendum, *quam illi nunc utræque inutiles*: ita stat versus, qui aliter admissa dictione nunc, impeditus est. *Færnus.*

Quam illi utræque res inutiles] Al. *quam illi nunc utræque inutiles et ad pudic.* 'Lis est quæ forma magna pudicitiam:' et Juvenal. 'Rara est adeo concordia formæ atque pudicitie,' Sat. x. *Farnabius.*

53 *Et ad pudicitiam*] Propter formam dixit. *Donatus.*

Et ad rem tutandam] Propter ætatem. *Αὐδοβοῖς. Idem.*

Et ad tutandam rem] O. l. s. et Donatus ita collocant, *et ad rem tutandam*. *Færnus.*

54 *Quod te per*] Quod, propter quod: ut, *Quod te per superos*. Et est ordo, propter quod te oro. *Donatus.*

Per hanc dextram] Tenet eum, ut

3 Y

apparet. *Idem.*

Per hanc dextram] Fidei et fœderis membrum. Ad manum fit conventio. *Idem.*

Et ingenium] Legitur et *genium*. *Idem.*

Ingenium tuum] Quod quidam legendum contendunt, *Genium*, id haud necesse est. Nam prius illud et versus et sensus admittunt. *Faber.*

Quod ego per hanc te dextram oro, et genium tuum] O. l. s. et Donatus ita collocant, *quod ego te per hanc*: quod vero sequitur, *et genium*, in omnibus libris, itemque Donato et Eugraphio est, *et ingenium*: quod et versui magis convenit: exponemus autem ingenium, id est, naturam; quam cum laude intelligendo, tanto magis quadrabit, ut sit per tuam stabilem constantemque naturam, per tuum probum et amabile ingenium: ut et infra de Pamphilo, 'Quandoquidem ipse est ingenio bono:' elidetur autem in scansione, d, ex *quod*: ut *quod ego te sit anapæstus*. *Færnus.*

Per hanc dextram, et ingenium tuum] *Ingenium* habent plerique libri: nec mutari debet. Horatius in simili obtestatione, *genium* adhibet: 'Quod te per *genium*, dextramque, Deoque penates Obsecro et obtestor.' *Baclerus.*

Dextram oro, et ingenium tuum] Fœderis et fidei pignus. 'Per ego has lacrymas, dextramque tuam te.' Dido Virgilliana iv. *Æn. Farnabius.*

55 *Per hujus solitudinem*] Legitur et *solicitudinem*. *Donatus.*

56 *Obtestor*] *Obtestatio* dicitur, quando eum adjuramus, quem rogamus. *Oramus* per eas res, propter quas rogamus. Virgilius, 'per eversem, genitor, fumantia Trojæ Excidia obtestor.' *Idem.*

Te obtestor] Sextum *παράλκω* dixit enim jam, 'Quod ego te per hanc dextram oro.' *Idem.*

Ne abs te hanc segreges, neu deseras] Ad fidem, *ne segreges*, retulit: ad

solitudinem, *ne deseras*: hoc est, ne aliam ducas, aut amare desinas, etiam aliam ducas. *Idem.*

Ne abs te hanc segreges] Quasi ipsam manu tenens. *Hanc*, propter formam et ætatem. *Idem.*

Segreges] Hoc verbum simplex fieri non potest. *Neu deseras*, postremo. *Idem.*

57 *Si te in germani*] Sic tunc dicimus, quando præstitimus aliquid, et tamen nolumus exprobrare: ut Virgil. 'Si qua tuis nunquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit.' Et alibi: 'Si bene quid de te merui.' *Idem.*

In germani fratris] Non fratris solum, sed etiam germani. *Idem.*

Germani fratris] 'Sororem esse aiunt Chrysidin.' Simo, scen. 1. *Farnabius.*

Si te in germani fr. &c.] *Παρωσις* suavissima: ut mox vs. 61. *παρωσιώσις* cum sententia loci confer. Hec. iii. 3. 29. &c. *Baclerus.*

58 *Sive te hæc solum*] Si aut te mihi prætulit, aut nullum alium noverit amatorem in domo meretricis. *Donatus.*

Sive hæc te solum] Aliqui libri, inter quos Vaticanus et Basilicanus, item Donatus et Priscianus sic collocant, *sive te hæc solum*: et stat versus, si in *te hæc* non fiat synalæpha: erit enim *sive te*, dactylus. Quod vero sequitur, *semper fecit maximi*, omnes recentiores libri habent, *fecit maximum*, et ita etiam Priscianus citat: infra quoque in eisdem recentibus legitur, *maximum feci Chromæ*: sed nōtroque in antiquis, *maximi*. *Færnus.*

59 *Morigera*] Hoc quasi amanti utile fuit. Virgilius: 'Fuit aut tibi quidquam Dulce meum.' *Donatus.*

Morigera] 'Ætas et corpus tenerum, et morigeratio. Hæc sunt venena formosarum mulierum.' Afranius in Vopisco. *Farnabius.*

60 *Te isti virum do*] Hæc, ut diximus, et singula sunt, et non præci-

pitantur, nec dicuntur uno spiritu.

Donatus.

Te isti virum do] Apparet quod junctis dextris hæc dicebat: ideo et, *Per hanc dextram te oro.* *Idem.*

Amicum] Potest enim et maritus esse, et non amicus, sed affectu mariti retulit amicum. *Idem.*

Virum] Ne segreges. *Idem.*

Amicum] Ne deseras. *Idem.*

Tutorem] Quasi orbæ. *Idem.*

Patrem] Quasi parvæ. *Idem.*

Patrem] Ad illud quod ait, *Et ad pudicitiam.* *Idem.*

Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem] Donatus erudit: 'Hæc et singula,' &c. oratorie autem unum hic per multa dicitur: maritum enim voluit signare. Similis locus act. iv. sc. 3. vs. 2. 3. et 4. quæ ex Homero sumpta Donatus ibi annotat. *Bæle-rus.*

61 *Bona nostra tibi hæc permitto, et tue mando fidei]* Conclusio per mandatum et obtestationem efficax satis. *Donatus.*

Bona nostra] Hæc verba quasi suppellectilem suam ostendentis sunt. *Idem.*

Bona nostra] Hoc est, *Ad rem tutandam.* *Idem.*

Bona nostra hæc] Peculium, supellectilem. *Farnabius.*

Tibi permitto, &c.] Tanquam justo atque legitimo heredi, fiduciario. *Idem.*

62 *Hanc mihi in manum dat]* Confirmatæ sunt legitime nuptiæ per in manum conventionem. Et mire hæc: non, *hujus manum.* *Donatus.*

Mors continuo ipsam occupat] Quo magis memorem esse oportet eorum, post quæ illa nihil locuta est. *Idem.*

63 *Accepi]* Proprie, quasi uxorem.

Idem.

Acceptam servo] Concluit partem deliberationis suæ per electionem. *Idem.*

64 *Sed cur tu]* Corripit, quod abeat ab illa. *Cur,* non interrogantis, sed corripiantis est et increpantis quod Glycerium deserat. *Idem.*

Obstetricem] Quæ opem tulerit parienti, *obstetricis* dicitur: unde et parturientes, *Fer opem,* clamant. *Idem.*

Sed cur tu abis ab illa? *M. obstetricem accerso.* *P. propera]* Versus est trimeter iambicus: sed ex *abis* elidendum est *a,* et in quinta sede dactylus collocandus. *Færnus.*

65 *Propera, atque audin'?* Et interrogatio quo eat, et revocatio, ad argumentum magni amoris accedit. *Donatus.*

Verbum unum cave de nuptiis] Deest *dilectus:* figura *ἔλλειψις.* *Idem.*

De nuptiis] Non quod hodie futuras nescierit Glycerium: sed quod illas hodie indixerit pater filio, cum supra et Pamphilo et Glycerio disturbatæ viderentur, quia sunt constitutæ in hunc diem. *Idem.*

Cave] Annotant quidam *cave* hic corripiendam esse. *Idem.*

66 *Ne ad morbum hoc etiam]* Iterum *ἔλλειψις:* deest enim, *accedat.* *Idem.*

Ne ad morbum hoc etiam. *M. teneo]* Versus est iambicus dimeter catalecticus: nam quod alii hunc suppleant ex insequenti scena, ut, *quid ais Byrria,* perficiat senarium, primam hæc ordinatio versuum in nullo libro invenitur: deinde versus qui sequuntur, impediti remanent, ut non facile certum eis genus possit assignari. *Færnus.*

ACTUS II.

SCENA I. Hæc quoque scena satuta est ex iambicis et trochaicis, catalecticis et acatalecticis: metro varie

ordinato: in qua re, Mureto iterum palmam defert Fr. Fabricius: eo quod optimis libris ille usus sit. At-

que hoc quidem an ita se habeat, non immerito disquirendum sibi Franc. Gnyetus existimavit. Certe tam multa in metris Terentianis, contra omnium aliquando Codicum auctoritatem, immutavit Muretus, ut fortasse magis probandi sint, qui vel vitiosum metrum, ubi codices consentiunt, retinere, quam tantum sibi licentiæ sumere instituerunt. vs. 2. duo Mas. nostri habent, *e Davo*; tertius *ex Davo*. vs. 4. unus: *lassus cura et confectus*. vs. 5. et 6. duo Mas. *quoniam non potest fieri, quod vis, id velis quod possit*: tertius: *quoniam non potest fieri id quod vis, id velis quod possit* / circa 7. plurimus labor; vide Faërum, qui nihil mutare audet; et Gnyetum, qui duos facit et emendat: unus ex nostris codicibus habet, ut reliqui: sicut edidimus: duo autem: *qui istum amorem ab animo moveas tuo*: vide etiam Antesignani editionem. vs. 11. pro *agit*, duo præferunt, *ait*. vs. 18. pro *prodat*, omnes nostri *protrahat*. vs. 17. pro *rem*, omnes, *crucem*; quod rectum arbitror. vs. 21. unus: *ita aiunt*. vs. 26. duo *nunc te per amicitiam et amorem obsecro*. vs. 30. duo: *liberi esse puto hominis*. vs. 31. omnes: *promereatur*. et vs. 36. *cujus*. vs. 37. *scire*, non *sciri*. Bæclerus.

1 *Quid ais Byrrhia*] In hoc colloquio altera pars ostenditur fabulæ. Siquidem Andria ex duorum adolescentum pavoribus gaudiisque componitur, cum fere solam Hecyram Terentius ex unius comædia adolescentis effecerit. Donatus.

C. *Quid, &c.*] Has personas Terentius addidit fabulæ, nam non sunt apud Menandrum, ne *τραγικωρεπον* fieret, Philumenam spretam relinquere sine sponso, Pamphilo aliam ducente. *Idem*.

Quid ais Byrrhia] Mihi imposuit iudicium Erasmi, qui hæc verba (*Quid ais Byrrhia?*) pntavit esse finem versus præcedentis; id quod verisimile non est. Nam, si rem consideres, unde Charinus audire potuit pos-

trema Mysidis verba? Quamobrem extremus versus scenæ superioris fuerit dimeter Iambens catalecticus, et Actus inceptus erit a monometro; cui subjicitur octonarius Iambens acatalectus, cuius generis et ii sunt qui post illum leguntur. *Faber*.

Quid ais, &c.] Ex verbis Charini apparet Byrriam nuntiassse nuptias futuras cum Pamphilo: nec adducitur tamen, ut statim credat, et accomodet animum. Sæpius ergo repetit interrogando. Et bene *illa*, velut amatorie de certa loqueretur persona. Sic Virgilius: 'solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.' Ergo non *Æneas*, sed ille. Et item hic, non *Philumena*, sed *illa* dixit. *Donatus*.

Quid ais, Byrria] Miratur magis, quam interrogat, vel potius indignatur. *Idem*.

Quid ais, Byrria? daturne illa hodie Pamphilo nuptum] O. l. s. hanc collocationem habent, *daturne illa Pamphilo hodie*: et infra, *modo e Davo*, ut etiam Donatus legit, non *de Davo*: quæ vero paulo infra sequuntur, ita et apud Priscianum citantem hunc locum libro XVIII. et in omnibus Terentii l. s. collocata sunt, *Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possit*. Qua collocatione constituta, versus ita ordinamus: CH. *Quid ais Byrria? daturne illa Pamphilo hodie nuptum?* B. sic est. CH. *Qui scis?* B. *apud forum modo e Davo audiri*. CH. *va misero mihi, Ut animus in spe, atque in timore, usque antehac attentus fuit, Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupeat*. B. *Quæro edepol Charine; quoniam non potest id fieri quod vis, Id velis quod possit*. CH. *nihil volo aliud nisi Philumenam*. Ut primus et quintus hujus scenæ versus, sint trochaici tetrametri acatalectici, sextus catalecticus, secundus octonarius iambicus, contracto *andrei* in duas syllabas: item tertius et quartus. B. *Ah: quanto satius est te id*

dare operam, Qui istum amorem ex animo amoveas tuo. Hos duos versus unum tantum trochaicum acatalecticum putamus esse, rejecta prima ejus syllaba in finem præcedentis versus, detractoque in scansione pronomine *tu*: quod subditivum putamus, et tamen ob reverentiam omnium librorum, in impressione retinemus: aliter hi duo versus adeo impediti sunt, ut non facile cujus sint generis, agnoscat. *Færnus.*

Quid ais, Byrrhæa] Consilium senis de Pamphilo ad uxorem ducendam adigendo, etiam Charino mature innotescere, argumenti causa, debebat: is ergo, ut primum ex servo cognovisset, quid pararetur, anxius animi ad Pamphilum properat; quo familiariter utebatur. Quæruntergo aliqui cur Charinus nusquam se conscium amoris Pamphili erga Glycerium ostendat, homo sodalis et amicus: et propterea existimant factum, ut nihil ex anxietate Charini relaxaretur: quod futurum erat, si ei constaret, Pamphilum alio amore occupatum esse: possitque ad hunc sensum trahi, quod act. II. sc. 6. vs. 13. *clam* dicitur amasse, et *ne infamiae sibi esset, cavisse.* Ex diverso; non potuit latere Charinum, quam assidue in domum Chrysidis ventitavit Pamphilus, eaque defuncta, amorem Glycerii in funere ipse prodiderit: adeo ut Chremes mox, velut ex communi fama, comperisse se dicat, *Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam:* vide omnino Donatum ad illa verba. Jam, quando Charinus in Davum increpat act. IV. sc. 1. vs. 42. 'Eho, dic mihi, si omnes hunc conjectum in nuptias inimici vellent, quod nisi hoc consilium darent?' multum decedet de vi objurgationis, si ab ignaro amorum Pamphili hæc verba proficiantur: et scena insequente, Charinus audit Pamphili querelam et cum Myside, de Glycerio, sermones, non tanquam rem novam, sed probe sibi notam.

Videatur itaque id timuisse Charinus, vim ut posset ferre Pamphilus, et patris imperium detrectare: tum nec illud ad fidem difficile erat Pamphilum fecisse, aut facturum esse, quod sæpe adolescentes solebant; ut ab ejusmodi amore, ad nuptias tum auctoritate patria, tum suo quodam consilio, revocari se pateretur: hæc ad anxietatem Charini excitandam et alendam satis momenti habere potuerunt. Quod enim nullam hujus rei mentionem facit, neque in primo colloquio, neque in jurgio, duobus de causis factum videri potest: quarum altera ad *τὸ πᾶθος* Charini, cui nihil aliud nisi Philumena in ore erat, altera ad rationem pertinet: nullum enim hinc argumentum peti poterat, quo Pamphilus a nuptiis avelleretur: nec decebat Charinum, ingenuum et honestum adolescentem, aperte suadere Pamphilo, ut amori potius quam pudori patris obsequeretur. Fiebat enim sæpe, ut diximus, et fieri debere videbatur, ut ab amoribus ad nuptias, adolescentes traducerentur. Sed hæc utcumque animadversa et existimata erant, hand in magno equidem ponam discrimine. *Bæclerus.*

C. Quid ais, Byrrhæa] Ne Philumena, a Pamphilo repudiata, omuluo spreta et deserta videretur, ad plenam Comædiæ Catastrophen introducitur alter amator. *Farnabius.*

Sic est] Hoc cum indignatione stomachi dicit. *Donatus.*

2 Qui scis] Non vult enim verum esse. *Qui?* quatenus? unde hoc scis? *Idem.*

Apud forum] De loco. De tempore, *modo.* De persona, *de Davo.* *Idem.*

Apud forum e Davo audivi] Plurima dixit ad confirmandum Byrrhæa, quando interrogatus est, a loco, a tempore, a persona. *Idem.*

Apud forum modo e Davo audivi] Donatus bene jubet observari Poëtam

nostri accuratam diligentiam in omnibus brevitate nonnunquam admirabili absolutam, quando notat: 'Plurima dixit,' &c. *Bacclerus*.

Væ misero] Tandem aliquando pervertitur est ut crederet. *Donatus*.

Væ] Interjectio in his rebus quas execramur. *Idem*.

3 *Ut animus in spe atque in timore, &c.*] Huc usque animus sustinebatur æquius inter spem et timorem; jam vero spei nervo inciso labascit, consilii auxillique inops torpet, tanquam arcus antehac intentus, nunc spe deplorata, laxis flaccessit. *Farnabius*.

Usque antehac] Id est, antequam tua verba audirem. Et duas præpositiones posuit, ut dicitur: sed una est tantum, velut adverbium, non jam præpositio. Nulla præpositio præpositioni adjungi separatim potest. *Usque* ejusmodi est, ut sine aliqua præpositione raro inveniat. *Donatus*.

Attentus fuit] Ut attentus audire dicitur. *Idem*.

4 *Lassus cura, confectus, stupet*] *Lassus* cura, ex præterita spe: nunc confectus, id est, sic vulneratus, aut percussus, ut sanari non possit. *Id.*

Lassus, cura confectus stupet] *Lassus*, adempta attentione. *Cura confectus*; confirmato timore. *Stupet*, abjecta spe. *Idem*.

5 *Quæso adepot*] Objurgantis est *Quæso*, vel etiam rogantis. *Idem*.

Quoniam non potest] Consolatio ad id, quod fieri non potest, suadenda. *Idem*.

Quoniam id fieri, quod vis, non potest] Citat hunc Terentii locum Augustinus l. xiv. de Civitate Dei, c. 16. et l. de vita beata. Crito infra act. iv. sc. 5. *Ut quimus, quando ut volumus non licet: οὐ δύναμενος ὁ θέλει, θέλεις ὁ δύνασαι.* *Farnabius*.

6 *Id velis, quod possit*] Proverbiale. *Donatus*.

Nihil aliud] Hoc magis gemitu amatorio, quam ut responderet Byr-

riæ, dicit: quasi magis Philumeneam velit, quam vitam et lucem. *Idem* alibi, 'In eo me oblecto, solum id est charum mihi.' Non enim dixit, Nullam volo aliam, quam Philomenam: sed nihil volo aliud: quod infinitum est. *Idem*.

Nihil aliud] Apud Terentium flagitiosus adolescens insana flagrans cupidine, Nihil volo aliud, et Augustin. l. xiv. c. 8. *Farnabius*.

7 *Qui istum*] Qui, pro ut. *Donatus*.

Ex animo amorcas] Legitur, *ex corde ejicias*. *Idem*.

9 *Facile omnes, cum valemus, &c.*] Pertinet huc illa apud Ciceronem disputatio (iii. Tuscul. cap. 29.) quando Crantor dolori cedendum putat: 'premit enim,' inquit 'atque instat, nec resisti potest. Itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Ajacis morte consolatus esset, is cum audisset de fato suo, fractus est: de cuius commutata mente sic dicitur: 'Ne vero tanta præditus sapientia Quisquam est, qui aliorum ærumnam dictis allevans Non idem, cum fortuna mutata impetum Convertat, clade ut subita frangatur sua, Ut illa ad alios dicta et præcepta excidant.' Græcorum Poëtarum in hanc rem sententias collegit Muretus V. L. l. 7. *Bacclerus*.

Facile omnes, cum valemus, &c.] Thales interrogatus, quid esset difficillimum? respondit: *ἐαυτὸν γνῶναι*: quid facillimum? *ἅλλας ὑποτίθεσθαι*. Laërtius. *Ἀπαρτὲς ἐσμεν εἰς τὸ νοῦθερεῖν σοφοί, ἄλλοι δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκουμεν*. Menander. *Ῥᾶν παραινέει ἢ παθόντα καρτερεῖν*. *Idem*. *Ῥῆγης νοσοῦντα βῆσται πᾶς τις νοῦθερεῖ*. *Idem*. *Farnab.*

10 *Tu si hic sis*] Hoc gestu scenico melius commendatur. Nam hæc magis spectatoribus, quam lectoribus scripta sunt. *Hic* ergo, se ipsum ostendens, dicit: et est *hic* pronomen. *Donatus*.

Hic sis, aliter sentias] *Δευτερικῶς* se ipsam indigens, vel *hic*, meo loco.

Farnab.

Age age ut lubet] Adversus hæc non habuit quod loqueretur : et est permissio reprobandis ea quæ consentit. *Donat.*

Sed Pamphilum] *Sed*, inceptivum, pro atque eorum Pamphilum : ut Sallustius, 'Sed Metellus in vulnere.' Hæc non discretivum : ut si dicas, sapiens, sed miser : hic enim discretivum erit. *Idem.*

Sed Pamphilum video] Hæc per *εὐνοφῆ* finguntur. *Idem.*

11 *Omnia experiri*] *Idem* alibi : 'Omnia prius experiri, quam armis, sapientem docet.' Virgilius hanc posuit sententiam : 'Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.' *Id.*

12 *Ipsam hanc*] Bene *ipsam*, quasi auctiorem et principem : refertur etiam ad dignitatem. *Idem.*

Orabo : huic supplicabo] *Oramus* quæ bona sunt : *Supplicamus* in adversis magis, vel enim lachrymis. *Idem.*

Hunc orabo, huic supplicabo] Proemia sunt petitionis, quibus ostendit Poëta rationem, qua nova et improba res tamen petitur. *Idem.*

Amorem huic narrabo meum] Non studium aut voluntatem, sed amorem. Nec petam, sed narrabo dixit : totum magnifice. *Idem.*

13 *Ut aliquot saltem prodat dies*] *Saltem*, desperatis rebus solam petentes salutem, hoc verbo utimur. *Prodat* vero, proferat, prolatet, differat. Lucilius in quinto, 'An porro prorenda dies sit?' *Idem.*

Prodat dies] Protrahat, proferat. *Farnabius.*

14 *Interea fiet aliquid*] Tale est hoc, quale illud, 'Interea aliquid accidit boni.' Sed nihil illud dixisse poëta per servum ostendit, dicendo ; *Id aliquid nihil est.* *Donatus.*

Fiet aliquid] Ut supra, *Impetrabo.* *Idem.*

Interea fiet aliquid] Infra plenius act. II. sc. 3. vs. 24. 'Interea aliquid acciderit boni :' qui locus de

sensu et usu hujus formulæ non sinit dubitare. Vehementer cupientes etiam ubi sperandi causa adempta videtur, in spem revolvuntur, utut incertam et obscuram. Apud Plautum in Mercatore II. 4. 24. 'Invenietur, exquiretur, aliquid fiet.' *Bælerus.*

15 *Adeon' ad eum*] Consuetudine magis, quam ratione dicitur : unum enim ad abundant. *Donatus.*

Quidni? si nihil impetres] Aut, *Quid, nisi nihil impetres, ut te, &c.* In utroque idem sensus est : sed superior per *αἰσχρογὰς*, inferior per simplicem explanationem, solvitur. Et si *quidni* legitur, subaudiendum, adeas : ut sit, *Quidni adeas?* ut si nihil impetres, te arbitretur paratum moscicum, si illam duxerit. *Idem.*

Si nihil impetres] *Impetres*, per *ἐπιτεταλὸς* dictum videtur, pro *petas* : quoniam petitionem sæpe impetratio sequitur. *Idem.*

17 *Abin' hinc in malam crucem cum suspiciōis istæ, æstus*] Libri Vaticani et Victoriani, *Abin hinc*, licet deinde ex *abin*, abrasum utrobique sit n : præterea hi duo, et alii omnes fere l. s. in *malam rem* habent : qua lectione admissa versus, qui aliter stare non potest, est trochaicus catalecticus. *Færnus.*

Malam rem, &c.] Exitium, in crucem, supplicium te dignum, ad corvos. *Farnabius.*

18 *P. Charinum, &c.*] Non imperite Pamphilum priorem loqui fecit, sed ut fiduciam det Charino loquendi : quod et Virgil. eleganter, 'Hæc, inquit, juvenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum.' Ad hoc prior incipit Pamphilus, ut ad confessionem Charino minus clausa præ pudore sit via. *Donatus.*

19 *Ad te venio*] Aliqui libri scripti, et in iis antiqui et Priscianus, *Ad te advenio.* *Færnus.*

Ad te venio, opem, salutem, auxil. cons. expet.] Rhetorice et copiose hic

agit. Principium enim vim præpadi habet: *ad te venio*, sc. *advenio*. *Spem* primo loco nominat, jam scilicet desperatam, nisi a Pamphilo redderetur; et cum ea *Salus*: perire enim destinaverat, nisi omnia experto, nova spes affulgeret: *auxilium* inde, aut si minus id fieri possit, *consilium*, nec petit sed *expetit*. Responsio Pamphili vs. 20. *neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam*, ex mente Donati, conditionem ejus describit, qui et amans et miser esset, suisque ipse rebus nec consilio, in perturbatione animi, nec auxilio, in tanta fortunæ turba superesse posset. *Bæclerus*.

Salutem, auxilium, consilium expetens] Ut in petitionibus fieri solet, beneficium petens, utitur partibus deliberativæ. *Donatus*.

Consilium expetens] Eleganter: quoniam demens et improbum est quod petit, novissimum posuit consilium: ut si non possit concedi, vel consilium expetat ad sanandam mentem. Cicero, 'Tu da salutem, qui spem dedisti.' *Idem*.

20 *Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam*] Apud amantem neque consilii facultas: apud inopem neque copia auxilii. His duobus ostendit etiam sese amatorem. Neque pol consilii locum habeo, quia amo: neque auxilii, quia sum miser. *Idem*.

Neque pol consilii locum habeo] O. l. s. Donatus et Engraphius consilii: et ita Robertus Stephanus impressit. *Faërnus*.

Neque pol consilii locum habeo] Ab amante nullam consilii facultatem, a misero et inope nullam auxilii copiam expectes, 'Magisque ei adeo consiliarius hic amicus est, quam auxiliarius.' Plautus in Truculento act. II. sc. 1. *Farnab*.

21 *Sed istuc quidnam est*] Hoc si non adderet, locus confitendi amoris Charino nullus fuisset. *Donatus*.

Hodie uxorem ducis] Vide miram

interrogationem ante confessionem. *Idem*.

Aiunt] De ea re dicimus quam volumus esse falsam. *Idem*.

22 *Si id facis*] Nihil prius, quam se moriturum dixit, pudenda dicturus. Inde datum est, ut ille instantius quæreret causam. *Idem*.

Hodie postremum] Plus dixit, quam si dixisset, *Morior hodie*. *Idem*.

Hodie postremum] A necessario: quia, vivere non potest. Et *postremum* adverbium est. *Idem*.

Si id facis hodie postrem. me vides] Servantur gradus semel instituti: *spem expetebat*; hoc illo response Pamphili, *aiunt*, iterum imminuta, ad consilium perenndi aut profugiendi revolvitur, quod hac verborum ambage notatur, cui conferri meretur locus in Phormione act. III. sc. 2. vs. 16. &c. Subinde cum Pamphili de nuptiis animum perspexisset, cum spe, *salus* redit: vs. 33. *reddidisti animum*: ubi Donatus: 'Plus dici non potuit: de 'auxilio' et 'consilio' deinceps agitur, sociata opera, etiam in scena sequente. *Bæclerus*.

23 *Vereor dicere*] Eloquenti me vetat verecundia. *Farnabius*.

24 *Sponsam hic tuam*] Nulla cunctatione Byrrhia, sed facete, *quæpote*q servili paratissime narrat. *Donatus*.

Sponsam hic tuam amat] Callide et *sponsam*, et *amat*: hoc est, nec adhuc uxor tua est, neque aliquid admisit, quia amat tantum. *Idem*.

Næ iste haud] *Næ*, valde: ut et Cicero, *Næ illi vehementer errant*. Sensus hic est, Non id amat quod amo, nec id odio habet quod odi: hoc est, Valde iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. *Idem*.

Næ iste haud mecum sentit] *Næ*, valde: aut, ut quidam volunt, *o quam*. Lucilius in x. 'Næ in arce bovem discerpsi magnifice,' inquit. *Idem*.

25 *Num quidnam amplius tibi cum illa fuit*] Artificiose personam expressit Terentius, nuptias recusan-

temp: et simul τὸ πρῶτον virgini servavit. *Idem.*

Num quidam amplius tibi cum illa fuit, &c.] Pudori serviit, consuetudinem veneram notando: sequitur: *quam vellem:* sub. tibi aliquid amplius fuisset cum illa: ut scilicet *esset causa recusandæ*, quod Donatus annotat. *Baculus.*

26 *Quam vellem*] Utique ut esset causa recusandæ. *Donatus.*

Quam vellem] Utinam esset! quo mihi illius recusandæ daretur causa. *Farnab.*

Per amicitiam] Suam et Pamphili. *Donatus.*

Et per amorem] Suum tantum circa virginem. *Idem.*

Nunc te per amicitiam et per amorem obsecro] Per amicitiam, 'suam et Pamphili:': per amorem, 'suum tantum circa virginem.' Donatus. Interpres Gallus synonymiam agnoscit, per amicitiam et amorem nostrum, id est, quo inter nos amamus. Donati expositio, *oro te per amorem Philumena*, nihil hic efficaciz videtur habere. Cæterum hæc petitio Charini affectum et artem servat: obtestatione præmissa, gradus facit, ut si id, quod unice cupiebat, impetrari nequiret, καὶ ἐντροπὴν, aliud tanquam ultimum et qualecunque levamentum desperationis rogaret. *Baculus.*

27 *Ut ne ducas*] Sufficeret dixisse, ne ducas. *Donatus.*

Dabo equidem operam] Plus illi promisit, quam ille poposcit. *Idem.*

Dabo equidem operam] Pronuntiatio levandum est. Plus enim dixit, *dabo operam:* quam si diceret, *non ducam.* *Idem.*

Non potes] Deest, fieri, et hoc ad patrem retulit. *Idem.*

28 *Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi*] Hoc ad Pamphilum pertinet, non enim unum et idem est: nam si idem esset: *nuptiæ hæ sunt tibi cordi*, supervacuum esset additum. *Idem.*

Cordi] Animo, acute. *Idem.*

Cordi] Repetitio interrogatoria cum indignatione. *Farnabius.*

Saltem aliquot dies profer] Primo quæ majora sunt petit: postremo quæ ex his videntur minima: et hoc arte: ut 'Incute vim ventis, submersasque obrue puppes.' Et ad postremum, 'Aut age diversas, et dijice corpora ponto.' *Donatus.*

29 *Profer*] Prolata, produci, differ. *Idem.*

Profer] Prolata, differ, protraho: supra hæc eadem scena; 'Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies: Interea fiet aliquid, spero.' *Farnabius.*

Aliquo] *Aliquo* dixit, ut exilium esset incertum. *Donatus.*

Audi nunc jam] Correptio impatientis, qui non sustineat audire de exilio. *Idem.*

Audi nunc jam] In hoc versu jam est dissyllabum, ut alibi; itaque scribe, iam. Sed hæc vox in versione Gallica omitti non debet; idem enim est ac si diceret Pamphilus: Nunc, postquam tamdiu locutus es, tandem audi. *Faber.*

Audi nunc jam, &c.] Donatus correptionem hic agnoscit, tanquam impatientis, qui non sustineret audire de exilio, id est, tanquam a Pamphilo, non sustinente audire de exilio, factam. Serviunt et hæc verba asseverationi, quæ mox eminentem sententiam infert, ut Charinum de suo animo certum reddat. Adde sententiam παραλλῆλον Adelph. 19. 2.1. de eadem honestate circa officiorum communicationem. *Baculus.*

30 *Ego, Charine*] Sententiæ, quæ ex pronomibus incipiunt, seria semper, sed vera promittunt. Virgilius: 'Me natam nulli veterum sociare procorum Fas erat.' *Donatus.*

Ego, Charine, nequiquam officium] Sensus hic est, Non puto, inquit, hominem liberum, qui, cum nihil præstet, haberi gratiam sibi poscat: ergo cum tibi nihil præstem, nolo mihi

gratias agas: non enim tui causa fugio, quod, priusquam me peteres, magis nolebam ducere, quam tu cupis. *Idem.*

Neutiquam] Una pars est orationis, pro nequaquam. Aut alio modo dicitur.

Cum is nihil promereat] Id est, præstet: ut Virgilius: 'Quique sui memores alios fecere merendo.' Et, 'Nunquam regina negabo Promeritam.' E contrario lædit: 'Quid comæru, aut peccavi, pater?' *Idem.*

Officium esse liberi puto] Deest dictio *hominis*, quæ in omnibus est l. s. et in plerisque ita collocata, *officium liberi esse hominis* puto: quo modo etiam melius procedit trochaicus; 'liberi' autem 'hominis' intelligendum, non ejus modo qui non est servus, sed et qui nobilitate et bona existimatione inter suos cives censetur. Juvenalis: 'Tu tibi liber homo, et regis conviva videris, Captum te nidoæ sue putat ille culinæ.' Cicero libro primo Officiorum: 'Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.' *Færnus.*

Officium liberi esse hominis puto] Hic sumitur *officium* pro actione, ut in scholis loquantur. Gall. *Ce n'est pas une action d'honneste homme.* At liberi est disyllabum. *Faber.*

Neutiquam officium liberi] Neque ingenui hominis esse arbitror officii gratiam admittere, ubi nihil præstiterit, promeritas fuerit. Ego nihil præsto; non enim tui causa Philumenæ nuptias fugio, sed Glycerii, quam intime et constanter amo. *Farnabius.*

31 *Cum is nihil promereat*] *Mereri*, est aliquid mercedis pro labore sumere: cum dicimus, *Nihil meretur*, hoc intelligitur, nihil mercedis dignus est accipere. *Donatus.*

Cum is nihil promereat] Laboret, vel mereatur, vel mercedis petere debeat: ut, 'Quid meret machæra?' Plautus in Pseudolo. *Idem.*

Id gratias apponi sibi] Addi in gratiam suam, id est, sibi gratiam merere. *Idem.*

32 *Nuptias effugere*] Interposita distinctione, vultuose hoc dicitur, hoc est cum gestu. *Idem.*

33 *Reddidisti animum*] Plus diei non potuit. *Idem.*

Aut tu, aut hic Byrrhia] *Hic* *deurri-* nās quasi efficaciorum ostendit: ergo ad comparationem alterius refertur. *Idem.*

34 *Facite, fingite, invenite, efficite*] *Fit*, quod verum est. *Fingitur*, quod falsum est. *Invenitur*, ne temere fiat. *Invenite* ergo, agite dicit post cogitationem. *Idem.*

Efficite] Id est, in effectum perducite. Ballustius, 'Nam et priusquam incipias, consulto; et ubi consulueris, matre facto opus est.' *Idem.*

Facite, fingite, invenite] Mire expressit Pamphili animum nuptias metuentis, cui quicquid dixerit, parum est. *Idem.*

Facite, fingite, invenite, efficite] Rhetorice contorquet verba: ad animum Pamphili asseveratus demonstrandum: in quibus tamen non oportet *λεπτολογεῖν*. *Bæclerus.*

35 *Ego id agam, mihi qui ne detur*] Non dixit, ego non instabo ut ducam: sed quod est amplius. Et recte: utriusque opera opus. Non enim continuo ducet Charinus, si non duxerit Pamphilus. *Donatus.*

Qui detur] Qui pro quemadmodum. *Idem.*

Ne mihi] Veteres frequenter *ne* pro non dicebant. *Idem.*

Mihi qui ne detur] Qua ratione mihi non detur. *Farnabius.*

Sat habeo] Sic antiqui pro sufficit, *sat habeo* dicebant: an vel abundat? *Donatus.*

36 *Cujus consilio fretus sum*] *Ολωρο-μυκὺς* hic Davi in hac fabula partes designantur: quo etiam Byrrhiæ contentio spectat; tanquam et inutilis,

et tristia tantum nuntiantis: recte enim Donatus ea, quæ nihil opus sunt scire, ad Scenæ principium refert; ubi Byrria tristi nuntio Charinum exterruerat: qui affectus in hæc verba daravit. *Baslerus.*

At tu hercle] Deest, adfers, dicis, nuntias. *Donatus.*

87 *Nisi ea quæ*] Hoc est, 'Daturne illa hodie Pamphilo nuptum? By. sic est. Ch. qui scis? By. apud forum modo de Davo audiui.' Quod memor est Charinus se non libenter audisse. *Idem.*

Fugia' hinc] Comminantis est, et abigentis a se. *Idem.*

Ego vero, ac lubens] Nemo lubenter fugit, nisi coactus necessitate. Hic etiam *lubens* dixit, quod est lubenter. *Idem.*

SCENA II. Hæc scena constat trochaicis septenariis, alve tetrametris catalecticis. Quicquid variae lectionis Faërnus annotavit, in nostris quoque Mss. reperitur: præterea alia sunt quedam diversa, quæ non operæ pretium est annotare: vs. ult. pro *etsi* habent nostri *tametsi*; pro *me, mea*: vs. 22. frustra substitui vocem *suspensio* eruditum pridem monuerunt: vs. 28. *intro aspexi*, unus e meis habet: v. Fr. Fabric. vs. 7. *ab eo* retinent omnes nostri: vide autem Donatum et Fr. Fabric.

Narrationis Davi τὸ ἐννάρκωνος per argumenta et rationes ac conjecturas; itemque τὸ ἐκδοκωνος per figuras et mores, non indiligenter Donatus signavit, opportunis locis. *Baslerus.*

1 *Di boni*] Hæc scena consilium continet personarum, ad quas maxime pertinet argumentum. Et hic est locus in quo, ut *flori solet*, fortuna, mixta rebus dispositis, magnas turbas dat. *Donatus.*

Di boni, boni quid porto] Non mirum quod insolentius Davus exultat, qui, ut Simo dicebat, timidus fuit, ut ipse Davus, etiam desperavit ex nuptiarum terroré; quas nunc falsas com-

perit. *Idem.*

Di boni, boni quid porto] Ex proximo repetivit bis: sed tamen alteram nominativo plurali, alterum genitivo singulari dictum est. *Idem.*

Di boni, boni quid porto] Accurate observata 487. Davi subtile: cui ex tenui aut nullo apparatu suboluerat simulari nuptias. Pamphili sibi constantis honestam. Charini socordis leve et humile. *Farnabius.*

Quid porto] Non solum corpore, sed etiam animo portamus tam bona quam mala. Sic alibi, 'Ne quid Andria apporet mali.' *Donatus.*

2 *Ut metum in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudii*] Ordine locutus est: prius enim metum adimere, sic demum gaudio perfundere. Hic ordo etiam in laude servatur. *Idem.*

3 *Nescio quid*] Deest *propter*: ut sit propter nescio quid. *Idem.*

Quid] Adverbiale. *Idem.*

5 *C. Audin' tu illum*] Interruptus sermo, alio interloquente. *Farnabius.*

Exanimatum] Perterritum, perturbatum. *Donatus.*

6 *Sed ubi quarum*] Nunc in omnes se partes versat, quærens quo dirigat cursum. *Idem.*

7 *Ab eo*] Videtur quasi constitisse, deinde quasi elegisse quo pergat. *Habeo* per *h* inveni: legitur et *ab eo*: uti merito illi dicatur, *Resiste*. *Idem.*

Quis homo est qui me? o Pamphile] Ante videt, quam compleat orationem. *Idem.*

8 *Te ipsum quare, euge o Charine, ambo opportune, vos vobis*] Nec Donatus, nec l. s. habent o interjectionem, et stat versus omitendo facere synalopham, in *teipsum*, vel dissolvendo diphthongum in *quare*. *Faërnus.*

Euge, Charine] *Euge*, modo pro interjectione positum est. *Donatus.*

Opportune] Deest, *adestis*: non, opportune vos volo. *Idem.*

9 *Dave, perii*] Proprium est dolean-

tibus, præfestinare ad indicanda quæ dolent. Ἀπολούμεθα. Habet nonnullum affectum quod addidit, *Dave*. Idem.

Dave, perii, interii] Hæc verba Charino Donatus adscribit : et bene. *Færnus*.

Quin tu] *Quin*, modo pro imo, alias, cur non? *Donatus*.

10 *Mea quidem hercle*] Videtur Charinus plus dixisse, *Perii*, quam Pamphilus, *Mea quidem hercle certe in dubio est vita*. Sed non est hoc : plus enim Pamphilus dixit : nam qui vivit non potest interisse : is autem qui vivit, vitam potest in dubio habere. Ideo et juravit *hercle* : et affirmans iurandum, certe addidit. Bene certe : quasi illud *interii*, falsum sit. Ita Pamphilus plus fecit, periturum se esse dicendo, quam Charinus interiisse. Idem.

Mea quidem hercle] Donatus his addit adverbium, *certe*, et tres libri vetustiores. *Færnus*.

Hercle certe] Geminatio asseverationi serviens. Ita πᾶν σφόδρα apud Aristophanem, in Pluto : ubi Scholiastes antiquus : οὐ σφόδρα Ἀττικαῖς παρ᾽ ἄλλους τινέσαι τὰ ἰσοδυναμοῦντα, δηλοῦται δὲ ἐν τῇ ἐξ ἀποφώρων. οὕτως ἔχει καὶ τὸ, τυχὼν ἰσως. *Bæclerus*.

In dubio vita est] Id quod dictum antea, *non repos, ma joie*, &c. nisi sit hyperbole amatorie. *Fabrr*.

Et tu quid, scio] Mira compendia, quæ contrahit Poëta longitudine fabulæ : nec tamen perdit affectus personarum. *Donatus*.

Et tu quid] Deest *timeas*. Idem.

Et tu quid scio] Idem libri, et *quid tu*. *Færnus*.

11 *Et id scio*] Ἐν ὑποκρίσει : tanquam dicat, nihil est. *Donatus*.

Et id scio] Legitur *et si scio*. Idem.

Et id scio] Affirmat Donatus etiam legi et *si scio* ; et ita habent omnes vetustiores libri. *Færnus*.

Hodie] Tempus addidit, tanquam rem sciens. *Donatus*.

Obtundis] Sæpe repetendo dicere, *obtundere* est : translatio a fabris, qui sæpe repetunt tundendo aliquid malleo, et idem obtundunt et hebetant. Idem.

Obtundis, tametsi] Potest esse ἀποστροφή : sed sincerius est et melius subdistinguere. Idem.

Obtundis, tametsi intelligo] Eadem sæpius repetendo mihi aures obtundis ; metaphora a pugilibus qui crebris cestnum ictibus Antagonistarum aures obtundunt, vel etiam a fabris qui ferrum malleis tundunt hebetantque. *Færnus*.

12 *Id paves*] Deest *ob*, ut sit, *ob id* : hoc autem Pamphilo dicit. *Donatus*.

Tu autem, ut ducas] Pro, ne non, ut posuit. Hoc Charino. Idem.

13 *Atque istuc ipsum*] Ἐν ὑποκρίσει. Ille enim hoc idem dixerat cum exclamatione : quod quasi vanum contemnit. Idem.

Me vide] Utrum, lætus sum? an, me specta fidei datorem? ut dici solet, *me habe, me respice*. Idem.

Me vide] Me respice, a me salutem exspecta. *Færnus*.

11 *Obsecro te, quamprimum me libera miserum metu*] Cnm precibus et tempus admiscuit. Et bene libera, perfecta enim securitas liberatio nominatur. *Donatus*.

Hem] Ecce : demonstratio est facti. Idem.

15 *Uxorem tibi non dat jam Chremes*] Oratorie a summa cæpit : ejus partes, multis dicentur. Idem.

Jam non dat] Bene *jam* : quod si non dixisset, intelligeret Pamphilus, vel postea Chremetem filiam esse daturum. Sed addito *jam*, plena securitas est : *jam* enim renuntiatio est perpetuitatis. Idem.

Uxorem tibi jam non dat] Idem libri vetustiores et aliqui alii, et *Donatus*, ita collocant, *tibi non dat jam*. *Færnus*.

Scio] Præparatio est auditoris ad

eam narrationem, quæ ostendit argumenta falsarum nuptiarum. *Donatus.*

16 *Me prehendi*] *Pro prendit.* Ad-dita aspiratione geminavit syllabam. *Et prehendi* dixit, quasi vitantem ac fugientem. *Idem.*

Ait tibi] *Ait* proprie: quia contemnenda dicuntur. *Idem.*

Ait tibi uxorem dare se] Conjecturam facit ex malis, quæ præcesserunt. *Idem.*

Ait tibi uxorem dare se] Dicit cur primo crediderit veras, dicturus subinde cur falsas. *Idem.*

Uxorem dare se] O. l. s. *dare sese*; ita erit trochaicus acatalecticus. *Faërnus.*

17 *Item alia multa*] Bene distolgit narrationem, ne si audirent Charinus et Byrria, desinant dolos struere adversum vigilantissimum senem. *Donatus.*

Item alia multa] Commoda narratio a necessariis tantum. Minus autem senis prætermisit, ne corrumpere bona quæ nuntiabat. *Idem.*

Quæ nunc non est narrandi locus] Non vult dicere, quam minaciter secum egerit senex, quamque instet nuptiis, ne Charinum Byrriamque de spe dejiciat, quos vult secum adniti, ne uxorem Pamphilus ducat. *Idem.*

Quæ nunc] Argumentum est, quæ-rere potuisse eum qui sit tertius: nam timor curam parit. *Idem.*

Narrandi locus] Modo tempus, spatium. *Idem.*

Locus] Tempus, spatium. *Farnabius.*

18 *Properans percurro*] Vide quantum dixerit, *Properans* et *percurro*, ut continuationem cursus ostenderet. *Donatus.*

19 *Ubi te non invenio*] *Ubi*, modo non est adverbium loci, sed temporis, pro *postquam*. *Idem.*

Ubi te non invenio, ibi] A summo ad imum divisiones, quibus dicta et

facta continentur: sub quorum genere sunt species nunc dictorum, nunc factorum, cum consideratione rerum personarumque. *Idem.*

20 *Nusquam*] Deest, *vidi*. *Idem.*

Video Byrriam] Deest *servum*: et recte: dixerat enim, 'Apud forum modo de Davo audivi.' *Idem.*

Hujus video Byrriam] Charini video *servum*. *Farnabius.*

21 *Rogo: negat vidisse*] Mira brevitatis, et imitanda. *Donatus.*

23 *Paululum obsoni*] Hinc est quod ait, 'Nimium parce facere sumptum.' *Idem.*

Obsoni] Obsonium est pulmentum, aut quicquid ultra panem et vinum adjicitur in cibum. Persæ ad panem nihil addebant, præter nasturtium, Xen. Socrates cum ad vesprium contentius ambularet, rogatus, quid ita faceret, respondit, se obsonare ambulando famem. Cic. Tusc. Quæst. v. vide infra. *Farnabius.*

Ipsus tristis: de improvviso nuptiæ] Mire: et moraliter: ex his enim, quæ facta non sunt, docet quid fecisse deberet: et, *de improvviso nuptiæ*, pronunciandum. *Donatus.*

24 *Ego me continuo*] Et bene, *continuo* ad Chremem: ut si ab utroque hoc fieret, esset vera suspicio Davi. *Idem.*

Ego me continuo] Deest, *duco*. Consuetudine dictum est. *ἑλκντικὸς*. *Idem.*

Egomel] Una pars orationis est. *Idem.*

Chremem] *Chremem* et *Chremetem*, ut *Darem* et *Daretem*. *Idem.*

25 *Cum illo advenio*] O. l. s. *Donatus*, *cum illoc*. *Faërnus.*

Solitudo ante ostium] Signa ab his quæ sunt, quæ non esse deceret. *Donat.*

Jam id gaudeo] Quasi adversum et non consentientem Pamphilum excitat ad gaudium lætitia sua. *Idem.*

Jam id gaudeo] Sic Virgilius, 'Cum venit, aulæis jam se regina super-

bis.' *Idem.*

26 *Recte dicis: perge*] Vultu enunc-
clandum. Hoc dicit Pamphilus. *Id.*
Maneo] At parum temporis fuisti.

Idem.

Interea] Temporis longi significa-
tio. *Idem.*

Introire neminem] A non factis. *Id.*

27 *Exire neminem*] Quid si intus
erant? ideo ait, *exire neminem*. *Idem.*

28 *Nihil ornati*] *Ἀρχαϊσμός*. Sic
Sallustius, 'Ergo Senati decreto ser-
viendumne sit.' *Idem.*

Nihil ornati] Nullum apparatus,
qui nuptiis conveniat: adi act. II
sc. 6. *Farnabius.*

Tumultu] *Ἀρχαϊσμός*, pro *ornatus*
tumultus: quartæ inflexionis. *Idem.*

29 *Signum*] Proprie pro argumen-
to. *Donatus.*

Nam videntur] A consequentibus
argumentum. *Idem.*

30 *Non opinor*] Ille opinionem ac-
commodat tantum, hic multum tri-
buit conjecturis. *Idem.*

Non opinor] Quoniam argumenta
sunt et conjecturæ, *opino*r dixit. Nam
contra opinionem, certa res est, quæ
autem opinamur, putamus: quæ pu-
tamus, incerta sunt. *Idem.*

*Opino*r, *narras*] Bene a prima ad
secundam personam. *Idem.*

31 *Etiā puerum*] *Etiā* pro præ-
terea. *Idem.*

Chremi] Sic *Chremi*, ut *Ulyssi* et
Achilli. *Idem.*

Inde abiens puerum conveni Chremi] *Idem.*
Nota *convenire*, pro, *incidere* in ali-
quem: et ita Gallice verti debuit: *En*
recoisant de-la, j'ay rencontray le valet
de Chremes, qui portoit, &c. Ejus sig-
nificationis exemplum in Eunuchō
reperies. *Faber.*

32 *Olera et pisciculos minutos*] Suf-
ficeret diminutive *pisciculos* dixisse,
quod sic, *minutos* dixit: et pretium,
obolo esse emptos: quæ est ultima
nummorum significatio. Sunt enim
genera minutorum piscium, quæ ma-
gno veneant. Hic ergo etiam ex pre-

tio vilissimos pisces significavit. Et,
quid si minutos, sed omnibus? *Seni*
dixit, ut obsonationis ostenderet cau-
sam. *Donatus.*

Olera et pisciculos] Quod supra ge-
neraliter, 'panisculum obsoni': hic spe-
cialiter dixit. *Idem.*

Et pisciculos, &c.] *Ἀρχαϊσμός* eis τοὺς
γάμους Ἀβαντῶν ὀβολοῦ τοῖς θεοῖς, &c.
Ἡμῶν δὲ τοῖς θεοῖς ἐπαρμένη καὶ βέλους.
Athen. I. VII. c. 17. Omnia opsonia
βέφα appellantur: solus tamen piscis
obtinuit tandem, ut *ὄψων* simpliciter
cum dicitur, piscis intelligatur. Ca-
saubon. in Athenæum I. VII. c. 17.
Farnabius.

In carnem seni] Mire *seni*, cuius est
major cura domi. *Donatus.*

Nullus] Pro, non, ut alibi, 'Nullus
dixeris.' *Idem.*

33 *Dave hodie tua opera*] O. I. s.
hodie Dave. *Færnus.*

Ac nullus quidem] O. I. s. *ac nullus*
q. *Idem.*

34 *Quid ita*] Una pars orationis.
Donatus.

Ridiculum caput] Pro toto homine:
nemo enim ore contempto ex aliis
membris hominem vult significare:
et est *συνεδοχὴ τῶν ὀφθαλμῶν*. *Idem.*

35 *Quasi necesse sit, si huic non det,*
te illam uxorem ducere] Ostendit *ἐν*
θύμῳ vitiosum hoc esse, in quo,
altero sublato, non necessario alte-
rum relinquatur. *Idem.*

36 *Nisi vides, nisi senis amicos oras,*
ambis] Hoc laborat Davus, quemad-
modum Philomenam Charinus pro-
pria laboribus promoveatur uxorem.
Idem.

Nisi vides, nisi senis amicos oras] *Idem.*
Artificiose Davus Charinum excitat,
ut, si fieri possit, adjuvetur negotium
Pamphili, dum ille sibi providet. *Id.*

Nisi vides] Provides. *Idem.*

Nisi vides, &c.] Non tantum dili-
gentiam Charini incitat Davus, ip-
sumque in hanc partem argumenti
conficiendam trahit; sed etiam amo-
liri hinc cupit, ut cum Pamphilo

novi rationem consilii inire sine arbitris posset. *Bacclerus*.

Ambis] Magnarum rerum desiderium et appetitus, *ambitio* dicitur: Confirmata re a factis et a personis deliberativa nascitur. *Donatus*.

SCENA III. Constat scena, quam aliqui codices cum superiore conjungunt, trochaicis, ut ante; et deinde Iambicis sen. et octon. In vs. 5. tres nostri Mss. post 'transferet' ponunt *omnem*: ex glossa, ut arbitrator. vs. 10. omnes, *egone*. vs. 11. *suadere* noti *hoc*: unus, *hæc*. vs. 17. pro *hocce*, omnes, *hoc*. vs. 22. omnes, *inveniet inopem*. vs. 28. omnes, *alia*.

Persadet Davus Pamphilo, ut patri dicat, se ducturnum esse Chremetis filiam: ita enim fore, ut honestati satisfacisse videatur, ut se periculo, turbis, difficultatibus simul et semel explicet; ut patris consilia confundat, sibi que securitatem pariet: quod magnæ instar utilitatis habendum. Arte autem tractat, difficultate et turbis ostensis, antequam promat consilium; mixtis etiam, ut penetrabilius moveant, argumentis. *Bacclerus*.

Quid igitur, &c.] In Mss. quibusdam continuatur hæc scena cum præcedente. *Farnabius*.

Quid igitur sibi vult pater] *Hæc scena deliberationem continet Davi et Pamphili*. *Donatus*.

1 *Igitur*] Bene *igitur*: si enim falsæ sunt nuptiæ, quid cogitat? stomachose etiam hoc dixit *sibi vult*: Virgilius, 'Quid vult concursus ad amnem?' *Idem*.

Ego dicam tibi] Præter figuram, consilium nota in his: dum sollertiam suam et quandam quasi *εὐνοίας* Davus hoc loquendi genere commendat. *Baccler*.

2 *Si id*] *Id*, ob id, propter id. *Donatus*.

Quia non det tibi uxorem Chremes] Complures libri, *dat*. *Faërnus*.

3 *Neque id injuria*] *Id* est, usque

adeo injustus sibi videbitur ut se injustitiæ ipse condemnet. *Donatus*.
4 *Persapexeri*] *Persapexeri* est ad plenum et perfectum videre. *Idem*.

Præquam tuum ut esse habeat animum] Trajectio verborum minime insolens *πρὸς τὸ σχηματίζειν τὸν λόγον*. Minus familiariter *παρὰ τὸν κατ' ἐπέθεω* adhibetur in vs. 27. et 28. 'Hanc fidem sibi, me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem.' Ordo enim est, quod *Donatus* jam notavit: 'Ut hanc fidem sibi darem, me obsecravit, qui se sciret non deserturum: vel: 'Obsecravit me, ut sibi darem hanc fidem, qui sciret, me non deserturum se: quo genere noster tamen parcius utitur, et vix sine ratione: quæ neque hic deesse videtur. *Bacclerus*.

6 *Tum illa turbæ*] *Tὸ illa* ad terrorem retulit. *Donatus*.

Quid? vis patiar] Hoc est, *patiarne uxorem ducere?* *Idem*.

Quid vis patiar] Sunt qui *quidvis*, pro, quicquid evenierit, intelligant: quia dixerat, 'Adeon' me ignavum putas?' Alii pronuntiant, ut sit sensus, *Quid me vis facere? an ut hoc patiar, uxorem mihi dari?* *Idem*.

Quid? vis patiar?] *Al. quid vis? patiar?* *Farnabius*.

Pater est, Pamphile] Hoc vultuose pronuntiandum est, et mire *pater* dixit: ut ipso nomine videatur habere auctoritatem: et veluti dormitantem et oblitum potestatis paternæ his tribus excitat; *Pater est, Pamphile, difficile est, hæc sola est mulier*. *Donatus*.

Pater est] A necessario argumentum. *Idem*.

Pater est, Pamphile: difficile est, tum hæc sola est mulier] Suspensionem hanc ita tractari, jam cœpimus dicere, ut animus Pamphili, periculi metu territus, admittat consilium: itaque hic quo brevius, eo validius, necessitati juris periculum facti conjungit: veluti per summam, undique et ab omni

parte conspiciendam: non minus autem hic pronuntiatio ac vultus gestusque suadentis τὸ πιθανὸν absolvit, quam ipsa oratio: vide et Donatum. Illis autem, quæ brevius nunc signantur, statim ἐξηγητικὸς subijcitur demonstratio periculi, de *jectione* ex oppido: quo tanquam ictu Pamphili animus effosus, *μετὰ πόθους μνηστικὸς, ejiciat?* inquit: quod cum iterum affirmaret Davus, jam consilium de periculo vitando, in quo demonstrato tantus terror inerat, ultro expetit: *Cedo igitur, quid faciam, Dave?* Hæc cum revera vim suasionis ingrediantur, actionis tamen Comicæ gratia veluti ad παρασκευὴν struuntur: sicut et, proposito mox consilio, *dic te ducturum*, interturbat Pamphilus, ut arguenda potentius inferantur, quod contentius resistit ille. *Bæclerus.*

Pater est, Pamphile] Patri adversari importunum est: vim neque parenti neque patriæ afferre oportet: ex Platone Cicero 1. 1. 9. Epist. Famil. *Farnabius.*

7 Difficil' est] Hoc est, resistere, contradicere, Pamphilo difficile, periculosum Glycerio. *Donatus.*

Difficile est] Ἀνοσιώτης cum vultu. Deest resistere. *Idem.*

Sola] Sine auxilio, ac per hoc deserta. *Sola* autem, sine defensoribus propriis: et *sola* et *mulier* dixit. *Idem.*

Dictum ac factum] Proverbium celeritatis: id est, cito. *Idem.*

Invenierit] Pro inveniet. Conjunctivo modo pro indicativo usus est: et est honesta locutio. *Idem.*

Dictum factum] Ἄρα ἔπος, ἄρα ἔργον: actutum. *Farnabius.*

8 Quamobrem ejiciat oppido] Callide ad ejus periculum se convertit, cui plus amator timet, quam sibi: ideo vincitur statim. Apparet autem Davum male suadere: qui tum caveat Pamphilo: cum maxime formidat senem. *Donatus.*

Oppido] Ex civitate. *Idem.*

Ejiciat] Mirature et stupet. *Idem.*

Cito] Illo admirante, hic etiam confirmavit: addidit et tempus celeritatis. *Idem.*

9 Cedo] Singularis tantum numeri est: cetera pluralia, ut *Salve salote*. *Idem.*

Dic te ducturum] Pronuntia *dic*: quasi rem facilem et nullius præjudicii. *Id.*

Dic te ducturum] Hoc est, quod ab initio nitebatur. *Idem.*

Dic te ducturum] Consilium quidem callidum; sed quod Pamphilum inscientem in discrimen conjiciat. *Farnabius.*

10 Egone dicam] Τὸ Εγὼ ἐπαρσὼ habet: hoc est, vel quem non oporteat dicere, vel quem non conveniat fallere, atque mentiri. *Donatus.*

Cur non] Non interrogat, sed facilitatem rei ostendit. *Idem.*

Nunquam] Plus habet negationis, quam *non*. *Idem.*

11 Ex ea re quid stat vide] Ἄνδ' τῆς ἐπαθροῦς. *Idem.*

12 Ut ab illa excludar, huc concludar] Mire hanc cum pronomine significat, dicens *ab illa*. Illi nec sexum servavit, ne uxor esse videatur. Et ex ferarum translatione *concludar* dixit: ut alibi, 'Conclusam hic habeo uxorem sævam.' *Idem.*

Ut ab illa excludar] Ἐν ὁρατοῦ: nam aliud infert atque intelligit Davum dicere. *Idem.*

Ut ab illa excludar, huc concludar] Ἐν ἐργῷ est in his verbis suavissima: quam anget μύσθις: pertinet huc illud Aristotelicum, πρὸ ὁμιλιῶν ταῖρα ποιεῖν, ὅσα ἐν ἐργαῖς συναλφει. Excludi enim et *concludi* non tantum translationem, sed evidentiam habent. *Bæclerus.*

Huc concludar] In Philumenæ nuptias. *Farnabius.*

13 Nempe hoc sic esse] Conjectura atque divinatio, an hoc, an illud venturum sit. *Donatus.*

Nempe hoc sic esse opinor] Ab imita-

tione (μῦθος enim dicitur) deducitur.
Idem.

Nempe hoc] A possibili. *Idem.*

Nempe hoc opin. dict. patr. &c.] 'Εὐ
δραπλοῖς sæpe et multa dicuntur apud
Nostrum: nam id est pœsi drama-
ticæ aptissimum et pæne perpetuum
σχῆμα. *Bælerus.*

15 *Cedo*] *Cedo* singulariter tantum:
cætera pluraliter. *Donatus.*

Cedo, quid iurgabis] Ab utili. *Idem.*

Hic reddes omnia] *Hic* adverbium
loci non est, sed adverbium temporis:
ut Virgilius: 'Hic annis gravis atque
animi maturus Alethes.' *Idem.*

Reddes] Facies, restitues. *Idem.*

16 *Incerta ut sient*] *Hic* est even-
tus. *Idem.*

17 *Sine omni periculo*] Hoc est, sine
ducenda Philomena. *Idem.*

Sine omni periculo] Nisi legas peri-
clo, et ex omni m elidas, impeditus
est versus. *Færnus.*

• 18 *Nec tu ea causa minueris*] Hoc
est, quod supra, *Id* mutavit, quoniam
me immutatum videt. *Donatus.*

Nec tu ea causa] Quia promiseris te
esse ducturum. *Idem.*

Nec tu ea causa minueris] Omnino
retinenda est vox, auctoritate et con-
sensu Mss. codicum. Accedit locus
παράλληλος nostri Poëtæ in Hecyra
iv. §. 10. ubi vox minuendi ita usur-
patur. Sensus hic est: *nec tu ea causa*;
id est, quia promiseris te esse ductu-
rum; *minueris hæc quæ facis*; id est,
Glycerium habere desinas; *ne is* (id
est, Chremes) *mutet suam sententiam*;
id est, rursus tibi filiam suam dare ve-
lit. Nannius in Miscellaneis mallet:
timueris hæc quæ facis: id est, ob
hæc: sed bene se tuetur sententia
quam dixi: etiam Donato et Engra-
pho probata, quamvis minus explicite
proposita. *Bælerus.*

Nec tu ea, &c.] Tu interea, ne sen-
tentiam suam mutet Chremes, hæc
quæ facis mutare noli, vive tuis mor-
ibus, amicam frequenta. Nannius
legit *timueris* hoc sensu. *Farnabius.*

Delph. et Var. Clas.

Terent.

19 *Ne is*] Chremes scilicet. *Do-
natus.*

Ne is mutet] Ad consilium redit,
et conjungit eventum. *Idem.*

20 *Patri dic velle: ut, cum velis*] Scilicet ne securus, quod non sit
Chremes daturus filiam suam, parvi
faciat iram patris, et neget uxorem
ducere, utpote fretus, neminem al-
lium sibi commissurum conjugem.
Idem.

21 *Nam quod tu speres*] Sunt qui
pro *speres*, *timeas* habeant: ut sit,
Nam quod tu timeas, scilicet aliam
daturum. *Idem.*

Nam quod tu speras] Liber Vatica-
nus et Donatus, *speres*. *Færnus.*

Propulsabo] Hoc est, causam ina-
nem esse monstrabo: id est, osten-
dam nihilominus te esse ducturum
aliam uxorem, etiam si hanc non dux-
eris. *Idem.*

Propulsabo] Eleganter, pro eo quod
est *repellam*. *Idem.*

Propulsabo] Quod enim tu speras
tibi que persuades non futurum, ut
quisquam tibi ita morato filiam com-
mittat suam, facile refutabo. Indotatam
potius tibi pater dabit, quam
te apud Glycerium corrumpi sinat;
Plaut. 'Neque illum, me vivo, cor-
rumpi sinam.' *Farnabius.*

Uxorem his moribus dabit nemo] Ne
alteram quærat. *Donatus.*

His moribus] Deest aliquid: ut sit,
his moribus agenti, aut his moribus
prædito. *Idem.*

*Nam quod tu speres, Propulsabo fa-
cile: uxorem, his moribus, dabit nemo*] Difficultas posita est in illa voce
(*Propulsabo*) quam ideo per litteram
majorem scribi curavi, ut intelligere-
tur, referri eam ad Pamphilum, qui
apud se cogitans hoc diceret (*Pro-
pulsabo*;) id est, omnia patris consilia
eludam facile; nam ita licenter, ita
dissolute vivam, ut nemo mihi filiam
suam velit committere. Ad ea re-
spondet Davus, *Inopem inveniet po-
tius, &c.* quasi diceret, Si *Id* cogitas,

3 Z

Pamphile, in eo multum falleris; ea via periculum non propulsabis; nam pater pauperculam potius puellam tibi parabit, quam te corrumpi sinat. *Faber.*

Nam quod tu speras propulsabo facile, &c.] Torsit hic locus eruditos. Donatus, pro *speres, timeas* habere quosdam; Engraphius, τὸ *sperare* pro *timere* per ἀκυρολογίαν accipi, ait. Nihil est mutandum; nisi quod τὸ *speras* τῷ *speres* prætulimus, Mss. nostris suffragantibus. Sensum operose Fr. Fabricius exposuit. Nos paucis notamus, quodam quasi χιασμῷ hæc ita dici: *nam quod tu speras*, qua una spe niteris, *propulsabo facile*; id est, repellam, refutabo, ostendam nihil esse, quo niti possis. Nunc reamitur prius, et expletur μμητικὸς; scilicet hoc speras, hoc tecum animo agitas: uxorem his moribus agenti mihi, id est, alibi animum amoribus deditum habenti, *dabit nemo*: sequitur refutatio hujus argumenti sive spei, de qua dixerat, *propulsabo facile*: nam pater tuus *inveniet inopem* potius indotatam, eamque tibi collocabit, *quam te* amore meretricio apud Glycerium porro *corrumpi sinat*. Superest, ut ostendatur connexio cum superioribus: *nam quod tu speras*, scilicet recusando nuptias, hocque indicio, vel etiam adjuncta confessione amoris erga Glycerium, ostendendo, tuum animum avelli non posse, satis tutum te futurum, eo quod nemo filiam suam velit in matrimonium dare homini aliis amoribus irretito: id nihil esse ostendam; accendetur enim potius animus patris, ut te ab amore meretricio quamprimùm abstrahat, quæ sita quacunque conditione, &c. *Bæclerus.*

22 *Inveniet inopem]* Ἰννοπορὰ, ἐφεκτικὸς. Sed nec inopem quærat. *Donatus.*

Inveniet] Sunt qui κατ' ἀνθυνοπορὰν dici putant, *Inveniet inopem.* Idem.

Dabit nemo: inveniet inopem potius

quam te corrumpi sinat] Ex *dabit* t elidetur, ut sit ansæstus in prima: si quis tamen contrahere velit τὸ *potius* in pyrrichium, non repugno. *Færnus.*

23 *Negligentem feceris]* Hoc est, etiam in paratis nuptiis. *Donatus.*

24 *Otiosus]* Ex otio, hoc est, securus. *Idem.*

Aliam otiosus quæret] O. l. s. *Donatus alia.* *Færnus.*

Interea aliquid boni acciderit] Scilicet ne quærendo inveniat. *Donatus.*

Interea aliquid] Mortem patris adolescenti in delicto pro bono servus ostentat. *Idem.*

Acciderit] Et ad causam refertur: et certe quia mortem patris bonum denuntiat. *Idem.*

Acciderit] Nota *acciderit* etiam pro bono et ab hoc et apud veteres frequentatum. *Idem.*

Interea aliquid acciderit boni] Mortem patris subindicari *Donatus* putat. *Bæclerus.*

25 *Haud dubium]* Plus intulit, quam est interrogatus. *Donatus.*

Inducas] In eadem translatione permansit, quia supra dixit, *Huc concludar.* Bona οἰκοποία, ut mox juste Davo succenseat Pamphilus. *Idem.*

Quin taces? P. dicam] Car non securus es? significat jam nunc *tacere*, securum esse, ut in *Adelph.* 'Tace, egomet conveniam Pamphilum.' Et ideo ille, ut consentire dicenti *Quin taces* videretur, ait, *dicam*, ut scias illum, non silentium, sed securitatem imperasse. *Idem.*

Quin taces] Corruptio est silentium præcipientis, de eo duntaxat, ne timeat de nuptiis: id est, esto securus: nam tacere, securi est. *Idem.*

26 *Puerum autem]* Videtur hoc illi contrarium esse, quod dixit, 'Quicquid peperisset decreverunt tollere.' Sic ergo solvitur; Quod ibi servus cum stomacho dixit, hic tantum, Pamphilum verecunde locutum accipimus. *Id.*

Puerum autem ne rescias] Aut di-

vinat: aut *puerum* pro quolibet sexu: sobolem, hoc est, factum: ut, 'Quicquid peperisset, decreverunt tollere:' ut Græci *pueros vādas*: Homerus, *Παιδες Παιδας τε vādes*: et Horatius: 'Dicam et Alciden, puerosque Lædæ.' *Idem*.

Cautio est] Cautio opus est, hoc est, cavendum est. *Idem*.

Puerum autem ne reciscat mihi esse ab illa cautio est] Mihi magis placet ex illa, quod in multis libris, præsertim antiquioribus, legitur. *Faërus*.

Cautio est] Cato opus est: cavendum est. *Farnabius*.

27 *Nam pollicitus sum*] *Promissio* et *pollicitatio* eandem vim habent: sed *pollicitatio* majoris asseverationis est. *Donatus*.

Suscepturum] Act. i. sc. 3. supra. Et Ennech. act. iv. sc. 6. *Farnabius*.

Hanc fidem] Ordo est: ut hanc fidem sibi darem, me obsecravisti, qui se sciret non deserturum. *Donatus*.

29 *Curabitur*] Non curabo, sed impersonaliter, cum difficultate: quod quasi arduum esset, et grave, ostendit. *Idem*.

SCENA IV. Senariis Iambicis constat: vs. 4. Mss. meorum unus habet *rationem*: ut et Argentoratensis; sed secunda manu; ante enim fuit, *orationem*: vs. 5. omnes: *qua diff. te*.

Quæ ad fabulæ rationem hic pertinent, in dissertatione Andriæ præmissa tetigimus. *Bæclerus*.

Reviso] *Hæc scena nodum inficit erroris fabulæ, et periculum comicum. Facit etiam executionem consiliorum.* *Donatus*.

1 *Reviso quid agant, aut quid capient consilii*] *Quid agant*, auribus opus est: *πρὸς τὸ quid capient consilii*, prudentia et sagacitate: et quod supra dixit, non penititidem repetere, 'observes filium, quid agat, quid consilii cum illo capiet.' Quod enim prudenter dictum fuerit, non piget repetere. Actio tamen ex his tribus consistit, cogitatione, dicendo, gerendo. *Idem*.

Reviso] Redeo ut videam. *Idem*.

Quid agant] *Quid respondeant*, quid dicant. *Idem*.

Quid agant, aut quid capient consilii] Retulit ad id quod supra act. i. sc. 1. dictum est: 'observes filium, quid agat, quid cum illo consilii capiet.' *Bæclerus*.

2 *Hic nunc non dubitat*] Non dixit, senex, aut pater: sed *Hic*, cum odio, quoniam animo adverso loquitur. *Donatus*.

3 *Venit meditatus alicunde*] Terror objurgaturi patris, hortatio est ad promittendum Pamphilo, quod jubetur. *Idem*.

Ex solo loco] *Solo*, deserto, ubi meditari facilius possit. *Idem*.

Venit meditatus alicunde ex solo loco] Ex Menandro sententiam explicat *Donatus*; *ἐπερχὴν εἰναί φασὶ τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὁππὺς ἀπορρεῖ* i. e. philosophi. *Bæclerus*.

Meditatus alicunde, &c.] *Ἐκρημνός. ἐπερχὴν εἰναί φασὶ τὴν ἐρημίαν*. In recessu et silentio consilium. *Farnab.*

4 *Orationem*] *Orationem* dixit, quod quasi ad plenum cogitari potuisset, quippe meditatus ex solo loco. Menander, *ἐπερχὴν εἰναί φασὶ τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὁππὺς ἀπορρεῖ*. *Donatus*.

5 *Differat*] Disturbet, et in diversum ferat. Virg. 'Atque arida differt Nubila:' hoc est: in diversum rapit, dissipat. Et in Adelphis, 'Miseram me! differor doloribus.' *Idem*.

Qua differat te] Libri Basilicenses et Decurtatus, qui *differat*: et ita etiam in Victoriano et Vaticano emendatum. *Faërus*.

Qua differat te] Qua consilia disturbet tua, teque in diversum rapiat. Adelph. 'differor doloribus:' act. III. sc. 4. *Farnabius*.

Apud te ut sies] Non, ne timeat, cavet Davus, sed ne amore a consilio suo alienetur Pamphilus. *Donatus*.

Apud te sies] Preparatus sis: cui contrarium est, *Non sum apud me*. *Idem*.

6 *Modo ut possim*] *Ut*, pro ne non. *Idem*.

Modo ut possim] A possibili, Possim apud me esse. *Idem.*

Modo ut possim] Hic versus ita legi debet addita dictione *Dave*, ex o. l. s. et Donato, *Modo ut possim Dave*. D. *Crede inquam hoc mihi Pamphile*: eliditur t ex ut. *Faërnus.*

7 *Nunquam hodie*] Ab utili eventu. *Nunquam*, plus asseverationis habet; quam non: ut Virgilius, 'Nunquam omnes hodie moriemur inulti.' *Donatus.*

Commutatuturum] Jurgium habiturum; hoc est enim *verba commutare*. *Idem.*

Commutatuturum verbum] Altercatuturum. Sic in Phormione, 'Tria non commutabitis verba inter vos hodie:' hoc est, dabitis atque accipietis, id est, jurgabitis. Ego puto *commutare verba* hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere: hoc est, iracundia in male dicta compelli. *Idem.*

Tecum commutatuturum] Altercatuturum, pro bonis dictis mala ingesturum: in Phormione act. iv. sc. 3. 'ut est ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos.' *Farnabius.*

SCENA V. Senarii sunt: vs. 8. nostri Mes. nunc nostræ timeo parti: vs. 12. omnes: ab uxore excidit: vs. 14. unus: nulla ne in re decet esse cuiquam homini fidem: alter omittit, cuiq.

Byrriæ quarta persona in hac scena, non admiscetur tamen: notat Donatus: ut custodiatur sc. illud 'ne quarta loqui persona laboret.' *Bæclerus.*

Herus me relictis rebus] Vide quam mire, quum omnes consulto consilio sibi agere videantur, tamen omnes rerum exitu inopinato ludificantur, et Simo, et Davus, et Pamphilus, et Charinus, et ipse Byrria. *Donatus.*

1 *Herus me relictis*] Ad hoc venit Byrria, ut in errorem conciliet Charinum: et in hac scena quatuor personæ sine implicatione intellectus loquantur. *Idem.*

Herus me relictis rebus] Imponitur

manus rebus, cum perficitur id quod cæperit: ut Virgilius: 'Imponit regina manum.' Relinquuntur vero res, cum imperfectæ relinquuntur. Item Virgilius; 'Atque opere in medio defixa reliquit aratra.' *Idem.*

Relictis rebus] Adeo præposuit hoc negotii rebus omnibus. *Idem.*

Herus me relictis] Adverte mirum poetæ artificium, quum omnes consulto consilio sibi agere videantur, omnes tamen rerum exitu inopinato ludificantur, et Simo et Davus, et Charinus et Pamphilus, et ipse Byrria. *Farnabius.*

2 *Hodie observare*] Observatio duplex est, vel captionis, vel obsequii. *Donat.*

3 *Id propterea*] Necesse est aut alterum esse supervacuum, aut propterea post accipiendum. *Idem.*

Id propterea nunc hunc venientem sequor; *Ipsum adeo præsto video*, &c.] *Hunc*, id est Simonem. *Ipsum*, id est Pamphilum. Scio qui in interpretatione Gallica hic erraverint, ut et in Notis Latinis: sed nominibus parco. *Faërnus* quoque hic et lapsus est, qui ipsum esse Chremetem dicat. Unde autem omnium error ortus est? ex eo scilicet quod *hunc* et ipsum extra omnem proprietatem, aut certe differentiam, legerint. *Fab.*

4 *Hoc agam*] In gestu est: nam est figura corporis, observantis quid agatur. *Donatus.*

Hoc agam] Rituale a sacrificiis sumptum, in quibus sacerdos aut præco alta voce exclamabat: *Hoc age*: quæ vox eos qui interessent monebat, ut ad rem, quæ ageretur, tota mente vacarent. *Farnabius.*

5 *Utrumque*] Et Davum et Pamphilum. *Donatus.*

Serva] *Observa*. *Farnabius.*

6 *Quasi de improviso respice*] Inter est ejus qui repente aspexerit: nam videbitur nihil dolose locuturus: ut, 'magnam respexit ad urbem.' *Donat.*

De improviso] Scilicet, ne meditata intelligat eum habuisse consilia. *Id.*

7 *Hodie uxorem ducas, ut dixi, volo*] *Nolo et volo*, nimis imperiosa et superba dictio est: ut alibi, 'Pisces cæteros purga, Dromo. Congrum istum maximum in aqua sinito ludere Paulisper: ubi ego venero, exossabitur: Prius nolo.' *Idem*.

8 *Nunc nostræ parti timeo*] O. fere l. s. ita collocant, *nunc nostræ timeo parti*. *Faërnus*.

9 *Usquam erit in me mora*] Recusantis est magis, quam non volentis: consensio ea segnis ac tepida, si penitus consideres. *Donatus*.

Hem] Percussus hoc dicto Byrria, interjectione magis, quam verbo exclamavit. *Idem*.

Neque isthic neque alibi usquam tibi erit in me mora] *Donatus*: 'Recusantis est magis, quam non volentis,' &c. Non debuit tam manifestum mendum adhuc tolerari. Lege omnino: 'Non recusantis est magis quam volentis,' &c. Puto autem de cetero, Grammaticum hic *λεπτολογεῖν* nam de mente quidem Pamphili non est quod dicatur: res enim dubitatione caret: forma autem orationis plenam et promptam asseverationem habet; idque et *οἰκονομία* poscebat: qua constitutum erat, ut diceret se ducturum uxorem. Sed et alibi hoc genus locutionis indubiam prompti animi significationem habet. *Bæclerus*.

10 *Obmutui*] *Simo. Farnabius*.

Quid dixit] Nota hic Byrriæ personam quartam, sed non admixtam. *Donatus*.

11 *Quum istuc, quod postulo, impetro*] Nimis obsequenter locutus est pater. Et *postulo*, pro jubeo: et *Impetro*, pro extorqueo. *Postulo*, juste volo. Petimus enim precario: Poscimus imperiose: Postulamus jure. *Impetro*, pro cum impetrem. *Idem*.

12 *Sum verus*] Id est, veridicus: ut *falsus*, pro falsidicus. *Idem*.

Sum verus] Hoc Davus submissa voce, conversus ad Pamphilum. *Farnabius*.

Uxore excidit] *Cadere spe* dicuntur,

qui levati animo, a summo ad inferiora labuntur. *Uxore*, hoc est, matrimonio ac nuptiis. *Donatus*.

Uxore excidit] Quod Græci dicunt, *ἐξέπεσεν καὶ ἀπέρυχεν*. *Idem*.

Excidit] 'Ἐξέπεσε, ἀπέρυχε' ut *causa cadere* dicimus. *Farnabius*.

14 *Nullane in re esse homini cuiquam fidem*] Non in nullis terris, sed neque in terris, neque in persona: ut Virgil. 'Nusquam tuta fides:' cum in amore fracta esset ab eo, 'Quem subisse humeris confectum ætate parentem!' Alibi Terentius, 'Cujus tu fidem in pecunia perapexeris, Verere ei verba credere? ubi quid mihi lucri est Te fallere?' *Donatus*.

Nullane in re esse homini cuiquam fidem] *Donatus*: 'Non, in nullis terris,' &c. τὸ ἀβήγητον τῆς φράσεως notare voluit: quod et verbis frequentatur: *nullane in re*; et mox homini additur τὸ *cuiquam*. *Bæclerus*.

15 *Illud verbum*] Id est, proverbium et sententia: et sic veteres *verbum* pro sententia. *Donatus*.

16 *Omnes sibi melius*] Sic alibi, *Proximus sum egomet mihi*. *Idem*.

Omnes sibi melius malle esse quam alteri] Nullum fere librum invenias hac collocatione verborum, sed plerosque ea quæ infra scripta est, *Omnes sibi esse melius malle, quam alteri*. Vaticanus et Basilicanus, *omnes sibi malle melius esse quam alteri*, numero etiam meliore. *Faërnus*.

Omnes sibi malle melius esse quam alteri] Ex Euripide repetit sententiam Petrus Victorius in V. L. adde Erasm. in Chil. Nam in Medea Pædagogi versus ille: ὅς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ, qui a Scholiaste Græco στίχος παροιμώδης dicitur. *Bæclerus*.

Melius esse, quam alteri] Πᾶς τις αὐτὸν μᾶλλον τοῦ πέλας φιλεῖ. Eurip. Medea. φιλεῖ δ' αὐτοῦ πλείον οὐδὲς οὐδένα. Menander. *Farnabius*.

17 *Ego illam vidi*] Hic corrigitur a Poëta, quod per iracundiam dixit Pamphilus, 'Aliquid monstri alant,'

Donatus.

Forma, bona] Distinguitur. *Idem.*

Ego illam vidi virginem: forma bona memini videre] Distinguitur post vidi, ut virginem ad insequentia referatur, hoc modo, *ego illam vidi: deinde subdatur, virginem forma bona memini videre.* *Faërnus.*

Ego illam vidi; &c.] *Faërnus* ita vult distingui: *Ego illam vidi: Virginem forma bona memini videre.* Alii ita: *Ego illam vidi Virginem: forma bona memini videre.* Donatum apparet distinxisse, nt posuimus in editione nostra. *Bæclerus.*

18 *Memini videre*] Ant memor sum me vidisse: ant *memini videre*, hoc est, intelligo, scio: ant *memini* quod viderim. *Memini videre*, pro vidisse. *Ennius*: 'Memini me tum fieri pavidum.' Alibi sic, *Memini videre*, non probare. *Donatus.*

Quo æquior] Hoc est, quare æquior Pamphilo, benevolentior, non iratus, vel minus iniquus. *Idem.*

19 *In somnis*] Per noctem: ait *Virg.* 'Libra dies somnique pares ubi fecerit horas.' Plautus, 'Miris modis ludos faciunt hominibus, mirisque exemplis omnia in somnis.' Alii *in-somnis*, vigilans; sed melius per noctem. *Idem.*

Quam illum amplecti] Dicit nunc quod vulgo dicitur, 'cum illa manere, cum illa dormire.' *Idem.*

SCENA VI. Senariis constat hæc scena: vs. 8. tres Mss. nostri propter hujusce hospitæ consuetudinem: v. *Faërn.* vs. 10. unus: etenim ipse secum eam rem recta putavit via. *Faërnus* delet *rd recta*; quasi via hic sine epitheto stare posset et valere. Sed exempla parum conveniunt huic loco: vs. 14. unus: ea sibi res esset: vs. 16. unus: subtristis aliquantulum risus est mihi: vs. 17. unus: nihil est propter hanc rem sed est, quod succenseat tibi: *rd succenseat*, etiam alius habet et *Donatus*, qui ita legit: sed est quod tibi succenseat: vs. 19. unus: ait te nimium perparce f. s. &c. ubi *rd perparce* ex

vs. 24, huc illatum est: alius: te nimium ait parce facere sumptum: vs. 20. duo: vix, inquit, drachmis est obsecutus decem: tertius: vix, inquit, est obsec. drachmis decem: vs. 21. duo: non filio vid. &c.: vs. 26. omnes: quid hic vult vet. s. *Bæclerus.*

Hic nunc me credit] Hæc scena dolos continet utriusque personæ, quibus utraque capit, et capitur miro modo. *Donatus.*

1 *Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam*] *Davus* ita videtur loqui, ut nullus spectator audiat: sed hoc ait, ut velit audiri a sene. *Idem.*

2 *Gratia*] *Gratia* veteres pro causa ponebant. *Idem.*

3 *Quid Davus narrat*] Videtur illi blandius locutus esse. *Idem.*

Æque quicquam nunc quidem] Bene nunc quidem: similiter nunc nihil, ut paulo ante, cum dixit, 'Id populus curat scilicet.' *Idem.*

Æque quicquam nunc quidem] Hoc est, nihil. *Idem.*

4 *Nihil ne? hem*] *Hem* interjectio est irati, adversum eum, qui neget se aliquid locutum esse: simul quid sit 'Æque quicquam nunc quidem,' senex explicat, cum ait, *Nihil?* Et est *εὐφημismus* antiquorum, pro nihil. *Idem.*

Nihil prorsus] Id est, neque prorsus. *Nihil prorsus* dicitur, in quo nulla est ambiguitas: et est confirmatio negantis. *Idem.*

Atqui expectabam quidem] *Expectamus* tam bona quam mala. *Speramus* bona. *Idem.*

5 *Præter spem evenit*] *Præter*, pro contra, ut, *Præter aetatem tuam.* *Idem.*

Hoc male habet virum] *Elpavinos* virum dixit defessum senem. Modo enim virum joculariter dixit. *Idem.*

Virum] Ad vituperationem cum ironia: ad laudem vero sine ironia. *Idem.*

Præter spem, &c.] Hoc *Davus* aversus a sene. *Farnabius.*

6 *Potin' es verum*] Integram, potiusne, id est, potes: ut *Virgilius*, 'Nec

potis Ionios fluctus æquare sequendo.' et deest illi *es*. Est enim nomen *potis*: et facit, *potis*, *potior*, *potissimus*. Donatus.

Nihil facilius] 'Αὐτὸ κρᾶτιστόν ἐστι τῶ ἀλλοθὶ λέγειν. Menander. *Farnabius*.

7 Num illi molestæ quippiam] *Quippiam*, significationem minimæ rei habet. *Donatus*.

8 Propter hospitæ hujusce consuetudinem] Hæc omnia pronomini bus bene mollita sunt, etenim atrocias sunt, si cum suis nominibus nuda ponantur. Et *hujusce hospitæ*, non meretricis: et *consuetudinem*, non amorem dixit: ita omnia extenuat, ut Daus audeat confiteri. *Idem*.

Propter hospitæ hujusce consuetudinem] O. l. s. quos vidimus, et Donatus, habent hanc collocationem, *propter hujusce hospitæ consuetudinem*: utroque modo scanditur versus elisione r, ex *propter*, et dissolutione diphthongi in voce *hospitæ*. *Faërnus*.

9 Aut si adeo, bidui est aut tridui] Bene, aut si adeo: ne si omnino negaret, cur igitur tristis est ille? diceret. *Donatus*.

Bidui aut tridui est] O. l. s. et Donatus, *bidui est aut tridui*: ita et melius versus procedit. *Faërnus*.

Bidui est, aut tridui] Ovid. de Remedio Amoris 503. 'Intrat amor mentes uau, dediscitur usu.' *Farnabius*.

10 Sollicitudo] Propter turbationem. *Donatus*.

Nocti] In significationem multorum, quæ compendio facimus, *Nocti* dicimus. *Idem*.

11 Recta reputavit via] *Reputavit*, retractavit: quia *putare*, purgare est: unde et *arbores*, et *vites putare* dicimus. *Idem*.

Via] Consilio, ratione. *Idem*.

Etenim eam secum rem recta reputavit via] Non ita habent l. s. sed hoc modo, *Etenim ipse secum eam rem recta reputavit via*: sed senarius impeditus est, quem nos expeditus

delendo dictionem, *recta*: quæ nec est in libro Vaticano, nec ponitur a Donato, qui *via*, exponit consilio, ratione: nec ab Eugraphio, cuius hæc verba sunt: *Via*, id est, ratione: ut Virg. 'Inveni germana viam:' hæc ille: ita et M. Tullius libro De claris Oratoribus, 'Via,' inquit, 'et arte dicere:' et ad Atticum: 'Utor via:' Item lib. II. de Natura Deorum: 'Vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem.' *Faërnus*.

12 Laudo] Senex inducitur, et credit. *Donatus*.

Dum licitum est] Deest, *per te*: hoc est, dum tu permisisti. Et mire utitur verbis senis: ipse enim supra dixit, 'Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum.' *Idem*.

Dum licitum est] Sic veteres et *placitum*, et *puclitum* dicebant: quæ nos, *placuit*, *puclit*. *Idem*.

Dumque ætas tulit] Dum esset ætas immatura nuptiis. *Tulit*, duo significat: attulit, et abstulit, passus est, et pertulit. *Idem*.

Dum licitum est illi, &c.] Ex mente et verbis ipsius senis, supra II. scen. *Farnabius*.

13 Tum id clam] Bene clam, quia nunc liquido apparet, Pamphilum voluntatem propositumque mutasse. *Donatus*.

Cavit, ne unquam infamia ea res sibi esset] Mire utitur senis verbis: ipse enim supra dixerat, 'Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum.' *Idem*.

Tum id clam, &c.] Cautè, si non caste. *Farnabius*.

15 Nunc uxore opus est] Quasi denuntiatio est quædam necessitatis seni impositæ. *Donatus*.

Animum ad uxorem appellit] Et bene *appulit*, quasi ab jactatione fluctuum, et marini ætus: has enim tempestates habet amor. Et sic dicit, *Ad uxorem animum appellit*; ut supra, 'Animum ad scribendum appellit.'

Idem.

16 *Subtristis visus est*] *Sub*, temperamentum est plenæ pronuntiationis: ut *subtristis*, *subridet*, non ad plenum tristis aut ridet: ut confessionem eliceret. *Idem.*

Subtristis visus est aliquantulum mihi] *Mire* servatum est in adolescente libero τὸ πρῶτον, et in amatore τὸ δεύτερον. Nam et honesto juveni non congruebat versipellis vultus: et in amatore absurdum fuerat, ingeniam celare tristitiam. Itaque nec ad plenum tristis fuit, quia dixit 'Celanda res erat:' nec gaudium fuerat, quia ingenium et amoris necessitas in tristitiam retrahebat. *Id.*

Subtristis visus est esse aliquantulum mihi] Aliqui libri et *Donatus*, *visus est aliquantulum mihi*. *Faërnus.*

17 *Sed est quod tibi succenset*] Quod ille a summo ad imum opposuit, hic causæ derivationem opposuit. *Donatus.*

Quod succenset tibi] *Succensere*, portioris est. *Succensere*, in re gravi et justa irasci. *Idem.*

Sed est quod succenset tibi] Antiquissimi libri hoc verbum succenseo, non per duo c, sed per s, &c. habent. *Faërnus.*

Quod succenset tibi] *Al.* quod succenseat tibi: sed vetat lex *Pedia*. *Furnabius.*

18 *Quidnam est? puerile est: quid est? nihil: quin dic quid est*] Pro quid est? scribendum quid id est? nam versus trimeter est, ut qui illum comitantur. *Faber.*

Pueril' est] Apparet *Davum* nunc quærere quid respondeat: et ad quam causam derivet aversa suspitione tristitiam *Pamphili*, quam animadvertit senex. *Donatus.*

Pueril' est] Utrum magis ideo suspenderit, ut senex audire desideret: an quia necdum commentus est causam, contra rependendam propositioni senis? *Idem.*

Nihil] Videtur invenire non posse. *Idem.*

19 *Ait nimium parce facere sumptum*] *Mire* ipsum dicere veluti fecit, et *nimium*, et *parce*. *Idem.*

Nimium parce facere] *Pepercit*, ne diceret sordide. *Idem.*

Me ne] *Perturbati* indicium est, quia se ipsum pronomine ostendit. *Idem.*

Ait nimium parce f. s. &c.] Tentantur arcana senis servili calliditate: quæ obtentum videtur habere ex consuetudine *Comica*, qua et alias servi, cum res seria agitur, de victu cogitant, et ventri opportuna loquuntur. *Bacclerus.*

20 *Obsonatus est decem*] *Vaticanus* et nonnulli alii, *est obsonatus*. *Faërnus.*

21 *Num filio, &c.*] *Leges* Sumptuariæ nuptiis aliquid de rigore remiserant, convivia et saltationes indulserunt: vide in *Plutarchi* *Symposiacis* caput, in quo tractatur, διὰ τὴν πλείστον ἐν γάμοις ἐπὶ τὸ δειπνον καλοῦσιν. *Furnabius.*

22 *Meorum æqualium potissimum*] *Æqualium* ætate, *potissimum* dignitate: etenim *potis*, *potior*, *potissimus* facit. *Donatus.*

23 *Et quod dicendum hic siet*] Bene hic, ubi non sit adolescens. *Idem.*

Et, quod dicendum hic siet] *Gall.* soit dit entre nous, &c. *Faber.*

24 *Tu quoque perparce*] Bene quoque: quasi dicat, Cum ille peccet, quod pueriliter succenseat: tu quoque peccas, perparce nimium faciendo sumptum. *Donatus.*

Tu quoque perparce nimium] Et *perparce*, et *nimium*, cum sufficeret unum. Et *nimium*, vituperatio est: ut, *Ne quid nimis*. *Idem.*

Non laudo] Et quia *perparce*, et quia *nimium*. Nam *parce* agere, laudis: *nimium*, peccati. Et magna moderatione, non *laudo*, dixit potius, quam *vitupero*. *Idem.*

25 *Commovi*] Ideo *commovi*, quia argumenta dixit seni, quibus proditur non esse veras nuptias. *Idem.*

Commovi] *Supra* sollicitavi dixit,

modo commovi: et commovi dicit apud se, ut spectator audiat, non senex. *Idem.*

Commovi] Hoc tacite et apud se. *Farnabius.*

26 *Quidnam est hoc rei]* Verba sunt secum cogitantis senis, aut de his quæ nunc locutus est Davus, aut de adventa mulierum, quæ in scenam veniunt. *Donatus.*

Quidnam hoc est rei] Pulsatus est senex argumento falsarum nuptiarum, paululum obsonii: tanquam se illuderet Davus. *Idem.*

Quidnam hic vult veterator sibi] Veterator est vetus in astutia, et qui in omni re callidus est. Et hi duo versus ostendunt, pulsatum esse senem argumento falsarum nuptiarum: illo argumento quod ait, paululum obsonii: tanquam se illuderet Davus. Sunt ergo verba, ut diximus, secum cogitantis senis, aut de his quæ nunc

Davus locutus est, aut de adventu mulierum, quæ in scenam veniunt modo. *Idem.*

Quidnam hic vult veterator sibi] O. I. s. et Donatus, quid hic vult. *Faërus.*

Quidnam, &c.] Atque hæc senex mussat, a Davo aversus. *Farnabius.*

Veterator sibi] Vetus in astutia, qui omni in re callidus est. Mancipium veteranum et vafrum, technis et dolis diu ac probe exercitatum. *Idem.*

27 *Nam si hic est mali quicquam]* Si promissa non compleverit Pamphilus. *Donatus.*

Illic est huic rei caput] Caput, est origo et summa uniuscujusque rei: ut Virgil. 'O Latio caput horum et causa malorum.' *Idem.*

Illic est huic rei caput] Priscianus lib. XII. citat hunc locum, ut ostendat, illic ab illice per ἀποκοπή factum servare accentum. *Bæclerus.*

ACTUS III.

SCENA I. Senarii sunt. vs. 9. in nostris ita legitur: sed sequere me intro, ne in mora illi sies cum opus sit. sequor: rā cum opus sit, tres habent; nisi quod unus siet: de cetero unus: sed sequere intus, ne, &c. vn. 12. omnes: quid hic sensisse se ait? vs. 13. duo: hæc pr. aff. jam ab hoc mihi fall. vs. 18. duo: divisa temporibus Dave hæc tibi. vs. 19. omnes: non immemor es disc.

Quinque hic sunt personæ: sed Mysis et Lesbia inter se, non cum ceteris loquuntur; Glycerii intus clamantis vox auditur. *Bæclerus.*

Ita pol quidem res est] In hac scena novo modo cessante Davo, fallitur Simo per nimiam sagacitatem suam. Simul in hac scena id agit poëta, ut ad nuptias faciendas magis accendatur Simo: et quædam industria, quædam velut caruereant: ut nunc suspicio senis. In multis enim οἰκονομία comicorum poëta-

rum ita se habet, ut casu putet spectator venisse, quod consilio scriptorum factum sit. *Donatus.*

1 *Ita pol quidem res est, ut dixti, Lesbia]* Ex hoc sermone, quem habent ingredientes, scenæ apparet principium: quod enim auditur, non quod incipitur, initium dicunt. *Idem.*

Ita pol quidem] Productio est narrativa, ad explendum modo potius iusjurandum. *Idem.*

Ut dixti] Et dixti, et dixisti legitur. *Idem.*

2 *Fidelem haud ferme]* Fidelem maluit, quam fidum dicere: fidum enim honestius dixisset. Ferme pro facile posuit: et ferme, facilitatem significat, quia sunt adverbium extenuationis. *Idem.*

Invenias] Secundam pro tertia persona posuit; pro inveniat quis, vel invenire possit: ut Virgilius: 'Migrantes cernas, totaque ex urbe ru-

entes.' *Idem.*

Fidelem haud ferme mulieri inven.
vir.] Nota varietatem in Nostro poëta: qui eandem querelam, de inconstantia et perfidia amatorum tractat, etiam act. iv. sc. 3. item in *Adelphis* III. 2. 32. &c. *Hec.* i. 1. 1. et omnino adde Catullum, qui potenter hunc affectum movit *Carm. Argon.* 65. *Bæclerus.*

3 *Ab Andria est ancilla hæc*] Simpliciter dixit *ab Andria est*, pro *Andriæ est*: nam et usu sic dicere solemus. Ergo *ab Andria est*, hoc est, *Andriæ favet*, *Andriæ est*: ut cum dicimus, *Ab illo est*, hoc significamus, illi favet, illi accommodat suffragium. *Donatus.*

4 *Sed hic*] Semper *Sed* contrariæ sententiæ significatio est. Et bene *hic*, ut ostendat de illo fuisse sermonem. *Idem.*

Hem] Interjectio est accipientis verba, et admirantis. *Idem.*

5 *Utinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit*] *Comice et facete.* *Aut hic surdus*, qui audire non possit: *aut hæc muta facta sit*, ne possit dicere. *Idem.*

Aut hic surdus, aut hæc muta facta sit] *Σύληψις* per genera. *Idem.*

6 *Jussit tolli*] *Hæc est fides*: suscipi filios legitimos faciunt parentes. Et sublatio matris est: patris tollere. *Donat.*

Nam quod peperisset, jussit tolli] Ad honestatem futuri matrimonii pertinebat, hoc non semel inculcari. *Bæclerus.*

Tolli] Educari a patre agnatum pro legitimo; non tanquam spurium exponi: supra act. i. sc. 3. *Farnabius.*

Juppiter quid ego audio] Bene rursum adducitur ad desperationem senex Mysidia verbis. *Donatus.*

7 *Actum est*] In summa rerum desperatione ponitur, *Actum est, licet, Peristi.* *Hæc res secundum jus civile dicitur*: in quo cavetur, ne quis rem actam apud iudices repetat. Sic ipse in *Phormione*, 'Actum, alunt, ne

agas.' *Idem.*

8 *Bonum ingenium*] *Ingenium*, naturam. *Idem.*

10 *Quid hoc*] *Secum senex* *ἐλλειπτικῶς* deest enim, *rei est.* *Idem.*

11 *Adeon' est? demens ex peregrina*] *Ἐλλειψις* per *ἀποσώπησιν*, apta cogitanti: reliquum autem sic pronuntiat, quasi reperto consilio. Et bene *adeo*: quia tam demens est, quod amat ex peregrina, id est, ex meretrice. Mulieres enim peregrinæ, inhonestæ ac meretrices habebantur. Sic ipse alibi, 'Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.' Et servus, 'Potest taceri hoc quidem:' hoc est, meretricem habuisse te matrem verisimile est. *Idem.*

Demens] Mentis sanitate deturbatus, emota mente: *παράφρων.* *Farnab.*

Ex peregrina] *Ἀποσώπησις* deest enim, ut *filium suscipiat?* aut aliquid tale. *Donatus.*

Ex peregrina] Male audiebant peregrinæ, tanquam meretrices: act. i. sc. 1. *Farnabius.*

12 *Vix tandem sensi stolidus*] Pulchro colore inducto, poëta ostendit non minus falli suspiciosum, quam qui stultus est: huic enim veritas fallacia videtur, dum nimis est acutus ac perspicax: et hoc est, quod ab eventu fingit poëta: non enim in *Davo* est, sic errare nunc senem. *Donatus.*

Vix tandem sensi stolidus] Quinque sunt sensus, quorum duos, visum et auditum, magis sensibiles habemus, quam pecora. Unde Cicero, 'Non solum videam, sed etiam audiam, planeque sentiam:' quasi ad tactum retulit, quo etiam pecora impelluntur ad sensum. Duobus ergo rebus scimus: aut ratiocinatione, aut sensu: quibus maxime præstamus cæteris animalibus. Ergo senex se non sensu, non ratiocinatione sensisse, sed veluti calcaribus et stimulis punctum. *Idem.*

Vix tandem sensi stolidus] *Donatus*

hic ostendit artem Poëtæ, qui aibi sagacitate imposuisse senem, nemine dolum struente, fecit: unde et τὸν εὐνοῦτον καὶ δεῦρον ἔργον signatur, quando principia ipsa inceptionesque comprehendere videtur senex in istis: 'hæc primum mihi ab hoc adfertur fallacia,' &c. Sed quas de sensibus affert, *prolepsis* sunt. *Bacclerus*.

13 *Hæc primum*] Satis se sagacem senex ostendit, quando principia ipsa inceptionesque comprehendit. *Donat.*

Hæc primum] Bene *primum*: quasi ex multis, quas paraverat Davus contra Chremetem. *Idem*.

Hoc] Davo. *Farnabius*.

14 *Quo*] Qua re. *Donatus*.

15 *Juno Lucina fer opem: serva me*] Juno: Lucina, Junonis filia, Græce Εὐλόχεια, Latini Nixos dicunt: Juno a juvando dicta, Lucina ab eo quod in lucem producat. Et gemina vota sunt, ut et partus et pariens servetur: nam *fer opem*, propter partum, *serva me*, propter parientem dicitur. *Donatus*.

Juno Lucina fer opem: serva me obsecro] Nota, hoc verum totidem verbis uti omnes puerperas in Comædiis, nec alias induci loqui in prosæcio, nam hæc vox post scenam tollitur. *Idem*.

Fer opem] Propter quod Lucina est: inde *obstetriz*, quod opem tulerit. *Idem*.

Serva me obsecro] Hoc extra etiam hanc potestatem Junoni attribuitur: quamquam illam Menander Dianam appellat, et hoc sentiat in Bucolicis Virg. *Idem*.

Juno Lucina fer opem! serva me obsecro] Totidem verbis habetur infra Ad. III. 4. 41. Apud Plaut. Anlul. IV. 7. 11. 'Juno Lucina tuam fidem!' Reprehensus est autem Poëta Noster, quod in Comædia palliata Romano Lucinæ nomine usus sit: quem defendit Scaliger Poët. lib. VI. cap. 3. sed melius Turnebus, laudatus Taub-

manno ad Plant. I. et Fr. Gayetus ad I. Adelp. Risum autem non responsionem meretur, qui hic interrogat: 'Quare Terentius Glycerium facit semel tantum Junonis Lucinæ opem implorare, cum Lucinam ter a parientibus vocari solitam, dicat Horatius?' *Bacclerus*.

Juno Lucina] Præses puerperil, Diana, Ilithyia. Juno Lucina, dea Nixia, quam invocabant puerperæ ad opem ferendam: 'Rite maturos aperire partas, Lenis Ilithyia, tuere matres:' Horat. in Carm. seculari. Per prolepsin poëticam, Lucinæ nomen invocatum a Græca, fieri excusatur Jul. Scal. I. VI. Poët. c. 3. *Farnabius*.

16 *Hui, tam cito*] *Tam cito*, ut facilitatem partus ostendat incredibilem. *Tam cito*, ad reprehensionem. *Donatus*.

Ridiculum] Ad irrisionem: et insipice, *ridiculum*, adverbium sit, an nomen; ut sit, *vide hominem ridiculum*: sed adverbium est magis. *Idem*.

Ridiculum: postq.] In Donati commentario, cui multæ sunt assentæ inceptæ, hic dubitatur, utrum nomen sit τὸ *ridiculum*, an adverbium: et, si nomen sit, exponi debere ait, *ridiculum hominem*, sc. vide: omnino autem dubio caret, nomen esse, non tamen suppresso *hominis* vocabulo supplendum; sed, *ridiculum* sc. est negotium: res ridicula est. *Bacclerus*.

17 *Non sat commode divisa sunt*] Confusa sunt tibi omnia, inquit: nec unumquodque suo tempore geritur: qua re proderis. *Donatus*.

Non sat] Non satis. *Idem*.

18 *Divisa sunt*] Digesta et composita, et distributa. *Idem*.

Temporibus] Id est, per tempora. *Idem*.

Mittin'] Adhuc Davus non percipit: et bene: quasi dicat, cum ille loquatur, illæ agent. *Idem*.

19 *Num immemores discipuli*] Discipuli Mysis, Læbia, et Pampbilus, omnes per quos agitur fallacia. Bene

ergo discipulos imperitos ostendit, et magistrum Davum: quia supra dixit, 'Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum.' *Idem*.

Num immemores discipuli?] Ita scribendum omnino est, non autem, *immemor es discipuli?* et sic Gallice vertendum: *Vos Acteurs n'ont guere de memoire; Est-ce qu'on oublie si tôt son rôle? Cela ne s'appelle pas être homme de Theatre.* Discipuli Actores sunt, Doctor est poëta. Sed alias hæc a nobis otiosius. Interpretes nostri hic dormitarunt. Actores vero, quod ipse pæne omisi, sunt Lesbia et Glycerium. Doctor autem est Davus. Nequis vero adversari velit, hæc ex exceptis Donati audire potest: DISCIPULI, &c. 'Alii nominativi,' &c. Mox ibi scriptum est: 'Et bene,' &c. Respicit autem locum qui est act. 1. sc. 2. vs. 21. 'Tum si quis magistrum,' &c. Ex quo apparet eum locum a multis male intelligi. *Faber.*

Num immemor es discipuli?] Alii hic Pamphilum significari putant discipulum: quia Davus magister. Nam nomina ad aliquid sunt, discipulus et magister: et tunc *discipuli*, genitivus est singularis casus. Alii nominativi pluralis putant: ut discipulos dixerit, omnes per quos agitur fallacia, secundum illud: 'Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum.' *Donatus.*

Num immemor es discipuli?] Deest, *nunc.* Et bene *discipuli*: quia ipsum magistrum supra fecit. *Idem.*

Num immemor es discipuli?] Engraphus sine interrogatione accipit: non *immemor es discipuli*, Pamphili sc. cuius magistrum Davum etiam supra appellitaverat senex. Donatus interrogationem retinet, sed duas lectiones proponit: 1. *num immemores discipuli?* sc. tui; Mysis, Lesbia, Glycerium, Pamphilus: num tuis præceptis non obsequuntur recte et ordine? num, per imperitiam aut

oblivionem offendunt in iis, quæ mandasti? dum nimirum tempora non recte observant: 2. *num immemor es discipuli?* id est: num discipuli tui Pamphili oblivisci potes? an non semper de eo cogitas, atque, ut tuis obsequatur præceptis, operam das? *Bæclerus.*

Ego quid narres, nescio] Quasi fabulam. *Donatus.*

Ego quid narres, nescio] Semper ita respondet Davus seni, tanquam non intelligat quid loquatur. *Idem.*

20 *Hicine me si imparatum*] Rediit ad illam sententiam, 'Simul scelertus Davus, si quid consilii habet, ut consumat nunc, cum nihil obint doli.' *Idem.*

21 *Adortus esset*] *Adortus* dicitur, qui ex insidiis repente invadit: dictum ab eo, quod corpora aggredientium exurgant subito atque increscant. *Idem.*

Adortus] Aggressus. Omnia hæc ex translatione maris dicta sunt *περαποποκῶς.* *Idem.*

22 *Nunc hujus periclo fit*] Sub. Davi, qui tergo poenas pendet. *Bæcler.*

Nunc hujus] Virg. Æn. vii. 'Nunc mihi parta quies, omnisque in limine portus.' *Farnabius.*

In portu navigo] *In tranquillo, in vado, in tuto:* ut alibi noster. *Idem.*

SCENA II. Metra varia sunt. Trochaici et iambici misti: senarii et octonarii, acatalectici et catalectici: de quibus vide Glareanum, Antesignanum, Fr. Fabricium. vs. 2. tres nostri Mss. *signa esse ad salutem.* vs. 4. unus: *quod jussi dare ei bibere.* alius: *quod jussi ei dare bibere.* tertius: *quod jussi ei dare bibere.* vs. 6. unus: *peredecastor scitus puer est e Pamphilo natus:* alter: *per ecastor scitus puer natus est e Pamphilo:* tertius: *per ecastor scitus puer est natus e Pamphilo.* vs. 9. omnes: *vel quis hoc non credat, qui te norit.* unus etiam: *postea omittit rō esse.* vs. 15. unus meorum: *certe hic hercle nunc ipse se fallit, haud ego; edixit id tibi?*

Argenteratensis : *certe ercis nunc ip-
sus* (τὸ ἴππυς est a secunda manu ;
videtur fuisse ipsum) *se fallit, haud
ego : dixi tibi.* vs. 18. duo omittunt
ego ; interposita copula : *et quid agam
habeo.* vs. 20. omnes : *assimularier.* vs.
32. duo : *jam prius.* vs. 38. duo pro
abstraxit, habent extraxit. vs. 41. om-
nes : *et id spero adiutores deos, unus
interponit, ex glossa scilicet, habebis :*
v. Fr. Guyet. vs. 51. unus : *atque adeo
Chremetem in ipso tempore eccum ipsum
obviam : alter : atque adeo ipso tempore
eccum ipsum obviam : tertius : atque
adeo in ipso tempore eccum ipsum ob-
viam Chremetem :* Jan. Gulielmius le-
git : *atque adeo tempori ipsum eccum
obviam Chremem.* Fr. Fabricius et
Goveanus : *atque adeo in tempore eccum
ipsum obviam Chremem :* quod minori
mutatione conficitur. *Bæclerus.*

Adhuc, Archillis] In hac scena spec-
ta, quam scite expressa sit consuetudo
medici, vel medicæ egredientis ex ægri
domo. Nam veniens, de negotiis ejus
loquitur : abiens, de morbo : et hæc sunt
præter okoropulav, quæ dicuntur ἐρρη-
ματα. *Donatus.*

1 *Adhuc, Archillis]* Sic veteres
scribebant *adhuc*, quando incerti fu-
turarum rerum, ex præsentibus firme
nuntiabant : quod est genus certis-
simæ promissionis et cautæ. *Idem.*

*Adhuc, Archillis, quæ adsolent, quæ-
que oportet]* Medicina aut in ratione,
aut in consuetudine, aut in exem-
plis. *Adsolent* ergo consuetudinis
est : *oportet* rationis. *Idem.*

Adhuc Archil. &c.] Possis et hic di-
cere, *Aui tam cito!* vix ingressa ad
parturientem Lesbia obstetrix mox
egreditur : sed hæc condonari scrip-
toribus fabularum puto ad absolven-
dam fabulam : valeatque hic illud
Plantinum : ‘ Sic quoque satis longæ
fabulæ.’

Notat Donatus, scite a Poëta ex-
primi consuetudinem medici aut me-
dicæ in oratione Lesbiæ, obstetrici-
bus enim et Ulpianus artem attribuit
l. i. Pr. de Ventre Inspec. tanquam

‘ quæ medicinam exhibere videntur,’
l. i. §. sed et obstetr. de extraord.
cogn. Athenis permissum iis hoc
erat, pudoris et necessitatis causa.
Pertinet huc locus Pollucis extremo
libro quarto ; διδοῦσι φαρμάκια αὐτῷ μαῖται
ταῖς δυστοκούσαις, ὁ Πλάτων λέγει : ita
hic potionem medicatam offerri puer-
peræ jubet. *Bæclerus.*

Oportet] Arch. sic Heautontim.
act. iii. sc. 2. ‘ Hæc facta ab illo opor-
tebant, Syre.’ *Adsolent* consuetudi-
nis est : *oportet* rationis. Al. leg.
oportet. Farnabius.

2 *Signa ad salutem esse]* Deest læ-
rentia aut pertinentia : sic in Heau-
tontimor. ‘ Atque hæc sunt ad vir-
tutem omnia.’ Ergo absolute dixit,
ut desit aliquid tale ; unde et nos di-
cimus, *Quid ad rem?* vel, *Quid ad me?*
Donatus.

Signa ad salutem] O. l. s. et Dona-
tus, *signa esse ad salutem.* Færnus.

3 *Nunc primum fac, istæc ut lavet]*
Imperitiæ notantes Menandram, aut
Terentium, ipsi ultro imperiti inve-
niuntur : nam λοῦσατε αὐτὴν dicens,
a consuetudine non recessit : cum
lavisse, aut non lavisse dicimus, a
parte totum significantes. Et Teren-
tius propius ad significationem ac-
cessit, *istæc* dicendo, ne pudenda
nominaret. Et sunt qui adhuc Ar-
chillis correptionem esse nimiam sol-
licitæ nutriciae tentent, quod ego non
probo. *Donatus.*

Fac istæc ut lavet] *Istæc* quæ ex
puerperio sordebant. Quidam *istæc*,
ipsam puerperam dicunt : sic enim
et Menander, λοῦσατε αὐτὴν τὰ χιτῶνα :
sed imperitiæ accusantur, quod non
continuo solent post puerperium la-
vare, sed diebus omissis. *Idem.*

Istæc ut lavet] Tum quæ ex puer-
perio sordebant ; tum ipsam puerpe-
ram : sic enim Menander, λοῦσατε
αὐτὴν τὰ χιτῶνα. ‘ Postquam peperit
pueros, lavare jussit nos.’ *Plant.*
Amph. act. i. sc. 5. et *Trucul.* act. i.
sc. 2. vide Meursium de puerperio.
Farnabius.

4 *Quod jussi ei dare bibere, et quantum imperavi, date*] Consuetudine magis, quam ratione dixit, pro, *Date ei potionem*. Lucilius in sexto: 'Date bibere summo.' Nam duo verba activa nullam habent significationem sine nomine, aut pronomine: ut si dicas, *Dio facere*. Donatus.

Quod jussi ei dare bibere, et quantum imperavi date] Et qualitatem et modum rei dixit. *Idem*.

Quod jussi ei dare bibere] Invenio emendatum, *date bibere*, quemadmodum et Donatus legit; alii habent *dari bibere*; ut Vaticanus et Decurtatus: in aliis quoque antiquis ita emendatum est. *Faërnus*.

Quod jussi, ei date bibere] *Quod jussi ei dare bibere* legunt alii, citantque ex Lucilio, 'date bibere summo:' et Charisius, 'Jubebat bibere dari.' *Farnabius*.

5 *Mox ego huc*] Vide ut auctoritatem et jactantiam medicorum imitetur, dicendo, quod jussi: et non aspiciebat: sed etiam, *imperavi* dixit: simul, hæc quæ solent medici promittere frequenter, *Mox ego huc revertar*. Donatus.

Mox ego huc revertar] Aliqui libri, et Donatus, *revertor*. *Faërnus*.

6 *Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo*] Per Castorem et Pollucem ornativa sunt jurandi, apta fœminis. *Donatus*.

Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo] Priscianus lib. xiv. ita citat: *Percastor scitus puer est natus Pamphilo*: et in hunc modum omnes fere Terentii l. s. habent, et aliqui Donati. Vaticanus tamen et alii antiqui habent *Per ecastor*, sine dipthongo, ut et Edepol. quam lectionem sequimur constituendo anapæstum in prima hujus versus: correpta antepæultima in *peræcastor*. *Faërnus*.

Per ecastor scitus puer est natus Pamphilo] M. *Percastor*, id est, per ædem Castoris, jurjurandum fœmineum: ædepol viro et fœminæ commune Agell. l. ii. c. 6. *Farnabius*.

Scitus] Elegans, pulcher; quem Græci *κόσμιον* dicunt. Quod enim quis scit, hoc scitum et pulchrum. Et est *διασπείσις*: nam ordo est, *Perescitus ecastor*. ut in Hecyra: 'Per pol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores:' ut sit, perquam paucos. Et 'natus est Pamphilo:' ut Virgilius: 'Quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad nendam.' *Donatus*.

Scitus puer] Satis obstetrici est, adhuc incertum ævi, et, ut ita dicam, a matre sanguinolentum, non pulchrum (quod ipsum nimium videretur cito) dicere, sed scitum pronuntiat. Ideo subblanditur, ut operæ pretium majus accipiat. *Idem*.

7 *Deos quæso ut sit superstes*] *Superstes* nunc salvi: alias *superstitites* sunt senes et anus: quia ætate multis asperstites jam delirant. Unde et *superstitiosi*, qui deos timent nimis: quod signum est deliramenti. *Idem*.

Deos quæso, ut sit superstes] Recens natis bene precandi formula. *Farnabius*.

Quandoquidem ipse est] *Quando* et *Cum* interdum sunt conjunctiones causales: et *quando* pro quoniam, et pro quia intelligimus. *Donatus*.

Quandoquidem ipse] Transit a puero ad ipsum Pamphilum. *Idem*.

9 *Vel hoc quis non credat*] *Elporela* est: *Vel*, modo est disjunctiva conjunctio, sed pro etiam posita: ut apud Virgilium: 'Vel Priamo miseranda manus.' Et, 'Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.' Et bene, *vel hoc*: subaudias, exceptis illis quæ reprehendit supra. *Idem*.

Abs te esse natum] Et ortum legitur, ut sit instructum, commentum, et compositum. *Idem*.

10 *Non imperabat coram*] *Coram*, ad certas personas refertur. *Palam* ad omnes. *Idem*.

Non imperabat coram, &c.] Mire sua placet sibi sagacitate Simo, quando suspectans vera, falsis ultro decipi-

tur. *Bacclerus.*

Quid opus facto esset, puerperæ] *Esset* impersonative dicitur. *Donatus.*

Opus facto esset, puerperæ] Dativus casus est, ut sit, ipsi puerperæ coram non imperabat, quid facto opus esset. Sic enim dicimus, 'Quis vis tibi faciam?' *Idem.*

Puerperæ] Omnis quæ peperit, *puerpera*, *παρτορικός*, quæ primum. Et non quod puerum, sed quod filium peperit, *puerpera* dicta est. Et apud veteres *puer puellus, puera puella.* Id.

11 *Illis quæ sunt intus]* Argumentum ex eo quod non factum est, cum fieri potuerit: et ex eo quod factum est, cum fieri non oportuerit. *Idem.*

Intus, clamat de via] Ut ex Horatii præcepto, Epist. ad Pisones: 'Nec tamen intus Digna geri, promes in acenam:' ad Glycerii invocationem, scena præcedenti, 'Juno Lucina fer opem:' apponitur vox *intus* in M. plurimis: apud Plautum 'intus conficiunt negotium' sæpe, et noster in ult. hujus comædiæ, 'intus despondebitur, intus transigetur:' Ita et egredientibus moris erat, illos qui erant intus alloqui, si quid opus dicto aut facto esset. *Farnabius.*

Clamat de via] Mire *clamat*, quasi dicat, maluit clamare, quam sine labore intus imperare. *Donatus.*

12 *O Date, itan' contemnor abs te, &c.]* Describit cum affectu et figura contumeliam, a sua et servi persona, factoque: quod sine pudore flagitii aperte herum contemnere ac ludibrio habere nihil vereatur: *προσῆκεν δὲ τοῖς ἑπτοσὶ μὴ ἀλγυραῖν*: 'nilil minus enim inferioribus convenit, quam superiores contemnere,' ut Aristoteles inquit, cum irascendi causas exequitur. (Rhetor. II.) *Bacclerus.*

Itane contemnor abs te] Hoc est usque adeone contemnor? valde contemnor? *Temnor* autem Græcum est, id est, *cader* et *rejicio*, *παρὰ τὸ τέμνειν*: nam veteres *temno* dicebant sine

præpositione. *Donatus.*

Itane tandem idoneus] Indignatio est ad æstimationem revocantis ejus dicta vel facta, a quo contemnitur quis. *Idem.*

Idoneus] Aptus et ei rei natus. *Idem.*

13 *Tibi videor quem tam aperte]* Ex omnibus fere l. s. legendum est, *tibi videor esse*: aliter non staret octonarius. *Færnus.*

Aperte fallere] *Δόξῃ* *ἔπος*, et *fallere*, et *aperte*. *Donatus.*

14 *Saltem accurate]* Mire *saltem*: quod ponitur in desperatione rerum. Primo enim fuerat hortatus *Davum*, ut non conaretur fallere. *Idem.*

Saltem accurate] *Ζεῦμα* a superiore, *fallere incipias*: aut certe *εὐλαφῆς fallere incipias*. *Idem.*

Saltem accurate] Saltem accurate fallacias te intendisse oportuit. *Farnabius.*

Certe si resciverim] Et utrum pro cum resciverim: an quia stultum me putas? *Donatus.*

15 *Certe hercle nunc hic se]* Hoc ita dicitur, ut audiat spectator, non ut Simo. *Idem.*

Certe hercle, &c.] Aversus a sene ad spectatores, hæc, et voce submissa, unde tacuisse videtur seni quærenti *quid taces?* *Farnabius.*

Edixin' tibi] Hic illud reddit, 'Edico tibi ne temere facias.' *Donatus.*

Edixin' tibi] Supra act. I. sc. I. vs. 33. 'Sed dico tibi ne temere facias.' *Bacclerus.*

15 *Interminatus sum]* Pro minatus sum. Plautus in *Anlul.* 'Præterea tibi cinam, quæ mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem et Pyrenæum potest.' *Donatus.*

Num veritus] Veretur liber, metuit servus: et deest *es*: apta ellipsis irascenti. Alibi, 'Non simultatem meam revereri?' *Idem.*

Quid retulit] *Retulit*, profuit, vel interfuit: et producit *re* syllabam; et est sensus: Sic contempsisti, quasi

tibi non comminatus sim. *Idem.*

18 *Teneo, quid erret*] Hoc dixit, non ut Simo, sed ut spectator audiat: hoc denique senex probat, dicens Davo, *Quid taces?* *Idem.*

Et quid ego agam habeo] Et quid respondeam scio. *Idem.*

Teneo, quid erret quid ego agam habeo: quid taces?] Melius apud Donatum: *Teneo quid erret: ex quid agam habeo, &c.* Possit etiam legi, id quod certum puto: *Et quid ego agam habeo.* Tum esset Procelsensmaticus in quarta sede, *quid eg. ag. ha.*; id enim in hoc metri genere licet. In quinta autem Anapestus erit; in quo nil novi est. *Faber.*

Teneo quid erret, quid ego agam habeo: S. quid taces? O. l. s. et Donatus, *et quid agam habeo.* *Faërnus.*

Teneo quid erret et quid agam habeo] Eographius: 'Intellexit Davus, mulierum consilium hoc senem suspicari; quod illæ ad terrendas nuptias videantur ista simulare: idcirco vult commodare consensum, quo domino suo error augeatur.' Clare: *Teneo quid erret*, id est, jam intelligo quid suspicetur, scilicet, meo et mulierum consilio partum simulari, ad disturbandas nuptias: itaque hunc ejus errorem non minuam aut tollam, sed consensum commodando angebo, sive responsionibus meis efficiam, ut magis confirmetur in animo ejus hæc suspicio, hic error: huic extemporali astutiæ suæ applaudit, *quid agam habeo.* Hæc dum secum Davus constituit, Simo, *quid taces*, inquit? cur mihi non respondes? tum Davus: *quid credas?* repetens verbum Simonis, et pronuntiatione adjuvans; dixerat enim Simo: *Credon' tibi hoc?* *Bæclerus.*

19 *Quid credas*] Propter quid, aut propter quam rem, aut quo modo, aut propter quid. *Donatus.*

Quid credas] Repetit verbum ejus quod ait, *Credon'*: quare adjuvandum pronuntiatione est. *Idem.*

Quasi non tibi renuntiata] Nuntiata. Compositum pro simplici. *Idem.*

Renunciata sint] Nunciata. Ter, inquit Scal. in hac scena ponit Terentius, *renunciare*, pro aperte significare vel nunciare. Proprie enim *renunciare* est referre, quid actum sit, aut velit aliquis. *Farnabius.*

20 *Mikin' quiaquam*] Favet sibi senex in eo, quod se vult perspicaciorum videri. *Donatus.*

S. Mikin quiaquam? Da. *eho, an tute intellexi hoc assimularier.* S. *inrideor*] Plerique libri scripti, inter quos antiqui, habent *assimularier*: et stabit octonarius, si *mikin* in uno syllabam contrahatur: item *eho*, quod per synalephen elidatur. *Faërnus.*

Eho! an tute? *Eho* modo interjectio est admirantis, alias ad se vocantis, 'Ehodom ad me.' *Donatus.*

Eho an tute intellexi, &c.] Fr. Gnyetus legit: *eho non tute*, id est, annon. v. not. ejus. Sensus certe eo tendit, etiamsi rō an retineatur. *Bæclerus.*

Irrideor] Hoc eam vim habet, ut velit significare, sibi prorsus nihil de hac renuntiatio esse. *Idem.*

21 *Renuntiatum' est. nam qui, &c.*] Possis hæc ita accipere: cum Simo interrogasset, *credon' tibi hoc; nunc peperisse hanc e Pamphilo?* minime scilicet sibi credibile hoc fieri significans, Davus atrepta occasione augendi erroris, *quid credas*, inquit, *aut ex me requiras*, cui hoc dudum nuntiatum haud dubie est, fore, ut partus simuletur: cumque senex negaret factum, id est, nihil sibi quicquam hac de re ex quoquam cognitum pertenderet, Davus astute in admirationem compositus, qui posset fieri, ait, ut tibi hæc incideret suspicio, si nemo aliquid renuntiasset? unde senex: nihil debes mirari: qui enim incidisset hæc suspicio? quia te noram, et ad nuptias disturbandas omnia facturum, satis sciebam: tuus ergo hic dolus est; tua techna, quicquid hic simulatur. Hoc vultu gestuque Da-

vus pernegat: et ad illud *caput* delabatur: non satis me pernegat etiam, qualis sim Sime: quod cum Simonem de fide et probitate vellet intelligere, spectatores non peterant non de caliditate et versutia hominis, hoc ipso tempore herum desipientis accipere: unde facietis Comiciis origo. Hæc paulo operosius: quia vidi, pleraque confundi hoc loco, *Bacclerus*.

Nam quis? Qui unde. *Donatus*.

Tibi incidit suspectio? O. l. a. etiam vetustissimæ suspicio scriptam habent per e tantum: nec timendum versui, antepenultima enim hujus vocis longa est. *Martialis*: 'Oblinitur minime si qua est suspicio rimæ.' *Færnus*.

22 *Quasi tu dicas?* *Dicas*, pro credas: non enim dicimus, nisi quod credimus: ab eo quod sequitur, id quod præcedit: figura *μετάθεσις*, a posterioribus ad priora. Idem alibi, 'Audacter dicito.' Et alibi, 'Fœneratum istud beneficium pulchre tibi dicas.' Id est, credes, scies, senties. *Donatus*.

23 *Etiam qualis?* *Etiam* pro adhuc: ut *Virgilius*, 'Idemque etiam curas, etiam arma tenentem.' *Idem*.

24 *Egone te?* Duobus istis pronominibus ostendit se senex scire omnia. *Idem*.

Sed si quid narrare occæpi? *Occæpi* melius, quam *incepi* dicitur ab occipio: est enim *occæpi*, quasi caput rei institui. *Idem*.

25 *Falso?* Potest et *αἰσχρολογία* falso pronuntiari: potest et *falso loqueris* dici: ut *Sallustius*, 'Falso queritur de natura sua humanum genus.' Et vocalitatis causa sic dixit, et *sedulo*, *optato*, certo: quasi *sedule*, *optate*, certe. *Idem*.

Falso? Pronuntiatio hic *αἰσχρολογία* indicare debet. Miram vero, si fallar ita de te opinando, fallacias tuas suspectando! scilicet mihi non satis causæ est, cur censeam te mihi verba dare, quotiens narrationem occipis!

Delph. et Var. Clas.

Guyetus adscripsit: *j'ay grand tort! ah que cela est faux!* *Bacclerus*.

Falso? Ironice. *Farnabius*.

Nihil jam mutira audeo? *Ennius*, *Nes dico, nec facio*. Unde et *mauos* dicimus. Quod *Græci* *ἐμύραομαι*. *Donatus*.

26 *Neminem peperisse hic?* *Neminem* dicendo, majorem confirmationem fecit non solum *Glycerium* non peperisse, sed etiam *neminem*. Et *hic* dicendo, ostendit domum. Et est *neminem*, nullum hominem. Et nota in fœminino genere etiam *neminem* positum. *Idem*.

Neminem peperisse hic? *Neminem* in fœminino hic usurpari vides. *Farnabius*.

27 *Mox deferent puerum?* Quasi dicat, nobis. *Donatus*.

28 *Id ego jam nunc tibi renuntio?* *Fingit* se prodere, quod ipse facturus est: ut non credat senex ab eo fieri, quod prædixerit fore. *Idem*.

Id ego jam nunc tibi renuntio hære futurum? *Re* syllaba, apud veteres interdum abundat: ut modo *renuntio*, pro *nuntio*, et *Cicero*, 'Renuntiatur mihi.' *Idem*.

Renuntio? Quasi secretum consilium: ut supra *Renuntiatum* est. *Idem*.

29 *Ne tu hoc posterius dicas?* O. l. a. quotquot sunt, habent *ne tu hoc mihi posterius dicas*: mihi autem non utique *Davo* intelligendum est, sed ea vox ex consuetudine sermonis est addita: ut in *Phormione*, 'Qui mihi ubi ad uxores ventum est, tam sunt senes:' versus est trochæus ut ceteri, sed hypercatalecticus. *Færnus*.

Davi factum consilio aut dotis? *Commodus*, et magis cum invidia dixit, *Davi*, quam si meo dixisset: ut *Virgilius*: cum *Turnus* incensaretur, dixit, 'Nulla mora in *Turno*.' *Donatus*.

Ne tu hoc mihi posterius dicas, Davi factum consilio ac dotis? Hunc versum, qui est octonarius Iambicus perfectus, et qui tamen satis impeditus est,

Terent.

4 A

sic metiri debemus: *Ne t' hoc | wiki po | strius' di | cas Da | vi fa | ctum con | sili' ac | dolis*. Hoc ad ea referendum quæ inferius posita sunt in tractatun- cula de metris. *Faber*.

30 *Prorsus a me*] *Prorsus*, quasi porro versus: quod Græci *μακρὰν* dicunt. *Donatus*.

Prorsus a me] Quidam *prorsus*, pro quare positum putant. Ego pro eo quod est omnino. Sunt qui conjunctionem velint esse. *Idem*.

Prorsus a me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo] In l. s. etiam antiquis melior collocatio et elegantior compositio est; *esse ego amotam volo*, stabit autem trochaicus, si tuam una sit syllaba, quæ per synalepham abjiciatur. *Færnus*.

Opinionem hanc tuam] *Hanc tuam*, cum tædio dixit, hoc est, nimis molestam, nimis suspicacem, nimis accusatricem. Sic dixit *hanc tuam*, ut ille de apibus, *Vere suo*. Et, 'Solemque suum, sua sydera norunt.' Et in *Adelphis*, 'Jam vero omitte Demea tuam istam iracundiam.' *Donatus*.

31 *Audivi, et credo*] Locus communis, an fama credendum sit. Et bene subjunxit, *credo*, non enim audisse, statim credere est. *Idem*.

Nulla concurrunt simul] Restat enim, ut multis concurrentibus signis, una conjectura confietur. *Idem*.

Nulla concurrunt simul, &c.] 'Ex multis concurrentibus signis conjecturam constat: et a summo ad imum, et ex factis et dictis, et ex rebus atque personis sumit argumenta:' ita *Donatus* *τὸ ἐνκαρδονεὺν* hujus loci notat: opus enim erat argumentis ad instruendum dolum, et decipiendum senem: *qui conjecturam hanc nunc facio*, id est, quare, quibus rebus: vs. 33. *invenit est falsum* sc. ut tu, *Simo*, credis, ejus enim errore utitur *Davus* vs. 35. *et puerum ut adferret simul*. Gallus interpres ad obstetricem retulit: simplicius videtur, ad ancillam referre: 'ut puerum simul afferri cu-

raret *Mysis*, quæ obstetricem accersitum missa erat: hæc *Davus* ad *Simonem*: infra act. iv. sc. 4. ad *Chremetem* alia techna suppositionem partus vult arguere, quasi vidisset ipse pridie aliquid deferri in domum *Glycerii*. *Bæclerus*.

Nulla concurrunt simul] *Adverte* quam serio et sobrie laboret *Davus* a se suspicionem omnem amovere, quam doctis dolis, technisque artificiose consutis seni os oblinat. Ex rebus ante *Simoni* notis aut suspectis: (habuisse *Pamph.* pro uxore hanc peregrinam, gravidam ex eo dictam, *Mysidem* missam accersitum obstetricem, *Glycerium* peperisse:) quæ omnia cum simulata et falsa esse insinulet, conjecturam etiam facit habere eos in animo puerum supposititium deferre ante senis ostium ad disturbandas nuptias, quas apparari audierant. *Farnabius*.

32 *Jam primum hæc se e Pamphilo gravidam dixit esse: inventum est falsum*] Secundum quod credit senex. Et a summo ad imum, et ex factis, et ex dictis, et ex rebus atque personis sumit argumenta. *Donatus*.

33 *Postquam videt nuptias demi apparari*] Eleganter omisit, in cujus domo. *Donatus*.

34 *Missæst ancilla illico*] Quod Græci dicunt *ἀβρόβη ἐνέμφοη*. Nam loci significatio est, etiam breviter temporis notans. *Idem*.

35 *Puerum ut adferret*] Infra act. iv. sc. 5. 'Quemne ego heri vidi adferri vesperi?' *Farnabius*.

36 *Hoc nisi fit, nihil movetur nuptiæ*] Inepte explicant, qui dicunt, id est, non promovetur. Sensus est: Nisi hoc fit, quod dixi futurum, sc. ut puerum suppositum videas ostentari, nihil erit, quod movebit, id est, perturbabit, differet, irritas reddet has nuptias. Bene Gallus Scholiastes in tertio exempli edit. Antesignani: *Tenez pour assuré, que si les noces ne sont troublées par ce moyen, qu'elles ne*

le seront point par aucun autre. Bæcl.

Nihil moeretur nuptiis] Non perturbantur nuptiæ. *Moeretur*, differuntur. *Donatus.*

Nil moeretur nuptiis] Non perturbari posse nuptias credunt. *Farnabius.*

Quid ais cum intellexeras id consilii capere] Quæcumque se verteret Davus, obvium infestumque invenit senem; et tamen ita versa ite obviam, ut etiam comprehensus elabatur. *Donatus.*

Quid ais? cum intellexeras] Dimeter trochaicus catalecticus. *Færnus.*

37 Cur non dixisti ex templo Pamphilo] Culpam convincit eum, quod revelanda reticisset. *Donatus:* 'Quæcumque se,' &c. *Bæclerus.*

38 Quis igitur cum ab illa abstraxit] Non frigide intulit, dixisse se: sed cum magna asseveratione: et abstraxit proprie, ut supra, 'Me a Glycerio miserum abstrabat?' et, 'Divellimur inde Iphitus et Pelias mecum.' *Donat.*

Quis igitur cum] Hoc sic audiendum est, quasi dicat, *Dixi.* *Idem.*

39 Misere hanc] *Misere*, valde, nimis. *Idem.*

Nunc sibi uxorem expetit] Oratorie, pro eo quod est, non recusat, *expetit.* *Idem.*

40 Id mihi de negotiis] De projectione pueri pro foribus. *Idem.*

Id mihi de negotiis] Ut caveatur ab appositione pueri ante ostium. *Idem.*

Id mihi de negotiis] Ut filium tuum in officio et honesto nuptiarum proposito retineam; atque omnia harum consilia et machinas intervortam. *Farnabius.*

Tu tamen idem] *Idem* abundat. Apud veteres, *Tamen idem*, integrum fuit: unde apud nos, *tandem*, et *tamen* natum est: sic et *idem* et *eorundem* dictum. *Donatus.*

Tu tamen idem] *Tamen idem*, ant pro tamen positum est, ant pro tandem: ut sit, *Tu tandem has nuptias perge facere ita ut facis.* *Idem.*

41 Et id spero adjutores deos] In antiquis libris est, *adjutores*: in recentibus habent *adjutores.* *Færnus.*

Et id spero adjutores deos] Quam ex Mss. quibusdam adducit lectionem Rivinus *et id spero adjutores deos*, neque placet. *Farnabius.*

42 Quod parato opus est] Diserte et Latine dixit, *Quod parato opus est.* *Donatus.*

43 Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem] *Non impulit*, non persuasit, non perfecit, ut crederem Glycerium peperisse. Et cum dixit omnino, ostendit quendam se credidisse, in quibusdam jam esse circumventum. Mire autem cautum capi inducit senem, ut crederet, quod Glycerium non peperisset. *Idem.*

44 Quæ dixisti sint vera omnia] Quæ postea dixit Davus. Et bene omnia: ut appareat senem multa credere vera esse, quæ Davus dixit. *Idem.*

45 Multo maximum] Multo etiam comparativis antiqui adjunxerant. *Idem.*

46 Quod mihi pollicitus est] *Pollicitatio*, multarum rerum promissio. *Idem.*

47 Gnato uxorem] Subauditur, *ut det.* *Idem.*

48 Quid alias] Pro cur alias, alio tempore. *Idem.*

Quid alias malim, &c.] V. Chrestomath. in *alias.* *Bæclerus.*

51 Atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obviam] Numerus et sensus pulchre constat hoc modo: utique enim, per hoc pronomen, *ipsum*, intelligimus Chremetem: quem jam Simo convenire velle se dixit: nec ab eo qui secum loquitur, exigi debet, ut omnia voce exprimat; sed aliquid tacito sensui suo relinquat. *Donatus* tamen videtur addere Chremem, in fine hujus versus: quæ dictio et in aliquibus libris Terentii est: mihi tamen magis probantur exemplaria, quæ eam non habent. *Færnus.*

In ipso tempore] In ipsa opportuni-

tate, in ipso articulo. *Donatus*.

Eccum ipsum obviā Chremetem] Continuo mutavit declinationem: ut, *Jubeo Chremetom*. Idem.

Chremem] Optime constat numerus et sensus absque foret nitissimus hic pes *Chremem*, qui a Donato videtur additus: quam tamen vocem non agnoscant plurimi Mss. et exemplaria. *Farnabius*.

SCENA III. Iambici sunt senarii et octonarii acatalectici, cum dimetro: vs. 1. ex Mss. nostris unus: *Jubeo Chremem*. C. o te ips. *quarebam Simo*. Bx. Et ego te, &c. vs. 2. idem: *aliquot me adierunt*, ex te auditum qui aiebant *filium meum hodie nubere tuo gn*. vs. 3. duo: *tum*: unus, *tu*. vs. 4. omnes: *ausculla paucis*: rō ego et quod unus omittit. Vide Gayetii not. vs. 6. omnes: *per ego te deos oro*. vs. 7. unus: *que incepta a parvulis*. vs. 10. omnes: *ut pro uti*. vs. 12. unus: *quasi te hoc orando impetrare a me oporteat*. vs. 14. duo: *si in re est utr. v. f. accersiri jube*. vs. 23. unus: *reintegratio*. vs. 27. omnes: *reducunt*. vs. 30. duo: *deinde fac*. vs. 31. unus: *tibi hoc ita videtur*: alter ita tibi videtur. vs. 36. unus: *disceus*. vs. 48. omnes: *atque eccum*. Boetlerus.

Jubeo Chremetem] *Hæc congressio duorum senum ad tale periculum adigit fabulam, ut id non videatur consilio, sed eventu posse vitari, eventus est Oritentis præsentia; nam nunc ex falsis fiunt veræ nuptiæ*. *Donatus*.

1 *Jubeo-Chremetem*] Firme aliquid jubere, velle est. *Jubeo* ergo, volo, et deest, *subire*: quod exprimitur ab alterius personæ interventu, ut *Virgilius*, 'Reddique viro promissæ jubebat.' Et *peralperuātis*: quia qui dicit salve, jubet. Volumus enim animo: jubemus verbis. *Idem*.

Jubeo Chremetem] Duorum senum congressu et consensu in id discrimen adigitur fabula, ut non videatur consilio aut arte vitari posse. Importunitate Simonis exoratur mitis Chre-

mes, verentia Davi vacillat pene interitura. *Farnabius*.

Jubeo Chremetem] Sc. Salvere. *Idem*.

O! te ipsum *quarebam*] Placabilis et lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes, ut cognitioni ad ultimum interesse possit. *Donatus*.

Optato advenis] *Optato*, adverbium est: ut *Virgilius*, 'Ac velut optato ventis.' *Idem*.

2 *Aliquot me adiere*] *Aliquot*, hoc est nec multi, nec pauci. *Adiere*, non accesserunt: quia aditus arduus difficilisque est. Ergo *adiere*, quasi importune, et interpellantes adierunt. Sic alibi, 'Byssia quid tibi videtur? adeon' ad eum?' *Idem*.

Ex te auditum] Ut est, *De Duce modo audiui*. *Idem*.

Ex te auditum] Ergo non rumor, sed veritas. *Idem*.

3 *Id viso*] Ob id viso: deest te: ut viso, ad videndum venio. *Idem*.

Tunc, an illi insaniant] Tu insanis, si dixisti: illi insaniant, si non audita referunt. *Idem*.

Tunc, an illi insaniant] In antiquis libris est, *tum an illi in*. *Faërus*.

Tunc, an illi insaniant] Tu, si dixisti, illi, si non audita referunt. *Farnabius*.

4 *Ausculla paucis*] Alii leg. 'Ausculla paucis.' *Idem*.

Paucis] Et paucis, et pauci leguntur. *Donatus*.

Et quid ego te velim] A docilitate. *Idem*.

6 *Per te deos oro*] Ordo est, te per deos oro, ut *Virgil*. 'Per ego te has lachrymas.' *Idem*.

Per ego te deos oro] Pronomen ego, non fere est in antiquis libris: nec ponitur a Donato: qua dictione sublatā bene procedit senarius, alias impeditus, nisi quis ex per r elidat. *Faërus*.

Per te deos oro et nostr. amic.] Imitatur Horat. Satyr. II. 4. 'Docte Catī per amicitiam divoſque rogatus, Ducere me auditum perges quocunque memento.' *Boetlerus*.

Per te deus oro, &c.] Obtestatio valida, per divina atque humana, per ea quæ sunt charissima, amicitiam antiquam, liberos, eorumque salutem ex deplorata sartam tectam. *Farnabius.*

Et nostram amicitiam Chremes] Legitur et *Chreme.* Donatus.

7 *Qua incepta a parvia, cum ætate adcrevit simul*] Mire autem, incepta a parvis cum ætate, ut ostendat, non nuper coitam amicitiam, sed antiquam, ut, 'Veterem Anchisen agnovit amicum.' Idem alibi, 'Neque enim novus isto Diana Venit amor.' Donatus.

Adcrevit] Ut supra, *Adcrevit.* Ad præpositione utitur familiariter. *Id.*

Adcrevit] Hinc Virgilius, 'Crescent hæc, crescentis amores.' *Idem.*

8 *Et gnatum meum*] Ineptum est sic adjurare aliquem, 'Per salutem filii mei, ut facias id quod te rogo.' Sed hæc etiam subjungit: *cujus tibi, &c.* *Idem.*

Et gnatum meum] Vidit Donatus, ineptum fore si quis ita obtestetur alterum, *per salutem filii mei, ut facias id quod te rogo:* itaque subjungi ait, *cujus tibi potest.* &c. Sed nimirum oratorie, cum *gnatum* Chremetis unicam appellasset, filium suum conjungit, non tantum ut sponsum olim propter virtutes ultro ei destinatum, sed nunc ut servandum hoc matrimonio per benignitatem Chremetis, quæ hic omnino attendenda est: ad eum enim loquitur Simo, qui non passurus esset, amici filium corrupti. *Bæde-rus.*

9 *Cujus tibi potestas summa servandi datur*] In tua est inquit potestate, et tunc est: hæc ergo *obtestatio* dicitur, cum per eas res adjuramus aliquem, de quibus agitur causæ. Ut, 'Iliaci cineres, et flamma extrema meorum.' Idem alibi, 'Per eversæ genitor fumantia Trojæ Excidia, obtestor.' Donatus.

10 *Ut nuptiæ fuerant futura, fiant*]

Breviter et Latine. Et hoc genus compositionis veteres non mutabant. *Idem.*

Ne me obsecra] Pra, ne obsecres. * τὸ εὐχῆσθαι ΜΗΑΝΑΝΕΚ ΕΜΝ-ΜΑCΟR. (Fortasse a vero non abest, si legatur, τῷ ἑλληνισμῷ. Μὴ λυτῶσαι, μὴ μύχου.) *Idem.*

11 *Ne me obsecra*] Vox plena charitatis et officii, verum sub hæc conditione, si quod petitur justum sit et ex æquo utile utrique. *Farnabius.*

12 *Quasi hæc te orando a me impetrare oportet*] Hæc plena vox est et charitatis et officii: quod enim amicus ab amico petit, justum esse debet, nec pro eo quod non est justum supplicare oportet. Donatus.

13 *Alium esse censes nunc me aliquo olim, cum dabam*] Non personæ, sed rei conditio est commutata. *Idem.*

Olim, cum dabam] Non dicimus, cum darem. Virgilius, 'Tam decuit, cum acceptra dabas. Ex dextra fidesque.' Et nota olim pro nuper. *Idem.*

14 *Si in rem est utrique*] Τῷ δοτρίῳ συλλογισμῷ prave preposuit, ut recte replicaret. Hic syllogismus negativus dicitur: nam in secundo ἀφαιρῶ negat quod prius dixit. *Idem.*

Si in rem est utrique] Ab utili argumentum. Uterque duobus constat. Bene *utrique*, mihi et tibi: non, alteri utile, alteri inutile. *Idem.*

Si in rem est utrique] Ita antiqui libri ut in vulgata: nonnulli vero, et cum iis Donatus, in re: sane et apud auctores, ubi in impressis est in rem, fere reperias in scriptis, in re. *Færnus.*

15 *Sed si ex ea re*] Id est, nuptiarum: mutavit numerum, ex plurali singularem, *Fiant*, et *Ex ea re.* Donatus.

16 *Utrique, id oro te in commune ut consules*] O. l. s. id te oro habent: id te oro autem non fiet synalœpha: quod vero sequitur, Donatus legit, in commune consule: quod parvi refert utro modo dicatur. *Færnus.*

In commune consule] Id est, ex æquali provide. *Donatus.*

17 Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater] Nota sanavissimam varietatem: non dicit, quasi tua sit, et ille meus. *Idem.*

18 Imo ita volo] Quia utile est, quia in rem est. *Idem.*

Itaque postulo] Itaque, modo duæ partes orationis snht: ut in Hecyra, 'Itaque nos una inter nos ætatem agere liceat.' *Idem.*

19 Neque postule] Quia 'postulo' prætulit. *Idem.*

20 Iræ sunt inter Glycerium et gnatum] Hoc læto vultu pronuntiat Simo: et hoc a possibili est: loquitur enim apud eum, ex quo audiverat, Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam. *Idem.*

Audio] Elporela. Idem.

Audio, &c.] Chremes de voluntate officiosa satis testatus erat: sed humanitatem suam fraudi sibi esse non vult: itaque, cum Simo instaret, admirabundus, *quid est*, inquit? sc. quod tu mihi ad suadendam rem tam periculosam afferre novum possis? et mox: *audio*; ironice: *fabulæ*: adhuc clarius: et cum sententia eodem tendente: quid *amantium iras* mihi memoras, quæ *amoris integratio est*? Iterum: 'tibi ita hoc videtur, at ego,' &c. denique 'istuc periculum in filia fieri grave est:' quam sententiam usque ad proverbii auctoritatem *Donatus* evehit: quæ omnia induxit Poëta, ne Chremes imprudentia potius, quam bonitate et obsequio, Simonis petitioni veniam dedisse ad extremum videretur. *Bæclerus.*

Audio] Negligenter dictum. Farnabius.

21 *Fabulæ]* Et hic paulo sapientior inducitur, et minus obnoxius dolis. *Donatus.*

22 *Profecto sic est] Profecto*, confirmatio est. *Idem.*

23 *Amantium iræ amoris integratio*

est] Sententia γρωμική, in qua a specie receditur, et in omnes aliquid dicitur: παροιμία est autem, sine auctore sententia. *Idem.*

Amantium iræ amoris] Expressit Terentius illud Menandri. Ὁργὴ φιλοῦντων ἄλλῃον ἰσχυρεὶ χρεῖον. Atque hujusmodi dissidiola, quæ nonnunquam incidunt inter amicos, modo absit amaritudo, quasi renovant amicitiam, excusso diuturnæ consuetudinis tædio. Quod eleganter indicat mimus ille, ni fallor, *Publianus.* 'Discordia fit charior concordia.'

Erasmus. Plautus item in Amphitryone, act. III. sc. 2. 'Iræ interveniunt, redeunt rursum in gratiam: verum iræ si quæ eveniunt hujusmodi, inter eos rursum si revertunt in gratiam est, bis tanto amici sunt inter se, quam prius.' Agathonis resp. de suis cum Pausania dissidiis lege apud *Ælian.* II. Var. Hist. *Farnabius.*

Integratio] Instauratio. *Donatus.*

Amoris reintegratio est] Antiqui libri, et aliquot alii, et *Donatus* habent *integratio.* *Færnus.*

24 *Id te oro]* Deest ob id: ut *Virgilius*: 'Quod te per superos oro.' *Donatus.*

Ante eam, &c. Uxorem demus] ἡδύς, inquit *Donatus*: ad amicum scilicet virum tam humanum, familiaritatis et fiduciæ erat, ita loqui tanquam de communi negotio. *Bæclerus.*

26 *Priusquam harum]* Invidiosius, harum, quum una sit: sic *Eunucho*, 'Non perpeti meretricum contumelias.' *Donatus.*

27 *Reducant animum]* Iidem antiqui libri *reducunt.* *Færnus.*

Animum ægrotum ad misericordiam] Hoc ut supra, *Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem applicat.* *Donatus.*

28 *Uxorem demus]* Ἠδύς: ut in *Heantontim.* 'Quo modo minimo periculo id demus adolescentulo.' *Idem.*

29 *Et conjugio liberali devictum]* An-

tiqua lectio devinctum. Faërus.

30 *Dehinc facile*] Aliquot libri, inter quos Vaticanus, *Dein*. Idem.

31 *Tibi ita videtur*] *Tibi ita hoc videtur* est in o. l. s. Idem.

32 *Neque illum hanc perpetuo*] Ἀμφιβολίαν de industria posuit, aut utrumque significat. Donatus.

33 *Nisi periculum feceris*] *Periculum, tentamentum*. Cicero, 'Tute melius periculum feceris.' Idem Terentius, 'Fac periculum in literis.' Idem.

34 *At istuc periculum in filia fieri, grave est*] Memorabile dictum, et id quod merito in proverbium cesserit. Idem.

At istuc periculum in filia fieri grave est] Ita ut posuimus ordinandus est hic versus ex l. s. eliditur autem s, ex istuc: ut *at istuc*, sit anapæstus. Faërus.

36 *Quod Di prohibeant*] Παρέθεσις per ἐνφημασμέν. Donatus.

Discessio] Divortium quod vel adulterii vel veneficii causa primum permittebatur apud Rom. mox etiam sterilitatis, A. V. DXXXIII. Sp. Carvilius primus divortium cum uxore fecit. Repudii formula erat, *Conditione tua non utor*: Divortii: *Res tuas tibi habeto*, vel *Res tuas tibi agito*, tandem levioribus de causis factum est, unde a Simone incommoditas tantum et discessio dicitur. Farnabius.

37 *At si corrigitur*] Alter est syllogismus per contraria ἁγμματα, et ipse negativus. Donatus.

38 *Principio, amico filium*] *Principio*, nec intulit, secundo. Donatus.

Amico filium] Ab honesto, *Amico filium*. Idem.

Restitueris, et filia invenies virum] Ergo ἀνακόλουτον duplex. Idem.

40 *Quid istuc*] Concedentis, et veluti victi verbum: tanquam si diceret, *quid?* et abundat *istuc*. Vel potius, *quid istuc*, significat hominem de loco ac de sententia decedere: ut e contrario, *perstare ac resistere* dicitur,

qui aliquid negat. Idem.

Quid istuc? si istuc animum induxisti esse utile] Ex libris antiquis, et Donato, lego *quid istuc?* deinde in liisem libris et omnibus aliis sequitur, *si ista istuc*. Faërus.

Si istuc animum induxisti] Legitur et *animum induxisti*: sed illud plenum est: hoc per μετακλάσμου συγκοπήν diminuitur. Donatus.

41 *Nolo tibi ullum, &c.*] Per me non stabit, quin commodo fruaris omni ex animi tui sententia: habes me ad omnia officia promptum et paratum. Farnabius.

44 *Ipsus mihi Davus dixit*] Commendatio testis: ut, 'In foro modo de Davo audiui.' Ergo ipse, quasi qui maxime sciat. Donatus.

47 *Tute adeo*] Παρέλκεται adeo modo, et abundat: ut Virgilius, 'Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura deorum Concilia, incertum.' Idem.

Tute adeo jam ejus audies verba] In libro scripto inveni ita ut sequitur collocatum, qua collocatione et Robertus Stephanus impressit, *Tute adeo jam ejus verba audies*: ita versus aliter impeditus procedet, et quidem cum iambo in quarta sede, si tamen vox ejus monosyllaba fiat. Faërus.

48 *Atque eccum*] *Eccum*, quasi ecce eum. Veteres dixerunt, *eccum, eccejus, ellum*; quod apertius significat ecce illum, et obscurius *ellum*. Donatus.

Sed eccum video ipsum foras] O. l. s. et Donatus, *atque eccum*. Faërus.

SCENA IV. Iambici sunt tetrametri acatalectici: an et catalect. et hypercatal. misceantur, v. Faër. Antesignan. Fabric. Glarean. dimeter unus. vs. 2. τὸ υxor tres nostri Mss. habent. vs. 5. duo: *egone istuc facerem?* vs. 6. pro, *quid?* omnes: *quid est?* vs. 7. duo: *cognosti*: et ante, unus: *jam tibi fide*. vs. 10. unus: *Ego nunquam istuc quivi intelligere*: duo: *nunquam istuc quivi intelligere*. vs. 13. omnes: *gnatam*

gnato ut det oro. vs. 14. duo: optume inquam factum est. vs. 22. unus pro jam, ita perturb. omnia. vs. 25. omnes: hem astutia. vs. 27. unus: utinam esset aliquid mihi, quo me præcip. darem. Personæ huic scenæ præscribuntur: Davus, Simo, Chremes; ex quo Typographi errore factus est Charinus.

Falsum est autem omnino, quod in Donati commentario ad initium hujus sc. inseritur: 'Locus est,' &c. Nulla adhuc *ναπανη τῆς τεινιδεως* cogitari potest hoc loco: res ipsa loquitur. Boelerus.

Davus] Davus ut recte scribatur, Davos scribendum est: quia nulla litera vocalis geminata unam facit syllabam. Sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula digamma utimur, DaFus, serFus, Fulgus, corFus. Donatus.

1 Ad te ibam] Locus est, in quo jam ad discrimen moti perducta comœdia, in meliorem partem jam incipit inclinare. Idem.

Ad te ibam] Resciscit Davus consilia sua omnia in contrarium esse versa: unde apud senes licet bene dissimulet, sese tamen perditus atque desperandus damnat. Farnabius.

Adesperascit] Noctu uxor ducebatur domum. Idem.

3 Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te] Semper gravis inceptio orationis, quæ exordium sumit a pronomine ego: ut, 'Ego te quæ plurima fando' et, 'Ego postquam te emi a parvulo.' Donatus.

Ego dudum] Adverbia temporis aut certa sunt, ut hodie, cras; aut incerta, ut dudum, nuper. Itaque incertis certum additur tempus: ut jam dudum, nunc nuper. Idem.

Nonnihil veritus sum Dave abs te] Breviter, pro veritus ne quid abs te fieret: sic ut supra, 'Heu metui a Chryside.' Et Cicero, 'Quod precatus sum a diis immortalibus:' pro eo quod est, quæ a diis petii, preca-

tus eos. Idem.

D. Ad te ibam. S. quidnam est? D. Cur uxor non accersitur? jam adesperascit. S. audia tu illum? Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem] Donatum super hoc loco consideranti apertissime liquet legisse eum sine illis verbis, ne faceres idem: sic enim ait, Nonnihil veritus sum Dave abs te. Breviter, pro veritus ne quid abs te fieret: sicut supra, 'Ei metui a Chryside:' hæc Donatus: sed verbis illis demptis quomodo versus ordinari possint, nescio: quare quemadmodum in impressis est, relinquemus; ita ut hemistichium compleat imperfectum versum præcedentis scenæ: ut sit tetrameter catalecticus: qui vero sequitur hypercatalecticus, et qui post hunc est acatalecticus, omnes iamhici. Farnus.

4 Quod volgas servorum solis] Totum cum extenuatione protulit, tanquam qui satisfactum voluerit Davo, ob comprobatam fidem ejus. Donatus.

Volgas servorum] Servi plerique omnes, astuti, versuti, ad fraudandum horam callidi, ad comminiscendas fraudes et fallacias ingeniosi: oderunt enī quos metuant, neque enim amor bene convenit cum timore; unde proverbium illud citat Seneca Epist. 47. 'Totidem esse hostes, quot servos. Non habemus illos hostes, sed facinas,' &c. Farnabius.

5 Ego istuc facerem] Omnes fere l. s. habent *egen*: ita etiam mollius procedit octonarius. Farnus.

7 Nam propemodum habeo jam tibi fidem] Ridicula dilatio ejus rei, quæ jam dudum nota est auditori. Donatus.

Nam propemodum habeo jam] Hoc est, prope modum: cujus accusativus est a modus. Idem.

Nam propemodum habeo tibi jam fidem. Tandem agnosti qui aem] Duas hæc voculas transpone, sic: jam tibi, idque

propter metrum. Si minus facies, in fine pro, agnoscit, legendum; cognosti, ut et in nonnullis editioibus legitur. Sed aliud est, agnoscere, aliud, cognoscere. Id usus et ratio ostendunt, persuadent. *Faber.*

Habeo jam fidem] Dictionem tibi, quæ interciderat, ex fide o. l. s. restitue hoc modo, *habeo tibi jam fidem.* *Faërus.*

8 *Sed es gratia*] *Gratia*, pro causa ponit, novè. *Donatus.*

9 *Sic est res*] Quod Græci dicunt, *οὕτως ἔχει.* *Idem.*

Sic est res] Antiqui libri et aliqui alii, et *Donatus*, *sic res est.* *Faërus.*

10 *Vide! nunquam istuc quivi ego inf.*] Arte poëtæ factum est, ut hæteat hæc *Davus*, et velut in sinu gaudeat, quæ magis ex commutatione rerum inopinata mox doleat: 'Hem numquam perissus?' &c. ad spectatores sc. sicut et vs. 13. *quidnam audio*: et *occidi*: quod tamen obscure exaudiat *Shmo*: et postea: 'Ego vero solus!' nam et hoc secum ad spectatores conversus dolenter dicit. *Bælerus.*

Nunquam quivi ego istuc intelligere] O. l. s. ita collocant hæc verba: *Nunquam istuc quivi ego intelligere*: numero et compositione meliore. *Faërus.*

Callidum] 'Versutos appello, quorum celeriter mens versatur: callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus usu calluit.' *Cic. III. de Natura Deorum. Farnabius.*

11 *Ut hinc te jussi introire*] O. l. s. *introire jussi.* *Faërus.*

12 *Hem, numquam perissus*] Antiqui libri, et *Donatus*, *perissus*: more *Terentii*: qui hoc verbum in præterito per unum i scribebat, teste *Probo.* *Idem.*

Hem, &c.] Hæc avertus, et apud se. *Farnabius.*

Numquam] Nam *rapôueras*, ut in *quismam.* *Donatus.*

Narro quæ tu dudum narrasti mihi

Post narro, adde pronomen *hinc*, quod in omnibus est l. s. *Faërus.*

13 *Quidnam audio*] Legitur et *audio.* *Mossander* enim sic ait, *τί δή ωρ' ἀκούω*; *Donatus.*

Occidi: optime] Bene usus est *rapôue*, *occidi et optime*, ut similitudine falleret audientem. *Idem.*

Occidi optime] Hæc ita conjunguntur in commentario *Donati*, cum *ἐνυπλόει*: 'Bene usus est,' &c. Nec *ωρôueios* est *occidi et optime*; et manifestum errorem miror qui tam diu toleraverint editores. Annotavit hæc verba, quisquis est, non ad *occidi et optime*, sed ad, *oro vixque id exoro*: non opus est verbis in re manifestis: nisi quod de animadversionibus *Donati* passim vitatis, suppletis, infectisque sæpe moneri possumus. *Bælerus.*

Optime] *Παφούιος*, *occidi, optime*, ut similitudine soni falleret audientem. *Farnabius.*

14 *Per hunc*] *Chremetem* scilicet. *Donatus.*

Nunc per hunc nulla est mora] Id est, *Chremetem*, *δευρκαῖος*, ut vs. 11. *opportune hic fit mihi obviam*: de eodem. *Bælerus.*

15 *Ibo: atque huc renuntio*] *Varie*, *ibo et renuntio.* *Donatus.*

16 *Nunc te oro, Dave*] *Te*, id est, per quem stat summa negotii. Et modo magis vere rogat, quam tunc cum ait, 'Dehinc postulo, sive æquam est, te oro, Dave' ibi enim iracundia latet, cum dixit, 'Sive æquam est.' *Idem.*

Efficiati has nuptias] *Non sociati*: est enim *efficere*, perficere faciendo. Et bene hæc: quarum causa laboro. *Idem.*

17 *Ego vero solus*] *Διάσωα.* Et hoc ad increpationem dicit, non ad confirmationem. *Idem.*

Solus] Id est, cui non assentiebat *Pamphilus.* *Idem.*

Perre] In futurum, deinceps: futuri temporis adverbium: vel adhor-

tantis : ut, *Porro, Quirites*. Idem.

Enitere] Labora : quasi difficile sit, et conatu sit opus. Idem.

18 *Herce sedulo*] Productiones sunt Comici styli, ad fucum orationis positæ. Idem.

Potes nunc] A possibili argumentum. Idem.

Dum animus irritatus est] Quia dixerat, 'Irae sunt inter Glycerium et gnatum.' Irritatus est, commotus, ira provocatus, ut in Phormione. Ducitur autem verbum a canibus, qui restrictis dentibus hanc literam r imitantur. Idem.

19 *Quiescas*] Id est, conquiesce : imperativi modi, ne injuriosum videretur. Idem.

Quiescas] Pro quiesce : aut deest volo, aut facito. Idem.

Age igitur] Age, dic : ut est, *Egi, atque orari tecum* : aut adverbium est hortandi. Idem.

Mirum ni domi est] Existimationem intulit, incertum fugiens. Idem.

Mirum ni domi est] Compositum est, quasi, hoc est mirum, ni domi est. Cante servus callidam interrogationem senis paratus excepit. Memor simulatæ discordiæ cum amica, fingit, non se alibi eum esse suspicari, quam domi. Idem.

20 *Dicam eadem illi*] In aliis *itidem* scriptum est : quod si est, pro *item* accipiamus. An ergo *idem* pro *item*? Idem.

Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi] Hoc vult Simo : quæ tibi dixi de Chremete iterum orato atque exorato, ut suam gnatum filio meo det uxorem, eadem dicam illi, ut sciat nuptias hodie futuras. *Bæclerus*.

Nullus sum] Plus est *nullum esse*, quam *peruisse* : nam qui perit, vel corpus habet reliquum : qui vero nullus est, ita non est, ac si natus non sit. *Donatus*.

Nullus sum] De me actum est, perit, penitus interit : *Δεῦλον δ' εἶλον ὀδόν*

ὀδονού. Eurip. ex Iphigenia in Tauris. *Τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μὴδὲν*. Sophocles in Antigone. *Farnabius*.

21 *Hinc*] Id est, ex hoc loco. *Donatus*.

Pistrinum] Ubi, molis jumentorum servorumque opera circumactis fruges comminuebantur : in pistrinaservi, ad pœnas detrusi, molebant. *Farnabius*.

Recta proficiscar via] Bene *recta*, ut corporis impulsione lucrifaciam : aut *recta*, ut non eam ad precatorem, aut ad Pamphilum. Et bene *Proficiscar* : *Proficisci* enim in rem ægram ac difficilem dicimus. Et *recta via* : plana dixit, non tantum *recta*. *Donatus*.

22 *Nihil est preci loci relictum*] Subjungit ergo causas cur proficiscatur in pistrinum. Idem.

Nihil est preci] Quod prædixit senex. Idem.

Nihil est preci loci relict.] Propter minas senis, supra act. i. sc. 2. vs. 28. et 29. unde etiam pistrini mentionem hic facit. *Bæclerus*.

Preci loci relictum] Dativo hoc utitur etiam, in Phormione, act. iiii. sc. 3. *Farnabius*.

Jam perturbavi omnia] Allocutio, in qua quid metuat, quid velit, manifestum est. *Donatus*.

23 *Herum fefelli*] Hæc enumeratio causarum est, qua magnifice exaggeravit errores suos. Idem.

Conjeci] Nec immisi, sed *conjeci* : quod impetum et injuriam significat. Idem.

Herilem filium] *Τὸν τρέφον*. Idem.

24 *Feci hodie*] Nec solum *feci*, verum etiam addidit tempus, *hodie* : ut ne diecula quidem ejus sit, quod fecerat, mali. Idem.

Insuperante hoc, atque invito] *Insuperante* et *invito*, duplex offensio. Idem.

Insuperante hoc, atque invito Pamphilo] *Donatus* : 'Insuperante et invito, duplex offensio : videtur ad Pamphilum retulisse utramque vocem.'

Alii *τὸ insperante hoc* ad Simonem referunt. *Bæclerus.*

Hoc] Simone. *Farnabius.*

25 *Hem astutias*] Bona *ελπελά*. Pluraliter dixit *astutias*, quasi is qui abundet astutiis, ut ei una non sufficeret. *Donatus.*

Hem astutia] De consensu librorum nostrorum diximus. Apparet et *Engraphium* ita legisse. At *Donatus*: *astutias* legit, et *ἀστυρίας* interpretatur. *Bæclerus.*

Hem astutia] Hem, quonam mea evasit astutia! Al. *astutias*. *Farnabius.*

Hem, astutia / *ἔν.*] Ita quædam editiones. Malim, *Hem, astutias*! ut in aliis. Erit autem, *synzesis* in secundo pede. Elegantior ad sensum hæc scriptura est. *Faber.*

27 *Utinam mihi esset aliquid*] Non dixit gladium, aut laqueum: ne esset tragicum. Ergo expressit bene, dicens, 'Quo me nunc præcipitem darem.' *Donatus.*

SCENA V. Iambici octonarii acatal. 14. reliqui 4. trochaici tetram. catalect. vs. 1. Ms. unus: ubi illic est scelus: alter: ubi est illic scelus? omnes: qui me hodie perdidit. vs. 2. duo: jure mihi obtigisse: unus: mihi jure obtig. vs. 4. varie scribitur. vs. 5. duo: hoc nunc si devito malum. vs. 6. duo: sed quid ego nunc dicam p. vs. 7. duo: qui sim pollicitus. vs. 9. omnes: dicam aliquid me jam invent. vs. 10. omnes: ehe, et: tuis consiliis. vs. 12. unus: hoc tibi ut credam ego f. alter: hoc tibi vis ego ut cred. f. tertius: ho tibi ego ut cr. vs. 13. duo: tu rem impediam et perditam restituas? hem quo fretus siem. vs. 15. et 16. unus: quid meritis es? crucem: sed sine paul. alter: quid est meritis? crucem: sed sine Pamphile ad me ut redeam. vs. 17. omnes: cur non hab. sp. vs. 18. unus: namque hoc tempus præcavere mihi me monet, haud te ulcisci sinit: alter: namque hoc tempus monet præcavere mihi me, haud te ulc. s. *Bæclerus.*

Ubi illic est scelus] Hæc scena, cujus perturbationis esse debeat, etiam supra posita præstruxit, quam ad consentiendum *Davi* consilio tardum *Pamphilum* faceret. *Donatus.*

1 *Ubi illic est scelus*] Accensatio. *Id.* *Ubi illic est scelus*] Nimium terribile est, sævire antequam videas eum, contra quem irascaris. *Idem.*

Ubi illic est scelus, qui me perdidit] Ad intellectum, non ad verba redigit: et est figura *σάλληψις* per genera. *Virgilius*, 'Pars in frusta secant.' Sed hic figura est per numeros: nam quia scelus scelestus intelligitur, modo qui subjunxit, non quod. *Idem.*

Ubi illic scelus est qui me perdidit? *D. perii. P. atque hoc confiteor*] Multi l. s. et *Donatus*, ubi illic est scelus: est autem versus trochaicus catalecticus, contracto per *synzesisin*, *confiteor*, in dactylum. *Færnus.*

Scelus est] Scelestus: abstractum pro concreto: cum respectu ad sensum, qui sanus, genere licet videatur peccatum: vide *syllapsin* in *Grammatica* nostra. *Farnabius.*

2 *Jure obtigisse*] *Interpoe* pronomen mihi, ex omnibus l. s. ut sit, *jure mihi obtigisse*, quod et sensus exigit et ratio versus, qui est trochaicus hypercatalecticus, vel forte acatalecticus, si ex quidem m elidatur, ut in quinta sede sit anapæstus. *Færnus.*

Tam iners] Sine arte, id est, sine *ἀρτῇ*. *Donatus.*

Tam nulli consilii] Una pars orationis est, nulli consilii: non, nullius et solius: recte autem veteres, nullo nulli, solo soli, declinabant. *Idem.*

Tam nulli consilii] Ἀρχαϊκῶς, pro nullius, bis *Priscianus* explicat lib. vi. et xiii. *Bæclerus.*

Nulli consilii] *Archaice*, pro nullius: qua super voce, ut et aliis ejusdem generis, consule eandem *Grammaticam*. *Farnabius.*

3 *Me commisisse*] Non commendasse: sed, *Commisisse*. *Committimus* enim quam cum magno periculo volu-

mus esse servata. *Donatus.*

Futilli] *Levi*: nam a vase, quod *futile* dicitur, quod non deperunt ministri sacrorum, quod est sesto fundo, et patulo ore, eoque instabile est. Virgil. 'Conceditis habitas non futillis author.' *Idem.*

Futilli] *Levi* et vaso, qui quicquid in buccam venerit, effutit, plenus rimarum. Metaphora ducta a vase futili, quo utebantur in sacrificiis Vestæ, ore patulo, fundo acuminato, quod stare non posset, quia aqua statim effunderetur: piaculum autem erat, si aqua ad sacra hausta, in terra poneretur. *Farnabius.*

4 *Ergo pretium ob stultitiam fero*] *Ergo* pretium et præmium generaliter pro bene aut male facto redditur: sed discernitur ita: nam pretium pro stultitia, est pena; pretium pro virtute, honor est et lucrium. *Donatus.*

Pretium ob stultitiam] Sic Plautus locutus est, 'Pretium ob asinos:' pro: asinorum pretium. Virgil. 'Rem magnam, pretiumque moris fore.' Et alibi, 'Illum Tydides alio pro talibus ausis Affecit pretio:' et est figura *metonymiæ* ut apud Virgil. 'Invidiase deos patrias ut redditus oris.' *Idem.*

5 *Posthac incolumem sat scio fore me*] Sic dicere solemus in magno periculo positi: nunquam nos periclitataros, si illud periculum potuerimus evadere. *Idem.*

Posthac] Andacter se incolumem in futurum promittit fore, cum vita hominis tam variis multisque sit periculis conferta: sed hoc dicit: Sic, inquit, periculator; si hoc evasero, scio me non postea periclitaturum. Menander sic: *ὁ θεὸς ἐγγυλὸν ἂν ἀποστήμιαι* * (Fortasse sic legendum: *Ἐγὼς ἀποστήμιαι, οὐκ ἂν ἀποστήμιαι ποτέ*) et est sensus, Tam difficile est hinc evadere, ut qui hinc evaserit, videatur immortalis futurus. *Id.*

6 *Sed quid ego*] *Donatus* et aliqui

libri, inter quos antiqui, nam *quid ego*. *Færn.*

Dicam patri] Bene *patri*, non *Simoni*: ut de auctoritate hujus nominis summus terror exurgat. *Donatus.*

Modo qui sum pollicitus] *Modo*, mire: etenim majorem vim habeant recentiora promissa. *Idem.*

7 *Qui sum pollicitus*] *Oratorie*: melius *pollicitus sum* dixit, quam si *promisi* diceret. *Idem.*

Qua fiducia] *Qua fiducia*, ad personam suam retulit: et *fiducia* modo impudentiam significat. *Idem.*

8 *Nec quid me nunc faciam, scio*] Nos, *quid faciam*, veteres autem me addebant. Et nota *faciam*, cum ablativo casu. Ablativus casus, *me*. *Id.*

Me] De *me*. *Farnabius.*

Atque id ago sedulo] *Id* quæro, hoc est, ut inveniam *quid faciam*. *Donatus.*

9 *Dicam aliquid jam insequenturum*] In aliquibus libris est, *jam me*: in aliquibus, et inter hos, *Vaticano*, et *Basilicano*, solummodo est, *me*. *Færnus.*

Aliquam producam moram] *Prodactam* legitur et *producam*. Significat autem differam, protendam, probatam. *Donatus.*

10 *P. Oh. D. vius sum. P. ehodum bone vir, quid ais? viden me tuis consiliis*] Et *Vaticanus* et omnes alii libri quos vidi, non *oh* sed *ohé*, habent: pro quo tamen libenter legerim, *ohé*: quæ interjectio est exclamantis irati: ut et in *Adelphis*, 'Ohé, scis et pateris?' Sed sive *ohé* sive *ohé* legas, est hæc dictio necessaria sustentando octonario: ita ut *ohé* sit spondeus: ex *quid* vero d' abijciatur, ut in quinta sede sit tribrachius; *tuis* una syllaba sit; *consiliis* croticus; utrumque per synmesia. *Færnus.*

Ehodum bone vir] Gravis interrogatio, et minantis cum iracundia. Et hoc *ehodum* prosequitur, cum omne genus contumeliosum leve in eam diciamus, in quem ferimur iracundia. *Donatus.*

Viden' me] Hoc est, nunquid negare potes? *Idem.*

11 *Impeditum esse*] *Impeditus* est propais, qui ita pedes habet illigatos, ut progredi non possit. Sed hic ad negatum reuoluit. *Idem.*

Impeditum esse] *Implicitum*, intricatum, pedibus quasi illigatum, ut progredi non valeam. *Farnabius.*

At jam expeditam] Non se defendit, sed emendatorum premitit: et bene ad *impeditum*, *expeditam* reuoluit: duo promittit simul: et tempus cum celebritate, et effectum. *Donatus.*

12 *Imo melius opore*] Bene *melius* comparativo est usus, quasi hoc bonum sit, illud melius. *Idem.*

Furcifer] *Furciferi* dicebantur, qui ob leue delictum cgebantur a dominis, ignominie magis, quam supplicii causa, circa vicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, et predicare peccatum suum, simulque summonere ceteros, ne quid simile admittant. Itaque et Cicero de seruo, 'Quid inde furcifer? quo progreditur?' *Idem.*

Furcifer] Adi Eunuch. act. v. sc. 2. *Farnabius.*

13 *Tu rem impeditam et perditam restituas*] Multum progressus est, *impe-*
ditam dicere: modo *perditam* dixit. Senens hic est, *Integram* perdidisti, et *perditam* restituas? *Donatus.*

Tu] Hoc est, qui *integram* *expeditam*que turbasti. *Idem.*

Quo fretus siem] Est memor se ante dixisse, *Davum* video, cujus consilio *fretus* sum. *Idem.*

Hem quo fretus siem] Versus, et sermo exigit *sum*, ut et alicubi scriptum inuenimus. *Faërnus.*

14 *Qui me hodie ex tranquill. re con-*
jec.] Plautus Captiv. III. 4. 6. 'Qui ex parata re imparatam omnem facis.' *Bæclerus.*

15 *Hoc esse futurum*] Ut ab illa excludar, huc concludar: et vide quo me inducas. *Donatus.*

An non dixi hoc esse, &c.] Hi qua-

tuor postremi versus sunt Trochaici; quare aliter scribendi. Secundus sic: *Sed paulum sine ad me ut redeam, &c.* Quartus autem: *Namque hoc tempus, &c.* Et sic in Edit. *Faërnus.* In fine tertii versus scribe: *ut volo, non, uti.* Nescio autem quid visam Mureto fuerit, ut bonos Trochaicos transformaret in Iambeos, per syllabicas adjectiones; nisi quod hoc illi solenne erat. *Faber.*

Quid meritis] Scenæ Atticæ accommodatam. Athenis enim convicii capitalis facinoris et condemnati nullo expresso supplicio, interrogabantur quid se meritis putarent: illi, ad misericordiam movendam in majus suam poenam aestimabant. Quod quia non fecit Socrates, sed poenæ loco, ut ex publico in Prytaneo aleretur, respondit, ad cicutam damnatus periiit, sed a gloria propter scientiam et virtutem non perivit. 'Carcerem,' inquit Seneca, 'intravit, ignominiam ipso loco detracturus, neque enim poterat carcer videri, in quo Socrates erat. consol.' ad Helviam. 'Quem intrando purgavit, omnique honestiorem curia reddidit.' Sen. l. II. de Benefic. 27. *Farnabius.*

Quid meritis es] Aliqui libri et in his antiquiores non habent verbum *es*, quod nec a Donato quidem ponitur. *Faërnus.*

Crucem] Plena satisfactio est, confessio peccati sine recusatione poenarum: nam mitiores eos reddimus, quibus vultu operæ pretium pro delictis nostris offerimus. Virgilius, 'Equidem merui, nec deprecor, inquit.' *Donatus.*

16 *Sed paululum sine ad me ut redeam*] O. l. s. et *Donatus*, *sed sine paululum*: quod vero sequitur in libris antiquioribus et plerisque aliis est sine particula *ut*; est autem versus trochaicus, ut qui sequuntur. *Faërnus.*

Ad me ut redeam] *Redire ad se* dicitur, qui animum recipit, et sedem

mentis. Virgilius, 'Victus redit ad se:' et hic de corpore dixit. Ad se autem redit, qui amens esse desistit. *Donatus.*

Dispiciam] *Dispicere*, est disquirere consilium; *Despicere*, deorsum aspicere. *Idem.*

Hei mihi quum non habeo sp.] Plaut. Menæchm. II. 2. 29. 'Heu mihi cum nihil est, illi qui homini diminuum caput.' *Bacclerus.*

Ei mihi, cur non habeo tempus] Omnes antiqui libri habent, *cum non habeo*: cum enim etiam indicativo temporis præsentis iungitur, ut et in Phormione: 'Peccandi cum ipse de

se finem non facit.' *Faërnus.*

17 *Cur non habeo spatium]* *Οικονομία. Donatus.*

18 *Namque hoc tempus, præcavere]* Sic Virgilius, 'Sed motos præstat componere fluctus.' Et est *σάλλωψ* illud enim cogit, hoc sinit. *Idem.*

Namque hoc tempus] Et hic quoque o. l. s. et Donatus *hoc tempus* habent: ut et exigit ratio trochaici. *Faërnus.*

Præcavere mihi me, haud te ulcisc.] Sententiam hanc Tacitus ita extulit XI. A. 31. 'Securitati antequam vindictæ consulendum:' vide infra En. IV. 6. 24. *Bacclerus.*

ACTUS IV.

SCENA 1. Versus sunt varii: misti ex Iambis et Trochaicis: de quibus vide interpretes supra laudatos, et Guyetum.

Hujus Scenæ versus, qui et perturbati et valde impediti sunt, examinavere Goveanus, Julius Scaliger, et Erasmus. Nihil ipse mutavi; et facile erat tamen ex ista materia octonarios facere vel senarios; sed illi versus non essent Terentii. *Faber.*

Vs. 3. et 4. nostri omnes: *gaudeat et comparet*: duo omittunt *et alienis*. vs. 5. duo: *imo id est pessimum genus hominum*. vs. 6. omnes, ut edidimus. vs. 7. omnes: *post ubi tempus est promissa iam perfici*. vs. 9. unus: *res premit eos*. vs. 10. duo, ut edidimus. vs. 14. unus: *ubi opus non est*: alter: *ubi non locus est*. vs. 16. omnes: *ingeram multa mala*: unus addit *illi*: et mox: *atque si aliquid d.* a glossa. vs. 20. omnes: *seducere*; duo: *his dictis*. vs. 23. omnes: *nonne*: duo: *esse satis hoc solidum visum est g.* vs. 26. duo: *quantasque is*. vs. 35. omnes: *nondum scis. C. scio equidem illam ducturum esse te*. vs. 37. omnes, ut edidimus. vs. 39. omnes habent: *interturbat omnia*: unus his tantum nomen *Davi*. vs. 41. *et scio* duo omittunt: omnes: *qui auscultaverim ei*, ut edidimus. Senarius erit si *et ei* contrahas in unam syllabam. vs. 42. duo: *factum est hoc Dave? D. factum*: ubi *et est* etiam tertius omittit. vs. 47. omnes: *aggrediamur*. vs. 48. unus: *quia successit primo parum*: alter: *quia primo successit parum*. *Argent. processit*. vs. 49. omnes; non posse i. a. s. *hoc converti malum*. vs. 56. duo: *si parum succed. q. a.* vs. 57. omnes: *tute*, sed diverso positu. vs. 58. omnes, ut edidimus. vs. 59. omnes: *hem. sed mane: concrēpit a Gl. o.*

Chatini querelam, illustre philosophiæ et eloquentiæ Terentianæ specimen, egregia annotatione et paraphrasi prosecutus est Guyetus. *Bæclerus.*

Hocine credibile est? *Elegans perturbatio, in qua inter se Simo, Pamphilus, Davus, Charinus, Byrria, Chremes, omnes omnibus redduntur offensi.* Donatus.

1 *Hocine credibile est?* Et incredibile est, inquit, et nefandum: e contrario enim ab interrogatione quadam incipiunt, qui nimis irascuntur: ut et illud, 'Hocine humanum factum?' Et totum hoc in pronuntiatione est: hoc enim genus interrogationis vim negandi exprimit. *Idem.*

Hocine credibile est? A generalitate incipit, ut Cicero, 'Quam facile serpat injuria et peccandi consuetudo, quam non facile reprimatur, videte, iudices.' *Idem.*

Hocine credibile est? O. l. a. et Donatus, *hocine est credibile*. Faërnus.

2 *Cuiquam ut siet?* Singulari et plurali numero respondet. Donatus.

Cuiquam ut siet, ut malis gaudeant? Cum dixisset *cuiquam*, intulit numerum pluralem: ut alibi, 'Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quam plurimis, et minime multos lædere: In his poeta hic nomen profitetur suum.' *Idem.*

3 *Ut malis gaudeant?* Legitur et *gaudeat*. *Idem.*

Ut malis gaudeat? Vaticanus liber et Basilicanus, et Donatus, *gaudeant*. Faërnus.

Atque ex incommodis alterius, sua comparent ut commoda? Hoc est, non intelligunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea æstimaverint. Donatus.

Ex incommodis alterius? Et hic gau-

deant subanditur. *Idem.*

Ex incommodis alterius sua ut comparent commoda] Livius, simili sententia dixit: 'ex incommodo alieno suam occasionem petere.' IV. 58. *Bæclerus.*

4 *Sua comparent]* Hoc est, acquirant, vel æstiment, metiantur. *Donatus.*

Alterius, sua comparet ut commoda] Particulam, ut, post sua, ex o. l. s. collocamus: *comparent* autem scribimus ex Donato et duobus antiquis libris paulo ante adductis. *Færnus.*

5 *Id ne est verum? imo id genus]* Alii sic, Verum est; hoc genus hominum hominem se probavit esse, cum malus sit: et sic contra hoc, Imo non hominem, sed pessimum hominem se probavit. *Donatus.*

Id ne est verum? imo id genus] Parum accusaverat, dicens, Id ne est verum hominum genus? et ideo addidit, Imo id genus hominum est pessimum: ut hoc facere, non hominis modo sit, sed pessimi hominis. *Idem.*

Id ne est verum? Inanes nugæ quædam in commentario Donati ad h. l. leguntur. Alii Servium auctorem secuti sine causa, verum hic interpretantur æquum. Melius Guyetus: quem vide. *Bæclerus.*

Verum? &c.] Ἀληθὺς non verum tantum, sed justum et probum significat, Priscian. I. XVII. *Fernabius.*

Immo id genus hominum est pessimum, in] Ita legendum, *immo, id est, genus hominum pessimum:* ita Donatus et o. l. s. in quibus tamen extremorum verborum alia collocatio est, quam in Donato: particulam autem *in*, non huic versui sed sequenti attribuit. *Færnus.*

6 *In denegando modo]* Modo, pro tantummodo. *Donatus.*

Quis pudor paululum adest] Adest pudor, ne denegent, non adest, ut et præstent. *Idem.*

In denegando modo quis pudor est paululum] Scripsimus ex Donato, et

o. l. s. *pudor paululum adest.* *Færnus.*

In denegando modo, &c.] Modo, cum peteretur quid ab iis, promittebant: puduit quippe negare: jam ubi beneficium verbis initum re comprobandi tempus adest, produunt animi sui malignitatem et vecordiam: 'hominem alterius incommodo suum commodum angere, magis est contra naturam quam mors.' Cic. Offic. Sed adi Plutarchum lib. περὶ ὑστερίας. *Farnabius.*

7 *Post ubi tempus]* Deest est: ut sit, *tempus est.* *Donatus.*

Promissa est jam perfici] Antiqui libri, et aliqui alii non habent verbum *est*; cum quibus et Donatus concordat. *Færnus.*

8 *Necessario se aperiant]* Mire ait *necessario*, quia natura sunt tales: necessitas autem in natura est constituta. *Donatus.*

Aperiant] Mire, *aperiant*: quoniam tunc cum promittebant, mali erant; sed latebat malitia intra pectoris altitudinem. *Idem.*

Tum necessario] Interponimus verbum *coacti* ex o. l. s. et Donato. *Færnus.*

9 *Et timent, et tamen res cogit denegare]* Bis numero subauditur *denegare.* Et melius *timent*, quam si diceret, *pudet eos*; nam timor est etiam malorum: pudor, tantum bonorum. *Donatus.*

Res] Malitia scilicet, tanquam mali sint ad rem, quam præstare non possunt. *Idem.*

Et tamen res cogit denegare] In nullo l. s. præterquam in Victoriano, hanc lectionem invenio, sed ita, *et tamen res eos premittit denegare*: sic et apud Donatum, licet alia collocatio: antiqui sane libri non habent pronomen, *eos.* *Færnus.*

10 *Ibi tum impudentissima eorum oratio est]* O. l. s. ita collocant: *eorum impudentissima.* *Idem.*

11 *Quis tu es? quis mihi es?]* Quis tu es, ad dignitatem refertur: quis

mihī es, ad necessitudinem : id est, frater, aut cognatus. Et hæc verba mollia sunt dictu, sed animo aspera. Donatus.

Cur meam tibi? "Εκλεψis. *Idem.*

12 *Heus proximus sum*] *Heus* significatio est modo nominis, ad intentionem considerationemque revocandi. *Idem.*

Proximus sum egomet mihī] Id est, charior mihimet ipsi sum, quam quisquam alienus. *Idem.*

Proximus] Charus, benevolus : et hoc est quod ait supra, 'Quo æquior sum Pamphilo, si se illam in somnis, quam illum amplecti maluit.' Inde *proximi* et *propinqui* dicuntur, qui nobis chari esse debent. *Idem.*

Proximus] Supra act. II. sc. 5. 'Omnes sibi malle melius esse quam alteri.' φίλος αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπος φέσκει. Plato de Legib. Tunica pallio propior est, et γένυ κνήμης ἔγγυσ. Arist. Moral. IX. Amicitia et charitas a seipso incipiunt. *Farnabius.*

Attamen ubi fides est] In plerisque l. s. etiam antiquis non habetur verbum *est*, itaque id delevimus. *Faërnus.*

Ubi fides] O Jupiter! ubi est fides? Phorm. 'Sero. hæc est fides?' Nero cum sibi manus intulisset, irrumpente quasi in auxilium Tribuno. Suetonius. *Farnabius.*

13 *Si roges*] Abundat, si roges : sed ἥκιστα additum est. *Donatus.*

Nihil pudet] Pudor est mali facti : verecundia recti et honesti. Ergo mire posuit. *Idem.*

Hic ubi opus est] Salvo pudore. *Id.*
14 *Non verentur, &c.*] Non verecundantur : antea, ubi opus non erat, nempe in promittendo, vitioso quodam pudore, non audebant polliceri quod postea non erant præstituri. 'Plerique sunt, quos cum nihil refert, pudet ; ubi pudendum est, ibi deserit pudor.' Plaut. Epidic. act. II. sc. I. *Farnabius.*

Illic] Ubi promiserant. *Donatus.*

Illic, ubi nihil opus est, tibi] *Illic* et *Delph.* et *Var. Clas.*

ibi, aptum irascenti repetitionis genus. *Idem.*

Illic] Legitur et *illi*. *Idem.*

Ubi nihil opus est] Ubi nondum promiserunt, ibi verentur ; quod ait supra, 'In denegando modo quis pudor est paulum.' *Idem.*

15 *Adeamne ad eum*] Hic locus deliberationis est, an adeat ad Pamphilum : et unum *ad* abundat, et moraliter verba Charini sunt posita. *Idem.*

Injuriam] Pro, de injuria. *Idem.*

Expostulem] *Expostulatio* est adversus eum, quem incusamus : nam *expostulare*, est querelam apud eum ipsum deponere, de eo ipso qui fecit injuriam. *Postulare* autem, querelam dicere de altero apud alterum. *Idem.*

16 *Ingeram mala multa*] Quasi tela, ita se dicit ingesturum mala. *Idem.*

Atque aliquis dicat, Nihil promoveris] Hoc dicit, Etsi existat aliquis qui mihi dicat, Quid profeceris? respondebo, Multum. *Idem.*

Atque aliquis dicat] Irati mores expressit, quibus dulcis vindicta est : quique instar solatii habent λυτῶν τοῖς λυποῦντας itaque multum Charino videtur, si molestus fuerit Pamphilo, atque in eum suum dolorem per convitia evomuerit. Sed ad hunc impetum irati, opportune Poëta objecit confessionem et excusationem Pamphili, dolenti et actnose factam vs. 18. cui quamquam Charinus ironiam acerbam reponeret, custodivit tamen Pamphilus specimen innocentis animi, quando cum fiducia, *quid tandem?* inquit. quid me putas ac dicis *tandem* voluisse invenire ut liberasse fidem, quam tibi dedi, videri possem? item: *Quid istuc est?* et, *falsus es.* omnia, quantum ad me, bona fide gesta sunt. aliunde turba intervenit nostro negotio. quod mox scies, si imperare tuo affectui et ansultare velis, quæ dicam. *Bæclerus.*

17 *Multum*] Non subiunxit, quo modo multum? sed, illud faciam.

Terent.

4 B

Donatus.

Multum] Subauditur, *promovero*.
Idem.

Molestus certe ei fuero] Transitam fecit dicendo, *Molestus certe ei fuero*: hoc est, si nihil aliud promovero, certe ei molestus fuero. *Idem.*

Atque animo morem gessero] Erit fractus iracundia ex vindicta. Et per iracundiam atque turbationem non invenit quod sit multum: aliud ergo invenit; molestus certe ei fuero. *Idem.*

18 *Charine, et me, et te*] Mire et artificiosae fecit, Pamphilum priorem alloqui, ad perfringendam iracundiam Charini: alioquin si prior vociferari potuisset, tragica exclamatione usus fuisset. *Donatus.*

Imprudens] Defensio ab imprudentia: etenim nisi bonus esset conscientia, nunquam diceret, *te perdidisti*, purgaturus. *Idem.*

19 *Itane imprudens*] *Imprudens*, distingue: et attende, hoc illum repetere, quod indignatur magia, quasi audierit *imprudens*, et non audierit reliqua. *Idem.*

Itane imprudens] Quia articulus omnis defensionis per concessivam qualitatem hoc dicto est constitutus: idcirco hoc ipsum Charinus per infirmationem repetit, hoc cupiens eripere Pamphilo, quo ille maximo nititur. *Idem.*

Inventa est causa] Orator negare factum non potuit, neque defendere, recte factum esse: confugit itaque ad purgationem, quæ excusat factum esse non voluntate, sed imprudentia. *Farnabius.*

Solvisti fidem] Ironice. *Idem.*

20 *Quid tandem? etiam tu me subducere istis dictis postulas*] L. s. recentem adducere habent: antiqui vero, *ducere*, quod et placet: ita versus est trochaicus ut præcedens, et sequentes: ducere autem, falsa spe subaudiendum, ut in Phormione: 'Ut phaleratis dictis ducas me.' *Faërus.*

Ducere istis] Blandis dictis delinitum *δύκεω*: *δύκεω* se καὶ φέρεω τῆς ψυχῆς, *φάτω*, *ἵκω*. Lucian. dial. Jovis et Junonis. *Farnabius.*

21 *Postquam me amare dixi, complacita est tibi*] Vide ingenium simulæ suspicionis, quæ hic compendio promittit, quicquid in pectore Charini turbare conciverat. *Bæclerus.*

22 *Qui tuum animum*] Legitur et cum. *Donatus.*

23 *Falsus es*] Modo participium est, id est, falleris: si Pamphilus id dicit. Si vero conjungitur, pro *fallax* accipitur. *Idem.*

Falsus es] Falleris, qui sic de ingenio meo iudices. *Farnabius.*

Hoc solidum] *Solidum*, plenum, idoneum, integram. *Donatus.*

24 *Nisi me lactasses*] Produxisse, oblectasse, induxisse, quæ significantio frustrationem ostendit. *Lactare*, est inducere in aliquam voluptatem, a *lactando*, unde et *oblectare* dicitur. *Idem.*

Lactasses amantem] Metaph. a matribus. infra act. v. sc. 4. 'solicitando et pollicitando eorum animos lactas.' *Farnabius.*

25 *Habeas*] Permissio animi irati. *Donatus.*

Habeas] Permissio cum indignatione. *Farnabius.*

Habeam] Ut supra, 'Aut si tibi hæ nuptiæ sunt cordi. P. cordi?' *Donatus.*

Quantis in malis verser miser. *Quantasque hic suis consiliis mihi conficit sollicitudines*] *Εἰπω*, ut supra, 'Cujus consilio fretus sum.' Et cum verba protulerit, *conficit* debuit inferre: est ergo *δωδύλλω*. aut ut illud, 'Principio, amico illum restituas, tibi generum firmum, et filia invenies viram.' *Idem.*

26 *Conficit*] Legitur et *constavit*. *Donatus.*

Sollicitudines] Perturbationes. *Id.*

27 *Meus carnifex*] Id est, in me carnifex, qui me torserit. ut alibi,

Deo irato meo: hoc est, in me irato Deo. *Idem*.

Si de te exemplum capis] Utrum, si te imitatur: an si de te exigit poenas? ut ipse alibi, 'Uterque exempla in te edent,' sed melius, te imitatur, nocipimus. *Idem*.

De te si exemplum capis] Credamne, Donatum hanc dubitationem proposuisse: 'Utrum, si te imitatur; an, si de te poenas exigit?' Quam diversum est enim quod subicitur: 'Uterque exempla in te edent?' Apage nugas, quas et Engraphus recoxit. Hoc dixit Charinus: quid tam mirum fuerit, si servus tuus tuo exemplo adversum te utatur; id est, tibi eam fidem præstet, quam tu præstas aliis; sive tali te mactet ægritudine, qualis tu alios, id est, me? vim accipit sententia ex eo quod dominorum mores servi facile imitantur. *Bacclerus*.

28 *Haut istuc dicas, si cognoris*] Nosti enim: sed si cognoris, non ita dicas. *Donatus*.

29 *Cum patre altercasti*] Ab his quæ acta sunt, ad ea quæ facta non sunt. *Idem*.

Cum patre altercasti] Legitur et *altercastus es*, non enim *alterco* dicimus. *Idem*.

30 *Nec te quivis hodie cogere*] Hoc argumentum attulit ex his, quæ non sunt facta, cum fieri debuerint. *Idem*.

31 *Imo etiam*] Propterea et amplius. *Idem*.

Imo etiam] Deest, audi. *Idem*.

Quo tu minus scis ærumnas meas: hæ nuptiæ non apparabuntur mihi] Quo, id est, quod, et deest, audi, vel accipe: ut sit, quod, vel quoniam minus scis. Vel quo, id est, ex quo, aut quare. Aut certe erit sensus, cum huiusmodi tamen subauditione, Imo etiam quo tu minus scis ærumnas meas, eo magis audi. Aut, Imo etiam hæ nuptiæ non parabantur mihi, quo ipso minus tu scis ærumnas meas, id est, falsæ nuptiæ erant: quæ res te fallit magis, irascique mihi cogit merito. *Idem*.

Imo etiam, quo tu minus scis ærumnas, &c.] Donatus non satis expedit sententiam. Facit tamen consensus omnium Mss. codicum, ut, eruditam sane, Fr. Guyeti emendationem amplecti vix audeam. Puto illa verba, *quo tu minus scis ærumnas*, in traiectione hac, veluti *rapæderis* accipi debere, ad hunc modum: *immo etiam hæ nuptiæ non apparabuntur mihi; quo minus tu scis ærumnas meas*, id est, Immo longe gravius est inferturium meum quam tu putas. tu enim existimas, patrem voluisse nihil serio axerem dare, cum me de ea re appellavit. is vero minime id constituerat: quod quia tu ignoras, necesse est, eo minus tibi notas esse ærumnas meas, qui scilicet, ut mox dicam, fraude servi ex re tranquilla prorsus in periculum ingens præcipitatus sum. *Bacclerus*.

32 *Hæ nuptiæ*] Legitur et *hæ nuptiæ*: sic enim veteres dixerunt. *Donatus*.

Non apparabuntur] Apparari cum dativo casu semper cladem et permiciem significat, ut Virgilius, 'Mibi sacra parari.' *Donatus*.

34 *Scio, coactus tua voluntate es*] Post scio interponimus pronomen tu, ex o. l. s. et Donato. *Færnus*.

Coactus tua voluntate] Hæc est accusatio: ille enim exensat per imprudentiam: hic arguit voluntatem: hoc ergo dixit: eo gravius, quod nullo cogente peccasti. *Donatus*.

Coactus tua voluntate es] 'Εὐδὸν ἀκούειν ὁ θυμὸς. Hom. II. *Farnabius*.

36 *Cur me necas*] Excrucias. *Donatus*.

Nunquam destitit instare, suadere, orare, &c.] Recte notat Donatus, dicta esse hic quæcumque dici potuerunt: orationi adjunctæ preces magnam vim habent; sed mirifice auxit utrumque instantia describenda; *nunquam destitit instare* suadendo sc. orandoque; et, usque adeo donec p. *Bacclerus*.

37 *Instare, suadere, orare*] Quia dixit, *instare, suadere, orare*, non plus dicere posset, quando nihil potest esse. *Donatus*.

Instare ut dicerem esse ducturum patri] Omnes quidem libri habent *me esse ducturum*, sed impedita est ratio scandendi, nisi aut ex *dicerem* in abjicias: aut legas sine verbo, *esse*, ut *Donatus*. *Faërnus*.

39 *Quis homo istuc*] Sc. fecit: mox τὸ *interturbat* non tantum retinet, sed explicat *Donatus*. Vox *Plantina* est in *Bacchid.* iv. 4. 51. 'Ne interturbabam': sed fateor, mihi non idem videri quod *Donato* de vi vocis hoc loco. *Judicet* peritus lector. *Bæclerus*.

Davus] *Davus*, cum admiratione pronuntiandum. *Donatus*.

Interturbat] *Deerat* et hic, ut *Davus* diceret; sed plus intulit, *interturbat*. Et *inter*, modo non mediocriter significat: est enim adactiva particula, ut *interfectus, interemptus*. Modo *post*: ut; 'Hunc inter fluvio *Tyberinus ameno, Vorticibus rapidis, et multa flavus arena, In mare prorumpit.*' *Idem*.

Omnia] *Aposiopesis*. Illud *interturbat* irrepserat ex annotationibus. *Farnabius*.

40 *Nescio*] Quia irascitur *Davo*, dixit *Nescio*, alioquin scit. *Donatus*.

Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos] *Deest, quia*: ut sit *nisi quia*. *Idem*.

Nisi mihi deos satis] *Diis* invitis aut iratis nihil prospere evenire, nihil feliciter geri, semper fuit hominum opinio. 'Memini relinqui me, Deo irato meo.' In *Phorm.* act. i. sc. 1. 'Iratis natus paries *Diis.*' *Horat.* Sat. 3. l. ii. 'Diis iratis, genioque sinistro.' *Pers.* Sat. 4. 'Diis iratissimis.' *Plaut. Pæn.* act. ii. *Farnabius*.

42 *Factum est hoc*] Non quod non credat, interrogat: sed quod increpet. *Donatus*.

Factum est hoc Dave] Omnes libri antiquiores, *Factum hoc est Dave?* *Faërnus*.

43 *At tibi DI*] *At*, principium increpationi aptum: ut *Virgilius*, 'At tibi pro scelere.' Et *Horatius*, 'At o deorum quisquis in cælo regis Terras et humanum genus.' *Donatus*.

44 *Eho, dic mihi*] *Eho*, interjectio est intentionem audientis exposcens. *Idem*.

Dic mihi] Semper τὸ *dic mihi*, injuriosum est: ut *Virgilius*, 'Dic mihi *Damæta*, cujnm pecus?' *Idem*.

45 *Quod nisi hoc consilium darent*] Cum odio hoc pronuntiandum est: ideo conjectum dixit. *Idem*.

46 *Deceptus sum*] *Concessio*. *Idem*.

Deceptus sum at non defat.] Δευδέρων *Davi* Poëta res maxime necessarias in tractatu negotiorum conjunxit, constantiam in pertendendo, et fortunam in promovendo. *Deceptus sum, at non defatigatus*: sequitur quod proprium est τοῦ δευδοῦ: 'Hac non successit, alia aggrediemur via:' atque hinc forma sententiæ convincentis, et ad exempla communis vitæ provocantis: 'Nisi id putas,' (q. d. absurde id et contra experientiam putaretur,) 'Quia primo successit parum, non posse jam ad salutem converti hoc malum' fortuna enim, præsertim fidentibus et constantibus æqua, sæpe res in contrarium commutare solet, &c. Illud, *scio*, quod *Charinus*, et immo etiam, quod *Pamphilus* interponit, αἰρωνικά sunt. *Bæclerus*.

Deceptus sum] Πάλιν οὖν ἀμυνόμενον ἐξ ἀρχῆς δευδέρων ἐναντιώδισμα. ea quæ prima experientia parum successerant, secunda nonnunquam commodius eveniunt. δευδέρων ἀμυνόμενον. *Æl. Arist.* A sacris videtur ortum; in quibus, si prima victima non esset litatum, iterabant sacrum, succidaneam immolantes. *Farnabius*.

Scio] Τὸ *Scio*, non ad deceptionem, sed ad defatigationem reddit. ergo cum αἰρωνελῶ sonandum. *Donatus*.

47 *Hac non successit*] *Deest, quod conabamur*: et proprie de bono sic

dicitur. *Idem.*

Alia aggrediemur via] Vel adoriemur, id est, enitemur. *Adoriri* proprie dicitur repente ex insidiis aliquem invadere. *Idem.*

52 *Hoc tibi pro servitio debeo]* Μερὰ ληπτὴς vel μετῴνυμικὴς, *Servitium* pro servitute ponit: ut, 'Servitio enixe tulimus.' *Idem.*

53 *Conari manibus, pedibus, noctesque et dies]* Ad id intulit, quod ait supra, 'Quem ego credo manibus pedibusque obnixi omnia facturum.' Et accusativo casu sine intermissione significat, *Noctes et dies.* *Idem.*

Manibus, pedibus] Τερβολικὴς. *Id.*

Manibus, pedibus] Extremo conatu atque discrimine, assidua et indefatigata diligentia. *Farnabius.*

55 *Tuum est si quid præter spem evenit ignoscere]* Ex l. s. interpone post *evenit*, pronomen mihi. et stat senarius si tuum et mihi monosyllaba fiant. *Faërnus.*

Præter spem evenit] *Evenit*, productum magis: quia hoc perpetuo non vult Pamphilo accidere. Ergo *evenit*, non autem *evenit* media correpta. *Donatus.*

Si quid præter spem evenit, mihi ignosc.] Hic enim proprius æquitatis in ignoscendo locus, unde Eustratio (ad vi. Eth. Aristot.) dicitur ἡ τῆς ἐπιεικείας ἕξις, συγγνωμονικὴς διατιθεμένη πρὸς τὰ δοκοῦντα συμπίπτειν ἀβόλητα ἐν ταῖς πράξεσιν. expressit Nero apud Suetonium ad iudices certaminum, eleganter: (c. 23.) 'Omnia se facienda fecisse, sed eventum in manu esse fortunæ: illos, ut sapientes et doctos viros, fortuita debere excludere.' *Bæclerus.*

56 *Parum succedit quod ago]* Si nostrum est, officia præbere: at nostrum non est, fortunam posse præstare. Et bene, *succedit*, ut quod agimus, ostendat successus esse fortunæ. *Donatus.*

Parum succedit quod ago] Utilis sententia pro sapiente contra fortunam.

Idem.

Parum successit quod ago] Victorianus, et aliqui alii libri etiam antiqui et Donatus, *parum succedit.* *Faërnus.*

Sedulo] Id est, ex animo, et sine dolo. *Donatus.*

57 *Vel melius tu aliud reperi]* Non fere invenias librum scriptum in quo non legatur *vel tute*: vox vero *aliud* non est in aliquibus libris, inter quos Victoriano. ut et versus exposcit. *Faërnus.*

Me missum face] Id est, noli uti opera mea. *Donatus.*

58 *Cupio: restitue in quem me accep.* loc.] Plant. Mil. Glor. III. 1. 107.

'Haud facile te in eundem rursum restitues locum.' *Cupio* sc. te missum facere: sed prius me restitue in locum in quo me accepisti. *Bæclerus.*

Restitue, in quem me accepisti locum] Sensus hic est, Omnia mihi integra et salva redde, qualia tibi tradidi consulturo, vel quum nihil promississem patri. *Donatus.*

Restitue in quem me accepisti locum] Omnes antiqui libri, *restitu* quem a me accepisti locum. ita legit et Eugraphius. Ita videtur legisse et Donatus. nam quamvis aliter verba Terentii citet, tamen in expositione sic dicit: 'Omnia mihi integra et salva redde, qualia tibi tradidi consulturo:' quæ verba Donati optime quadrant cum *restitu* mihi locum. *Faërnus.*

Restitue in quem me accepisti locum] Omnia mihi integra et salva redde, restitu me in statum quo prius, ut loquuntur vulgo. *Farnabius.*

59 *D. Faciam. P. at jam hoc opus est. D. hem sed mane. concepnit a Glycerio ostium]* Post *Hem* nullam videtur habere significationem dictio *sed*. quare licet reclamantibus omnibus libris accedimus sententiæ Mureti legentis, et, quæ nota silentii est. ita etiam optime procedente octonario iambico. *Faërnus.*

Hem! 'at, mane] Hoc quasi inci-

pientis, demonstrantisque, aliquid novi se invenisse. *Donatus.*

Hem. sed nunc, concresp.] Davus, negante Pamphilo, ut expediret, si quid haberet consilii, alio vertere animum adolescentis conatur. sed ille instat: *nihil ad te*, sc. ille forum sensit. tum ergo demum Davus, ad id, quod Pamphilus dixerat, *at jam opus est*, respondet sed cum dilatione: *quæro*, id est, id jam ago, in eo sum ut excogitem, inveniam remedium. Pamphilus dilationem castigat, et illud prius *jam* sum pertendit: *hem nuncine demum?* donec citra ambages et tergiversationem Davus: 'At jam hoc tibi inventum dabo.' Ita Poëta circumduxit affectum Pamphili remedium cupientis, cui nihil satis festinabatur. ita sc. seq. vs. 21. 'jam hoc opus est. D. quin jam habeo.' *Bæclerus.*

Crepunt a Glycerio] Vide Adelphi. act. II. sc. 3. *Farnabius.*

60 *Nihil ad te]* Hæc enim ad cogitantem nihil pertinere oportuit. *Donatus.*

Nuncine demum] Pro denique. *Id.*

At jam hoc tibi inventum dabo] Consilium scilicet, quo in pristinum locum restituaris. *Idem.*

SCENA II. Iambici sunt octonarii catalectici. vs. 8. e Mss. Argent. *potuerat*. vs. 18. omnes: in *proclive* quod est. vs. 19. duo: *fortis es*. vs. 24. omnes: *hinc vos amolimini*. ubi *rd* vos nimis præfracte Palmerius amolitur. vs. 30. duo: *age ego veniam*. vs. 31. duo *rd* me habent, sed diverso positu. *Bæclerus.*

Jam, ubi ubi erit] In scena hac, instauratio est adhortationis Pamphili per Mysidem. *Opus est enim exhortari rurem adolescentem, ne sub patris oppressione frangatur.* *Donatus.*

1 *Jam ubi ubi erit]* Opportune rursum æstuante Pamphilo, amicæ mentio obijcitur per Mysidem, ne succumbat ad nuptias patri, quamvis promiserit patri se ducturum conju-

gem. adversus quam difficultatem, quia ipsius persona non sufficit, id agit, ut ad Glycerium modo adducat Pamphilum: cujus affectum excitat, non ex eo solum, quod eum puella vocat: sed etiam quod desiderat eam videre. *Idem.*

Ubi ubi erit] *Ubi ubi*, in prima parte vim suam tenet, in posteriore productionem: et est quemadmodum ut ut, *qua qua*, *unde unde*: pro ubicunque, atque, quacunque, undecunque. *Idem.*

Jam, ubi ubi erit, inventum tibi curabo] Non solum se adducturam promisit, sed et tempus addidit. Et bene tibi, quasi amanti. *Idem.*

Jam] Mysis ad Pamphilum adducendum missa, accensas in animo adolescentis flammæ amoris oratione sua ventilat. Davus novum init consilium. *Hæc Pamphili facile, mansuetum, simplex: Davi audacissimum et promptum: Charini amore cæcæ.* *Farnabius.*

Ubi ubi erit] In egressa conversa alloquitur Glycerium intus. *Idem.*

2 *Anime mi]* Mollis oratio et fœminea, multis implicata blandimentis. Ait enim, 'Tu modo, anime mi.' *Mi, pro meus.* *Donatus.*

3 *P. Mysis. M. quid est]* Hæc verba omnia in Vaticano et aliquibus aliis personæ Pamphili ascribuntur: quod vero sequitur, *mihi te offers*, ita collocatum legitur, *te mihi offers*: est autem utroque modo iambicus tetrameter catalecticus, si quid per dialysin diasyllabum fiat. *Færnus.*

4 *Orare, &c.]* Priscianus lib. XII. ita citat: 'Orare jussit hera si se ames, ut ad se venias.' *Bæclerus.*

5 *Hoc malum]* Amor meus, aut Glycerii sollicitudo, quam nescire oportuit nuptias. *Donatus.*

Hæc malum integr.] Sollicitudo se de nuptiis: declarant vs. 6. 7. 10. *Bæclerus.*

Integravit] *Integratur*, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod

instauratur. Virgilius, 'Ramoque sedens miserabile carmen Integrat.' *Donatus.*

6 *Sollicitatier*] Perturbari. *Idem.*

7 *Quod mihi apparari*] *Apparari*, ad horrorem et timorem refertur: et dativo casui subiectum, cladem et perniciem significat: ut Virgilius, 'Mibi sacra parari.' *Idem.*

8 *Quibus quidam quam facile poterat*] Antiqui libri *potuerat*. *Faërnus.*

9 *Age, si hic non insanit satis*] Hic excitus, comprimit Charinum, ne fomenta iracundiæ Pamphilo præberet. Aut, si pœnitet te, quantum hic sua sponte insanit. *Donatus.*

Si hic non insanit satis] *Elpwele* est, aut laus ad mitigandum Pamphilum. *Idem.*

Age si hic non insanit sua sp.] Heri objurgationem et reprehensiones fert Davus, Charini castigat: *elpwele* quædam exprobrans, quod irritatum per se satis Pamphili animum suis quoque querelis incenderet. *Bæclerus.*

Instiga] Igni fomenta, flammæ oleum, 'oleum adde camino.' Hor. l. II. Sat. 3. commotum irrita. *Farnab.*

10 *Ea res est*] Id est, nuptias apparari sensit. *Donatus.*

Mysis] Asseveratio est, si a nomine ejus incipias, cum quo loqueris. *Idem.*

11 *Per omnes tibi adjuro deos*] *Ad*, auctiva particula est: ut *admirabiliter*, valde mirabiliter. *Idem.*

Adjuro] Et hoc superest, amissa fide ut adjurandum sit. *Idem.*

12 *Inim. omnes hom.*] Recte *Donatus* honestatem *τὸν θεόν* hic agnoscit, quod patrem in hac oratione non nominare, sed significare voluerit Pamphilus. In sequentibus, conjugis affectum sententiose et graviter, ad rationem argumenti retulit: *hanc mihi exopt. &c.* *Bæclerus.*

Omnes homines] Mira verecundia: omnes homines maluit dicere, ut in his quoque parentes significaret, quam aperte dicere patrem, cujus meta

promisit nuptiam. et est contra illud, *Sed vim ut quaeserret.* *Donatus.*

Omnes homines] Ita dixit de uno, hoc est, patre, *Omnes homines*: ut idem alibi, 'O cælum, o terra, o maria Neptuni.' Nunnequid et cælum Neptuni est? non utique: sed omnia hæc maria voluit esse. ut Virgilius: 'Omnia vel medium fiant mare.' *Id.*

13 *Contigit*] Quod vix evenit, contigisse dicitur. *Idem.*

Conveniunt mores] Recte: et id quod matrimonium firmat. *Idem.*

Valeant] Hoc est, abeant, recedant, quia et discedentibus et mortuis, vale dicitur. ut Virgilius: 'Salve æternum mihi maxime Palla, Æternumque vale.' Vel potius *τῶ εὐφρονισμῶ*, cum male optaturus esset, considerato patre, *ναπαδόξως* locutus est: et non dixit, quod intenderat, 'pereant.' Et attende quam moderate pluraliter dixerit, cum significaret patrem. *Idem.*

Valeant] Renuntiacionis et impreacionis est verbum. *Idem.*

Valeant] Abeant, fuccessant. Renunciacionis est, non execrationis, ne male optet etiam patri. *Farnabius.*

14 *Qui inter nos dissidium volunt*] Antiquissimi libri *dissidium* per s, et c, scriptum habent; unde conjicimus a discindo venire dissidium, sicut ab excindo excidinum. quod ita esse ipsa vocabuli hujus significatio ostendit. usurpatur enim et hic et alibi apud auctores non pro discordia, in quem sensum necesse esset hoc nomen accipi, si a dissideo veniret, sed pro separatione violenta, et abruptione duorum inter se conjunctorum. quod et hic ipse locus probat, et ille in Hecyra: 'Neque mea culpa hoc evenisse dissidium, id testor deos.' Et Ciceronis ad Atticum libro quarto: 'Acerbissime dissidium nostrum tulisse.' *Faërnus.*

Hanc nisi mors, mihi adimet nemo] Etsi valeant, hanc, nisi mors, nemo adimet. Concessio hic est, hoc enim

per concessionem dicitur. *Donatus.*

Hanc, nisi mors, miki adimet nemo] Perseverat, ne dicat pater: pro, Non adimet pater. *Idem.*

15 *Resipisco]* Spiritum revocat sensus. *Idem.*

Resipisco] Ut supra act. i. sc. 5. 'Reddidisti animum.' *Farnabius.*

Non Apollinis] 'Hæc ex Oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta, nihil potest esse verius.' Cic. ad Brutum Epistol. 2. *Idem.*

Magis verum] Aut magis verum, aut verius dicimus. *Donatus.*

16 *Ut ne pater]* Ut ne, pro ne non. *Idem.*

Per me stetisse] Stetisse, hoc est, esse, ut Virgil. 'Desertaque montis Stat domus.' Aliter plenum est. ut idem, 'Stant et juniperi, et castanæ hirsutæ.' Aliter horret. ut, 'Stant lumina flamma.' Et Lucilius, 'Stat sentibus fundus.' *Idem.*

Per me stetisse] Hoc est, per me factum esse, ne fierent nuptiæ. *Id.*

18 *In proclivi quod est]* Quod factu facile est, pronum, declive, præceps. *Farnabius.*

19 *Quis videor?* miser, &c.] Donatus hic orationem interruptam Davi verbis continuat illo, *fortis es*: quasi Pamphilus constantiam suam probari concupiverit, cum interrogaret Charinum: *quis videor?* Charinus autem comparisonem suæ fortunæ interposuerit, antequam *τῆ miser τὸ fortis* conjungeret. Fr. Guyetus, erudite sane, eandem Poëtæ artem fortius expedit. vide notas ejus. *Bæcler.*

Miser æque, atque ego] Bene, atque ego: quia hic amore vexatur. Et intulit *παρὰδοξον*. Nam volebat Pamphilus sibi dici, et fortis: quod illi tamen mox dicitur. Hic igitur aliter respondet, atque interrogat Pamphilus, ideo quod videat impossibile esse, palam resistere parenti. *Donat.*

Fortis es] Primus moneo hic esse errorem. Legendum, *AT fortis es*. Id est sensus postulat, et probat Vete-

rum auctoritas; quod a nemine animadversum usque adhuc fuisse demiror. En tibi illam auctoritatem: In veteribus Excerptis hæc verba leguntur: *Miser æque atque ego. Bene, atque ego, quia hic amore vexatur; et intulit paradoxon. Nam volebat Pamphilus sibi dici, ET FORTIS ES: quod illi tamen mox dicitur.* Hæc in Excerptis e Donato. Ergo apud majores nostros hic locus non ita legebatur uthodie; nam scriptum saltem fuerat *ET FORTIS*; sed profecto in Excerptis error est; qui enim illa nobis consarcinavit, scripserat, non *ET FORTIS ES*, sed, *AT FORTIS ES*; hoc sensu, scilicet: *Fateor, inquit Charinus, esse te miserum itidem ut ego sum; AT TU FORTIS ES, ego autem infirmior paulo.* Faber.

20 *Scio quid conere]* Sensus est, Scio quidem quid coneris: sed an efficere possis, nescio. *Donatus.*

Scio quid conere] Si Pamphili est persona, cum *εἰςπαρεῖς* dicitur: si Charini, simplex laudatio est. sed si Pamphili est, hoc significat quod supra, 'Ex unis geminas mihi conficies nuptias.' Sed non esse personam Pamphili, ex subjectis ostenditur. *Idem.*

Scio quid conere] Frustra Donatus putat, hæc alii quam Pamphilo tribuenda esse. cetera explicatio placet. *Bæclerus.*

21 *Huic, non tibi habeo, ne erres]* Deterret etiam nunc Charinum, ut et ipse adjuvet Davum, ne Pamphilo nubat Philumena. Et eodem sensu utitur Davus adversus Charinum, quo supra, 'Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere.' *Donatus.*

Huic, non tibi habeo, ne erres] Vel ut etiam pro se Charinus sentiat, hoc dicit. Vel ut solent servi contumaciores adversum amicum domini, quia nuper a Charino accusatus est: vel quia, et quid dicat non habet, et videt tacendum non esse. *Id.*

22 *Sat habeo*] Quia dilatio facta est. *Idem.*

C. *Sat habeo*. P. *quid facies cedo*. D. *dies mihi ut sit satis vereor*] Ita hæc colloca ex l. s. *dies mihi hic ut satis sit vereor*. et verus procedit, qui est ejusdem generis cum superiore, aliter impeditus est. *Faërus.*

Ut sit satis] Ut, pro ne non. *Donatus.*

23 *Ne vacuum esse me*] Ne, pro nedum. aut adverbium est prohibentis: ut sit, ne non. Sallustius secundo libro, 'Ne illa tauro paria sint,' pro nedum. *Idem.*

24 *Proinde hinc vos amolimini*] *Amoliri* dicuntur ea, quæ cum magna difficultate et molimine summoventur et tolluntur e medio. sic dixit quasi odioso et molesto. *Discedere* dicitur, qui facile abit e medio: *Amolitur*, qui vix recedit. *Idem.*

Proinde hinc vos amolimini] Molestum impedimentum ex rei magnitudine jacentis in medio, et ideo impediendibus se dixit, *Amolimini hinc*, non, abite. *Idem.*

Proinde hinc vos amolimini] Spe injecta etiam domino imperat servus callidas. *Idem.*

Proinde hinc vos amolimini] Consiliis meis et expeditioni gravis ac molesta est hæc vestra apud me mora, quin amovete vos, si fieri potest. *Farnabius.*

Nam mihi, &c.] Utrum hoc vere dicit, an fingit, qui adhuc consilium non invenit quod narrare possit. *Donatus.*

25 *Hanc*] *Glycerium* scilicet. et cum miseratione puellæ, *hanc*. *Idem.*

Quo hinc te agis] Ut tarditatem discedentis ostendat. *Agere* se enim et tardi et tristes dicuntur. Sic Virgilius, 'Amissis remis atque ordine debilis uno, Irrisus sine honore ratem Sergestus agebat.' *Idem* alibi: 'Ecce gubernator sese Palinurus agebat.' *Idem.*

Quo hinc te agis?] Admonitio disce-

dentis, ut solet. nam a quo discedere desideramus, admonemus eum quo vadat, vel quo eat. Id facere per interrogationem admonet Davus Charinum, ut ipse abscedat Charinus, qui nunc ultimus remanet. *Idem.*

Quo hinc te agis] Admonitio obliqua ad hærentem non sine tædio Charinum, ut discedat stupidus: aguntur enim bruta. *Farnabius.*

Verum vis dicam] Pro initio sedulæ narrationis hoc sumimus. Ac sic respondet Charinus, tanquam qui intellegat, non dicere velle Davum quo eat: sed id agere ut abscedat. *Donatus.*

Verum vis dicam? immo etiam narrationis incipit mihi initium] Sensum Donatus et Engraphius tam obscure aggressi sunt demonstrare, ut vix interpretis partes satis h. l. tutentur. Hoc autem videntur voluisse dicere: cum Davus amolendi Charini causa, interrogasset, 'Quid tu, quo hinc te agis?' atque is, non animadverso Davi proposito, nescio quam narrationem vellet incipere, (id enim notat proœmium; 'Verum vis dicam?') Davus, immo etiam, respondet, *narrationis incipit mihi initium*, rejiciendo ejus narrationem scilicet, ut intempestivam et importunam. sicut Engraphius quidem putat. sed Donatus videtur existimasse, hæc postrema submisce et lente a Davo dici, in Charinum. Ego prius illud Charini, *verum vis dicam?* gestu et pronuntiatione adjuvandum arbitror, non tam ut dicere vellet, quo se ageret, sive quo iturus esset, quam ut suam causam denno commendare Davo tali exordio *ἐλλειπτικῶς* studeret. Davus, quæ erat sollertia, immo etiam, inquit, jam scio quo tendas: jam *narrationis* tuæ (hac enim voce sollenne illud exordium perstringit) *incipit mihi initium*. unde Charinum, quod cum apparatu voluerat dicere, confessione τοῦ πᾶσους in compendium mittit, et *quid me fiet?* interrogat. q. d. ante-

quam hinc discedam, ex te volo discere, quid spei sit mihi reliquum tibi que causam meam commendare. tu potes efficere, ut ducam Philumenam. *Bæclerus.*

26 *Narrationis incipit mihi initium*] Narrationis, scilicet, quo eat. quia, *Verum vis dicam*, velut præmium narraturi est. *Donatus.*

Quid me fiet?] Quid igitur? inquit, quid de me fiet? Ab eo hoc, quasi a jocante, pronuntiandum est. nam sic illi imprudens respondet. *Idem.*

Quid me fiet?] De Philumena ducenda. *Idem.*

27 *Eho tu impudens*] Proprie Charino dixit *impudens*, quasi insolita et multa poscenti. quippe qui et sponsum alienam petere ausus sit, et non satis habeat, per Davum sibi moram præstitam Pamphili nuptiarum. *Id.*

Quod tibi dieculam addo?] *Dieculam*, horam. et est *θραύσπωμα*. *Dieculam*, hoc est, tempusculum: et sumitur ab eo, quod est *hæc dies*. *Diecula*, mora, et quasi parva dies. et *dieculam*, in qua scilicet ambias, quantum poteris, ad ducendam Philumenam. Vult enim se Davus adjuvari per Charinum et Byrriam. *Idem.*

28 *Promoveo*] Differo. *Idem.*

Promoveo nuptias] Memoriter Davus: ecit enim illum his verbis petisse, 'Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquo, ne videam.' Cujus rei oblitus Charinus, etiam ut ducat uxorem, petit. *Idem.*

Promoveo nuptias] Protraho, differo. *Farnabius.*

29 *Ut ducam*] Scil. fac quæso, effice: sequitur: *ridiculum*. *Donatus* subaudit hominem: al. caput: actio autem et gestus facit, ut idem sensus emergat qui ante, *eho tu impudens*, &c. negare vult quod rogatur Davus, ut intendat Charini industriam. *Bæcl.*

Ut ducam] Sc. Philumenam. *Farnabius.*

Ridiculum] Deest, hominem. *Donatus.*

Si quid poteris?] An sub. ac. meam causam juvare? an *περιπαρουσιάζει*: si quid poteris venire, id est, si quo modo poteris venire? *Bæclerus.*

30 *Attamen si quid*] Sc. habueris: hoc enim præcessit: repetit mox: 'si quid, domi ero,' id est, si quid habueris, et ad me renuntiare volueris. *Idem.*

Age, veniam] Vix concedentis, vix consentientis est, *Age, veniam*. *Donatus.*

31 *Dum exeo*] A Glycerio scilicet. *Idem.*

Dum exeo] Sc. ex domo Glycerii, in quam nunc ingrediebatur. *Bæclerus.*

Ita facto opus est] Lege ex ratione versus et libro scripto, *ita facto est opus*. *Færbus.*

SCENA III.] Senarii sunt Iambici. vs. 5. Mss. omnes: *dolorem*. vs. 8. unus: *malitia atque astutia*. alter: *memoria atque industria*. Argentoratensis, *memoria atque astutia*. vs. 9. omnes: *quidnam incepturus es?* vs. 13. unus: *quia si opus sit ad herum iurejurando mihi*. alter: *quia forte si opus sit ad herum iurejurando mihi*. Argent. *quia si forte opus siet ad herum iurejurandum mihi*. sed rō iurejurandum, prima sui parte est a secunda manu. vs. 17. omnes: *quid est?* vs. 18. unus: *repudio quod consilium primum intend*. *Bæcler.*

Nihilne esse proprium cuiquam] *Hæc scena administrationem doli habet*, quo fit ut deterreatur Chremes filiam suam Pamphilo dare. *Et vide non minimas partes in hac comedia Mysidi attribui*, hoc est, personæ famineæ: sive hæc personæ risu agitur, ut apud veteres: sive per mulierem, ut nunc videmus. *Donat.*

1 *Nihilne*] Ne, adverbium perennantis. *Idem.*

Nihilne esse proprium cuiquam] Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. Ergo *proprium*, perpetuum: ut Virgilius, 'Propria hæc si dona fuissent.' Ergo nihil nobis proprium esse potest. quod enim non

fait, nec esse quidem potest. aut quod eripi potest, non est nostrum: nisi illa quæ eripi non possunt, ut sapientia, iustitia, prudentia: quæ fortuna neque dare, neque eripere cuiquam potest. Et simul hoc ipsam et a re, et a persona hic ostendit. A re, *Nihilne esse proprium?* A persona, *Cuiquam, proprium*, perpetuum, non temporale ac mutuum. *Idem.*

Proprium cuiquam] Peculiare, perpetuum, sincerum. ut infra act. v. sc. 6. 'Cum sciam, nihil esse in vita proprium mortali datum.' Lucil. apud Non. lib. xxvii. *Βάβαιον οὐδὲν ἐν βίῃ δόκει πᾶσι.* Menander. *Farnabius.*

DI vestram fidem] Admirantis adverbium cum exclamatione. *Fidem* dixit opem et auxilium: ut, 'Tyrrhenamque fidem.' *Donatus.*

2 *Summum bonum esse*] Mire, pro pleno. Et neutro extulit, *summum bonum*. *Idem.*

3 *Amicum, amatorem, virum*] *Amicus*, animi est: *Amator* vero, corporis. non enim continuo amator est, qui bene vult. ut, Dido amavit quidem *Æneam*: sed non et amica fuit, quæ ait, 'Non potui avulsam divellere corpus, et undis Spargere.' Et item Catullus, 'Cogit amare magis, sed bene velle minus.' Et est hic officium et blandimentum. *Amatorem* et *virum* dixit ad discretionem: ut per ea quæ enumerat, maritum ostenderet. *Idem.*

4 *Paratum*] *Peratum* dixit ad omnes affectus, quicumque de proximo esse possunt, et maxime ad Homerici assentientiam respexit: 'Ἐκτορ, ἄνθρωπό μοι ἐστὶ πατήρ καὶ πότνια μήτηρ, ἥδ' ἐκαστήγῃτες, οὐδὲ μοι θαλερὸς παρακολῆτης. *Idem.*

Verum ex eo] Id est, Pamphilo. *Id.* *Nunc misera quem capis laborem*] Cum admiratione pronuntiat *quem*, et cum exclamatione quadam. *Idem.*

Quem capis dolorem] Multi libri scripti, etiam antiqui, habent, *quem capis laborem?* ita legit et *Donatus*,

licet variare videatur, ita *Engraphius*, qui hic *laborem* accipit pro dolore, sic ut periculum pro temptamento. *Farnabius.*

5 *Dolorem*] *Dolorem* distinxit probe: et post intulit separatim quod sequitur, 'Facile hic plus mali est,' in dolore et metu scilicet amittendi, 'quam illic boni,' in voluntate retinendi. *Donatus.*

Facile hic plus mali est, quam illic boni] *Facile*, adverbium confirmantis est, id est, liquido et manifesto. Veteres dicebant, *facile*, pro certo. Ut Cicero, 'Illius civitatis facile princeps.' *Idem.*

Facile hic plus mali est] *Plus mali*, in dolore et metu, ut diximus. *Idem.*

Facile hic plus mali est] Certe plus doloris exoritur a metu amittendi, quam fuit gaudium in voluptate et spe potiundi. *Farnabius.*

Quam illic boni] In summo bone. Dicit enim, ex bonis quæ bona existimamus, plus nos mali capere, cum aut amissuros nos credimus, aut amittimus: quam boni, cum habemus. *Donatus.*

Quam illic boni] Id est, in amico, amatore, et viro. *Idem.*

6 *Mi homo, quid istuc obsecro est*] Ex Mysidis verbis, quid Davus faciat, demonstratur. *Idem.*

Quid istuc obsecro est] Involutum puerum portabat Davus: et ideo dicit mulier: 'Quid istuc obsecro est?' Tum ille evolvit puerum, et profert: quem postquam expedit, tum illa dixit, 'Quo portas puerum?' *Id.*

7 *Quo portas puerum*] Glycerii infantem involutum profert in scena Davus, traditque ancillæ, quasi puerum mater ante Simonis fores exponi curasset. *Farnabius.*

Mysis, nunc opus est] Hæc scena actiosa est. magis enim in gestu, quam in oratione est constituta. *Donatus.*

Mysis, nunc opus est] Properantis et impense agentis Davi verba mon-

strantur. *Idem.*

Myias nunc opus est, &c.] Sc. ad id quod sequetur, ut orationi meæ subservias verbis: id enim inter apparatus doli distulit in sequentia. *Bacchus.*

8 *Exprompta]* In medium prolata. *Donatus.*

Exprompta memoria] Ut videantur non ex composito et studio præmeditati dolum hunc dolare, sed ex tempore omnia facere ac dicere. ut mox sc. 6. 'Paulum interesse censes,' &c. *Farnabius.*

Exprompta memoria atque astutia] Pro memoria legendum omnino malitia, qua voce nulla est ad hanc rem aptior. Sic in libro Vaticano scriptum, sic in Basilicano; sic et Eugraphius legerat in suis exemplaribus: id et Faërnus monuit, et Faërnus nemo audiit. Ipse autem audio, et sequor libens. *Faber.*

Memoria atque astutia] Memoria, ut præcepta Davi retineat. Astutia, ad agendum strenue quæ imperet. *Donatus.*

Memoria] Simpliciter magis, ut memor sit Davi præceptorum. Et memoria, modo pro intelligentia. ut Virgilius, 'Instans tamen immemores.' *Idem.*

Memoria atque astutia] Liber Vaticanus et Basilicanus, pro memoria habent malitia. et aliqui alii. ita legit et Eugraphius. in aliquibus corrupte legitur militia. Faërnus.

11 *Ex ara hinc sume verbenas tibi]* *Ex ara,* scilicet Apollinis, quem ἄλιον Menander vocat, aut quod Apollini comædia dicata est: in cuius honorem aram constituiebant, comædiam celebrantes. Apollini ergo comædia, Libero patri tragædia. *Donatus.*

Sume verbenas tibi] Verbenæ, quasi herbenæ, redimicula sunt ararum. *Idem.*

Tibi] Τὸ tibi, quasi gestum quendam et motum stomachantis habet:

ut alibi, *Quid vis tibi? Et tibi sume,* dixit: non, tibi subterne. *Idem.*

Ex ara sume verbenas] Verbenæ, sunt omnes herbæ frondesque festæ ad aras coronandas. vel omnes herbæ frondesque ex aliquo loco puro excerptæ. Verbenæ autem dictæ, quasi herbenæ, sic Menander * ΚΟΔΕΪΑC-CTMYPPTNACXXHCAlTeIne.* *Id.*

Ex ara hinc sume] In scena, inquit Jul. Scalig. 1. Poët. c. 21. duæ fuerunt aræ; Dextra Baccho in tragædia: Apollini in Comædia. Sinistra, ei cui fiebant ludi. in iis aris verbenæ imponebantur Apollini, ut est in Andria Terentiana, Baccho hederæ. *Farnabius.*

Verbenas tibi] Verbena est λεποβόρων: sagmina prisci vocabant. Hac de loco sacro Capitoli sumpta coronabantur faciales, et Pater patratus, fœdera facturi aut bellum indicturi: hoc nomine et omnes sacræ frondes appellantur. *Idem.*

12 *Quamobrem id tute non facis]* Tute tunc dicitur, cum pronomen ad eam revocatur personam, a qua sumitur. ut verbi gratia, cum dicimus, 'Tu lege;': ille nobis respondeat, 'Cur tute non legis.' *Donatus.*

13 *Quia, si forte opus sit ad herum jurandum mihi]* Sic locutus est ut explicari atque intelligi non possit. aut enim deest jus, ut sit jurandum pro iurjurandum: aut (ut vulgo dicitur) juramentum. Et opus est illam rem: non opus est illa re. *Idem.*

Quia si forte opus ad erum jurandum mihi] Post opus deest verbum sit, quod in omnibus scriptis est, et videtur necessarium. *Faërnus.*

Quia si opus sit ad her. &c.] Duo agit poëta: primo, ut specimen servilis calliditatis ostendat; deinde, ut διασπρυκῶς traducat. Cavillationes istæ in iurejurando non dissolvunt, sed distringunt perjurium. quod proposito pejerandi constat. itaque ancilla, novæ religionis exprobratione, veterem malitiam nunc quoque se

agnoscere hand obscure indicat. *Bæclerus.*

14 *Ut liquido possim*] *Liquido*, pure et manifeste. Nam quæ sunt pura et defæcata, liquida sunt. *Donatus.*

Liquido possim] Sincere, pure, sine exceptione, aut conscientiam scrupulo. *Farnabius.*

15 *Nova nunc religio*] Bene. juajurandum metuere servum, monstri simile est. *Donatus.*

Nova nunc religio] Servum nolle mentiri, nova religio est. *Idem.*

Nova religio] In servo et subita. *Idem.*

Nova nunc religio] Hunc versum citat Augustin. i. l. c. de ordine. *Farnabius.*

Cedo] Porrigentis est manum. *Donatus.*

16 *Porro intelligas*] *Porro*, modo adverbium est ordinis: alias temporis. *Idem.*

17 *Pro Juppiter. M. quid*] Addatur verbum est, ex o. l. s. ita ex *quid* deliso, factaque synalæpha, versus procedet. *Faërnus.*

Sponsæ pater intervenit] Mire non dixit, *Chremes*: ne quum dixisset, quis *Chremes*? rursus hic responderet, sponsæ pater. et non temere hoc facit poëta; nam promiserat se redditurum domum *Chremes*, 'Domum modo ibo: ut apparentur dicam: atque huc renuntio.' *Donatus.*

18 *Repudio consilium quod primum intenderam*] Antiqui libri ita collocant, *repudio quod consilium p. i.* *Faërnus.*

Quod primum intenderam] Verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras captandas. Quia ergo parat *Chremem* et *Simonem* fallere, *intenderam* dixit. Vel a sagittis atque arcu. *Donatus.*

19 *Nescio quid narres*] Bene *narres*. *Narrare* enim aliena, et quæ nobis non sunt necessaria, dicimus. *Idem.*

Ego quoque] Bene ait *quoque*: quia et *Chremes* veniebat. *Idem.*

20 *Tu ut subservias*] Recte, ut *subservias*, dixit. non enim tantum loquitur *Mysis*, quantum *Davus*. *Idem.*

21 *Orationi, utcumque opus sit verbis*] Tuis verbis orationi meæ. plura enim loquetur *Davus*, inde *orationi* dixit. illa subsequetur, ideo *verbis*. *Idem.*

Vide] Cauta esto, intellige, specta. *Idem.*

23 *Quod mea opera op. sit v.*] Videtur recte casu accipiendum: ob quod mea opera opus sit vobis. alii sexto casu malunt. *Bæclerus.*

Aut tu plus vides] Si sapia, intelligia. *Donatus.*

24 *Manebo*] Nam dum ejus astutia opus esse dixit, itemque orationi verbis *subservire* jussit, manere etiam voluit. hinc respondet illa: *manebo*. *Bæclerus.*

Remorer commodum] *Remorer*, retardem, retineam. *Remorari* a remora pisce montissimo, qui naves retinet. nam Græce *ἐχέρις* vocatur. *Donatus.*

SCENA IV. Senarii sunt Iambici, nisi quod in uno et altero varietas codicum dubitationem affert. vs. 11. duo *Mas*. nostri: qui hic n. al. videam. vs. 12. omnes: *dicturane es quod rogo?* vs. 16. omnes: *mulier si faciat meretrix*. v. *Faërn.* vs. 26. omnes: *cujus nostri?* vs. 34. duo non habent *rd Chremes*. vs. 37. unus: *jamnunc ego in mediam viam*. vs. 42. omnes: *eho obs*. vs. 45. unus: *an hic tu omnia?* alter: *hæc tu omnia*. tertius: *ha nondum omnia*. vs. 50. ut edidimus. vs. 51. unus: *attigas*: duo, *attingas*. vs. 54. omnes, omisso *rp hæm*, tantum, *pradiceres*. vs. 55. omnes: *pauculum*. *Bæclerus.*

Revertor] *Adest nunc ipse Chremes*, cujus causa scena fraudibus instructa est, ne promissas compleat nuptias. *Donatus.*

1 *Revertor*] Summo artificio *Chremetem* circumvenit *Davus*, quo illum a nuptiis deterreat. *Farnabius.*

2 *Ut iubeam accersi*] Recte iubeam : quia summa potestas nuptiarum in patre puellæ est. *Donatus.*

Ut iubeam accersi] Sc. sponsam et cognatos in domum Simonis. *Bæclerus.*

Sed quid hoc] Non interrogantis, sed mirantis et non intelligentis est. et apparet enim non oculis prius, quam corporis offensu puerum sensisse latentem. *Donatus.*

3 *Puer hercle est*] Ornativa particula est *Heracle*. *Idem.*

Mulier] Magis quam *Mysis*. *Idem.*

Mulier. tun' apponisti] Annotatur apud *Donatum* : 'Mulier magis quam *Mysis*.' Sed quomodo potest hoc dici, cum *Chremes* ignoraverit, cujus esset hæc ancilla, nedum quo vocaretur nomine? itaque postea demum agnoscit *Glycerii* ancillam esse. vs. 17. 'Ab *Andria* est ancilla hæc, quantum intelligo.' *Bæclerus.*

Ubi illic est] Davum quærit, qui nunc abcessit, ut et ipse de foro venire videatur. *Donatus.*

4 *Non mihi respondes*] Bene, non respondes. Se enim memor est vetitam quidquam dicere, nisi subserviat orationi *Davi*. *Idem.*

5 *Reliquit homo me*] Mire hominem, non Davum dixit : ut etiam si audiat *Chremes*, incertam personam hominis audiat, non Davum. *Idem.*

Homo] Davus, qui recesserat, ut de foro venire videatur; namque hoc agit, ut ipse videatur simplex et ignarus, atque ut *Pamphili* amor prodatur *Chremeti*. *Farnabius.*

Di vestram fidem] Adverbium admirantis cum exclamatione. *Donatus.*

6 *Quid turbe est apud forum*] Hæc verba sunt venientis de foro. *Idem.*

Quid illic hominum litigant] Legitur et litigat. *Idem.*

7 *Tum amone cura est*] Comminantis est potius, quam alicui refertentis. *Idem.*

Quid dicam aliud] Hoc post spectatores. *Idem.*

Quid dicam aliud nescio] Hæc ad spectatores conversus dicit. namque ipse technam indicat. in theatro enim omnes omnia reserantur : ita ut, quæ personæ colloquentes se invicem celant, spectatoribus patere debeant. *Bæclerus.*

8 *Cur tu obsecro hic me solam*] *Avantius* tertia. *Donatus.*

Cur te obsecro, &c.] Apostrophe, obstruente illi os *Dave* et multa simul interrogante. *Farnabius.*

Fabula] Fabulam se dicit audire, qui rei principium rationemque ignorat. *Donatus.*

9 *Eho*] *Eho* interjectio est vel principium animadversionem in se poscentis, aut repente cernentis. *Id.*

10 *Quem igitur regem*] Post quem, o. l. s. habent pronomem ego : quod in scansione in unam syllabam contrahendum, et per synalephemam abjiciendum est. *Færnus.*

11 *Qui hic neminem alium video*] *Callide* affirmat non sibi visam *Chremem*, cum et præviderit venientem, et præsentem vident. *Donatus.*

Qui hic neminem alium video] Ita et *Donatus* ; sed o. l. s. *Torenti* videam. *Færnus.*

Qui hic neminem alium video] Dissimulat sibi visam *Chremetem*. *Farnabius.*

Miror unde sit] *Miror* veteres cum unde, pro nescio ponebant. nam admiratio ab ignorantia descendit. *Plautus*, 'Ne quis miretur qui alim, paucis eloquar.' *Donatus.*

Miror unde sit] Dilatum nimis esse videtur *Donati* rō nescio, quo *miror* unde explicat. Davus enim admirandus vultum cogitantis præfert, et inquirere se ostendit, unde sit hic puer. *Bæclerus.*

12 *Dicturan quod rogo*] Liber *Victorianus*, dicturan es : alii orante, dictura ne es, itaque *Priscianus* citat libro xv. versus autem sustentatur vel abiectione s ex es, vel d ex quod. primo modo, secundus pes erit anapestus, tertius iambus; altero secun-

dua erit iambus, tertius anapaestus.
Faërus.

An] Interjectio consternatio mulieris. *Donatus.*

Concede ad dexteram] Et bene dexteram. sinistra enim venit Chremes : et non vult proximum ei Chremetem, sed juxta. supra enim dixit, 'Ego quoque hinc dextera venire me adsimulabo.' *Donatus.*

Dexteram] A sinistra enim stabat Chremes, quem omnia audire nendum vult. alia quippe clare, alia dici jubet suppressae. *Farnabius.*

13 Deliras : non tute ipse] Deest, cum mihi dedisti. Sed et supra, et nunc intorturbat Davus, ne mulier totum dicat. *Donatus.*

Non tute ipse] Submissa voce. *Id.*

Verbum si mihi suum] Accommodate comminatur Davus : pene enim Mysia universa narrabat. *Idem.*

Verbum si mihi] Hoc ipse voce submissa. *Farnabius.*

14 Præterquam quod te rogo] Hoc est, sensim, et ut senex sentiat, pronuntiarî potest. *Donatus.*

Faxis, cave] Gestu comminantis est, et vultu : ut suspenderet comminationem, deinde inferret gestum. Ordo, *Cave faxis.* *Idem.*

15 Male dicis] Cum contemptu loqueris, convitium facis. Apparet ergo, *Male dicis* lentius esse dictum, quam subjungit, *Dic clare.* *Idem.*

Male dicis] Nove *Male dicis* pro comminatione posuit, quum pro convitio solet poni. Nisi forte, quia contumelia genus est comminationis. Quidam patant esse unam personam, Davi scilicet, dictum superius Mysidia, non satis manifestum Chremi, in maledicti similitudinem derivantis. *Idem.*

Unde est ? dic clare] Hic expressius dixit. *Idem.*

Unde est ? dic clare. M. a vobis] Non sere invenias librum ullam scriptum, qui non habeat, a nobis : quem admodum etiam Donatus legit, ita

dicens, 'Quia,' &c. Ceterum qui a vobis legunt, ex eo falsi sunt, quod unde est, acceperunt pro, cujus est, quod si ita intelligeretur, jam illud quod infra dicitur, 'Cedo, Cajum puerum hic adposuisti ?' ut geminatum, supervacuum esset. Duo ergo Davum interrogare disendum est, unum unde sit puer, id est, ex cujus domo exportatus, ad quod Mysia respondet, a nobis, id est, ex domo nostra : ut revera erat : alterum, Cajum puerum adposuerit ante sedes Simonis : ad quod illa respondet, Pamphili : quod vero Davus Mysidem, cum respondisset, a nobis, impudentis insimulat, ad id respicit, quod infra dicturus erat, 'Quem ne ego heri vidi ad vos adferri vesperi ?' in eo enim videri vult eam accusare, quod puerum, ut ipse vult credi suppositum Glycerio, adposuerit ante sedes Simonis, tanquam filium Pamphili. *Faërus.*

A vobis] Quia a vobis parum intelligebatur, hic addidit morem meretricis, ut vel sic intelligat senex. *Donat.*

13. 14. 15 Lentius quædam a Myside et Davo dicuntur : quibus rapitum ad occultandam fraudem ingessit, Davus instat interrogando : unde est, dic clare ? → male dicis, quod præcedit, aliqui Davo tribuunt, teste Donato, sed cum aliter, quam ille facit, explicandum fuerit, quasi scilicet illud, *deliras, non tute ipse?* Mysia clare dixerit : dictique veritatem Davus in suspicionem maledicti a deprehensa et irata muliere verterit. Tota hæc scena est actiosa : et plurima ostendit vultu, gestu, pronuntiatione. *Bæclerus.*

16 Mirum vero] Sæpe ad *elipsetas* refertur. *Donatus.*

Impudenter mulier si facis] Bene ordinis locutus est. primo enim, causa impudentis natura est, deinde convitio. *Idem.*

Mirum vero, impud.] *Elipseta* est, sed cum indignatione conjuncta, quæ

erumpit vs. 18. *Bæclerus.*

17 *Ab Andria est ancilla hæc*] Efficit quod volebat Davus. nam intellexit Chremes, ex qua sit Pamphilo natus puer. *Donatus.*

18 *Adeone videmur vobis esse idonei*] *Idoneus* est aptus ad omnia, et bona, et mala. *Idem.*

Adeon] Adeone, an adeone ad eum? *Idem.*

19 *In quibus sic illudatis*] Et *illudo* in te, septimo casu: et *illudo* te, accusativo dicimus. sed in primo supervacuum est: ut sit, quibus illudatis. *Idem.*

Veni in tempore] Cum provisus sit, intervenisse putat. *Idem.*

Veni in tempore] Opportune. nos sine præpositione dicimus, *tempore* et *tempori*. *Idem.*

20 *Propera adeo puerum tollere*] Hic versus clare dicitur: sequens, ne senex audiat, presse. *Idem.*

21 *Cave quoquam ex istoc excessis loco*] Necessario Davus retinet Mysidem. nondum enim omnia audivit Chremes, nondum comperit unde sit mulier, et puer de quo susceptus sit. *Excessis*, pro excedas: ut *faxis*, pro facias. *Idem.*

20. 21] Clare jubet puerum tolli Davus: cui cum parere Mysis vellet, non audiente sene, *mane*, inquit, *cave quoque*, &c. *Bæclerus.*

Cave, &c.] Hoc ipse voce submissa. *Farnabius.*

Excessis loco] Excesseris, excedas. *Idem.*

23 *At etiam rogas*] Rursum jurgium repetit, et turbulentam orationem. *Donatus.*

24 *Cedo*] *Cedo* idem significat quod dic, et da mihi. Ergo repetitionem significat, non supervacuum orationem, et est dictum cum quadam fiducia, et contemptu ejus, cum quo sermo est, interrogantis aliquid. *Idem.*

25 *Mitto id quod scio*] Hoc lentius et submissee. *Idem.*

26 *Vestri. cujus? nostri? Pamphili,*

&c.] Tò nostri etiam Donatus et Euphrasius agnoscunt. interrogat autem crebrinus, ut nomen Pamphili Chremeti inculcetnr. qui etiam statim hoc audito, veluti in plenam rei notitiam deductus, recte ego semper, inquit, *fugi has nuptias*. *Bæclerus.*

Hem! quid? Pamphili] Apparet mulierem vestri et Pamphili lentius pronuntiasse, quam Davus vellet: et ideo nunc repetiasse nomen nostri et Pamphili. *Donatus.*

Hem! quid? Pamphili] Duas res operatur Davus simul, et ut ignarissimum se ostendat, et ut Pamphilus nominetur. Et argute repetit nomen Pamphili; quasi per indignationem, ut soceri auribus, adolescentis nomen inculcet. metuit enim, ne non audiat velut senex. *Idem.*

Pamphili] Repetit nomen Pamphili quasi cum indignatione: verum ut id diserte audiat Chremes. *Farnabius.*

27 *Recte ego semper fugi has nuptias*] Et hic efficit quod voluit Davus, ut Pamphili Chremes puerum esse cognoscat, et recuset generum. *Donatus.*

Hæc] Id est, hujusmodi. *Idem.*

28 *O facinus animadvertendum*] *Ἀποδείκνυμι* quarta. *Donatus.*

Quid clamitas!] Clamavit enim Davus, ut puerum audiret Chremes. *Idem.*

29 *Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi!*] Vult negando irritare mulierem ad confirmanda quæ vult. *Idem.*

Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi] Id est, eum ne quem, &c. audaci mendacio urget Mysidem ad veritatem proferendam. quod cum illa cœpisset facere, impudentem ejus audaciam-accusando, respondet: *verum*. id est, verum est quod dixi. expectabatur repetitio oculati testimonii, *ego vidi*. a quo dilapsus de industria Davus, *vidi*, inquit, *Cantharam suffarcatam*. unde nondum conficitur, quod dictum erat. neque *sane* hoc confici volebat. sicut ex toto

mimo apparet. Dicendum tamen aliquid erat, quod a corruptis Atticorum moribus non abhorreret. in quibus crimen suppositi partus non adeo insolitum fuisse, festive Aristophanes *καμψυδί in Θεομοφορίας ὄψους. Bæclerus.*

Quemne ego, &c.] Supposititium inquit infantem adlatum. *Farnabius.*

30 O hominem audacem] Exclamatio Mysidia, testimonium veritatis est. *Donatus.*

Verum vidi Cantharam suffarcinatam] Vide infirmum argumentum: prius, *vidi puerum afferri*, dixit, post, non puerum, sed *Cantharam suffarcinatam*: *Canthara*, nomen est anus. Et hoc dicit, ut leviter redargnat Mysidem, non ut vincatur. hoc enim vidisse se ionuit, *Cantharam suffarcinatam*, non puerum portantem. *Idem.*

Cantharam suffarcinatam] Annum crassam et suffarcinatam, ut quæ puerum una attulerit, quem Pamphili filium esse prætenderent. vid. *Adelph. act. II. sc. 1.* Pet. vero Nannius, ut et F. Lindembrog. *cantharam* legi volunt, ex recepto Athenis more exponendi quicquid natum nollent in fictilibus vasis, corbibus, aut sportulis. *χέρπας*, vel *λελκίους*. Aristot. VII. I. Polit. c. 16. Aristoph. in *Ranis* de *Eclipode* exposito. Callimachus *Hymn. in Jovem. Farnabius.*

Suffarcinatam] Proprium est anibus suffarcinatas esse. ut Persius, 'Pan-nucia Baucis.' Et Plautus, 'Doliarem, claudam, crassam.' *Donatus.*

33 Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ] Indicium secuta confirmatio est, quam expressit Davi refutatio. Superest etiam ut et concludatur effectus doli, negante Chremete se daturum filiam: quod subinde efficit Davus dolo. *Idem.*

Aliquot liberæ] Nec paucæ, nec multæ. *Idem.*

Liberæ] Testimonia libera contra servum. Et hoc proprium Terentii est. nam de Romano more hoc dixit. *Idem.*

Delph. et Var. Clas.

Terent.

Liberæ] Quæ testimonium super vero partu perhiberent, natum sc. ex Glycerio, non allatum. *Farnabius.*

33 Ne illa illam.] Ne, valde. Cicero, 'Ne illi vehementer errant.' *Donatus.*
Ne illa illam] Chremetem scilicet. *Idem.*

34 Chremes si positum puerum] *Ἐν ὑποπλάει.* Et est *μύησις*. transit enim a mixto ad imitativum characterem. *Idem.*

Chremes, si positum puerum] *Μύησις*, quando aliqua verba sic pronunciamus, ut vana videantur. *Idem.*

Chremes si positum p. &c.] Scil. ita ratiocinatur, quæ hoc inceptit. *μυητικός.* nam hæc figura in dramatico genere, præsertim ut quidque actuosius exhibetur, perpetua est. ita mox vs. 41. 'Coactus legibus eam ux. ducet.' *Bæclerus.*

36 Non hercle faciet] Bene enim de se tertiam personam fecit, ut supra, 'At nunc faciet.' *Donatus.*

Ut tu sis sciens] Eloquenter, sic enim veteres pro *scias* dixere. *Idem.*

37 Ni puerum tollis] O. I. s. nisi. *Færnus.*

In mediam viam provolvam] Bene in *mediam viam*: quia ante fores positus jacebat. *Donatus.*

38 Teque ibidem pervolvam in tuto] De proximo *παρόμοιον* repetit. Et quando nomina sunt, *παρομοια*: quando verba, *παρόμοιον* dicitur. *Id.*

Pervolvam] Id est, porro volvam: et dolo quidem minatur, quod facturus non est: verum sedulo id agit, ut jam puer tollatur e medio, simul eum servat Chremeti, ut ipse recuset generum, non ut a quoquam passus videatur injuriam. *Idem.*

Provolveam] Nannius legit *proluam*. tanquam scropham in volutabro. *Farnabius.*

39 Tu pol homo non es sobrius] *Sobrius*, est sante mentis, quasi *sebrius*, hoc est, ab ebrio separatus, secretus, separatus ab iis qui discernuntur. *Donatus.*

4 C

Fallacia alia aliam trudit] Proverbium. cui subiacet, *memorem mendacem esse oportere*. Idem.

41 *Civem Atticam esse hanc*] Transit ad imitationem. Idem.

Legibus] Lex erat: 'H βασιλεῖσα, ἡ γάμον, ἡ θάνατον ἀλπελθω τοῦ βασιλέως. Farnabius.

42 *Eho*] Interjectio est conturbatæ mulieris. Donatus.

Eho obsecro] Donatus legit *au*, dicens esse interjectionem perturbatæ mulieris. Faërus.

43 *Jocularium in malum*] E contrario pro gravi, et molesto, ac nimio. Jocularium igitur κατ' ἀντίπαρσιν. Donatus.

44 *Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus advenis*] Principium loquendi Davus Chremeti dat, perfecturus quæ ipse conatus est. Idem.

Per tempus advenis] Idem est *per tempus*, quod in tempore: aut certe *per tempus*, tempestive. Idem.

O Chreme, per tempus advenis] Antite, quasi eum nunc primum viderit. Idem.

45 *Audivi omnia*] Omnes fere libri, et in his plerique antiquiorum, *audiri jam omnia*. versu etiam id postulante. Faërus.

Ah, ne tu omnia] Aut *ne* pro non legitur. aut *ne tu omnia*, ut ne producat, et accipiat pro non. Donatus.

Tu omnia] Audisti, subauditur. Idem.

46 *Audistin' obsecro? hem*] Exultans Davus infert, et inculcat, frequenter repetendo. Idem.

Audistin' obsecro? hem] Difficile credendo, affirmat se non scivisse præsentem Chremetem, ut hac confirmatione nihil illum de se faciat suspicari. Idem.

47 *In cruciatum*] Non in crucem, sed cruciatum. Idem.

48 *Hic ille est*] Cum ἐμφασει, quasi vir magnus: sed hoc, Chremetem ostendens, dicit cum εἰπωσαί. Idem.

Hic ille est] Libri omnes et Do-

natns, *hic est ille*, et τὸ *hic* præcedenti versui in scansione attribuitur. Faërus.

Hic ille est] Chremes κατ' ἐξοχήν. Farnabius.

Non te credas Davum ludere] Virgilius: 'Non Diomedis equos, non currus cernis Achillis?' Donatus.

49 *Mi senex*] Bene senex, quia quasi alienior est, et ignotus Mysidi. Idem.

Mi] Sappalpatio mullebris. Idem.

50 *Novi rem omnem. sed est Simo intus? D. est*] L. s. o. novi omnem rem: particula vero *sed* non est in antiquis libris: versus autem est dimeter iambicus. Faërus.

51 *Ne me attingas*] Quædam ostenduntur aperte in comædiis: quædam ex aliis personis intelligantur. Donatus.

Attingas] Ab attingo pro attingo. post Chremetis egressum Davus gostiens præ lætitia ludos facit Mysidi et blanditiis. Farnabius.

Si pol Glycerio non omnia hæc] 'Αροσώρησις tertia, quod alienæ personæ interventu reticeatur. Fiunt autem ἀροσώρησις, id est, reticentia, tribus modis. Aut enim tacet per se ipsum, et ad alium transit: et est prima. aut tacet, nec ultra aliquid dicit: et est secunda. aut alterius interventu personæ silet: et est tertia. Donatus.

52 *Nescis quid sit actum*] Nescis plerumque dicitur ei, non quem volumus redarguere imperitiæ aut ignorantie, sed quem facere volumus ut velit libenter audire. Idem.

Quid sciam] O. l. s. qui sciam. Faërus.

53 *Alio pacto haud pot. f. ut sciret h. q. v.*] His verbis omne fraudis mysterium revelavit Poëta: quod εἰς τὸ δηλοῦν τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων studioso facit. Bæclerus.

54 *Ut sciret hæc quæ volumus. prædicere*] Hunc verum sustentamus dissolutione ex diphthongis, alterius quæ

in hoc versu sunt. *Faërus.*

Hem prædiceres] *Tò hem* non reperitur fere in Mss. itaque Gabr. Faërus dissolutione diphthongi sustentandum existimat versum. ceteri, metri causa, *tò hem* libenter admisērunt. quorum exemplum an debuerim sequi, nescio: sed secutus sum. ita tamen ut nihil pertendendum ac ne contendendum quidem, existimem. *Bæclerus.*

55 *Paulum interesse*] Nove, pro multum. Et est *ταπεινὸς σχῆμα*. *Donatus.*

Ex animo omnia, ut fert natura, facias] Figura *ἐνελήγγους*. Nam quid est *ex animo*, nisi, *ut fert natura*? Et hæc sententia a Terentio *ἐρωτηματοκῶς* prolata est, quam Menander *ἐνδοκτικῶς* posuit. *Idem.*

56 *Ut fert natura*] Hoc est, naturalis et ingenua actio. *Idem.*

An de industria] Id est, scientia et providentia. ea enim quæ discimus et scimus, operatione genita et industria quadam scimus. ut Virg. 'Et cui putre solum (namque hoc imitatur arando.)' *Idem.*

SCENA V. Senarii sunt Iambici. vs. 2. omnes Mss. nostri: *quæ sese inhoneste optavit parare hic divitias potius, &c.* vs. 6. omnes: *consobrinus.* vs. 8. unus geminat *tò hem.* vs. 9. omnes: *Satin recte? nome ut q. ai.* vs. 12. unus prima manu attuli. v. Fr. Guyet. vs. 14. omnes: *semper ejus dicta est hæc (hæc est) atque habita est soror.* vs. 18. omnes: *amicus et defensor ejus.* vs. 22. unus: *optime hospes pol morem antiquum Crilo obt. duo: opt. h. pol Cr. antiquum morem obtines.* *Bæclerus.*

1 *In hac habitasse platea*] *In hoc loco persona ad catastrophem machinata, nunc loquitur.* Nam hic Crilo nihil arguimento debet, nisi absolutionem erroris ejus: simul ex verbis suis, quam gravis, quam modestus, quamque justus sit, ostendit. *Donatus.*

In hac habitasse] Non habitare: sed quia mortua est, habitasse dicit.

Idem.

In hac, &c.] *Παρασκευῇ* ad Catastrophen fabulæ, ex interventu Critonis. *Farnabius.*

Platea] Græci *πλατεῖαν* dixerunt, quam nos *plateam* dicimus. Secundum formam ejusmodi, *Μηδείαν* et *Μεδεαμ*, *σπονδείων* et *spondeum* scribimus. *Donatus.*

2 *Quæ sese inhoneste optavit*] *Optare*, est unum de duobus eligere. Virgilius, 'Pars optare locum tecto.' *Idem.*

Quæ se inhoneste optavit parare hic divitias] Ex o. l. s. et Donato geminamus pronomen *se*; pro *parare* autem, *parere* habent omnes libri antiquiores et aliqui alii, tam Terentii, quam Prisciani hunc locum citantis. atque ita ratio versus requirit. *divitias* autem per synizesin, coëuntibus vel duabus primis syllabis vel duabus extremis, contrahitur in creticum. ita remanet iambus in fine. atque hoc modo sæpe ab Terentio et Plauto usurpatur hæc dictio. *Faërus.*

Quæ se inhoneste optavit parare hic divitias] Male. Legendum, ut in aliorum editionibus, et Faëri maxime, *Quæ se se inhoneste optavit parare hic divitias.* In editione Mureti est: *Quæ se inhoneste optavit parare hic ditias.* Vitiosus est in primo pede, nisi si nulla est synalæpha. Ceterum *divitias* in fine versus est trisyllabum, per synizesin. Nam illud *ditius* Goveani, quod probat Muretus, haud equidem probem, etiamsi dicatur *dites* pro *divites*, et *ditior* pro *divitior*, et *dilare*, et *Dis* Pater pro Plutone Græcorum: hæc nihil sunt. Detur modo unicum exemplum, ipse manus dederō. Dein nihil necesse est, ut jam dixi; figura enim versus expedit. *Faber.*

Quæ se inhoneste, &c.] Quæ patriam, paupertatem, pudicitiam fugit. *Farnabius.*

Parare hic divitias potius] Animo heredis dixit *parare divitias*. *Donatus.*

3 *Quam in patria*] Primum dolet Crito, quod meretrix fuit Chrysis. secundo progressus, queritur quod mortua est. Et nota quod tria dixit Crito contempsisse Chrysidem: patriam, honestatem et paupertatem. Τὸ πέρειον etiam servatum est gravi viro, quum illum sobrinæ pudet. simul hic ostenditur ejus generis fuisse Chrysidem, ut quæ probe vivere potuerit, nisi, ut ait, necessitas cogeret. *Idem.*

Quam in patria honeste] 'Αντὶθερον primum. *Idem.*

In patria honeste pauper vivere] His verbis a poeta jam honestus inducitur Crito, et dignus cui credi oporteat. *Idem.*

Pauper vivere] Ad illud reddidit, 'Sed inopia et cognatorum negligentia coacta.' *Idem.*

Potius quam in patria paupera vivere] Hanc lectionem planissime improbo. Scribendum *pauper*: sic olim Donatus, sic Probus, sic et Servius, sic et Priscianus legerunt; sic denique et Faërnus in Mss. invenit. *Faber.*

Potius quam in patria honeste] Ita et Donatus, et antiquiores libri Terentii, sed omnes alii, *potius quam honeste in patria*. Faërnus.

4 *Ea ad me lege redierunt bona*] Hic jus tractavit dicendo *redierunt*: quia in familiam redeunt, si non est heres de proximo, aut ex testamento. *Donatus.*

Bona] Redire dicitur hæreditas, quæ tum primum deferitur. in familiam redeunt, si non est hæres de proximo, aut ex testamento. *Farnab.*

5 *Perconter*] Interrogatio est, cui necessario respondetur, aut *etiam*, aut *non*. Percontatio, cui nihil horum. Ut si quis dicat, Ubi habitabat Chrysis, dicatur, Ecce hic. Percontatio, ut si quis dicat, Cur adulterium commisiisti? Simul etiam modeste et mature, et de se nihil interrogaturus, cœpit a blandimentis. *Donatus.*

6 *Est ne hic Crito sobrinus Chrysidis*] Sobrini sunt consobrinorum filii:

nam sic dicit Menander: verum ut alii putant, de sororibus nati, ut sint *sobrini*, quasi sororini. *Idem.*

7 *Salvus sis, Crito*] *Salvus*, asseveratio salutantis est, non quasi responsio. *Idem.*

8 *Itane Chrysis? hem*] Non nunc interrogat, sed commiseratur: et ita sequebatur ut diceret, periiit. sed magis gemitus significat, quod minus dixerat. *Idem.*

Nos quidem pol miseram perdidit] Hic intelligitur, supra subaudiendum *periiit*. Nam pro *periiit*, hæc reposuit, *perdidit*. *Idem.*

Itan Chrysis? &c.] In verbis Critonis sub. *periiit*. ad quod Mysis, cum affectu, ejus morte afflictam domum ostendit. *Bæclerus.*

9 *Quid vos? quo pacto hic*] Progressio loquentis ad interrogandum. Id est, puto, inquit, quod illa periiit: vos autem quo modo? *Donatus.*

Quo pacto hic] Significatio est peregrinantis. *Idem.*

Quid vos, quo pacto hic? satin recte? nos ne? sic] Ratio versus exigit ut *satine* legatur. quæ vox non minus quam *satin* Terentio est familiaris; aut in *pacto* non fiet synalæpha. ex *satin* vero n eliditur. quæ omnes licentiæ cessarent, si legeretur, *satine*. Faërnus.

Quo pacto, &c.] Agitis. *Farnabius.*
10 *Nosne? sic, ut quimus, aiunt, quando, ut volumus, non licet*] Et ad præsentis, et ad præteritæ vitæ excusationem pertinet ista responsio, qua purgatur voluntas Chrysidis in quæstu meretricio. Cæcilius in Plocio: 'Vivas ut possis, quando nequis ut velis.' *Donatus.*

Ut quimus aiunt, &c.] V. Fr. Guyetum. vult dicere: non satis ex voto. Sed ferenda nobis est sors nostra. quæ oratio ad præsentis turbas spectat, quæ nondum patiebantur animi muliercularum consistere. Donatus putat excusationem et præsentis et præteritæ vitæ, quantum ad

quæstum Chrysidis meretricium, hic strui. *Bæclerus*:

Ut quimus] Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὅς θέλουμεν ἅλ' ὡς δύναμεθα. 'Vivas ut possis, quando nonquis ut velis.' Cæcilius in Plotio. *Farnabius*.

11 *Quid Glycerium? jam hic suos*] Convenit hereditatem petenti, convenit iudici futuro, de pluribus indagare. Ergo recte et ordine quæsit, Quid Chrysis? quid vos? quid Glycerium? *Donatus*.

12 *Utinam*] Novo genere exoptationem pro negatione intulit. *Donatus*.

Haud auspicato huc me appuli] Id est, inanspicatus, quod non esset anspicatus. et usitatum veteribus sic dicere, si quid aliquando aliter evenisset, quam vellent. *Idem*.

13 *Nunquam huc tetulissem pedem*] Virgilius: 'Mene efferre pedem genitor te posse relicto Sperasti?' Et, 'Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ.' Sed Critici adnotant, alienius esse a charactere comico, *tetulissem pedem*. *Idem*.

Tetulissem pedem] 'Qui huc in hanc urbem pedem nunquam intro tetuli.' Menæch. act. II. sc. 3. *Farnabius*.

14 *Semper enim ejus dicta est hæc atque habita est soror*] Aut veris credendum est, aut etiam falsis, quæ tamen inveteraverint. Hinc Cicero, 'Ita habeantur, itaque dicantur.' *Habita* ergo plus est, quam *credita*. *Donatus*.

Semper ejus] A possibili et utili. *Idem*.

Semper enim ejus dicta est hæc atque habita est soror] Hic versus varie legitur. Vaticanus et Basilicanus sic: *Semper enim dicta est esse hæc, atque habita est soror*. Alii omnes: *Semper ejus, &c.* *Donatus* vero, quem et sequimur: *Semper enim dicta est ejus hæc atque habita est soror*. versus autem stat, contracto *ejus* in unam syllabam longam. *Faërnus*.

Semper enim dict. &c.] Animo heredis, ut sobrinnus, venerat, ut ab initio

scenæ ostendit. nunc expendit *facultatem* totius negotii, sive difficultates objectas, iudicio viri prudentis considerat: primo, quod communi errore Glycerium habita Chrysidis soror, in possessione bonorum esset: quæ illius fuerunt, possidet. itaque communis illa et fama et opinio pro ipsa stabat, tanquam proxima herede. deinde expendit, quam sit peregrino arduum, Athenis litigare, quod ad corruptum iudiciorum morem spectat, quem etiam alibi Poëta noster κωμῳθεῖ. tertio conjicit (non sine οἰκονομίᾳ, quæ omnia in dramate ad σόφισαον refert) jam aliquem esse Glycerio amatorem, quem ipse *amicum* honestius, et *defensorem*, si iudicio experiendum sit, designat. Ex his difficultatibus, etiam famæ suæ, cujus præcipua tali viro cura est, metnit, atque sic ad *honestatem* transit. Posse enim fieri ait, ut *Sycophanta* et *mendicus* dicatur: qui cum excidisset suis, aliena appeteret bona. honesta oratio: sed adhuc honestior, quæ se ipsum iudicem metnit, neque ab animo suo impetrare potest, ut ius suum persequatur cum incommodo mulieris orbæ et desertæ, quæ parentes suos nondum reperisset. summam rei, inquit, complectar: *ipsam despoliare non licet*. Ita auimum heredis, quem jure attulerat, æquitate singulari ductus omittit. ut in enim conveniat illud Poëtæ, 'Non illo melior quisquam, nec amantior æqui Vir fuit.' *Bæclerus*.

15 *Nunc me hospitem lites sequi*] Mire dicit *me*, cum ἑμψόει, id est, senem et remotum a litibus. *Hospitem*, id est, peregrinum. *Lites sequi*, id est, pauperem. totum per ἑμψόειν. *Donatus*.

16 *Quam hic mihi sit facile atque utile*] Id est, difficile et inutile: et est comicum. *Idem*.

Lites sequi, &c.] Super Chrysidis bonis, quæ possidet Glycerium, repetendis. *Farnabius*.

19 *Grandiuscula jam*] Ad partem ætatis refertur grandis, id est, grandis natu est. Major autem, generaliter, et ad summam ætatis refertur, et ad comparisonem ætatis pariter positum est. *Donatus*.

20 *Sycophantam*] Hoc est, quum in me conveniunt lites. *Idem*.

Sycophantam] Bene, *sycophantam*: quia bonam causam habet, nihil aliud timet quam convitiis. Et *sycophantam* subdistingue: et sic infer sequentia. *Idem*.

Me sycophantam hereditatem persequi] Invidiosius est hereditates; ut apud Donatum legitur scena quarta actus quinti. *Fuërnus*.

Sycophantam] Calumniator; vitiligator. Καὶ συκοφάντης εἶδος ὃ τὸ τριβάνιον ἔχων καλεῖται, καὶ ἀδικούμενος τήνχ. Menander γεωργῶ. sed vide

act. v. sc. 4. infra. *Furnabius*.

21 *Tum ipsam despoliare non licet*] Ab honesto. et bene, quia nihil suum habet, nisi Chrysidis. *Donatus*.

22 *Antiquum obtineas*] *Antiquum* absolute dixit: ut *æquum* aut *bonum*, quod antiqui solebant: aut certe per ἔλλειψιν, id est, morem et ingenium. *Idem*.

23 *Duc me ad eam, quando huc veni, ut videam*] Vel hoc inquit, *ut videam*. cur autem *ut videam*? quia timet. et est ordo, *Duc me ad eam, ut videam, quando huc veni*. *Idem*.

24 *Videat senex*] Bene *senex*. Simo enim cum Chremete est. propter hoc videri non vult, ne ejus utatur apud socerum testimonio, rem esse Pamphilum adversus Glycerium: et rursus nuptiæ confirmantur. *Idem*.

ACTUS V.

SCENA I. Trochaici sunt tetrametri catalectici. vs. 2. nostri Mas. omnes: *incepti adire*. vs. 4. omnes: *imo enim nunc quam max.* &c. vs. 6. omnes: *vides quam iniqu.* s. p. st. *dum id efficias*, q. c. vs. 9. duo: *at rogitas?* vs. 11. omnes: *filiam ut darem*. v. Faërn. vs. 20. omnes: *neuter tum præsenarat*. Bæclernus.

1 *Satis jam, satis, Simo*] *Hæc scena officiorum disceptionem continet, patrum inter se de officio amicorum, et paterna pietate tractantium*. *Donatus*.

Satis jam, satis] *Hæc veluti quædam controversia est: namque injuriarum reus fit Simo. contradicitur per conjecturam, falsum esse quod intendit: cum Pamphilus neque amet, neque ex eo natus sit filius: et adhibetur derivatio causæ, qua dicitur meretricem ista omnia esse molitam, ad disturbandas nuptias*. *Donatus*.

Satis jam, satis] Bene, negaturus filiam, purgat prius officium suum de fide promissi: et ultro accusat ipsum. *Idem*.

Spectata] Probata. ut Virgilius ait, 'Rebus spectata juventus.' *Idem*.

Satis jam Simo satis, &c.] Quia mittem ubique et placidum Chremetem fecit poëta, igitur hic quoque de suo prius periculo conqueritur, quod adiverit studio obsequendi Simoni, ejusque petitioni gratificandi: donec nova et importuna Simonis instantia permotus, aperte eum accusat ob injuriam: præmissa prius demonstratione pathetica immodesti et officia vitæ ac amicitie male ratiocinantis animi: 'Vide quam iniquus sis præ studio, dum efficias id quod cupis; Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas.' et graviter et modeste hæc dicuntur: nec sine figura, qua majorem iniquitatis culpam, non ad propositum, sed ad incogitantiam refert: 'Nam si cogites, remittas jam me onerare injuriis.' Inde sequitur versibus sex accusatio, brevi ambitu, copiosa vi, conclusa, non sine affectibus: 'Ut rogitas? perpalisti me' (quod importuni erat)

'ut homini adolescentulo' (cum quodam contentu) 'in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria' (in quo jam iniquitas versatur, in matrimonium ejus offeratur honeste virgini, qui meretricios amores, ut putabat, sed mitius eloquebatur Chremes, conjugio præfert) 'filiam darem in seditionem atque incertas nuptias.' hoc enim citra vehementiam, signate tamen, ostendi poterat atque debebat. unde et rarsa prægravatur hæc injuria: 'Ejus labore atque dolore gnato ut medicarer tuo.' Novus iniquitatis titulus, ipso naturali jure infamatus, si ex amici, imo alterius cujuscavis hominis infortunio tua comparare commoda studeas. Sed (ita pergit Chremes) vide quo mea me bonitas, et nimium amicis obsequendi studium, induxerit! quod a nemine te oportebat impetrare, a me 'impetrasti.' rem magnam et mihi non immerito semper suspectam 'incepi' tamen, et ad exitum promoveri conatus sum, 'dum res tetulit, nunc non fert.' consumtis consiliis et remediis nihil aliud restat, quam ut taum infortunium tute 'feras.' non enim ita amat filius tuus, ut avelli per matrimonium ullo modo queat. 'Illam hinc civem esse aiunt: puer natus est: nos missos face.' cumulat denique et festinavit, quæ Pamphilum alibi attinerent, hinc expedierent, adeoque, quod nunc agebatur, affinitatem hanc dissolverent. *Baccler.*

Satis jam, &c.] Acris expostulatio Chremetis cum Simone. Et plana nuptiarum renunciatio. 'Spectatum satis et donatum rude.' Hor. 1. Epist. 1. 1. *Farnabius.*

3 *Obsequi tibi]* Consequimur, inquam, studio; obsequimur officio, persequimur injuria; prosequimur ordine; assequimur voto. *Idem.*

4 *Imo enim nunc quam maxime ab te postulo]* Remittere affinitati Chremetem, aut parvam adhuc intelligit simo, aut subtiliter dissimulat, ut ad fidem promissi hominem compellat.

Donatus.

Imo enim] *Enim παράλκων* est signa. *Idem.*

Immo enim quam maxime ab te postulo, atque oro, Chreme] O. l. s. *immo enim nunc quam maxime.* Donatus vero, *nunc cum maxime.* ita et Eugraphius. et ita legendum est. superest ut versui consilatur: quod ita fiet, si vel in *immo*, priore correpta per parellipsin, primus pes sit anapestus: vel ex *enim* abjecto m, dactylus. *Fuërna.*

5 *Initum]* Cœptum, ab *incedo*: unde et *initia* quoque dicta. *Donatus.*

6 *Quod cupis]* Quod velis. Legitur et, quod *jubes.* *Idem.*

Studio] 'Ah! ne me obseca. Quasi vero hoc te a me impetrare oporteat.' supra act. III. sc. 3. *Farnabius.*

7 *Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas]* Id est, non cogitas, aut quantum de benignitate amoris exigendum, ut præsumendum sit: aut quam sit impossibile, quod petis. *Donatus.*

8 *Remittas]* *Remittas*, pro *mittas.* *Idem.*

9 *Perpulisti me, ut homini adolescentulo]* Hæc est tota accusatio. *Idem.*

Homini adolescentulo] Sic Sallustius, 'Occultans se tugurio malieris ancillæ.' *Idem.*

Perpulisti me, &c.] Ut ut periculum in filia fieri grave sit, tuo tamen ut obsequeretur studio, precibus tuis exoratus, pene illius vitam filæ; quam prope conjeceram in nuptias incertas et divortium. supra act. III. sc. 3. *Farnabius.*

11 *Filiam darem]* Invidiose; non, promitterem, inquit, sed darem, quantum in te est. *Donatus.*

Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias] O. l. s. et Donatus, *filiam ut darem.* quod si recipimus, particula *ut*, vel hic, vel supra, superfluit. et tantum ad majorem expressionem posita est; præterea omnes fere l. s. et maxime antiqui ha-

bent, atque in incertis. qua lectione admissa, in abjiciendum in scanione est. ut in Eunuchio: 'In hanc nostram plateam.' *Faërus.*

13 *Dum res tetulit*] Compositum pro simplici est *tetulit*. et altius quam decet comicum characterem, dictum videtur. *Donatus.*

Feras] Εὖ τὸ φέρον σε φέρε, φέρε καὶ φέρον, &c. Pallada Anthologia, lib. 1. *Farnabius.*

15 *Per ego te deos oro*] Defensio per conjecturam. et est ordo, *Per deos te oro ego.* *Donatus.*

Per ego te deos oro, &c.] Negationem suam Simo prece munit, et adhuc de fallacia conficta, Chremeti persuadere vult: ipsam personarum vilitatem pro argumento habens, 'ut ne illis animum inducas credere, quibus id maxime utile est, illum esse quam deterrimum.' id est, meretricibus, servis, ancillis. nam ab his *nuptiarum gratia*, id est, ad disturbandas, de quibus agimus, nuptias, 'hæc sunt ficta atque incepta omnia. ubi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent:' id est, ubi nuptiis Pamphili cum Philumena confectis, non erit, quod sperent se confictis istis dolis posse proficere, evanescent omnia: e mentiri hæc talia et in vulgus edere desinent, cum sibi nil prodesse amplius mendacium videbunt. *Bæclerus.*

16 *Quibus id maxime utile est*] Argumentum a persona, *Quibus id maxime utile est.* A causa ratiocinativa. *Donatus.*

17 *Nuptiarum gratia*] Cum tua filia cavendarum et cum Glycerio conficiendarum. *Farnabius.*

18 *Ubi ea causa, quamobrem hæc faciunt*] Ἀνακλόουθον. nam non intulit ob quam causam, cum supra dixerit *ea causa*. sed quasi dixerit, *Ubi ea res*: intulit, quamobrem hæc faciunt. *Donatus.*

Ubi ea causa, quamobrem hæc faciunt] Ant rem abundat, aut causa.

Idem.

19 *Erras, &c.*] Pertendit, quod dixerat, Chremes, urgetque Simonem, ut expedire se ex tempore nequeat; itaque Poëta Davum, et mox Pamphilum adducit, ut Simoni minuatur paulatim de fallacia suspicio, ne Chremeti molestus esse pergat. retinebitur tamen in scena Chremes, partim ad temperandam Simonis iracundiam; partim et præcipue ob agnitionem Glycerii filii. *Bæclerus.*

C. *Erras, cum Davo egomet vidi iurgantem ancillam.* S. Scio. C. *at Vero vultu*] Istud scio, vulgo male accipitur; nam cum illi veteres scio dicebant, plerumque idem erat ac si dixissent (logi, somnia, nugæ, fabulæ) Gallice, *Bagatelles. Cela s'appelle rien. Ce sont des chansons.* Id verum esse et alia satis ostendunt, lege modo. Id etiam Chremetis responsio satis probat: *At vero vultu.* Gall. *Il ne faut point dire, bagatelles, c'estoit tout de bon. Ny la servante, ny le valet, ne sçavoient point encore que je fusse-là.* Faber.

Cum Davo, &c.] Modo sc. iv. præcedentis actus. *Farnabius.*

20 *Vero vultu*] Quasi dixerit Simo, *simulabat ancilla.* *Donatus.*

Cum ibi me adesse neuter tum præ-senserat] Credit. aut etsi visus a Myside erat, tamen ignorabatur esse Chremes; donec diceret Davus, 'Hic ille est, non te credas Davum ludere.' *Idem.*

Cum ibi me adesse] Tum deest, ut sit integrum, *Tum, cum.* *Idem.*

21 *Durus dudum prædixit mihi*] Hic ostenditur quod vidit callidus Davus, ut prædiceret futurum seni id, quod ipse erat facturus. *Idem.*

Davus dudum, &c.] Supra act. III. sc. 2. *Farnabius.*

22 *Nescio quid*] Deest *Propter*: ut sit, *Propter nescio quid*, aut nescio pro qua re: ut sit adverbiale. *Donat.*
Ac volui] *Ac*, pro contra quam. *Idem.*

Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere] Donatus: nescio quid id est, propter quid. ac volui id est, contra quam volui. ita esset duplex ellipsis: nescio quid, id est, nescio ob quid: et ac volui, id est, secus ac volui, quod porro explicatur, contra quam volui. Melius hoc sane quam altero illo modo, qui nonnullis placuit; nescio quid tibi sum oblitus hodie dicere: ac volui, id est, et quidem volui dicere, destinaveram dicere. quasi ita in domum suam invitaret et attractum vellet, ut nunc audiret, quod antea non praedictum erat. Videntum tamen, an non sit, ac volui, ut volui, sicut volui. Noster Heaut. II. 3. 24. *animus te erga idem ac fuit*, id est, ut fuit, sicut fuit. nam cum explicant, qui fuit, non ad significationem rei ac respiciunt, sed ad sensum, qui illo quoque modo procedit. Hoc loco igitur sensus esset: nescio quamobrem aut quomodo oblitus hodie sum tibi dicere id, sicut volui, sicut destinaveram. Bæclerus.

SCENA II. Trochaicis tetrametris catalecticis et Senariis Iambicis scena constat. vs. 3. duo Mss. mei: *adventum ad tempus*. quod nonnemo pro participio accipit. male. melior est omnino lectio, *hominem, adventum, tempus*, ut figurate distribuatur, *tempus* hominis *adventus*, s. opportunus. v. Donat. vs. 5. duo: o *Simo*. vs. 6. unus: *omnia jam sunt appa- rata*. vs. 7. omnes: *is enimvero hinc nunc abest*. vs. 8. unus: *etiam hoc tu responde, quid tibi isthic neg*. alter meorum: *etiam tu hoc responde mihi, quid iest. t. n.* Argentoratensis etiam habet, *responde*. vs. 9. duo: *tibi ego*. tertius: *tibi ergo*. vs. 10. omnes: *crucior miser Davo tribuunt*; nisi quod Argentoratensem secunda manus cor- rexerit. vs. 14. omnes: *nescio quis senex*. item, pro *catus, cautus*. vs. 18. Argen- tor. *Glycerium civem esse Atticam*. mei duo, ut edidimus. vs. 20. diversa tractatio verborum. vs. 22. duo: si

quicquam invenies me mentitum. unus: *me inven. ment.* vs. 24. omnes: *tu cura adsero*. vs. sicut in Mss. Palatinis invenit Pareus. vs. 25. duo: *jam ego pot hodie, si vivo, tibi Dava ostendam*. unus insuper ante *hodie* interponit *furcifer*. Bæclerus.

Animo jam nunc otioso esse impero] *Hac scena principium indicii et iracundiam senis continet: atque in ea vehementer exprimitur consuetudo patriis ac domini offensi et indignantis*. Donatus.

1 *Animo jam nunc otioso*] Exultans egreditur Davus, nuntians prona esse omnia ad securitatem. Et *otioso*, securo: quia negotium, sollicitudo est. *Idem*.

Impero] Pro volo. An ut statim fiat, tanquam illud quod imperatur? Et *impero*, superbe dixit. summum enim iudicium securitatis est superbia. *Idem*.

Animo nunc jam otioso] Ut major videatur turba, quæ excipit Davum, securus inducitur, et tanquam re confecta exultans. ita enim solet Poëta. Itaque oratio gestientis statim interstinguitur indignantis Simonis suspitione: unde egreditur? nam e domo Glycerii egrediebatur. id quod merito suspectum Simoni fuit. unde mox perturbatio Davi: 'Heres est, quid agam?' Bæclerus.

Animo jam nunc] Insolentem et triumphantem gaudio Davum jubet Simo iratus vinciri atque in pistrinam abripi. Farnabius.

Otioso] Securo et tranquillo, ut Eun. v. act. 3. scen. *Idem*.

2 *Unde egreditur*] Hic non interrogat; sed cum admiratione, vel magis cum indignatione dicit. Donatus.

Meo præsidio atque hospitii] Id est, Animo jam nunc otioso esse impero. *Idem*.

Atque hospitii] Scilicet Critonis. *Idem*.

Meo præsidio, &c.] Mea hoc factum

opera, atque Critonis adventu. *Farnabius*.

3 *Ego commodiorem hominem*] Hic Davus admiratur, quod in ipso articulo periculi supervenerit Crito. *Donatus*.

Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi] Potest enim et commodus esse quis, et alieno tempore supervenire potest: et commodum in homine est. sed et opportunum malum etiam adventum habere potest. Nam *commodum*, in homine est: *adventus*, in facto ejus: *tempus* in opportunitate facti. *Commodiorem hominem, adventum, tempus, σὺλληψις*. *Idem*.

4 *Scelus, quemnam hic laudat*] Non est hic solécismus: ad sensum enim, non ad verba respexit: etenim propter sensus verba sunt: non propter verba sensus. *Idem*.

Scelus] *Scelestus*, supra act. III. scen. 5. *Farnabius*.

Omnis res est jam in vado] *In vado*, in securitate. nam ut in profundo periculum est: ita in vado securitas est. Proverbiale, *In vado*, in tuto. *Donatus*.

In vado] In tuto, citra discrimen. a natantibus vel navigantibus sumpsum. *Farnabius*.

5 *Quid agam*] Plus est dicere, *quid agam*, quam cogitare de fuga. *Donat.*

Salve bone vir] *Elporeta* major est quam increpatio. quum enim omne genus criminis aliquis superaverit: tunc exclusi, *elporeta* laudamus. *Idem*.

Bone vir] Ironia. *Farnabius*.

Hem] Interjectio perturbati est. *Donatus*.

O noster Chreme] *Noster* dicendo, latenter significat Glycerium filiam Chremetis esse inventam. *Idem*.

O noster Chreme] Argutius hic quam verius *Donatus* annotat: '*Noster* dicendo,' &c. *Noster* blandimentum est, ut sæpe alias. nec Davus tum scire potuit, filiam Chremetis esse. Mox: 'Omnia apparta jam

sunt intus,' sc. in domo nostra, quantum ad Pamphilum attinet. nam supra (act. III. sc. 4.) dixerat senex: 'Domum modo ibo, ut appareatur dicam.' Davus ergo, dissimulandi causa, omnia jam apparta esse ait; ubi *voles accerre*, sc. sponsam Philumenam. sed interfatur senex ringens: *curasti probe*. sicut et illud quod sequitur, iracunda ironia est: *bene sane*. de quo intolerabiles nugæ in *Donati* commentario legantur: *bene sane; valide, quia qui sanus est, idem et validus*. quis credat *Donatum* hæc scripsisse? *Bæclerus*.

6 *Omnia apparta jam sunt intus*] Quia infecta sunt de paratils. *Donatus*.

Curasti probe] *Probe*, memoriter, ut solet. supra enim dixerat senex, 'Imo abi intro; ibi me opperire: et quod parato opus est, para.' *Idem*.

7 *Ubi voles, accerre*] *Ubi*, pro quando; non est enim loci, sed temporis adverbium. *Idem*.

Bene sane] *Valide*, quia qui sanus est, idem et validus. *Idem*.

Abest] *Pro deest*. *Idem*.

Bene sane, id enimvero hic nunc abest] Omnes fere l. s. et *Donatus* habent *hinc nunc abest*: item *Eugraphius*, qui hoc ita exponit, *Id enimvero*. s. solam. *hinc nunc abest*, id est, puella. *Færnus*.

Id enimvero hic nunc abest] *Bene, id*. vide *Guyet*. *Eugraphius* etiam ita legit, et explicat: *hoc enim solum jam deest, ut ipsa puella debeat evocari*. *Bæclerus*.

Is enim vero] *Pamphilus*. *Farnabius*.

8 *Etiam tu hoc respondes*] *Deest, an non*. *Donatus*.

Etiam tu hoc respondes] *Etiam*, aut hortatio est, aut conjunctio. Et vide quanta dixerit, et *quid*, et *istic*, et *tibi*. *Donatus*.

Istic] Apud *Glycerium*. *Farnabius*.

Mihine] Quando non sumus parati ad respondendum, ducendo tempus eludimus. *Donatus*.

Mihine] Apparet ita turbari Davnum modo, consilio poetæ, ut omnes amittat fallacias : et oppressus prodat Pamphilum, dum malum comicus perhorrescit: totumque hoc ex argumento est. Vult enim jam poeta catastrophem fieri. *Idem.*

Mihin? mihine? modo introii. Cum tuo gnato una] Quam evidenter et *ibi* tergiuersationem servi perturbati expressit: qua tamen proditur Pamphilus, omnisque jam fallaciis fides abrogatur. Sed mire Poëta Chremetis urbani *elapso* hic turbæ inserit, ut Davnus, cum hero jam loqui non audens, occasionem arripiat alio vertendi sermonem, et quæ ex Critone andiverat commemorandi. quod, recollecto animo, astute facit: ut elevare videretur, quæ certa esse credebatur. *Baculus.*

9 *Modo introii*] Hoc signum, perturbatum induci ob conscientiam Davnum. *Donatus.*

Modo introii] Consternatus Davnus, et non in promptu habens quid respondeat, eadem repetendo, aliud quam interrogabatur respondendo, vacillat; denique ut se excuset, Pamphilum accusat. *Farnabius.*

10 Cum tuo gnato una] Servi excusatio, filii accusatio est. et hoc quasi a perturbato dicitur servo: sed consilio poetæ ad exitum festinantis et resolutionem fabulæ. *Donatus.*

Anne est intus Pamphilus] Causa iræ vehementior inventa est. *Idem.*

11 *Non tu dixisti, &c.*] Supra act. III. scen. 2. *Farnabius.*

12 *Sunt*] Nulla ratione dicit, *sunt*: sed ne nihil respondeat. nam turbatus est, utpote oppressus. *Donatus.*

Quid illum censet] Deest, *propter*: ut sit, propter quid illum esse censet? *Idem.*

Cum illa litigat] Chremeti convenit hic sermo: hoc enim irridet: qui et supra dixit, 'Amantium iræ, amoris integratio est,' et sic hoc dicit, ut alibi, 'Credo, ut fit, misera præ

amore exclusit hunc foras.' *Idem.*

Cum illa litigat] Irridet Simonem Chremes, quia dixerat: *Iræ sunt inter Glycerium et gnatum.* *Idem.*

Cum illa litigat] Amara Ironia. *Farnabius.*

13 *Imo vero indignum, Chreme*] Bene ad eum loquitur, qui est a nuptiis deterrendus: vel qui non interturbet orationem suam, vel quem etiam sibi precatorem destinet. Ita loquitur quasi hæc sit causa, cur sit Pamphilus iagressus: quod quasi ei lis intendatur a Critone hospite duocendæ uxoris, quam civem Atticam vitaverit. *Donatus.*

Imo vero, &c.] Causam reddit, cur Pamphilus intus sit. *Farnabius.*

14 *Nescio quis senex modo venit*] Bene, *nescio quis*; etenim si notus esset, videretur gratificari, id est, gratus esse testis et minus verus. *Donatus.*

Ellum] Veteres, quod nos *illum* dicimus, vel *ellum*, vel *ollum* dicebant. quamvis *ellum* quidam *ecce illum* velint intelligi: tanquam pro ipso domum Glycerii ostendat Davus, dicens, *Ellum*, quasi *en illum*. est enim, ut alii volunt, pronomen: ut alii adverbium demonstrantis: nam pronomen huiusmodi veteres sic proferebant, *ille, ellus, ollus*, sed (ut diximus) adverbium compositum ex pronomine videri potest: ut sit, *en*, vel *ecce illum*. *Idem.*

Confidens] *Confidentem* hic pro constanti non mala significatione posuit. *Idem.*

Catus] Callidus, doctus, ardens, *κατὰ τὸ καλεῖν*. unde Cato dictus, ingeniorum etenim igneus vigor esse videtur. *Idem.*

Catus] Pradens, cordatus. *Farnab.*

15 *Quantivis pretii*] Ad magnitudinem refertur *quantivis*, non ad parvitatem pretii. Et totum oratorie scite enim locutus est. Sed interest inter *quantivis* et *quantivis*. nam alterum contemptum, alterum laudis. *Donatus.*

Cum faciem videas] Horatius habuit in animo Satyr. 11. 3. 'Atqui vultus erat multa et præclara minantis.' *Bæclerus*.

16 *Tristis*] Ad laudem interdum sumitur, non ad amaritudinem, *tristis*. Cicero; 'Judex tristis et integer.' *Donatus*.

18 *Glycerium se scire civem esse Atticam*] Bene: constanter et ea quæ locutus est scire se dixit. *Idem*.

Atticam] Viros, 'Αἰτῳαλούς, mulieres, 'Αττικὰς appellari auctor est Eustathius. *Farnabius*.

19 *Dromo, Dromo*] Commotus ira et dolore nihil dixit: nisi quod lorarium repetendo sæpius vocat. *Donatus*.

Verbum si addideris] Bene, qui omnia præsentē socero contra nuptias loquitur. *Idem*.

20 *Audi obsecro*] Plerumque a verberandis, vel indulgentia loquitur, vel mora. *Idem*.

Sublimem] Id est, in sublime, per altum. *Idem*.

Sublimem hunc intro rape q. potes] *Plant. Asinar. v. 2. 18.* 'Quin tu illum jubes ancillas rapere sublimem domum.' *Bæclerus*.

Sublimem hunc] Sublatum, ut terram non tangat. *Farnabius*.

Quantum potes] Hoc est, celerrime: quia segiores se ostendunt servi ad puniendos collibertos, scilicet mora veniam captantes indignantium dominorum. *Donatus*.

21 *Quia lubet*] Hoc sensu et supra dictum est, 'Aut si libitum fuerit, causam cepit, quo jure, quaque injuria.' *Idem*.

Quia lubet] Davo dicit. *Idem*.

Quia lubet] 'Stat pro ratione voluntas,' *Juven. 6. Sat.* ubi servum cruci affigendum jubet mulier imperiosa. *Farnabius*.

Rape inquam] Hoc *Dromoni. Donatus*.

22 *Si quicquam mentitum invenies, occidito*] Hic plus dixit. ubi enim

verbera supra dixit, nunc occidito. *Idem*.

23 *Commotum*] Citum, celerem. *Idem*.

Ego te commotum reddam] *Don. citum, celerem*: quæ res nonnullis suspicandi causam dedit, quasi ad Dromonem hæc, veluti cunctantem, dicerentur. sed non dubito ad Davum dici: qui cum supra *otiosus* incessisset, aliosque animo otioso esse jussisset, senex, ego jam te commotum reddam, inquit. sicut *Heant. 1v. 4. 8.* dicitur: *dormiunt*; ego pol istos commovebo: an alludit ad labores pistrini, in quod post vincula et verbera dedendus erat? *Fr. Guyetus* tamen emendat *comtum*, et erudite explicat. *Bæclerus*.

Tu tamen] Delenda est vox *tu*, et distinguendum est post *tamen*, ut ad eam interrogationem *Davi, tamen et si hoc verum est?* respondeat *Simo, tamen*. Deinde subdat ad *Dromonem, cura adservandum vincium*. *Færnus*.

24 *Quadrupedem*] Utrum ligaturæ genus sic dicitur, *quadrupes?* an *quadrupedem*, ut feram? an *quadrupedem*, id est, cum pedibus et manibus? an *quadrupedem*, pro servo ac fugitivo posuit? Sic *Virgilius*, 'Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.' *Donatus*.

Constringito] Mire: ne quid fiat tragicum in comœdia, usque ad vincula ira progreditur: nec quicquam tentat ulterius. *Idem*.

Quadrupedem] Manibus ac pedibus colligatis: erat etiam *Κυραιοπούς* apud Athenienses supplicii genus, quo colla cippis incurvarentur pesum, ne possent caput erigere, quadrupedum instar inclinati. *Farnabius*.

25 *Si vivo*] Qui certa minari volunt; incertam faciunt vitam suam. *Donatus*.

26 *Herum quid sit periculi fallere*] Herum et patrem cum ingenti pronuntiatione dixit. Et alibi, 'Nam

qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut Audebit, tanto magis-audebit ceteros.' *Idem.*

27 *Et illi patrem*] Sc. Pamphilo ostendam, *quid sit periculi*, s. quantum sit periculum, *patrem fallere.* *Bæclerus.*

Ne sævi tantopere] *Ne* imperativo magis quam conjunctivo adjungitur. ut Virgilius, 'Ne sævi, magna sacerdos.' *Donatus.*

28 *Pietatem gnati*] Ἐλλειψις. deest enim *vides*, aut quid tale. Et est *εἰσβολή*, pro impietate. Et vide invidiam, quasi parricidam accasantis. non enim pudorem dixit, sed pietatem. *Idem.*

Pietatem gnati] *Ellipsis.* videnne, quænam sit pietas gnati? Iron. quantum distet a pietate. *Fernabius.*

29 *Tantum laborem capere*] Σύλληψις. assumendum est enim extrinsecus *me. Labor*, pro molestia. *Donatus.*

28 et 29 Magni affectus amant ellipses, et abruptas orationes. *pietatem gnati*, sc. vide. contrarium autem intelligit, impium filium suum esse indignans. *tantum laborem capere ob tal. fil.* id est; tantumque laborem me capere, tantam ærænam, ob talem filium? sc. annon indignum est? &c. *Bæclerus.*

SCENA III. Constat Senariis Iambicis et Trochaicis tetrametris catalecticis. vs. 5. omnes *Mss. nostri: o ingentem confid.* vs. 6. omnes: *pudet.* vs. 7. omnes: *vide num ejus coler si pud. sign.* vs. 10. duo: *student.* vs. 11. omnes: *hem modo ne, &c.* vs. 15. omnes: *sed quid ago.* vs. 16. omnes: *meam senectutem.* vs. 16. et 17. omnes, ut edidimus. vs. 23. et 24. unus: *at tamen Simo audi.* S. *ego audiam? quid audiam Chreme? C. attamen dicat.* S. *age dicat, &c.* alter: *tandem Simo audi.* S. *audiam? quid ego audiam, o Chremes? &c.* tertius: *attamen Simo audi.* S. *audiam? quidnam audiam Chreme? C. attamen dicat sine.* vs. 27. omnes, ut edidimus. vs. 29. omnes:

sine me ut expurgem. vs. 31. omnes: *quidvis cupio.* duo: *comperiam.* vs. 32. duo: *pauculum.* *Bæclerus.*

Quis me vult? perii] *Hic accusatio est: quæ solvitur defensione, in eo quod ad amorem pertinet, per concessionem; in eo quod ad Critonis personam, per conjecturam.* *Donatus.*

1 *Quid ais omnium*] Ἀποσιώπησις tertia, et est ad deformationem personæ. Et est irati familiaris ἀποσιώπησις, quum pro dignitate peccati non inveniatur convitium. *Idem.*

Quid ais] Non interrogantis, sed invehenti; et est ἔλλειψις, multa significans, in eo quod ait, *omnium.* *Idem.*

Quis me vult, &c.] Flagrante inprimis iracundia parentis adversus filium, opportunus adhibetur moderator Chremes. de qua re *Donatus*: 'Artificiose interponit loquentem Chremetem, quem volens usque ad cognitionem filix suæ retinere, non facit irasci Pamphilo ob contemptum filix suæ (alterius sc. Philumenæ) et post hoc abire de medio.' Et Chremes quidem iracundiam patris in filium temperat, revocando ad rationem et æquitatem; quasi dicat; cuicunque etiam nocenti defensionem dandam; in quo ipso subest pudor quidam, ut intelligeret Simo, se præter decorum incautius efferbuisse: deinde, veluti expleta vindicta, satis jam pœnarum esse, scilicet in tam gravi objurigatione, aurea illa, meritoque laudata sententia ostendit: 'Pro peccato magno, paulum supplicii satis est patri.' quod jam Plautus patri placato dederat in *Mostellar.* v. 2. 43. 'Si hoc pudet, fecisse sumtum, supplicii habeo satis.' Pamphilus ipse, demissius se gerendo, confitendo, pœnitentiam et animi cruciatum præ se ferendo, iracundiam patris expugnare contendit. Vide omnino, quæ Aristoteles habet II. Rhet. quando τὰ πρῶτα et τῇ πρῶται tractat: atque confer exemplum Nostri in

Phormione v. 9. *Baelerus*.

Quid ais omnium] Sub. pessime. *Id.*

Omnium] Pessime, sceleratissime: Aposiopesis, ex ira. *Farnabius*.

2 *Male loqui*] Convitari. *Idem*.

3 *Quasi quicquam in hunc jam gravius dici possit*] Quam quod fecit, quam quod peccavit. *Donatus*.

Gravius dici possit] *Donatus* supplet: 'quam quod fecit, quam quod peccavit.' Videtur autem hoc dicere: cum *Chremes* submonuisset, non esse *maledictis* agendum cum filio, sed demonstratione peccati utendum; *Simo*, *quasi quicquam in hunc jam gravius dici possit*, inquit, id est, quasi in hominem tamen nocentem peccari posset male dicendo: quasi non eo usque flagitiis suis processerit, ut nihil jam in eum nimis grave aut nimis durum dici queat: *gravius dicere*, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐπιρρημῶσεως fere apud bonos scriptores notat. *Baelerus*.

4 *Ain' tandem*] Querit *Probus*, *ain'* quæ pars orationis sit: et an una sit. est autem *ain'* quasi *aiame*. Et mire, quasi ipse dicat, quod *Davus* dixerat. Ergo *ain'*, percontativum verbum est. *Donatus*.

Tandem] *Pro tamen*. *Idem*.

Ain' tandem, &c.] Irascenti et iurganti convenit abrupta interrogatio: qua significare vult, *Davum* pridem allegatum, ut ementiretur, *Glycerium* civem esse *Atticam*: unde nunc, andes ne, inquit, hoc dicere scilicet, quod tuo allegatu modo sceleratus *Davus* apportavit? ita scena seq. *Critonem* statim adoritur: 'Eho tu, *Glycerium* hinc civem esse ais?' *Baelerus*.

Pradicant] Artificiose pro dicunt posuit: adeo in hac re vehementer commotus senex hoc ipsum repetit, *Ita pradicant*, per iracundiam. Et ita est ἐν ᾧ, ut repetantur verba, in quibus arguitur impudentia. *Donatus*.

5 *Ita pradicant*] Potest et sine in-

terrogatione legi, et pronuntiatione adjuvari. et hoc vult *Donatus*, cum annotat: 'Artificiose pro,' &c. *Baelerus*.

6 *O ingentem confidentiam*] Et confidentiam modo pro audacia est cum improbitate. ut in *Phormione*, *Homo confidens*. Aliter hic supra *confidens*, pro constanti et gravi. Ergo confidentia interdum in bona significatione, interdum in mala ponitur, sed fiducia semper in bona. *Donatus*.

6 *Num cogitat quid dicat? num facti piget*] *Ainens* est qui nesciat quid dicat, amentior, quem non poeniteat facti sui. *Idem*.

Num cogitat quid dicat] Quia injuriarum se alligat. *Idem*.

Num facti piget] Quia dicit 'prædicant: non dicunt.' et ut solent irascetes, avertit orationem a secunda ad tertiam personam: ab ea cum qua loquebatur, ad aliam. *Idem*.

Num cogitat, quid dicat, &c.] Accusatio *Simonis* hinc tendit, quod *Pamphilus* affirmaverit animum, sive obstinate operam det, ut *Glycerium* uxorem ducat. id exaggeratur, tamquam contra mores et leges civitatis, itemque contra voluntatem patris, cujus in hoc negotio præcipua auctoritas esse deberet, susceptum. amplificatur ista, dum tribuit *Pamphilo* impudentiam in verbis (quia falsa asseverare nihil vereatur) et vultu (quia non erubescat) et animo, qui nec probri metu a tali consilio queat retineri. agit hoc, brevi sed efficaci comprehensione rerum verborumque: figuris ad excitandum, cumulandum, augendum pertinentibus. nam de ratiocinatione jam dictum est. *Baelerus*.

7 *Num ejus color pudoris signum usquam indicat*] *Signum*, est parva quædam significatio, indicans totius rei qualitatem. *Donatus*.

Num ejus color pudoris signum usquam indicat] Paterno animo dicit. Namque patribus velle erubescere

filios, pudentesque esse, familiare est: cui contrarium est, 'Erubuit, salva res est.' Hoc ergo dicit: Nec timet, inquit, nec enim pœnitet, nec pudet. *Idem.*

Num ejus color, &c.] Numnam erubuit? ecquis illi pudoris color, atque virtutis tinctura in facie apparet? *Farnabius.*

8 *Impotentis]* Nimis potenti. vel certe debili et devicto. *Donatus.*

Impotentis] Sui moderamen non habenti. *Farnabius.*

9 *Civium morem atque legem, et sui voluntatem patris]* Tria contempta sunt, mos, lex, imperium patris. *Donatus.*

Præter civium morem] Præter contra nunc significat. *Idem.*

Legem] A Pericle latam, qua cantum, nothos eos esse qui non ex duobus Atheniensibus nati essent, prolemque illum, honorum, magistratum, et civilium commoditatum, adeoque conjugii minime capacem videri. Plutarch. in Pericle. *Farnabius.*

10 *Tamen]* Quam non dixerit *quamvis*, subjecit, *tamen*: et figura est *ἀντιθέσεως*. *Donatus.*

11 *Me miserum]* Initium defensionis, deploratio calamitatis et miseriæ: quia in amorem culpam removet a voluntate sua, quam pater, quod amat filius, vitium mentis dicat esse, non impulsu Dei. *Idem.*

Medona id demum sensi, Pamphile] Comprobatione ostendit eum esse miserum. *Demum* autem, signum est tarditatis. Et *sensire* dicitur, qui vix colligit se, vixque animadvertit: ut alibi, 'Vix tandem sensi stolidus.' *Idem.*

12 *Olim istuc, olim]* Objurgatio est, quod dictam est *olim*. confirmationem autem per repetitionem ostendit. Ut Virgilius: 'Divum inclementia, divum, Has evertit opes.' *Idem.*

Olim istuc, olim, cum ita an. ind. &c.] Facunde describit pervicax animi

propositum, s. lubidinem animi. Confer supra II. 1. 6. &c. et Eun. II. 3. 28. et 29. *Bæclerus.*

13 *Aliquo pacto]* Quoquo modo. *Donatus.*

14 *Accidit]* Evenit, fuit. *Idem.*

15 *Sed quid ego]* Proprium est parentibus, indignatione velut abjicere curam filiorum, quum destomachati fuerint. *Idem.*

Sed quid ego] Ἐλλειψις per ἀποσιώπησιν, scilicet promoveo. *Idem.*

16 *Cur meam senectutem]* Non me, sed meam senectutem: quod plus est et miserabilius, dicit. *Donatus.*

Sollicito] Sollicitam reddo, id est, contristo et perturbo. *Idem.*

18 *Imo habeat, valeat]* Non irascitur ut pater, sed dissimulat ut alienus: quia vehementer dolet. Et *habeat*, subanditur *illam*. *Idem.*

Imo habeat, &c.] Tales indignantium mores etiam alibi signat Noster. v. Hec. III. 5. 61. sed *παθητικώτερον* Ad. I. 2. 54. et 55. *Bæclerus.*

Imo habeat, &c.] Epitrope, quasi renunciantis. *Farnabius.*

Mi pater] Mi, meus. et principium factum a concillatione personæ. *Donatus.*

19 *Quasi tu hujus indigeas patris]* *Hujus* ostendens se dixit, ut Virgilius, 'Est hic, est animus lucis contemptor.' *Idem.*

20 *Domus, uxor, liberi inventi]* Mira gravitate sensus elatus est. nec de Menandro, sed proprium Terentii. Et *liberi inventi* dicit, quum unus esset: sed invidiosius *liberi*. Et *inventi*, non *geniti*; secundum illud, 'Hoc ego scio, neminem peperisse hic.' *Domus* addidit, non lupanar. Et oratorie de uno pluraliter loquimur. *Idem.*

21 *Viceris]* Verbum est ejus, qui vix sibi extorquet, ut abjiciat curam. Et proprium patribus, ac familiare iratis. *Idem.*

Viceris] Te penes sit victoria: sed Cadmea. *Farnabius.*

22 *Pater, licetne pauca]* Titubans et

halbatiens oratio pudore et conscientia. *Donatus.*

Pater, licetne pauca] Tò pater non sine emphasi pronuntiandum est, ut Hec. iv. 3. 6. hoc est magistris Græcis, πρὸς πλεονάζοντα καὶ ἔμψαν τοῖς φυσικοῖς νόμοις χρῆσθαι. Itaque aliquoties in satisfactione Pamphili repetitur vox. *Bæclerus.*

24 Age dicat : sino] Hoc totum non ex animo permittentis, sed cum stomacho patientis est. *Donatus.*

25 Ego me amare hanc, fateor] Ἀμφιβολία τῆς ἐρωμένης. *Idem.*

Hanc fateor] Et bene hanc dicit, non 'Glycerium,' cujus nomine offenditur senex: nec 'peregrinam,' ignominiam scilicet vitans. *Idem.*

Si id peccare est, fateor id quoque] Noli, inquit, me accusare quia amo. amantem enim nemo accusat, ut febricitantem nemo accusare potest cur febricitet. Sed amare, inquit, si putas esse peccatum, fateor etiam me hoc peccasse. Mire igitur, et subdefendit culpam: et assensus irato est. *Donatus.*

Si id peccare est] Peccare dicit: quia amor Deus est, non voluntas. *Idem.*

Fateor quoque] Peccare me scilicet. *Idem.*

Fateor id quoque] 'Vitia sua confiteri, sanitatis indicium est.' Seneca 63. Epist. 'Numen confessis aliquid patet.' Ovid. xi. Metam. *Farnabius.*

26 Tibi, pater, me dedo] Bene dedo, quasi hostilia et contraria volenti. nam deditio in hoste fieri solet. *Donatus.*

Quidvis oneris impone : impera] Executus est translationem oneris, dicendo, *imponere, ut potero seram.* *Idem.*

27 Vis me uxorem ducere? hanc vis amittere] Et quod unum est, duo fecit: ut ostendat se non posse ferre. *Idem.*

Hanc vis amittere] Ex vis elidendum est, s, ut ait trochaicus. expeditius

tamen mihi videretur si legeretur, *mittere.* *Faërnus.*

Ut potero, seram] Obsequium sine voluntate ostendit: et multum valet sub Chremetis præsentia hæc confessio, ad recusandas nuptias. *Donatus.*

28 Ut ne] Pro ut non. *Idem.*

Allegatum] Adhibitum. *Idem.*

Hunc senem] Critonem scilicet. Et non Critonem, sed senem dicit: ut de hac appellatione pondus adjiceret testimonio. *Idem.*

Allegatum] Subornatum. *Farnabius.*

30 Equum postulat : da veniam] Artificiose interponit loquentem Chremetem: quem volens usque ad cognitionem filiæ suæ retinere, non facit irasci Pamphilo ob contemptum filiæ suæ, et post hoc abire de medio. *Donatus.*

Da veniam] Concede, indulge. *Id.*

Sine te hoc exorem] Id est, ut me purgem, non adducam. *Idem.*

31 Ab hoc me falli comperiar] O paterna pietas! ipse accusator est, et redargni se cupit. *Idem.*

32 C. Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri] Peccat versus, nam debet esse Trochaicus. Scribe, *paulum.* *Faber.*

Paululum supplicii] Supplicium dicit ipsam accensationem. *Donatus.*

Paululum supplicii] *Paululum* item Engraphius, qui super hoc loco ita dicit; 'Adverbia frequenter fiunt nomina cum pro casu accipiuntur; ut *paululum*, et *satis*.' Horatius, 'Jam satis nivis misit pater.' *Faërnus.*

SCENA IV. Constat scena Trochaicis tetrametris catalecticis; et Iambicis tetrametris acatal. vs. 3. duo Mss. nostri rō et omittunt; omnes autem ita distinguunt: Cr. salve sis Chremes. CH. Quid tu Ath. &c. vs. duo: et tu negas. omnes: qua de re? vs. 7. omnes: hoc fac. vs. 12. duo: bonus est hic vir. vs. 17. omnes: si mihi perget q. vs. 19. unus: n. ego quæ dico. duo:

dixi. vs. 29. omnes: *Atticus quidam olim nave fracta apud Andrum cj. est.* vs. 25. et seq. ut edidimus, omnes habent, præter paucula diversæ scripturæ, quæ non est operæ pretium annotare. vs. 30. omnes ut edidimus. vs. 34. omnes: *q. de illo s.f.* vs. 36. omnes: *sane istam multis modis tuam iuv. g. vs. 39. ut edidimus.* vs. 45. Argenteratensis: *jamdudum res reduxit ipse* (prima manu erat *ipseam*) *in gratiam tuam.* Mei duo: *jamdudum res reduxit me ipse jam in gratiam tuam.* Idem 47. *nisi quid pater ait aliud.* P. *nempe ut tu.* S. *id scilicet.* Argenter. non habet, ut tu. vs. 51. unus: P. *qui non potest?* S. *quia aliud habet ex sese et magis.* alter: *quia habet aliud ex sese et majus.* vs. ult. unus non habet *et hunc.* Bæclerus.

Mitte orare] *Hic in scenam progreditur Crito: in cuius verbis non modo ipse promittit; sed etiam quod et Pamphilus dixerit, demonstratur. Et hic omnis error aperietur fabula.* Donatus.

1 *Mitte orare.* una harum quarvis causa] Pamphilus dicit, et dicendo una harum, ostendit multas esse causas: etiam pares magnitudine esse, dicendo *quarvis.* Idem.

Mitte orare] Exoraverat Pamphilus patrem, ut liceret adducere Critonem. ad illum curriculo contendit, atque ut edissereret apud patrem, quæ ad agnitionem Glycerii pertinerent, rogavit. Is ergo inter accedendum officiose pollicetur, sibi hanc rem non unas ob causas commendatam esse debere. Bæclerus.

Mitte orare] Post errores, iras, altercationes Catastrophe prospera. Farnabius.

Mitte orare] Pamphilum in via aliquitur. Idem.

3 *Andrium ego Critonem video*] Bonum initium agnitiuri filiam. Itaque compendii causa, non laborat de agnitione personæ Critonis, ut ab eo facile doceri possit. Donatus.

Andrium ego, &c.] Agnoscit Chremes veterem amicum et hospitem

Delph. et Var. Clas.

Critonem. Farnabius.

Salvus sis, Chreme] Ne laboret ad persuadendum, miro compendio poetæ, jam Crito notus est Chremi. Donatus.

4 *Quid tu Athenas, insolens*] *Insolens, insolitus, insuetus.* Cicero, 'Moveor etiam loci insolentia.' Sallustius, 'Insolens vera accipiendi.' *Insolens* et arrogans intelligitur. Qui præter legem agit humanam et naturalem, *insolens* dicitur. Cicero, 'In victoria, quæ natura insolens et superba est.' Idem.

Insolens] Insolitus, insuetus. Farnabius.

Evenit] Pudet fateri propter hereditatem venisse. Et vide ipsum esse, qui dixerit supra, 'Clamitent me sycophantam, hereditates persequi.' Donatus.

Evenit] *Ut huc venirem.* v. Guyet. *J'y suis venu par rencontre. c'est cas d'aventure.* Gall. Bæclerus.

5 CH. *Hic? S. men quavis? cho tu Glycerium hinc civem esse ais*] Ita in omnibus vetustioribus libris et aliquot recentibus. sed hinc trochaico dimetiendo necesse est diphthongum dissolvere in *quavis.* in *Glycerium* vero non facere ultimæ syllabæ collisionem. Farnabius.

6 *Paratus advenis*] Hoc est, subornatus, et compositus dolo. Donatus.

7 *Tunc impune hoc facias*] Mire acriter Critonem aggressus, dilatavit incusationem, et generale fecit virtute oratoria, quæ *deuórys* dicitur. Idem.

Tunc hic] Id est, Athenis, ubi delicta vindicantur. Idem.

Tunc hic homin. adolesc. &c.] *Δὲ νῦν τὸ δεινὸν τοῦ λόγου ἐπαίει,* ut Græci dicerent, tanquam in convictum et compertum flagitii, *tunc impune hæc facias?* increpat. et jam facinus partitione quodammodo multiplicat, lenocinii ejusdæm Critonem insimulans: quod exaggerat et a loco, (*hic*, ubi leges bono in usu,) et ab ætate, et ab honestate filii sui quasi seducti arte lenonia, et ab illecebris persuas-

Terent.

4 D

sionum ac pollicitationum; et ab hyperbolica descriptione facti, quasi plus quam lenocinium vellet objicere. accedit interrogatio tam instanter et iracunde facta: tum, ut majus videretur crimen, *homines adolescentulos*, &c. nominat, cum de uno sermo esset. *Bæclerus*.

8 *In fraudem illicis*] Illigas. unde Virgilius, 'Terna tibi hæc primum triplici circumdata filo Licia circumdo.' *Licia* enim dicta sunt, quasi ligia. *Donatus*.

9 *Eorum animos lactas*] Hinc etiam oblectatio dicitur. *Idem*.

Lactas] Quasi teneros animos. *Lactare*, est dulcedine aliqua tenere, ad persuasionem inducere: unde et *delectare* et *oblectare* dicimus. *Idem*.

Lactas] Demulces. supra act. iv. scen. 1. 'Lactasses amantem, et falsa spe produceres. *Farnabius*.

10 *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas*] Vide oratorie agi. ut gravius Critonem accuset Simo, nunc defendit filium, quem dudum increparat. *Donatus*.

Ac meretricios amores] Pejns lenocinio crimen ingessit: non amicam facere de meretrice, sed conjugem. *Idem*.

Nuptiis conglutinas] Hoc gravior est lenocinio. *Idem*.

11 *Metuo ut substat hospes*] *Ut*, ne non. Lucil. 'Tuam ut memoriam retineas.' Et bene *hospes* ait, non *homo*, vel *Crito*. est enim ipso nomine causa diffidentie. *Idem*.

Ut substat hospes] Ne non subsistat hospes. *Farnabius*.

12 *Non ita arbitrere*] Id est, non arbitreris. *Donatus*.

Bonus hic vir est] Cum pondere et distinctione inferendum. *Idem*.

Hic vir sit bonus] *Hic*, per *elapselas*, nec virum, nec bonum esse dixit. *Idem*.

Hic vir sit bonus] Mire poëta, cum oportuerit Critonem inimiciorem Chremi esse quam Simoni, sic rem inducit, ut notior ei sit contra quem

maxime venerat, atque ab eo defendatur, magis ut res progredi ad catastrophem possit. *Idem*.

13 *In ipsis nuptiis*] In ipso articulo nuptiarum. *Idem*.

14 *Ut veniret antehac nunquam*] Plerumque casus imitatur industriam: et hoc sæpe fit, ut etiam sedulo facta, sint suspecta. *Idem*.

15 *Ni metuum patrem, habeo pro illa re eum quod moneam probe*] Vide omnino Guyeti expositionem, quæ proba est. *ad moneam* est hic submonere. *pro illa re*, id est, de illa re. quid respondendum sit scilicet. *Bæclerus*.

16 *Sycophanta*] Hoc est, quod minime voluit sibi dici Crito. nam ita locutus est supra, 'Clamitent me sycophantam, hereditates persequi.' *Donatus*.

Sycophanta] Vetitum caricas in Attica nascentes exportare. Cum vero multi furtim avehere deprehenderentur, delatores qui illos apud judices accusarent, vocatos principio Sycophantas. Athenæus Deipnosoph. c. 2. Cum e sicuum mercatura, vini, olei, tributa colligerentur ac portoria, et multarentur, qui ea non solvissent, coactores appellatos fuisse Sycophantas. Ibidem. Alia originis nomina habes apud Plutarch. in Solone et interpret. Aristophanis in Philo. *Farnabius*.

Hem] Principium iracundie. audit enim quod maxime vitabat: nam ut supra, 'Clamitent me sycophantam.' *Donatus*.

Sic Crito est hic: mitte] Hic Chremes traducit illum ab iracundia, dicendo sic esse eum. Menander: *ὄφρως ἀβρός ὄφρως*.^a Et recte: quia natura ignoscitur, voluntati non item. *Idem*.

Sic Crito est, &c.] Sic homo est. Eunuch. iii. act. 1. sc. iracundus, sc. *ὄφρως ἀβρός ὄφρως*. Menander. *Farnabius*.

17 *Si mihi pergit, quæ vult dicere*] Graviter, mature. *Donatus*.

Si mihi pergit, &c.] Plaut. Asinar.

IL 4. 82. 'Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?' *Baculus.*

Si mihi pergit, &c.] 'Ὀρῶντο κ' ἀπαρῶντας, τοῖσιν κ' ἐπακούσαν. Hom. II. v. plura super hoc adagio, vide apud Erasum. Chiliad. *Farnabius.*

18 *Ego istæ moveo, aut curo]* Est enim sycophantæ perturbare rem bonam, et curare malam. Hoc igitur dicit cum *ὄνειδος*. Ego hæc turbo, aut cogito, quemadmodum tu dicis, Simo. *Donatus.*

Non tu tuum malum æquo animo feres.] Non filium, sed amorem in filium significat. An quia iratus est? Et queritur, an convenient hæc verba Pamphilo veniente. Imo enim conveniunt: nam quanto magis dissimulat favorem, tanto plus acquirit fidei ad ea quæ loquitur. *Idem.*

Non tuum malum æquo animo feres] Explicatus eadem sententia Hec. IV. 4. 27. 'Non tute incommodam rem, ut quæque est, in animum inducæ pati?' Aristophanes. *θραυροφ.* ἀλλ' αἰεὶς ὅγε σὺν ἑστὶν οἰκῆλος φέρε. Duo vult sententia hæc: non tantum, quæ accidunt incommoda, ferenda, (quod Euripidi est *τὰν ὀνείδων τοῦ βίου φέρεω*), sed etiam per se ferenda, id est, aliis nullam inde molestiam exhibendam. *Baculus.*

19 *Nam ego quæ dixi vera an falsa audieris jam sciri potest]* Liber Bembinus habet, *nam ego quæ dico*, quod etiam magis quadrat: nam si utique jam dixisset, quid opus erat iterum dicere, ea quæ jam dixisset? idcirco in præsens tempus ait, *nam ego quæ dico*; in futurum autem *vera an falsa audieris*, sane in libro Bembino erat *audierim*, quod forte malum sensum non habet. *Færnus.*

Jam sciri potest] Addidit et temporis celeritatem, et magna maturitate dixit. *Donatus.*

20 *Atticus quidam olim]* Hæc pars argumenti est: quæ et supra jam dicta. *Idem.*

Apud Andrum ejectus est] Liber

Bembinus, *ad Andrum*. *Færnus.*

21 *Forte applicat]* *Applicat*, proprie de naufrago in litus ejecto atque egent. *Donatus.*

22 *Primum ad Chrysidis patrem]* Quid est *primum*? an quia postea mortuus est? *Idem.*

Fabulam inceptat] Aut ad comædiam retulit *fabulam*: quia *fabula* comædia: et quia argumentum quasi fabulæ narratur, aut certe ad irrisionem narrationis dicit, etenim olim fabulæ proprium; ut Horatius: 'Olim Rusticus urbanum murem mus paupere fertur Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum.' *Idem.*

23 *Itane vero? obturbat]* Si subdistinguit, *interserpsit* accipe: si non distinguit, *evertit* intelligas. *Idem.*

Itane vero obturbat] Potest, *itane vero*, subdistingui: et sic cum comminatione inferri, *obturbat*. *Idem.*

Tum is mihi cognatus fuit] Sc. Chrysidis pater. *Baculus.*

24 *Ibi ego audivi ex illo]* Magna confirmatio veritatis est. *Donatus.*

Ibi ego] Id est, apud Chrysidis patrem. *Baculus.*

26 *Is ibi mortuus est]* *Idem* liber, cum quo omnes alii fere concordant, ita ordinatos habet hos versus: *Is ibi mortuus est. CH. ejus nomen? CR. nomen tam cito tibi? Phania. CH. Hæm perii. CR. verum hercle opinor fuisse Phaniam. hoc certo scio, Rhamnusium se ajebat esse. CH. o Juppiter. CR. eudem hæc Chremes Multi alii in Andro tum audivere. CH. utinam id sit, quod spero: cho dic mihi Quid eam tum? suam ne esse ajebat? CR. non. CH. curjam igitur? CR. frutris filiam. Iambici octonarii sunt, quorum in primo ejus monosyllabum est. secundi prima syllaba fini præcedentis adjungitur. in quarto audivere trisyllabum est. in quinto, ex quid d abjicitur. eam vero monosyllabum est. *Færnus.**

Nomen tam cito tibi] Non negantis est, sed difficile se dicturum ostendit. *Donatus.*

Phania] Hoc ita dicit Crito, ut meo audiret: scilicet adhuc dubitans, an ipse sit. *Idem*.

26 *Hem*] Sunt qui putant, Simonem dicere, irascentem filio, Critonem submonenti. *Idem*.

Perii] Hoc Pamphilus post iracundiam patris. An Chremis est dolentis, vel ad ejus mentionem, vel quod in filiam pene peccarat. *Idem*.

Verum hercle opinor] Hoc adhuc eunctanter est dictum: et ideo indiget confirmatione. *Idem*.

Verum hercle opinor f.] Potest sub. nomen. v. Donat. de *Distinct. Pers.* et Guyet. *Bacclerus*.

27 *Rhamnusium se*] Piræus et Rhamnus, et cætera hujuscemodi, maritima Atticæ oppida intelligenda sunt. *Rhamnus* pagus Atticæ est. *Donatus*.

Rhamnusium] Rhamnus erat pagus in agro Attico. Strabo l. ix. *Farnabius*.

28 *Multi alii in Andro*] Hoc testimonium *cæcum* dicitur. Testimoniorum enim modus duplex est: et manifestus et cæcus. *Manifestus* est, qui certos testes, et præsentem habet. *Cæcus*, in quo multitudinem aut civitatem dicimus scire. ut Cicero: 'Testis est tota Sicilia.' quod tamen audientem conseruat. Est etiam in *cæco* jusjurandum, tabulæ, absentesque personæ. *Donatus*.

Cujam igitur] Vetuste, *cujam*. quod omnibus generibus et casibus servit. *Idem*.

29 *Quid eam tum? suamne ajebat esse*] Id est, quam eam tum ajebat esse, suamne? *Bacclerus*.

30 *Arrige aureis, Pamphile*] Translatio a peccandis. quibus verbis intendit, accipiendam esse vocem. *Donatus*.

Arrige aureis, Pamphile] Hoc Simo videtur dicere. Ut alii putant, ipse sibi Pamphilus. *Idem*.

Arrige aures Pamphile] V. Donat. et Guyet. *Bacclerus*.

31 *Noram, et scio*] Noram Phaniam. scio fratrem fuisse. Ergo et ad personam et ad rem retulit. *Donatus*.

32 *Meque in Asiam persequens, prosciscitur*] Bene in *Asiam*, ubi bellum non erat, sed in Græcia. Et *persequens* dicit, perseverationem sequentis ostendens. *Persequitur* enim qui non desinit sequi. Virgilius, 'Quæ te sola, puer, multis e matribus, ausa Persequitur.' *Idem*.

34 *Vix sum apud me*] Hoc est argumentum, sapientibus lætitiæ vehementem in bonis moderandam: cum unusquisque gaudens ita perturbetur, ut apud se ipsum jam non sit. *Idem*.

Vix sum apud me] *Non sum apud me*, magis consuetudine quam ratione dicitur. Aut forte sic dicit, quasi abierit animas, et rursus redierit. *Idem*.

Ita animus commotus est me tu] Duo carnifices futurarum rerum sunt, spes et metus. Dolor enim et gaudium præsentium rerum sunt. Virgil. 'Hinc metuntur cupiuntque: dolent gaudentque: nec auras Respiciunt.' Sed dolorem hic in lætitiâ non ponit, et mire ordinem servavit, sic enim se hæc invicem sequuntur. Et *deinde* res distinguendum est, spe, gaudio, ut separatim inferantur. *Idem*.

35 *Mirando*] *Mirando*, dum miror. et est participium. *Idem*.

36 *Ne istam multis modis tuam*] Non multis modis inveniri gaudeo, sed tuam inveniri. Alii, *multis modis tuam inveniri gaudeo*: non, *inveniri gaudeo*. Hic jam redit in gratiam Simo cum filio: ubi forte patrem socerum appellat. ut Turanus apud Virgilium, 'Et nos tela, pater, feruntque haud debile dextra Spargimus.' Sed quomodo infra dicit, 'Quid restat, pater?' an *restat* ideo, quia hæc jam major pars reconciliationis est? *Idem*.

Ne istam] Ne nimis. Cicero, 'Ne isti vehementer errant.' Sallustius,

'Ne ista nobis mansuetudo et misericordia.' *Idem.*

Multimod.] Multis modis. *Farnabius.*

Gaudes] Gaudemus nostris: gratulamur alienis. Ut Sallustius, 'Et ei voce magna vehementer gratulabantur.' *Donatus.*

Credo pater] Incertum, utrum, cui gratulatur, Simo sit, quamvis Pamphilus respondeat. potest enim Chremes et pater videri. *Idem.*

Credo, pater] Sic responderi solet dicenti, gaudeo. *Idem.*

37 *At mihi unus scrupulus etiam restat]* At, discretivum est superiorum dictorum. *Scrupulus* a scrupo lapide dictus, lapillus minimus, nam nimis molestæ sunt pedibus scrupulosæ viæ. ut Virgilius, 'Scrupea tuta lacu nigro, nemorumque tenebris.' *Idem.*

Etiam] Pro adhuc. *Idem.*

Scrupulus etiam restat] Dnbiū quoddam non ita magnum superest. *Scrupulus* dim. a scrupo, lapillus qui offendit pedes. hinc pro re molesta, difficili, anxia capitur Donat. sed Nannius a scriptulo seu scrupulo, vigesima quarta uncie parte, sumptam vult Metaphoram, Chremeti in filia examinanda, satisfieri pleno pondere, nisi quod unus scrupulus deat, nomen sc. non convenire. *Farnabius.*

38 *Dignus es cum tua religione odium]* Aut accusativus pro ablativo casu est positus, pro odio. aut separativum *odium* legendum est, ut sit, dignus qui male habeatis. *Donatus.*

Dignus es cum tua religione odium] Ita Donatus, et apud Faënum liber Bembinus, ac Vaticana. Recte dici, exemplis Plantinis ostendit Pascasius Grosippus, sc. Caspar Scioppius in Grammatica Philosophica (p. 20.) ut sit, dignus aliquid, id est, ad aliquid. *Bæclerus.*

Religione] Tam sollicita disquisitione, superstitione. *Farnabius.*

Nodum in scirpo quæris] *Scirpus*, pa-

lustris res, et levissima. Lucilius in primo, 'Nodum in scirpo insane facere vulgus.' Est autem *scirpus*, sine nodo, et levis junci species. Aliibi ipse, 'Reddunt curatura junceas.' Plantus, 'Scirpea inducitur ratis.' *Donatus.*

Scirpo quæris] Scirpi sunt junci leves et enodes, ut scribit Alciatus: nodum in scirpo quærit, qui in re minime dubia dubitandi occasionem quærit. Plantus in Menæchm. act. II. sc. 1. idem habet proverbium: 'Nodum in scirpo insane facere vulgus.' Lucilius. *Farnabius.*

40 *Id quæro]* Rursus Crito obliviosus est, utpote alienarum rerum. *Donatus.*

41 *Voluptati obstare]* Nunc lætitiæ et gaudio. *Idem.*

42 *Heus Chreme]* Heus dicendum erat, quia Chremes Critonem intuebatur. *Idem.*

43 *Ex ipsa audiui millies]* Duas res ostendit Pamphilus, et quod verum sit quod ex ipsa sæpe audierit, et quod sit Glycerium. *Idem.*

Omnes nos gaudere hoc, Chreme] Aut hoc correpte, aut hoc producte: ut sit, hac re gaudere. Et gaudere nostris est, ut supra adnotavimus: alienis vero, gratulari. Sallustius, 'Et ei voce magna vehementer gratulabantur.' Plus est ergo gaudere, quam lætari. *Idem.*

44 *Quid restat, pater]* Hoc est, ne irascaris. *Idem.*

45 *O lepidum patrem]* In quo leporis est plurimum, *lepidus* dicitur. Nam *lepos* est venustus. *Donatus.*

47 *Nempe, scilicet]* *Nempe* et *Scilicet* dicentes, mann vel vultu dotem significant. quod mox intelligit Chremes. Alii δὲ τοῦ scilicet, Chremetis personam faciunt. *Idem.*

Dos Pamphilo est] Id est, Pamphilo pro uxore dabuntur decem talenta. *Idem.*

48 *Accipio]* Ille nisi dixisset, accipio, dos non esset. datio enim ab ac-

cæptione confirmatur: nec potest videri datum id, quod non sit acceptum. *Idem.*

Eho] *Eho* hic admiratio est intentionis, ad id quod dicturi sumus. *Idem.*

50 *Recte admones, Davo ego isthuc dedam jam negoti. Non potest]* Istud *dedere negotium alicui* mihi exemplum videtur plane singulare. Longe enim aliud est, *dare*: aliud *dedere*. Scriberem: *Recte admones, Davo isthuc jam dabo negoti; non potest.* Sed, ut dixi, hæc dubitatio mihi est, aut conjectura, si voles. *Faber.*

Dedam jam] Addidit et temporis celeritatem. *Donatus.*

51 *Qui]* Quamobrem. *Idem.*

52 *Non recte vinctus est]* Id est, non juste. Sed hic ad causam retnlit, *non recte*: senex vero, ad rem retulit. *Idem.*

Vinctus est] Festivum est, quod ἀρποδονήφως inferitur ad majus negotium sc. Respondet Pamphilus pater non recte vinctus est, q. d. pater non crediderim serio te loqui, id est, non putem recte, id est, serio et vere vinctum esse. itaque Simo, *haud ita jussi* inquit, sc. ut parum serio vinciretur, ut non recte vinciretur. quod cum dicit, κομικῶς alladit ad imperia sua: quadrupedem enim constringi, adeoque accuratissime vinciri jusserrat. hæc simplicissima expositio, cui cur aliquis ceteras præferat, nihil causæ est. *Bæclerus.*

Non recte vinctus est] Jusserrat enim quadrupedem vinciri modo scen. 2. hujus act. ludit in ambiguitate τῷ recte. *Farnabius.*

Haud ita jussi] Quia quadrupedem stringi jusserrat, quasi recte ac diligenter. Et hoc ipsum non vacat. nam jam joculariter loqui, et minus irascentis est, et placabilis animi. *Donatus.*

Haud ita jussi] Eleganter ludit ad ἀμφιβολίαν, et simul ostendit, quam propitius sit Pamphilo pater, et quam

facile veniam Davo impetrare possit ab eo, quippe qui jam etiam jocetur. Pamphilus autem dixerat, non juste: ille sic respondit, quasi dixerit, non diligenter vinctus est. Et *haud ita jussi*: sic enim præceperat, 'Quadrupedem constringito.' *Idem.*

53 *S. Age fiat. P. at matura]* Error est. Scribendum omnino, *At (mature)*. En tibi exemplum in *Ennuch*o act. II. sc. 1. *P. Fiet. PH. at mature.* Et hoc certe ita esse debet: *Fiet mature*, non autem, &c. *Faber.*

SCENA V. Sunt Trochaici tetrametri catalectici. Muretus Iambicos miscet: vs. 1. unus Ms. *reviso*. duo: *forsitan*. vs. 2. omnes: *non patere hoc*. vs. 5. omnes: *si nulla agritudo*. vs. 6. unus: *sed quem ego mihi potissimum optem nunc hoc cui narrem dari*. alter meorum: *sed q. e. m. p. exoptem nunc cui hæc narrem dari*. Argenter. *sed q. e. m. p. exopti*. cui *nunc hoc narrem dari*. vs. ultim. τὸ εἶναι abest ab omnibus. *Bæclerus.*

Proviso quid agat Pamphilus] Hæc scena alterum generum Chremeti comparat: ne aut Charinus tristis recedat, aut non provisum videretur Philumenæ. *Donatus.*

1 *Proviso quid agat]* Hoc colloquium post compendium fabulæ inducitur: ut una narratione etiam negotium Charini transigi possit. *Idem.*

Proviso quid agat] Dupliciter res ab oculis spectatorum moventur: aut enim futura promittuntur, aut facta narrantur. *Proviso*, duo significat, et provideo et procedo. *Idem.*

2 *At mihi nunc sic esse hoc verum lubet]* Sic delicate pronuntiandum est, et separatim distinguendum. *Id.*

At mihi nunc sic esse hoc verum lubet] Sensus hic est: alii potent, ut volunt: ego autem verum esse confirmo, quod mihi lubet verum credere. *Idem.*

At mihi nunc sic esse hoc verum l.] Ἐμφασις est in τῷ nunc. Lætitiam enim præsentis exultationem exprimit. ita in *Ennuch*o III. 5. 3. 'Nunc

est profecto,' &c. ubi idem *πῶδος* signatur. *Bæclerus*.

3 *Ego Deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror*] Omne quod habemus autem mutuum est, aut proprium. Mutuum est quicquid ad tempus habemus, nec postmodum nostrum futurum est, ut uxor, domus, villa, servi, et cetera in hunc modum: Proprium, ut virtus animi, et bonum sempiternum. quod proprie de Diis dicitur. non enim aliunde venerunt, sed apud se ipsos sunt semper. Et Epicurum secutus hoc dixit. Proprie ergo de Diis sempiternum dicitur. Nam inter sempiternum et perpetuum hoc interest: quod sempiternum ad deos, perpetuum proprie ad homines pertinet. *Donatus*.

Ego Deorum vitam propterea] Hanc sententiam totam Menandri de Eunucho transtulit. et hoc est quod dicitur, 'Contaminari non decere fabulas.' *Idem*.

Ego deorum vitam] Non dixit, quod scit: sed quod verum putet. Et est *δόγμα* *Ἐπικούρειον*, quod a ceteris philosophis repudiatur, de otio Deorum ac perenni voluptate. *Donatus*.

Ego vitam deorum] Τοῦτο τὸ ἥν τὸ καλοῦμεν Θεῶν ἀληθῆς βίον. Apollodorus. 'Deorum vitam adepti sumus.' Heautont. act. iv. sc. 3. 'Immortalis ero, si altera talis erit. Namque Deos didici securum agere ævum,' &c. ex schola Epicuri. Horat. 6. S. i. l. *Farnabius*.

4 *Proprie sunt*] Perpetuæ, sempiternæ, quæ non sunt accommodatæ ad tempus, ac mutæ. sic et supra, 'Nihilne esse proprium cuiquam?' *Donatus*.

Proprie sunt] Peculiares et perpetuæ: 'Propria hæc si dona fuissent.' Virg. Æn. vi. de Marcello, cui diuturna vitæ usura negata. *Sempiternum* ad Deos, *perpetuum* proprie ad homines. *Farnabius*.

5 *Si nulla agritudo huic gaudio*] Scilicet secundum supradictam senten-

tiam, Si propria, inquit, hæc fuerit voluptas, Deus sum. *Donatus*.

6 *Sed quem ego potissimum*] Bembinus liber et multi alii hæc verba sic collocata habent, *Sed quem ego mihi potissimum exoptem nunc, cui hæc narrem dari?* ita trochaicus, aliter impeditus, procedit. Ceterum liber Bembinus pro *exoptem*, habet *optem*. *Faërnus*.

7 *Quid illud gaudii est*] In aliis, Davi persona infertur. *Donatus*.

8 *Nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia*] Ἀρχαῖος. *Idem*.

Solide solum] Figura *παρόμοιον*. *Id.*

SCENA VI. Trochaici sunt tetrametri catalectici. vs. 1. duo Mss. *quisnam homo est*. Argentor. *quisnam hic est*. *Idem* vs. 2. glossam inseruit: *certe nescio*. id enim subauditur in aliis. vs. 3. et 4. omnes, ut edidimus. vs. 6. unus: *pater am. summus est nobis*. alter: *p. a. est sum. n.* vs. 10. unus: *adibo et colloquar*. alter: *adibo ut coll.* Argent. *adibo colloquar*. omnes: *o Charine*. vs. 11. unus: *hem audistin*. ceteri omittunt *τὸ hem*. omnes *τῶ secundis* addunt *rebus*, sed diverso positu. vs. 14. omnes: *apud Glyc.* unus omittit, *hac*. vs. 17. omnes: *quod restat*. duo ante *τὸ plaudite* habent hoc signum GG. Argentor. *valete et plaudite*, absque hoc signo prævio. Subjiciunt omnes: *Caliopius recensui*. *Bæclerus*.

Pamphilus ubinam hic est] In hoc actu mira arte ea quæ restant de Comædia breviter explicantur, et designantur duorum sociorum binæ nuptiæ. *Donatus*.

1 *Pamphilus ubinam hic est?* P. Dave. D. *quisnam homo est*] In affectu gaudientis Pamphili, et Davi gratulatione, cognitionem rerum Charino præbuit: cujus persona parce utitur post compendium. *Idem*.

Pamphilus ubinam hic est] Davus, e quadrupede redditus bipes, id est, vinculis exutus gratulatur Pamphilo prosperas nuptias. Charino ne quis læto destituatur exitu, spes bona ducendi Philumenam facta *felicitèr*.

Farnabius.

Dave. D. quiamam homo est? &c.] Donatus: 'In affectu, &c. cujus persona parce utitur post (leg. *propter*) compendium.' Talis compendii specimen mox est etiam vs. 8. 11. 13. *Bacchus.*

2 Sed quid mihi contigerit scio] Scio, id est, persensi. *Donatus.*

3 Et quidem ego] Retulerat Simo. supra sc. 4. 'vinctus est.' *Farnabius.*

More hominum] Hominum abundat. *Donatus.*

More hominum evenit, ut id quod sim nactus mali] Quia fama mali celerior, quam boni, id est, ut facilius mala, quam bona nuntientur. Ad hoc ergo dixit, quod ille prior scierit quod esset vinctus, quam ipse cognitam Glycerium cognosceret. *Idem.*

Ut quod, &c.] Velocior ficti pravi- que est fama, quam nuncia veri ac boni. *Farnabius.*

5 Mea Glycerium suos parentes reperit] Hæc ita narrantur Davo, ut eadem opera etiam Charinus audiat. *Donatus.*

6 Pater amicus summus] Hæc omnia, ut diximus, propter Charinum dicantur, ut audiat. *Idem.*

Amicus summus] Deest ejus. Idem.

7 Num ille somniat ea, quæ vigilans voluit] Hinc Virgilius, Ecl. viii. 'Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?' *Idem.*

8 Desine] Compendium attulit. Donatus.

9 Solus est quem diligunt dii] Dicitum erat proverbiale, quo et alibi nus est Terentius plus semel, ter, quater. *Faber.*

10 Conloquar. P. quis homo est? Charinus in tempore] Stat versus, si vel ex consequar r, vel ex quis s, elidatur. *Idem.*

11 Bene factum] A gratulatione cepit. *Idem.*

Omnia] Compendium. Idem.

Age, me in tuis secundis rebus respice] Hæc sunt quæ absolute dicuntur, et

est commotio. Sunt enim qui felicitate elati, ne respicere quidem velint amicos. Et *respicere*, est proprie retro aspicere. Id est, quem præcedis felicitate, non obliviscaris. *Idem.*

12 Tuus est nunc Chremes] Lucilius in secundo, 'Nunc prætor tuus est, meus si discesserit harno Gentilia.' *Idem.*

13 Atque adeo longum est nos illum expectare] Quia et audacter et artificiose binos amores duorum adolescentium, et binas nuptias in una fabula machinatus est: et id extra præscriptum Menandri, cujus Comœdiam transferebat: idcirco aliud in proscenio, aliud post scenam retollit: ne vel justo longior fieret, vel in eadem propter rerum similitudinem coerentur. *Idem.*

14 Sequere hac me intus ad Glycerium] Jam post scenam itur: quia ulterius in proscenio nihil agitur. *Id.*

Tu Dave abi domum] Hi versus, usque ad illum, 'Gnatam tibi meam Philmenam uxorem,' negantur Terentii esse: adeo ut in pluribus exemplaribus bonis non inferantur. *Idem.*

Tu Dave abi Domum] Donatus: 'Hi versus,' &c. Habes eos apud Guyetum, quem vide. *Bacchus.*

15 Qui auferunt eam] Rite namque virgo nuptui data simulabatur ex gremio matris, aut ea si deesset, ex proxima necessitudine rapi, cum ad virum transferebatur; quod ea res feliciter Romulo suisque cessit, Sabinas rapientibus. *Farnabius.*

16 Ne expectetis] Mire dicit, latenter se laudans: quo verbo avidum adhuc audiendi populum, adeoque cupidum et intentum ostendit, ut finem Comœdiæ evenisse non senserit. *Donatus.*

Ne expectetis dum exeat hac, intus despondebitur, Intus transigetur, si quid est quod restet. PLAUDITE] Ist hæc verba *Si quid est quod restet,* non debent divelli a proximis: imo etiam, cum illis unice juncta sunt et copu-

lata. Absque eo sit, isthuc *transigetur* solitarium fuerit; et non est tamen. Hunc enim ordinem verba habent, *Si quid est quod restet, id transigetur intus*. Dices, Quid tandem restare possit? annon absoluta Fabula est? an habes quod arguas? Absoluta est, inquam, et suos numeros habet Fabula; nihil arguo; sed tamen et aliquid restat. Primum, petitio Critonis, ad quem lege veniebat hereditas Chrysidis postquam Phanium agnita erat non esse illius soror. Deinde et aliud etiam; id nempe quod attinebat ad Charinum, qui Philomenæ nuptias tam ardentem ambibat. Supererat ergo aliquid, et recte additum a Poëta, *Si quid est quod restet*. Quamobrem miratus sum nuper quod mihi in Gallica Interpretatione ostensum est; idque eo etiam magis, quod antiquos Terentii Interpretes eam rem planissime explicasse sciebam. Sic autem eum locum vertebam: *Après cela, Messieurs, n'attendez plus. Ils ne viendront point icy. On va faire le mariage dans le logis; Et s'il reste encore quelque autre chose, cela se videra dans le logis aussi*. Illa autem verba ideo a me his posita fuere, *dans le logis*, quia et Terentius ipse his posuit, *Intus*; quod, ut opinor, in scriptore prudentissimo potuerat observari. Ceterum sic Lectores credere velim; hæc me non

maligno aliquo obtreactionis studio scribere, sed ideo tantum; nequis tam elegantem Doctissimi viri Interpretationem legens, interdum, quod fieri facile potest propter famam ipsius, et amplissimam existimationem, labatur. *Faber*.

17 *Intus transigetur, si quid est quod restet*] Artificiose poëta hereditatis justam petitionem ex Critonis persona prætermisit, quæ ei Glycerio cognita jure tribuebatur: ne vel parvo rei Critonis tractatu, aut defraudatione Glycerii infuscaretur finis fabulæ ad lætum exitum spectans. *Idem*.

Si quid est quod restet] Quia narratione dignum non est, quod Charinus rogat. *Idem*.

Ω. *plaudite*] Færnus in antiquis libris hanc notam reperit. quam Petitus existimat coaluisse ex duplici eo Græco, quasi notare voluissent ὁ ἔχλος. non uno modo infirmari potest hæc conjectura. nihil certius puto, quam literam G fuisse, quam *gregem* notaret. habetur illa geminata in duobus nostris codicibus Mss. ea forma, qua Longobardicus character utitur. *Grex* vocabulum scenicum. Plantus Asinarum Prologo: 'Hoc agite...Gregique huic et dominis atque conductoribus Facio jam nunc tu præco omnem auritum populum.' V. Chrestom. v. *Grex. Baclerus*.

EUNUCHUS.

PROLOGUS. Senarii sunt. vs. 5. Mss. nostri omnes: *existimavit esse, sic existimet, sciat, præsumat*; nisi quod Argent. *extimavit*, et *extimet*. duo illa verba *sciat præsumat*. etiam in aliis codicibus glossemate intrusa, Faërus jam monuit. vs. 7. omnes, ut edidimus. vs. 10. duo: *atque a thesauris scr.* Argentor. *atque de thesauris sumit.* vs. 12. unus: *quam dicat ille.* alter: *quam illi qui pet.* et illi etiam Argenteratensis, sed secunda manu præfert. vs. 14. omnes: *fraudetur.* vs. 17. omnes: *condonabuntur.* sed in Argentor. secunda manu vs. 19. ut edidimus. vs. 24. Argent. *et nihil dixisse verb.* vs. 41. omnes, ut ed. Bæclerus.

[*Didascalia*] Monni superius, omisum fuisse in hac Didascalia pretium, quod Terentio ab Ædilibus numeratum est. Vide excerpta ex Donato. Faber.

[*Personæ mutæ*] In recentioribus libris Strato ponitur inter personas mutas; male. An quia Miles Gloriosus sua narrans facinora, de Stratone Elephantarcho, (Livius diceret Magistrum Elephantorum,) quem et ipsa etiam Heinsiana Editio militis servum facit, aliquod de Stratone dixit, (qui tamen Athenis non erat,) ideo inter personas theatri collocari debuit Strato? Quin et Sannio hinc quoque excludendus fuit; nam, ut in Comœdia est, 'Solus servabat domi,' dum alii in theatro sine sanguine belligerabant. Sed cur et Pyrrhum regem non fecere personam mutam? Nam in hac ipsa Fabula aliquid de Pyrrho scriptum reperias. In Andria, ubi inter personas mutas scribuntur Chrysis ac Niceratus, illum et illam sustuli; nam et bona illa Chrysis nulla tunc erat, et Niceratus

in actione Fabulæ nullum omnino locum habuit. Nonnullæ editiones in eadem Comœdia et Cliniam ponunt et Phædrum, quia scilicet illorum mentio fit in narratione Simonis. Sed quam illi in actione Fabulæ partem habuerunt? Nullam. *Idem.*

[*Si quisquam est, qui placere, &c.*] Attendenda poëtæ copia, quod in tot prologis de eadem causa iisdem fere sententiis, varils verbis utitur. *Donat.*

[*Bonis quam plurimis*] Commendat personam. *Idem.*

[*Quam plurimis*] Una voce et conjunctim scribi debet, *quamplurimis*, non divisim. Erravit Æmilius, Ferretus, et post ipsum Muretus, qui illius sententiam probat. Et post Muretum nonnulli; ante illos autem Euphrasius, ante Euphrasium Nolinus Marcellus. *Multi*, iniquiunt, id est, mali (scilicet ita Græci). Sed dormitavere omnes. *Quamplurimi* opponuntur. *minime multis*. Satis in præsens isthuc esto. *Faber.*

[*Bonis quam plurimis*] Super his verbis ita Euphrasius: 'Bonis quam plurimis quidam intelligunt, quam plurimis bonis. nos intelligamus extrinsecus plurimos, nihil aliud posuisse nisi malos. boni enim admodum pauci sunt. ita quod dixit in numero plurimis, qualitatem potius declaravit.' *Faërus.*

[*Qui placere se, &c.*] Qui placere studeat bonis potius quam malis; et subauditur *potius*. sic Plantus: 'Certum est mori, quam hunc pati leonem in me grassari.' Rudens, act. III. sc. 3. Βούλου' ἐγὼ λαὸν σὸν ἐμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Hom. II. Iliad. Θῶος προνομὸς σταλαγμὸν ἢ τύχηι πίων. *Farnabius.*

2 *Plurimis, &c.*] 'In dissensione

civili, cum boni plus quam multi valent.' Cic. de Rep. l. vi. *Idem.*

Et minime multos laedere] Ἀριστερον πλεον. *Donatus.*

3 In his Poëta hic nomen proficitur suum] Cum dixisset, quisquam, intulit in his, et alibi, 'Cujus mox maxime est consimilis vestrum, hi se ad vos applicant.' *Idem.*

Nomen, &c.] Translatio a militibus, qui nomina in militiam dant. *Farnab.*

4 Tum si quis] Bene, si quis: cum L. Lavinium significet, ne vel ipsam a se læsum esse fateretur. Et *Tum*, præterea: ut 'Tum canit Hesperidum.' *Donatus.*

Si quis] Lavinium innuit, cujus calumniis respondit in prologo Andriæ. *Farnabius.*

Inclementius] Pro inclementer: ut, 'Jam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus.' *Donatus.*

5 Existimet] Pro existimavit. *Id.*

6 Responsum, non dictum esse] Deest ei, ut in Phormione, 'Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.' *Idem.*

Non dictum esse] Superius dictum participium est: inferius, nomen. A quo etiam *dicaces* dicuntur, qui jocosis salibus maledicunt. *Idem.*

Responsum, non dictum esse] Figura *πλοκή*, nam dictum modo bis numero positum, supra nomen significat, infra participium, ut in Heantont. 'In quem quidvis harum rerum convenit, quæ sunt dicta in stultum.' *Idem.*

Quia læsit prius] Prior, quod est in Bemhino et Vaticano, mihi magis probatur. *Faërnus.*

7 Qui bene vertendo] Bene, pro valde. Et *Vertendo*, in linguam Latinam transferendo. Plautus, 'Vertit barbare.' Aut *vertendo*, corrumpendo. *Donatus.*

Qui bene vertendo et eas describendo male] Lego ex libro Bemhino, et eadem scribendo male; ut sit sensus: elegit ille quidem bonas quas vertet, sed easdem male scripsit. quem

sensum confirmat insequens versus: *Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas*: est et hæc lectio in libro Victoriano, licet in pro scribendo habeat conscribendo. ita legit et Eugraphius sic dicens: *bene vertit, de Græco in Latinum: male scribit, male verba componit.* *Faërnus.*

Qui bene vertendo, et eas describendo male] Varie laborant eruditi in hoc versu explicando. nec *Donatus* quicquam expedit. *Nannius* autem bene proluxa oratione de vitio et laude interpretum ita disserit, ut sensum hujus loci tamen reliquerit ambiguum. *Fr. Fabricius* rō describere ad dispositionem refert. *Faërnus*: *elegit ille quidam bonas quas vertet, sed easdem male scripsit*: sed Latinitas vix patitur, ut *bene vertere*, sit, *bene eligere vertenda*. *Fr. Guyetus* ab emendatione præsidium repetivit. Nihil autem forte horum est, in quo aliquis possit satis tuto acquiescere: quia amplius sibi cogitandum patet, in eo tamen *Guyetum* sequi placet, quod vix persuadeor, *Luscio bene vertendi* laudem a Nostro tribui. *Bæclerus.*

Qui bene, &c.] Bene ad verbum transferendo, sed disponendo male. 'Se mirari non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus a quo essent illa dimensa atque descripta.' *Lysander* de Cyro, apud *Cic. de Senect. Farnabius.*

9 Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit] Tō αὐτῷ apparet pronuntiatum, quasi hoc ipso admouerit spectatorem, quam turpiter et imperite hæc fabula scripta sit. Et bene, nunc nuper: ut ex vicinitate facti ostendat, nihil esse dicendum, quam displicuerit hæc comædia L. Lavinii: propterea quod res recens sit, et omnes meminerint. *Phasma* autem, nomen est fabulæ *Menandri*: in qua noverca superducta adolescenti, virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim eductam, cum habe-

ret in latebris apud vicinum proximum, hoc modo secum habebat assidue nullo conscio. Parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, ut in ipso transitu sacrum locum esse simularet. Cumque transitum intenderet sertis ac fronde felici, rem divinam sæpe faciens, evocabat ad se virginem. Quod cum animadvertisset adolescens, primum aspectu pulchræ virginis, velut numinis visu percussus exhorruit: unde *Phasma* est nomen fabulæ. deinde paulatim re cognita, exarsit in amorem puellæ: ita ut remedium tantæ cupiditatis, nisi ex nuptiis, non reperiretur. Ita ex commodo matris ac virginis, et ex voto amatoris, consensuque patris, nuptiarum celebratione finem accipit fabula. Utrum ergo hoc dicat, quod totam fabulam transferendo, læserit L. Lavinius: an hoc tantum, de quo reprehendat, sed his signis velit ostendere, quem dicat vitiose *Thesaurum* composuisse; ut in *Thesuro* sit culpa, non in *Phasmate*? Donatus.

Nunc nuper dedit] *Nuper*, ex illis verbis est, quæ veteres proferebant. nam nisi adderet: *nunc*: hoc *nuper*, olim, pridem, et jam significasset. *Donatus*.

Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit] Hanc fabulam totam damnat, ut apparet, silentio: *Thesaurum* vero, non totum, sed ex uno loco. *Idem*.

Phasma nunc, &c.] Comædiam, cuius argumentum satis longum refert Donat. *Farnabius*.

10 *Atque in Thesuro scripsit, causam dicere*] *Thesaurum* Latini veteres, secundum Græcos, sine *n* littera proferebant. *Donatus*.

Atque in Thesuro scripsit, causam dicere, &c.] Prius de verbis aliqua notabimus. *Thesaurum* (*θησαυρον*) potius quam *thesaurum*, quod posterioris sæculi est, scribi oportere, et *Donatus* monuit, et *Guyetus* merito in-

culcavit. Interpunctio sive ita fiat, *causam dicere prius unde petitur, aurum quare sit aurum*; sive, *causam dicere prius unde petitur aurum, quare sit aurum*: sensus præamen mutandus non est. qui talis est: prius eum unde petitur, id est, reum causam dicere, quare thesaurum anum esse contendat, quam ille qui petit (actor) demonstrasset, unde sibi vindicaret thesaurum, ac. cur thesaurus ipsi deberetur, unde petitur, id est, is unde petitur, reus est: *qui petit*, petitur, actor.

Objicit ergo Terentius Luscius Lavinio adversario suo, quod in Comædia cui *Thesuro* titulum dedit, ordinem juris et consuetudinem iudiciorum perverterit: in eo, quod reum primo loco causam dicere fecerit, antequam actor intentionem suam probasset. Sicut autem Luscius ille Lavinius *Phasma* suam ex Menandro transulerat; ita idem in *Thesuro* fecisse colligitur, cum sciamus Menandri drama hoc vocabulo extitisse. Quod autem hic præpostere in *Thesuro* factum arguitur, illud nequaquam ad Menandri *Thesaurum* pertinet, sed ad Luscii Lavinii. qui ex bona Græca fabula, non bonam fecit Latinam. Nec frustra hoc monemus.

Sed apponemus huc totam causam ex Donato et Euphratio. *Donati* hæc est annotatio: 'Arguit Terentius, quod Luscius contra consuetudinem litigantium, defensionem ante accusationem induxerit. Hujusmodi enim est Luscii' (nota, non Menandri, qui aliter ordinaverat) 'argumentum. Adolescens, qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, servum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi vivas magnis opibus apparaverat, ut id aperiret, illaturus epulas, quas pater post annum decimum caverat sibi inferri.' (hoc ipso hand dubie consilio ut reperiretur thesaurus.) 'Sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex quidam avarus ab adolescente emerat. Servus ad aperendum mo-

nummentum auxilio usus senis, thesaurum cum epistola ibidem reperit. Senex thesaurum, tanquam a se per tumultum hostilem illic defossum retinet, et sibi vindicat. Adolescens iudicem capit: apud quem, prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: Athenienses, bellum cum Rhodiensibus quod fuerit, quid ego hic prædicem? et cætera: quæ contra naturam jurisque consuetudinem posita argumenta notat Terentia, quod ille ordo potior erat, ut adolescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur. Addit mox de eodem errore Lascii: 'nam possessorem fecit priorem agere, quam petitozem: quod abhorret a consuetudine juris et litij.' Hæc *Donatus*. Engraphius ita exhibit argumentum comædiæ Lascii: 'Quidam agrum vendidit, illic habebat patrium monumentum, in quo thesaurus emptor invenit, comperit venditor:' (nam ita legendum est:) 'in iudicium venit. utique ex ratione et ex consuetudine prior loqui debet ille, qui petit. Petitor autem hic venditor est: ut secundo loco respondeat, a quo petitur, hoc est emptor. At contra Lascius Lavinus fecit; ut prior loqueretur, unde petitur, quam ille qui petit.' Ad hanc causam, ex jure civili Romano, cujus peritissimus est, hæc annotavit Clarissimus vir Jo. Henr. Schrotorius: 'Emtor, a quo, tanquam reo, thesaurus petebatur, causam dicebat, ob quam suus esset; quia scilicet a se ipso, et in suo repertus esset, l. un. C. de thesaur. atque id quidem, prius quam venditor, qui petebat et actor erat, proposuerat, cui probatio incumberebat, unde in patrium monumentum thesaurus pervenisset. quod nisi aliunde potuisset constare, debebat venditor ad exhibendum agere, ut vel ex signatura nummorum, liceret aliquid colligere. Perex. num. 11. in l. t. C. de thesaur. quamquam sc. in hoc casu etiam præsumtio, quod

ipse pater monumentum id extruxerat, pro eo pugnasse videatur, thesaurum verum non esse, ut qui ignotum dominum jam minime haberet, l. xxxi. §. 1. de A. R. D. et mansisse ejus, cujus antea fuerat, licet perditus hactenus, et ab eo, ad quem pertinebat, non ablatum. l. xlvii. R. V. nam jus possessionis ei, qui eum condidit, non videtur peremptum. et quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, l. xi. de R. I. Quapropter non immerito reprehenditur Poëta, qui contra naturam ordinis et negotii, ante petitozem, in scena fecit causam dicere reum, cui tamen sufficere debuisset, quod possidebat, l. i. §. 6. uti possid. cui etiam velut possessori actio ultro, id est, ut prior ageret, nunquam dari poterat. d. §. 6. nam in controversiis rerum corporalium actio negatoria, per quam negetur res actoris esse, prodita non est, §. 2. in f. Inst. de Action.' Epistolam, quam adolescentis venditoris pater una cum thesauro deposuerat, haud dubie cum ipso thesauro retinuisse senem emtorem, intelligendum est. alioquin futurum erat, ut res controversia careret. Vidit sane servus adolescentis epistolam thesauro additam, sed antequam inspecta esset et exhibita, senex ementiri potuit, se pecuniæ custodiæ causa depositæ illam addidisse, ut constaret, quis et quo fine deposuisset. Potuit postea, spatio dato, et supponere aliam epistolam. Deposuerat autem pater adolescentis illic thesaurum, ne filius statim ut hereditatem paternam adisset, prodigeret omnia. fore enim sperabat, ut absumendi libidinem mitigaret ratio et ætas. itaque decem annos interponi voluit, antequam filius rescisceret, sicut in argumento apud Donatum amplius exponitur. Vide etiam, quæ magnum quondam nostræ Academiæ ornamentum Caspar Bitschius, Jureconsultus, de Thesauris parte priore et

posteriore, annotavit. *Bæclerus.*

Thesauro, &c.] Alia Menandri fabula, in qua præpostere inducit reum agentem ante petitozem, qui poscebat thesaurum patris sui in monumento conditum, et a reo ablatum. *Farnabius.*

11 *Prius, unde petitur aurum*] Unde, a quo. Virgilius, 'Genus unde Latinum.' Nam possessorem fecit priorem agere, quam petitozem: quod abhorret a consuetudine et juris et litium. *Donatus.*

12 *Quam ille qui petit*] Deest dicat. *Idem.*

Qui petit] Id est, petitor. *Idem.*

Quam ille qui petit] Easet recta locutio si diceret, *quam petitozem*: ant *quam illum qui petit*. Sed *quam ille*, maluit: ut subaudiamus *causam dicat*, per *ῥῆγμα* a superiore figuratum. *Idem.*

Quam illum qui petit] Liber Bembinus ac Vaticanus, et Donatus, *quam ille qui habent*. qua lectione stante illæ tres dictiones anapæstum faciunt, correpta priore syllaba in *ille*; *petit* vero iambus est, posteriore item correpta more veterum. *Færnus.*

14 *Dehinc*] Si loquatur. *Donatus.*

Ne frustretur ipse se] Παρὰ προορκίας dicitur: sed post addit. *Idem.*

Aut sic cogitet] Si taceat. *Idem.*

15 *Defunctus jam sum*] Σχῆμα διαβολας, ἡθορολα. id est, omni labore liberatus sum, auctoritate jam confirmata et inviolabili. *Idem.*

Defunctus jam sum] Id est, jam egi fabulas meas: aut jam destiti periclitari in edendis comædiis: aut certe, jam edidi quam tu reprehendis fabulam. *Idem.*

Defunctus jam sum, nihil est quod dicat mihi] Non sit, inquit, de suis vitiis securus propter vetustatem, nihilominus enim a me reprehenditur. *Idem.*

Defunctus jam, &c.] Μύησις defendentis se Lavinii. Jamdudum emeritus sum, defunctus labore et discri-

mine tum scenæ, tum populi: nihil est quod mihi objiciat Terentius. *Farnabius.*

16 *Is ne erret, moneo*] Σχῆμα, ἐνισχυειν. *Donatus.*

Is ne erret] Respondet Poëta nos-ter. *Farnabius.*

17 *Quæ nunc condonabitur*] Sic in Phormione, 'Argentum quod habes, condonamus te.' Nam et *dono* ablativo casui jungebant veteres, *condono* vero accusativo. *Donatus.*

Condonabitur] Quæ in præsentî condono illi. Phorm. act. v. sc. 8. 'Argentum quod habes, condonamus te.' Plant. frequens. Sed phrasin hanc explodit Jul. Scal. Poëtices lib. vii. c. 2. partis 2. imputatque Erasmo. acriter interim tnetnr lectionem, *condonabuntur*. Sczಂತas sc. interseri quandoque, probat multis adductis exemplis Plauti. idque fieri varietatis gratia et excitandi spectatores. *Farnabius.*

19 *Nunc quam acturi sumus*] Obliqua narratio facti est, secundum casum accusativum. *Donatus.*

Nunc quam acturi sumus] O. l. s. *quam nunc*, qua collocatione admissa, primam hujus versus syllabam præcedenti versui in scansione applicabimus. *Færnus.*

20 *Postquam ædiles emerunt*] Mire, cum ordo melior videretur, si sic diceret: Postquam ædiles emerunt, quam nunc acturi sumus, perfecit sibi ut inspiciendi esset copia. *Emerunt* autem, mediam corripit. ut, 'Matri longa decem tulerunt fastidia menses.' *Donatus.*

Postquam Ædiles emerunt] Ergo vitium est in Iambico? Nil minus; nam illi veteres penultimam pluralem tertiæ personæ fecere communem; id quod olim ad Phædrum et P. Syrum probavi satis. *Faber.*

Ædiles] Ædilibus curæ erant urbis ædes, annona, ludi solennes et statî publico, interdum suo sumptu ludos edebant. *Farnabius.*

Emerunt] Penultimam defendit Turnebus l. xviii. c. 2. *Idem*.

21 *Perfecit*] Mire, quasi difficile et illicitum. *Donatus*.

23 *Exclamat, furem, non Poëtam*] Mire reprehendit ante vitium, quam de causa maledicti dicat. *Idem*.

Exclamat, furem, non Poëtam] Adhuc nulla reprehensio est: si quidem licet transferre de Græco in Latinum. *Idem*.

24 *Et nihil dedisse verborum tamen*] Aut, neminem fefellisse: aut, nihil apposuisse de suo. *Idem*.

Et nihil dedisse verborum tamen] Aut neminem fefellisse: dare enim verba, decipere est. Quia qui rem expectat, et nihil præter verba invenit, deceptus est. unde alibi, 'Verba istæ sunt:' et e contrario, 'Rem cum videas, censeas.' Aut aliter: nihil addidisse de stylo suo Terentium. *Id.*

23. et 24. *Fabulam dedisse, et nihil dedisse verborum tamen*] *Donatus*: 'Aut, neminem fefellisse, aut nihil apposuisse de suo.' placet prius. *Bæclerus*.

Et nil dedisse] Et nihil de suo stylo dedisse tamen. *Farnabius*.

25 *Colacem esse*] Α κόλον cibus dictum refert Athenæus lib. vi. *Deipnosoph.* 18. cap. *parasitus* itidem α σίτρος. *Idem*.

26 *Parasiti personam inde ablatam*] Et hoc mire: non versus objicit, sed personam esse translata. quid stultius, aut calumniosius dici potest? *Donatus*.

27 *Peccatum imprudentia est*] Id est, ignorantia: ut imprudens harum rerum. non enim stultitia. *Idem*.

Si id est peccatum, peccatum imprudentia est Poëta] Primo negat peccatum, deinde concedit et purgat. *Idem*.

Imprudentia] Ignorantia, non imperitia. *Idem*.

Si id peccatum] Πλοκή. Nam peccatum superius, nomen est: et sequens, participium. Et primo negat,

peccatum, deinde si peccatum est, purgat id ipsum veniali qualitate ab imprudentiæ partibus. *Idem*.

Imprudentia est] Ut sexto ab hoc verbo. *Farnabius*.

28 *Non qui furtum facere studuerit*] Antiquissimi libri quo habent, non qui. quo autem pro quod exponendum. *Færnus*.

32 *In Eunuchum suam*] Ad fabulam, non ad hominem retulit. ut Virgilius, 'Centaurio invehitur magna.' *Donatus*.

Eunuchum suam] *Fabulam* respexit, aut comœdiam. *Synthesis. Farnabius*.

34 *Latinas scisse sese*] Hæc lectio placet mihi propter versum. quamvis o. l. s. non habeant nisi unum, se; et in Bembino, ubi geminatum erat, posterius sit deletum. *Færnus*.

Id vero pernegat] Annis tamen prope xl. ante hanc fab. editam obierant Nævius et Plautus. *Farnabius*.

35 *Quod si personis iisdem uti aliis non licet*] In Bembino est, *iisdem huius uti non licet*. quarum lectionum utra melior sit, statuerè nescio. interim vulgatam tenebimus. *Færnus*.

36 *Qui magis licet currentes servos scribere*] Ego potiorè arbitror lectionem, quam continet liber Bembinus, *currentem servum*; ut et in Heautontim. 'Ne semper servos currens.' *Idem*.

Currentes, &c.] Subjecta hæc, personæ et ἥθη Comœdiarum. 'Terentius meretrices malas, avaros lenones, tristes senes, edaces parasitos commemoravit.' Victorinus in Cic. Rhet. i. l. 'Dum servus fallax, durus pater, improba lena, Et meretrix fuerit blanda, Menander erit.' Ovid. i. Amor. 15. eleg. *Farnabius*.

37 *Bonas matronas*] Ut Nausistratam. *Donatus*.

Bonas matronas f.] Egregius locus, quo ὑπόθεσις κομική summatim exhibetur. Adde Horat. Epist. ii. l. 'Aspice Plautus, Quo pacto partes tuteur amantis ephēbi, Ut patria attentis,

lenonis ut insidiosus: Quantus sit Dor-
seus edacibus in parasitis.' *Bac-*
chus.

Meretrices malas] Ut Thaidem at-
que Bacchidem. Sic est in Hean-
tont. 'Seortari crebro nolunt, nolunt
erebro convivari.' Et artificiose
ostendit omnem materiam comico-
rum. *Donatus.*

38 Paratium] Ut Gnatonem. *Id.*
Gloriosum militem] Ut Thrasonem.
Idem.

Gloriosum militem] *Facere* subaudi-
tor. *Idem.*

36 Falli per servum senem] Ut De-
meam et Simonem. *Idem.*

40 Amare, odisse, suspicari] Mire a
personis ad gesta cum varietate
transitum fecit. Omne enim quod in
orationem venit, vel persona, vel fac-
tum est. *Idem.*

Odisse] Quia *odere* non est Lati-
num. *Idem.*

*41 Nullum est jam dictum, quod non
dictum sit*] Σχήμα λόγου, πλοκή. Nam
Dictum, bis positum: ut superius
peccatum diversa significat. *Idem.*

*Nullum est jam dictum quod non dic-
tum sit prius*] Locus est in Ecclesiaste
Salomonis cap. i. 'Quid est quod
fuit? ipsum quod erit. Et quod fac-
tum est, ipsum quod fiet; et non est
omne recens sub sole.' Ad ea post-
quam D. Hieronymus dixit quod
nihil attinet huc transferre, sic scri-
bit; ex editione Frobeniana: Huic
quid simile sententiæ et Comicus ait:
*Nihil est (jam) dictum, quod non sit
dictum prius*; unde præceptor meus
Donatus, cum ipsum versiculum ex-
poneret, Pereant, inquit, qui ante
nos nostra dixerunt. Quod si in ser-
monibus nihil novi dici potest, quanto
magis in administratione mundi, quæ
ab initio sic perfecta est, ut requies-
ceret Deus ab operibus suis in die
septima? Hæc D. Hieronymus. Sed
antequam quidquam dico, emenda
hunc locum, et lege: *qui ab initio sic
perfectus est, &c.* agitur enim non

de administratione, sed de perfec-
tione mundi. Nunc ad rem. Vellem
equidem aliud D. Hieronymus scrip-
sisset; nam profecto et Magister et
Discipulus errarunt. Ingeniose dic-
tum a Donato fuit, fateor, et ut Do-
natum decebat facere, rhetorem præ-
clarum, et primum in suo illo
genere, sed erravit tamen Donatus,
aut errare voluit, ut locus tam ele-
ganti dicto dari posset. Nam totum
hoc Terentii nihil est aliud quam re-
ductio ad absurdum, ut vulgo in Lo-
gicis loquuntur; sic: non licet uti
persona militis, nec senis, inquit Ve-
tus malevolus Poëta, &c. Non licet
characteras personarum sequi, servi,
videlicet, matronæ, meretriculæ, pa-
rasiti, &c. Non licet denique affectus
ipsos in Fabula ponere, ut odisse,
amare, suspicari, quæ omnia sunt
omnibus seculis communia. Id vero
si admittendum fuerit, inquit Teren-
tius, hoc quoque concludatur necesse
est, et perridiculum ac perquam
absurdum; *Nihil hodie dici posse quod
non dictum sit prius.* Adde ad hoc:
Naturam et habitum argumentationis
satis demonstrat illud *denique*; quod
animadverti debuerat, neque temere
transiliri. Nam ex pauculis elemen-
tis quot linguæ? Quot appellationes,
quot verba, &c. Quot particulæ, ex-
clamationes? Et ea tamen omnia
finiri possunt et concludi? At vero
cogitationes et formæ ac figuræ cogi-
tationum, illæ vero apud nunc Deum
finiri, apud homines non possunt;
non magis quam effecte omnia cor-
pusculorum; aut, ut quidam loquun-
tur, materiæ primæ, aut mixtionem
omnium numerorum, si quisque nu-
merus proprietatem suam habeat,
&c. Verum hæc missa faciamus.
Interim, hoc notari possit; Hunc
Donati locum apud hodiernum Do-
natum non reperiri. Dices, id for-
tasse Donatus in continua oratione
e suggestu recitaverat. Fieri potuit;
sed an putas tam elegans dictum in

Commentarios non fuisse translatorum? Non ego quidem. *Faber.*

Nullum est, &c.] 'Præceptor meus Donatus,' inquit Hieronymus in c. 1. Ecclesiastici, 'cum ipsum hunc versiculum exponeret: Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt.' *Farnabius.*

42 *Vos cognoscere, atque ignorare*] *σχῆμα λόγου, παράδοξον.* *Donatus.*

43 *Quæ veteres factitarunt, et faciunt*

novi] Et varie dixit, *factitarunt* et *faciunt*, et cum magna defensione Terentii, semel facientis id quod sæpe veteres. *Idem.*

44 *Animadvertite*] *Νοσ ἀλλειπτειναις* dicimus *advertite*, quod veteres plene, *animum advertite.* *Idem.*

45 *Quid sibi Eunuchus velit*] *Ἀρχαλῶν, velit sibi.* ut alibi, 'Nam prohi Deum atque hominum fidem, quid vis tibi, aut quid quaeris?' *Idem.*

ACTUS I.

SCENA I. Senariis constat hæc scena. vs. 1. duo Mss. nostri: *num eadem?* tertius: *non eadem? ne nunc eam quidem?* vs. 6. omnes: *perficies.* vs. 10. unus: *illudet.* vs. 16. τὸ tu duo omittunt; quorum unus, *postulas.* vs. 22. omnes, ut ed. vs. 24. unus: *accusabit.* duo, *accusabis.* omnes, et *dabis ei.* vs. 25. duo: *o in indign.* f. vs. 29. omnes, *quam queas.* Bæclerus.

Hæc vero Comædia est quæ docto Interprete, nec docto tantum, sed et valde ingenioso, opus habet. Caroli Noni temporibus prodiiit Versio Jani Antonii Baifii, astricto sermone, Carmine dimetro acatalecto, et hypercatalecto (Gall. *des Vers de huit à neuf*). Sed hodie vel ignoratur, vel negligitur, alioqui et exemplaria rara sunt. In decem aut duodecim locis erravit Interpres; in ceteris omnia bene et commode, et sane ingeniose. Itali quoque (non loquor de versione illa quæ Venetiis prodiiit) Eunuchum in vulgarem sermonem converterunt. Sed illi Fabulæ alium fecere titulum; nam apud eos dicitur *la Mora*, in illa interpretatione multum est boni, fateor; sed ita res interpolata fuit, ut sæpe Terentium in Terentio non invenias. Ut ut sit, homo fuit ingeniosus, qui hanc nobis Comædiam Neapolitano habitu dedit. Vellem ne tot dicta proverbialia haberet. Sed is Italarum sæpe mos est. *Faber.*

Delph. et Var. Clas.

Terent.

Quid igitur faciam] *Ἰν hac προτάσει* exemplum proponitur, quum non suæ potestatis sit, qui amat: *quam supiat*, qui non amat, neque aliter affectus est. *Donatus.*

1 *Quid igitur faciam*] *Διαλογισμὸς, σχῆμα διαβολας.* Apparet et multa tacitum cogitasse adolescentem, et tandem in hæc verba prorupisse. *Igitur*, pro deinde. Ut Plantus in Amphitryone: 'Sin aliter sient animati, neque dent quæ petat, sese igitur summa vi, virisque, eorum oppidum expugnassere.' *Idem.*

Quid igitur faciam] Menander, *στὰ τὶ ποίησω*; Sic Virgilius, 'Heu quid agam?' Et est *διαλογισμὸς* perditæ mentis post multam frustra cogitationem. *Idem.*

Non eam, ne nunc quidem] Hoc videtur non esse contrarium: sed est. Nam dubitat utrum meretricis satisfactionem expectet: an illam omnino non quaerat. *Idem.*

Non eam, ne nunc quidem] *Non eam*, Probus distinguit. Jungunt qui secundum Menandri exemplum legunt. *Idem.*

Quid igitur faciam? &c.] Ex medio amoris argumento initium repetitur, in quo mira arte affectum ægroti amore animi exprimit Poëta. exclusus erat; inde revocatus amator, per solitas amantium iras. hinc opportunum erat, deliberare; an injuria exclusio-

4 E

nis, an blandimentum revocantis potius attendi, par esset. Expressit et interpretatus est nobili imitatione summam hujus scenæ Horatius Sat. 11. 3. 'Amator Exclusus qui distat agit ubi secum, eat an non, Quo rediturus erat non accersitus, et hæret Invisis foribus? nec nunc, cum me vocet ultro, Accedam? an potius mediter finire dolores? Exclusit; revocat: redeam? non si obsecret. ecce Servus, non paulo sapientior, O here, quæ res Nec modum habet, neque consilium, ratione modoque Tractari non vult. in amore hæc sunt mala: bellum, Pax rursum. hæc si quis tempestatis prope ritu Mobilia, et cæca finitantis sorte, laboret Reddere certa; sibi nihilo plus explicet, ac si Insanire paret certa ratione modoque.' Addendus est Persius Sat. 5. Cicero de Nat. Deor. 111. 29. ad levitates Comicas refert: ut et Lucretius libro 1v. quæ ab aliis jam producta sunt loca. *Bacclerus.*

Quid igitur, &c.] Adi Horatium, qui hunc locum transtulit. 'Amator Exclusus,' &c. 3. Sat. 11. lib. Adi et Persii Sat. 5. *Farnabius.*

2 Comparem] Constitutam: ut, Quam inique comparatum est. *Donatus.*

3 Non perpeti meretricum contumelias] Sic in *Andria*, 'Priusquam harum scelera et lacrimæ confictæ dolis.' Cum uni sit iratus, de omnibus queritur. *Idem.*

4 Exclusit: revocat] Utrumque injuriam fecit ex verbo, dicendo, *Exclusit* potius, quam, non admisit. et, *revocat* potius, quam, *petit ut redeam*, quod erat moderatius. *Idem.*

Redeam? non, si me obsecret] Vides ergo superiorem partem dubitationis in eo fuisse, ut rogatus rediret: inferiore, ut ne rogatus quidem. *Id.*

Non, si me obsecret] Bene de ea, quæ totum proterve agens, exclusit et revocat: non petat, nec roget, nec oret, sed obsecret, inquit: quod

horum omnium in majorem partem est ultimum. *Idem.*

5 Si quidem hercle possis] *Διαλογωμὸς* quasi ad alterum: ut, 'Nescis heu perdita, necdum *Laomedontem* sentis perjuriam gentis.' *Idem.*

Nihil prius, neque fortius] Deest, est. ut, 'Multum ille et terris jactatus et alto.' Et prius modo ad laudem, non ad ordinem pertinet. ut *Sallustius*, 'quæ prima mortales ducunt.' Et ipse in *Heautont*. 'Et suavia quæ essent, prima habere.' *Idem.*

Prius, neque fortius] Melius, præstantius. *Τὸ βέλτιον, καὶ τὸ τιμωτέρον, πρότερον τῇ φύσει δοκεῖ.* *Aristot.* in *Categor.* *Farnabius.*

6 Naviter] A navi ductum, a qua in alto nullum diversorium est. *Donatus.*

Neque perficies gnæviter] *Plantina* illa huc pertinent *Trucul.* 11. 6. 12. 'Male quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat,' &c. et *vs.* 16. 'Nimis quam paucæ efficiunt, si quod occeperint bene facere.' *Bacclerus.*

7 Atque, ubi patinon poteris, &c.] *Palmerius* homo fuit ingeniosus; at hoc loco, dum se doctum haberi vult, se deridendum propinavit. De illo alias, in *Commentariis*. Hoc unum dicam: non intellexit quid sit producta peripodus. *Faber.*

8 Infecta pace] *Ἐμφασίς* per *μεταφοράν.* *Donatus.*

9 Indicans te amare] Non verbis indicans ut alibi, 'Ibi tum exanimatus *Pamphilus* Bene dissimulatum amorem, et celatum indicat.' *Idem.*

Actum est! ilicet! peristi!] De jure translatum. Actum est, ad *Ultrò* ad eam venies, relatum est: *Illicet*, ad *Indicans te amare*: *Peristi*, ad *Ferre non posse*. *Idem.*

Illicet] Semper in fine transactionis rei ponitur. *Idem.*

Illicet] De judicio. *Idem.*

Peristi] *Ἐπερβολή.* *Idem.*

Peristi] De supplicio. *Idem.*

10 *Eludet*] *Eludere* proprie gladiatorum est, cum vicerint. Cicero, 'Quam diu etiam furor iste tuus eludet?' *Eludere*, est finem ludo imponere. *Idem*.

11 *Proin tu*] *Ut exin et exinde*, sic *proin* et *proinde* dicitur. *Idem*.

12 *Here, quæ res, &c.*] *Concessum* est in Palliata poetis comici, servos dominis sapientiores fingere: quod idem in Togata non ferre licet. *Donatus*.

Eam consilio regere non potes] Nunc domino servus est sapientior: quia nec amator, nec amana. Ut idem in Andria, 'Facile omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus.' *Idem*.

Here quæ res, &c.] *Donatus* hic: 'Concessum est,' &c. quæ res forte hic parum facit. Servus ab Horatio etiam non paulo sapientior hic nominatur hero, propter *vidēos* heri, quod facit, ut ratio omnis succumbat ægritudini animi, quæ res infra apud Nostrom Poëtam satis declaratur. De cetero servi vetuli adolescentibus in Comœdia suasores fere inducuntur. Ubi iterum nulla annotatione opus est, servos esse sapientiores dominis. cum præsertim de calliditate servorum, nunquam de prudentia Noster agat; quantum autem ad heros majores, id est, ad patresfamilias attinet, permittit sane Terentius, ut interdum a servis illi fallantur, (nunquam prudentiæ sed fallaciarum ope et versutia,) plerumque tamen illos aut succumbere, aut metuere facit. iterum ergo non est opus dicere: servos in Comœdiis palliatis dominis sapientiores esse. Hæc ad Donati annotationem.

Quantum attinet ad rem ipsam, Cicero iterum hoc loco utitur ad demonstrandum animi levitatem Tuscul. iv. 35. Plautus autem amoris incommoda exequitur omnium copiosissime, in Mercat. i. 1. 18. 'Nam amorem hæc cuncta vitia sectari solent, Cura, ægritudo, nimiaque ele-

gantia, &c. Sed amori accedunt etiam hæc, quæ dixi minus, Insomnia, ærumna, error, terror, et fuga. Ineptia, stultitiæque adeo, et temeritas, Incogitantia, excors immodestia, Petulantia, cupiditas, malevolentia; Inhæret etiam aviditas, desidia, injuria, Inopia, contumelia, et dispendium, Multiloquium, panciloquium.' *Bæclerus*.

Here quæ res, &c.] Servus non paulo sapientior. 'O here quæ res,' Horat. Sat. dicta. *Farnabius*.

Consilium neque modum] Amor ex iis affectibus est, quorum virtus regula esse non potest: mediocritas autem et modus affectionum a virtute dependet, &c. Aristot. ii. 1. Ethic. Nicom. 6. c. *Idem*.

14 *In amore hæc omnia insunt vitia*] Dnæ præpositiones, in amore insunt. *Donatus*.

In amore, &c.] 'Amorem hæc cuncta vitia sectari solent, Cura, ægritudo,' &c. vide prologum Mercatoris Plautin. 'In amore et ira, jurgia, preces, exprobratio, satisfactio,' &c. Tacit. An. 13. *Farnabius*.

15 *Induciæ*] *Induciæ*, sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium præbeant. *Donatus*.

Bellum, pax rursum] Ut supra in Andria, 'Amantium iræ, amoris integratio,' erat. quod de communi vita dictum, apud Plautum, ad amantes præcipue pertinet, Amphitr. iii. 2. 57. &c. 'Nam in hominum ætate multa eveniunt hujusmodi; Capiunt voluptates, capiunt rursum miseria. Iræ interveniunt, redeunt rursum in gratiam. Verum iræ si quæ forte eveniunt hujusmodi Inter eos, rursum si re ventum in gratiam est, Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.' *Bæclerus*.

16 *Pax rursum*] Bene, ut consolaretur, ultimam partem posuit. *Donatus*.

Hæc si tu postules] Id est, si velis,

vel coneris. *Idem.*

17 *Nihilo plus agas*] Id est, nihil agas. *Idem.*

19 *Et quod nunc*] Pro, quæ, ut sit consequens, 'hæc verba.' sic in Andria, 'Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Horum ille nihil egregie.' *Idem.*

20 *Egone illum? quæ illum? quæ me*] Familiaris ἑλληνες irascentibus, nam singula sic complentur, *Egone illum non ulciscar?* quæ illum recepit? quæ exclusit me? quæ non admisit? Etenim necesse habet, nec potest complere orationem, qui et secum loquitur, et dolore vexatur. Nam amat ἀποστέλλω nimia indignatio. ut Virgilius, 'Quos ego—sed motos præstat componere fluctus.' *Idem.*

Egone illum? &c.] Supplet hanc orationem Donatus. et juxta suam emendationem Guyetus. *Bæclerus.*

Egone illum, &c.] *Egone illum adeam?* quæ illum mihi prætulit? quæ me sprexit? quæ me heri non admisit? *Farnabius.*

21 *Sentiet qui vir sim*] Possis interpretari illo Horatii Epod. 16. 'O dolitura mea multum virtute Næra; Nam, si quid in Flacco viri est, Non feret assiduas potiori te dare noctes.' *Bæclerus.*

22 *Hæc verba*] *Verba ὑποκρινόμενος.* Dixit, quæ scilicet nihil effectura sint. *Donatus.*

Me hercle una falsa lacrymula, quam oculos terendo misere vix vi expresseris] Expressio ad ἀλγῶν ducens. et non vera, sed falsa: et non lacrima sed lacrymula: et non ultro flens, sed oculos terendo: et non facile, sed vi: et non, extillaverit, sed expresserit. sic Virgilius, 'Captivæ dolis lachrymisque coactis.' *Idem.*

Una falsa, &c.] Juvenal. Satyr. 13. 'Docta oculos vexare humore coacto.' *Farnabius.*

23 *Quam oculos terendo misere, vix vi expresserit*] Totum sensum verbis significantibus protulit: ut, 'Striden-

ti miserum stipula disperdere carmen.' Et: 'Una dolo divum si festina victa duorum est.' *Donatus.*

24 *Et te ultro accusabis*] Si hoc dicere voluisset, rectum erat ut diceret, *et te ipse accusabis*: quare melior mihi videtur ea lectio, quæ est in Bembino et tribus aliis antiquis libris, et omnibus fere aliis: *et te ultro accusabis*: ut sit ultro pro, insuper: ut non modo Thais minas Phædræ una lacrimula restinctura, sed insuper eam accusatara dicatur. *Færmus.*

Et dabis ei ultro suppl.] Ut in illo summi Poëtæ: 'Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando Cogitur, et supplex animum submittere amori.' *Bæclerus.*

Ei dabis, &c.] Vide act. v. scen. 8. *Farnabius.*

[Per 'Sic,' quod invenias ad h. l. in nostris VV. LL. intellige id quod legitur in textu Westerhovii.]

25 *Nunc ego et illum*] *Nunc*, id est, sero. ut Virgil. 'Nunc scio quid sit amor.' Et, 'Nunc angur Apollo, Nunc Lycæ sortes.' *Donatus.*

27 *Et prudens, sciens*] *Prudens* est, qui intelligentia sua aliquid sentit *Sciens*, qui alienjus indicio rem cognoscit. Ergo prudens, per sese: sciens, per alios. *Idem.*

28 *Vivus, vidensque perco*] Mire et nove, *vivus perco*: et propterea sic dixit, ut intelligamus, *occidit*: et *vivus*, quasi sapiens et sentiens. *Idem.*

Vivus, vidensque perco] Bene addidit *videns*, nam vivus perit, qui etiam dormiens opprimitur: videns autem, qui vigilans vim patitur et perit. Nam *videre*, pro vigilare posuit, ut etiam Virgilius, quum de silentio dicit, 'Jamque videnti Sanguineis frontem moris et tempora pingit.' Ergo vivus, non mortuus: videns, non dormiens. *Idem.*

Prudens, sciens, viv. vid., &c.] *Devo-* tui impotentia *ratio* *ipsum*, quando succumbit ratio, id quod Propertio, sine amplificatione, est nullo *vere consilio*. Sed et *τὸ ἀνερπῶς ἄνακ-*

παύσαιον apud Schollastem Aristophanis huc potest accommodari : καὶ μά-
νομαι καὶ μάνομαι. cum ratione enim
inasiunt quodammodo, et pugnancia
loquuntur hi tales. ut apud Ovidium
(Metamorph. vii. 1.) 'Sed trahit in-
vitam nova vis; aliudque cupido,
Mens aliud suadet; video meliora
proboque, Deteriora sequor.' Eu-
stratus non omisit notare, in vi.
Ethic. Aristot. cap. 2. ubi ὁραὶν ὁρ-
θῆν explicat : ὥτα μὴ διὰστροφος οὐσα
αἰσῆ, οὐκ ὁρήγῃται ἐκείνου δ' ἡ διάνοια
διωκτὸν εἶναι συνεπεράνατο, ἀλλὰ τῶν
τεόντων ὁρμῇ. πολλὰ δὲ γὰρ ἐπὶ τῶν
ἐμπαθῶν ταῦτο γίνεσθαι. οἷον δὴ καὶ ἡ Μή-
δεια, εἰδυῖα μὲν ἐκ τοῦ λόγου ὅτι φαῖλα
ἦν ἔπειτα ἐμάλλε ὄρεῖν, ὅπῃ δὲ τῆς κατὰ θν-
μὸν νικημένης ὁρῶσας, ἰδρασκεν ἐκείνη
δ' ὁ λόγος εἶναι φαῖλα ἀπέδειξε. *Bæclerus.*

Vivus, &c.] *Lucret.* iii. 'Mortuæ
cui vita est prope jam vivo atque vi-
denti.' *Farnabius.*

Perce] Interpretetur, quid hoc sit
perire, *Plantus Truculento* i. 1. et 2.
Bæclerus.

20 Captum] *Sallustius,* 'Sin cap-
tus pravis cupidinibus.' *Donatus.*

Quam queas minimo] Perseveravit
in translatione, quam jamdudum
cumpsit a bello. *Idem.*

31 Si sapi] Id est, si sapias. ad
inferiora iungendum est : nam aliter
non intelligitur. *Idem.*

34 Sed ipsa egreditur] Nullum li-
brum vidi, in quo non ita legatur,
Set ecca ipsa egreditur. ratio carminis
constat, si ex *set*, elidas t. *Færnus.*

*Sed ecca ipsa egreditur nostri fundi
calamitas]* Optime, et rotunde, et
Comice *Baifus:* *Ho, voicy l'orage,*
Qui grelle tout nostre heritage. *Faber.*
Nostri fundi calamitas] Proprie *ca-*
lamitatem rustici grandinem dicunt,
quod comminuat calamum, hoc est,
culmum ac segetem. *Donatus.*

Calamitas] Grandinis tempestas
quæ calamos, id est, culmos, frangit,
et segetem sternit, a rusticis vocatur
calamitas. Illa vero non intercipit,

sed plane disperdit. Meretrici pro-
pius convenit *καλαμάτα*, id est, locus-
ta, quod nomen indidit Theocritus
puellæ quæ depascebatur, messem-
que agricolis destinatam interceptit.
Idyll. 19. *Farnabius.*

35 Intercipit] Proprie, quasi totum
capit. *Plantus* in *Aulularia,* 'Quæ
mihi interbibere sola, si vino scateat,
Corinthiensem fontem et Pyrenæum
potest.' *Donatus.*

SCENA II.] Iterum Senarii sunt.
vs. 6. nostri *Mss.* *tunc hic eras mi*
Phædr. vs. 9. unus : *sane, quia vero hæ*
mihi semper patent fores. alter : *sane*
vero quia hæc mihi p. a. f. Argent. sane
quia hæc mihi semper pat. f. vs. 15. om-
nes non geminant τὸ mi. vs. 22. om-
nes, ut ed. ut et vs. 26. vs. 28. omnes :
tum ibi. vs. 30. omnes : *arceptam.* vs.
35. duo : *unde eam emerat.* vs. 37.
omnes : *educare ita ut si.* vs. 41. om-
nes : *rogas? quia.* vs. 46. duo : *interos*
loci te cogn. vs. 49. duo : *nec hoc qui-*
dem t. vs. 51. duo : *aliquantulum.* vs.
52. omnes, ut ed. vs. 54. duo : *produ-*
cit ac vendit. vs. 60. lectio est codicis
Argentoratensis, quæ metro conve-
nientior visa est. τὸ eam ceteri que-
que nostri omittunt. vs. 72. omnes :
nil mihi respondes. *PH. pessima es.*
vs. 75. duo : *at ego nec.* unus : *aut e.*
n. vs. 81. duo : *quo adducta est.* unus :
advecta. vs. 82. τὸ aliud omnes habent.
vs. 90. unus : *ego ex animo dico.* alter :
ego ex an. misera dico. tertius : *ego*
non ex an. mis. dico. vs. 108. omnes :
morigerandum est Thaidi. vs. 117. om-
nes : *parvam.* vs. 119. omnes : *certe.*
vs. 126. duo : *veniat.* *Bæclerus.*

1 Miseram me, &c. neve aliorum]
Aliorum, in aliam partem : ut *scor-*
sum, dicitur. *Donatus.*

3 Quod heri intromissus non est]
Hæc levius, ut de facto suo loquens.
At *Phædria,* 'Exclausit, revocat,' in-
quit, 'redeam? non, si me obsecret.'
Idem.

4 Tremo horreoque] Ex amore ni-
mio. Nimis ignis effectum frigoriæ

reddit: et ex frigore nimio effectus ignis existit: secundum illud quod physici aiunt. hinc et Virgilius, 'Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.' *Idem.*

Tremo horreoque, postquam aspexi hanc] Natura magni caloris etiam horrorem incutit, ut nimis febres. *Idem.*

Tremo horreoque] Sanguine ad cor refugiente, extremos tremor occupat artus. Farnabius.

5 Accede ad ignem hunc] Potius ignem meretricem accipimus, quam aram Apollinis: vel quia amator uritur. Ut Virgilius, 'At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.' Vel quia avida et avara est, ut ignis alimentorum. *Donatus.*

Jam caleces plus satis] Nove, sed intelligitur *quam*, id est, plus æquo. ut alibi, 'Quam ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.' Hoc quidam putant. at mihi de his videtur esse, quæ a veteribus geminabantur: ut, *plerique omnes*, hoc est, omnes: et, *pleraque omnia*, id est, omnia. sic et, *plus satis*, pro satis. *Idem.*

Ignem hunc] Aram, inquit, Apollinis in scena, (vide Andriæ act. iv. sc. 4.) vel aram Veneris in atrio meretricis. imo ipsam Thaidem. 'Nam si te vel modice meus igniculus afflaverit, nris intime.' Photis II. l. Apul. Asin. *Farnabius.*

6 Quis hic loquitur] Non imperite intelligunt, qui existimant meretricem etiam hoc simulare, quod non providerit Phædriam. Nam et personæ, et dictis ejus ceteris hoc convenit: et tunc erant gratiora omnia, quæ supra dixit. *Donatus.*

Tun' eras hic mi Phædria] O. l. s. hanc collocationem habent, *tun' hic eras mi Phædria?* qui ordo verborum versum reddit expeditiorem. *Færn.*

7 Cur non recta introibas] Quasi parum fuerit *introibas*: satis mire additum *recta*. *Donatus.*

Quid hic stabas? cur non recta introibas] Exquisitoribus blanditiis meretrix apud Plautum: 'Animale mi, mihi mira videntur, Hic te stare foris, fores cui pateant Magis, quam domus tua, domus cum hæc tua sit.' Terentius apte divisit, ut *introbas* postulabat. *Bæclerus.*

8 De exclusione verbum nullum] Plus admirationis est, nec accusationi, nec satisfactioni locum reliquisse meretricem, callide dissimulata injuria. *Donatus.*

Quid taces] Et hoc callide: quasi innocens ne suspicetur quidem, quid succenseat adolescens. *Idem.*

9 Sane, quia vero semper, &c.] Tolle, *sane* et vero, et pronuntiandi adjumenta vultumque dicentis: et in verbis non negatio, sed confessio esse credatur. Nam vero ironiæ convenit. ut Virgilius, 'Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis.' *Id.*

Sane quia, &c.] Ironice. *Farnabius.*

10 Aut quia sum apud te primus] Duo dixit quæ doleat: et quia clausæ fores, et quia posterior habetur, prælato milite. *Idem.*

Aut quia sum apud te primus] Subauditur, 'Non recta introivi.' *Idem.*

Missa istæc face] Alia dissimulatio, et durior post admonitionem. sed bene intelligit, qui hoc a meretrice ridente molliter, et osculum porrigente dici accipit. *Idem.*

11 Quid missa] Magna virtus poetæ est, non sententias solum de consuetudine ac de medio tollere, et ponere in comœdia, verum etiam verba quædam ex communi sermone, quale est quod ait nunc, *Quid missa?* *Idem.*

Utinam esset mihi pars æqua amoris tecum] Vel amandi, vel non amandi scilicet. *Idem.*

Quid? missa? o Thais, utinam, &c.] Expressit Poëta animum amatoris mobilem; et in ipso conatu conquerendi de exclusionis injuria, remollitum in confessionem desiderii ac amo-

ris sui. *Bacclerus.*

Utinam esset, &c.] Εἴθ' ὁμολοῖ πνεύ-
σαια ἐπ' ἀμφοτέροις τρεῖς Νῦν.
Theocrit. Idyl. 12. *Farnabius.*

12 *Ac pariter fieret] Pariter, simili-*
ter, Sallustiana, 'Cui nisi pariter ob-
viam iretur.' *Donatus.*

13 *Ut aut hoc tibi doleret, utidem ut*
michi dolet] Si ambo amaremus. Idem.

14 *Aut ego isthuc factum nihili pen-*
dorem] Id si esset, non amaret. Fab.

15 *Ne crucia te; obsecro! anime mi]*
Mi, vocativus est, ab eo quod est me-
us. Vide quam familiariter hoc idem
repetit blandimentum. Vult enim
Terentius velut peculiare verbum hoc
esse Thaidis. ideo totiens dictum est,
'Tunc hic eras, mi Phædria? Ne
crucia te, obsecro, anime mi, mi
Phædria.' Donatus.

Ne crucia te] Hæc nisi amplectens
adulescentem mulier dixerit, videbitur
ne crucia sine affectu dicere. Sed
sic dicet, ne crucia te, eo gestu quasi
in eo etiam ipsa crucietur: nam ideo
subjecit, anime mi, hoc est animus
meus. Idem.

Ne crucia te obs. anime mi, mi Phæ-
dria] Merito secuti sumus Donatum,
cujus testimonio geminatur τὸ μι. v.
Fr. Fabric. et Guyet. Bacclerus.

Anime mi, &c.] 'Vox blanda et ne-
quam, digitos habet,' ait Juvenalis 6.
Sat. Ζαῖ καὶ ψυχὴ. non ame, non pe-
tis ceur, Gall. mi vida, mi alma, mis
entradas, Hlsp. Farnabius.

16 *Non pol quo quæquam plus amem]*
Hoc totum nimis blande, et cum con-
tractatione adolescentis, dicit mere-
trix. Donatus.

17 *Faciendum fuit] Legendum, fa-*
ciendum, scribendum, totum hoc sem-
per necessitati adjungitur. Virgilius,
'Aut pacem Trojano ab rege peten-
dum.' Et alibi, 'Arma acri facien-
da viro.' Idem.

Ita res erat, faciendum fuit] Σχῆμα
κωμικόν. ita expediunt, et absolunt,
compendio simul ac dissimulatione,

quibus non est facile defendere quod
factum est. *Bacclerus.*

18 *Credo, ut sit, misera præ amore*
exclussit hunc foras] Oratorie ac facete
additum, misera. Et cum illa a de-
rivatione causæ argumentetur, mire
a Parmenone correpta est, verisimile
non esse, ut quis, quem amet, eun-
dem possit excludere. Donatus.

Exclussit hunc foras] Παρὰ προσδο-
κίας intulit, intuens puellam, et ei os-
tendens Phædriam: ut ostendat quam
falsa et repugnantia loquatur mere-
trix. Idem.

Misera præ amore exclussit h. f.] Op-
portune poeta, ad narrationis et con-
tentionis levandum tædium, servum
vernili dicacitate inducit meretricem
ludere. Priscianus lib. xiv. hæc
versum ita scribit: 'Credo, ut sit,
misera præ amore hunc exclussit fo-
ras.' Bacclerus.

Exclussisti, &c.] Menander in prolo-
go fabulæ Thais inscriptæ ἴδους ejus
expressit: 'Ἐμοὶ μὲν ὄν' ἔειδε τυαίναν,
θεὰ, θρασείαν, ἑρπείαν δὲ, καὶ πιδωτήν
ἄμα, 'Αδικοῦσαν, ἀποκλειούσαν, αὐτοῦσαν
τυκνὰ, Μηδάρως ἐρῶσαν, προσκαιομένην'
δ' ἀέλ. citat Plutarchus de audiend.
Poëtis. Farnabius.

19 *Siccine ais] Quinque antiqui li-*
bri, sicine agis? ut sit sensus: hocine
modo me tractas? Færnus.

Age] Corripientis est modo age,
non hortantis adverbium. Donatus.

20 *Te accersi jussi] Hoc est, quod*
supra ait, 'Non eam, ne nunc qui-
dem, cum accersor ultro?' Idem.

Dic mihi] Meretricia calliditate
commendat, quæ dictura est. Idem.

21 *Egone? optime] Bene. non ex-*
pectavit servus, ut pro se dominus
responderet Thaidi. Idem.

Potin' est hic tacere] Præstructum,
ut inferri possit: 'Quam intimum
Habeam te; et mea consilia ut tibi
credam omnia.' Bacclerus.

22 *Verum heus tu] Astute servus*
reponit Thaidi vicem. Nam illa ut

magnum voluit expectari, quod dictura est, iste ut falsum contemnit. *Donatus.*

Mama astringo fidem] Fidem promitto: quia vincula fides dicuntur. *Id.*

23 *Quæ vera audiui, taceo*] Mire vicem Parmeno reddidit meretrici. Nam ut servum difficile est tacere commissa, ita meretricem rarum est vera dicere. *Idem.*

Quæ vera audiui] Figura *παραινέσις*. *Idem.*

Contineo optume] Proprie a metaphora vasorum transtulit verba. *Id.*

24 *Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est*] Falsum est, quo tegitur id quod factum est. Vanum, quod fieri non potest. Fictum, quod non est factum, et fieri potuit. Vel falsum, est fictum mendacium simile veritati. Vanum, nec possibile nec verisimile. Fictum totum sine vero, sed verisimile. Falsum loqui, mendacis est: fictum, callidi: vanum, stulti. Falsum loqui, culpæ est. Fictum, virtutis. Vanum, vecordiæ. Falsis decipimur: fictis delectamur: vana contemnimus. *Idem.*

Sin falsum aut van. aut fict.] Priscianus lib. xiv. concise affert, 'Si falsum, aut fictum, continuo palam est.' v. Guyet. *Bæclerus.*

25 *Plenus rimarum sum*] Vilis atque abjecta translatio, et apta apud meretricem loquenti: translata autem est ab aquario vase fictili. *Donatus.*

Hac atque illac perfuso] Contra, *Contineo optume*. *Idem.*

Plenus rimarum sum, hac atque illac perfuso] *Donatus*: 'vilis atque abjecta translatio,' &c. ubi, quod de meretricis persona addidit, argutius est quam verius, et servus jam huic translationi, ut apte succederet, viam paraverat, cum diceret: 'contineo optime,' sicut vas integrum, continet infusa, rimosum effundit. Alterum illud, de vase aquario fictili, Scaliger

pntat referendum ad Fotile, quod ad Persii, Satyr. Latinius, ad Andriam (iii. 5. 3.) *Donatus* describunt. sed rimarum ibi nulla mentio. instabile tantum, sive quod stare ac deponi non posset, describitur. *Bæclerus.*

Plenus rimarum, &c.] *Κλασπιδόδης*, 'Sum cui rimosa male deponuntur in aure Arcana.' Sumptum a vasis fractis et futilibus. *Farnabius.*

26 *Proin tu, taceri si vis, vera dicite*] Utrum te taceri, aut tuum dictum? an impersonaliter, et infinito modo? *Donatus.*

27 *Samia mihi mater fuit*] Pudit dicere Thaidem, *Meretrix mihi mater fuit*. quod tamen significavit, dicendo aliunde eivem alibi habitasse. Nam ideo meretrices, peregrinae dictæ sunt in comædiis. ut in Andria, 'Adeone est demens ex peregrina.' *Idem.*

Samia mihi mater fuit] Valde sunt bonæ narrationes Terentianæ. Hic Thais ab initio, fidei causa faciendæ, lente et eum mora quadam narrat. subinde contrahit in summam nonnulla, quæ seriem negotii contexebant quidem, consilio autem, cui narratio tota destinatur, hand perinde permixta erant. *Bæclerus.*

Samia mihi, &c.] Ex Samo insula Icarii maris, Ionio adjacenti. *Farn.*

Rhodi] Ins. maris Carpathii. *Idem.*

28 *Potest taceri hoc*] Id est, verisimile est. Nec hoc ad laudem proficit, sed ad dedecus meretricis. *Donatus.*

Potest taceri hoc] *Hoc*, peregrinam nasci meretricem. Et ideo potest verum videri. *Idem.*

Potest taceri hoc] Id est, istud vero credo, matrem tuam id fuisse quod es, meretricem scilicet; nam si illa Samia erat, et apud Rhodum habitabat, ibi erat peregrina, id est, quod satis sit dixisse semel, mulier, quæ corpore corpus alebat. Salemo novem, decem locis peregrinam vocat turpem illam mercem. Sic et peregrina in Andria positum est in pre-

bri loco: 'Habeo hic meminem, neque amicum.' Isthac vero qui tandem Thais possit dicere! Illam Phædria deperibat; ipsa autem Phædria in amore paria faciebat; quin et ipsam modo dicentem audies: 'Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certo scio, . . . Neque meo cordi esse quonquam cariorem hoc Phædria.' Quid igitur? quia adolescentes, metu probri, infamiae, et interdum exheredationis, palam et publice ejusmodi molieres adjuvare non audebant. *Feber.*

29 *Puellam dono quidam*] Ætas et sexus amoris causa sunt, cur eam Thais puellam diligat. *Donatus.*

Puellam dono quidam mercator dedit] Propter hoc ostendit meretricem falsam matrem: et dono ideo accipere puellam potuisse. *Idem.*

30 *Ex Attica hinc abreptam*] Quia Athenis est constituta scena. *Idem.*

Attica hinc abreptam] Regione litorali δακτὶ olim vocata, h. *Ducato de Setthis*, in qua urbs Athenæ. *Farnabius.*

Arbitror] Bene arbitror, et nihil certi, quando enim ausurus esset Parmeno adornare Chæream ad vitandum hanc virginem, si præscisset civem esse? *Donatus.*

31 *Matris nomen et patri dicebat ipse*] Quæ infantis memorie proxima sunt. Nam quid prius ætas illa, quam patrem matremque cognoscit? *Idem.*

32 *Et signa cetera neque sciebat*] Id est: domum patriæ, regionemque ejus. *Idem.*

33 *Neque per atalem etiam potuerat*] Hoc ideo addidit, ne esset minus elegans, quæ nesciret. *Idem.*

34 *Hoc addebat*] Ad matris scilicet nomen et patriæ, quod puella dicebat. *Idem.*

35 *Unde*] Id est, a quibus. ut Virgilius, 'Genus unde Latinum.' Et, 'Causam dicere prius, unde petitur aurum.' *Idem.*

E Sennio] *Sennium*, promontorium est Atheniensium: et in eo forum rerum venalium, *ἐμπόριον*. *Idem.*

Abreptam e Sennio] Cicero ad Attic. Ep. 7. 3. legit: *captam e Sennio*. an *μημονικὴ ἀπαρτήματα*? *Bæclerus.*

Sennio] Promontorio Atticæ. h. *Capo delle Colonne*. inter Piræum portum Athenarum et Leonum promont. Eubææ. citat hunc locum Plinius: 'Mercator hoc addebat, captam e Sennio: quod si *θήμους* oppida volumus esse, tam est oppidum Sennium, quem Piræus.' l. VII. Epist. 3. *Farnabius.*

36 *Mater ubi accepit*] Hæc figura in narrationibus *βδούς* dicitur, cum omnia pedetentim dicuntur insinuandi gratia. ut nunc, *Matri mercator dono dedit. Mater ubi accepit.* Et simul convenit mulieri loquenti hujuscemodi mora. *Donatus.*

Mater ubi accepit] *Accepit*, simpliciter, aut audivit ingenuam: ut, *Capiendi et c. a. t.* Sed melius prius. *Idem.*

Capit studiosæ omnia docere] *Mire*: nam non docuit, sed *capit docere*. *ἡ μάθησις*. Et vide quam satis muliebriter. *Idem.*

37 *Ita ut si esset filia*] Ergo velint soror habenda est Thaidi: et ideo sequitur, 'Sororem plerique esse credebant meam.' Et oratorie cumulat dignitatem et amorem puellæ: ut ejus comparatione leniatur injuria facta Phædriæ. *Idem.*

Docere, educere ita ut si esset filia] [In Faëni nota, inter VV. LL. in h. l. supra inserta, propter homœotelen ton quatuor voces a typetheta male sunt omissæ. Error sic corrigendus: 'Sed nullus liber est in quo sit educere. Sed in omnibus educere: quam,' &c.]

38 *Ego cum illo, quo cum uno tunc rem habebam hospite*] Totum dixit, et quod hospitem, et quod rem habebat. Et bene *tunc*, et non *nunc*. Nam nunc, cum duobus. *Donatus.*

Quo cum uno tunc rem habebam] Id est, consuetudinem, amorem. *Idem.*

Hospite] Id est, Attico. *Idem.*

Quo cum uno rem habebam tum hospite] Reposuimus ex o. l. a. et Donato hanc collocationem verborum, *quo cum tum uno rem habebam hospite*. et stat versus, si in rem collisionem non facias. *Faërus.*

40 *Abii huc*] Rhodo Athenas scilicet. *Donatus.*

Qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia] Hoc ideo, ne tantundem obsequii exigit Phædria. Ideo contra Parmeno. *Idem.*

41 *Utrumque hoc falsum est: effluet*] Ipse exponit *hoc utrumque* quid dicat. et contradicendum est, quia præsens amator gravatur hoc dicto. *Idem.*

42 *Neque tu uno eras contenta*] Quippe qui admiseris militem. *Idem.*

Neque solus dedit] Quippe quia non omnia tua illius fuere mortui. *Idem.*

Neque tu, &c.] Admisisti namque militem, dein herum meum. Juven. 6. Sat. 'Ocyns illud Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.' *Farnabius.*

43 *Nam hic quoque*] *Δευτικῶς*. non Phædria, sed hic dixit, tangens illum, et quasi invito illo hoc exprobrat. *Donatus.*

Bonam magnamque partem ad te attulit] Hæc dicuntur *λοδωραμῶνρα*: ut *Abi te petere et poscere*. An potius bonam specie, magnam quantitate? et nunc discretive dictum est: nam alias bonam pro magna et multa accipimus. *Idem.*

44 *Ita est*] Non erat negandum, quod dixit Parmeno meretrici satisfacere cupienti, et non tacenti culpam in conscientia esse. *Idem.*

46 *Te interea loci cognovi*] Oratorie priorem amatorem facit militem, quam Phædriam. Nam posterius dicit hunc cognitum per absentiam militis. Ergo cum militi Phædria rivalis superductus sit, consequens

est ut miles queri debuerit, non Phædria: et propterea nihil peccatum, si ordine servato miles antepositus fuerit amatori postmodum cognito. et hoc sine puella, et munerum causa, multum pro milite contra Phædriam valet. Sed vide meretricem, quia rem dixit perurentem, quot et qualia blandimenta subjicit, dicendo, 'Tute scis post illa, quam intimam habeam te,' &c. *Idem.*

Cariam est, &c.] Provinciam minoris Asiæ, inter Ioniam ad Bor. et Lyciam ad Ort. mare Carpathium ad Occid. Rhodium ad Austrum. h. *Aidmelli et Mentesselli.* Farnabius.

47 *Cognovi*] Proprie cognovi. *Donatus.*

Tute scis post illa, &c.] *Ἐντελέχεια* figura: nam hoc ad narrationem non pertinet. *Idem.*

48 *Et mea consilia ut tibi credam omnia*] Ex præsentī actū sumpsit argumentum, quod eum nunc tanquam consultorem adhibuerit. Et bene *Credam*: secundum illud, *Potia est hic tacere?* *Donatus.*

49 *Ne hoc quidem*] Id est, hoc quoque falsum est. *Idem.*

Ne hoc quidem tacebit Parmeno] Aut ex *quidem* in elidendum, quamvis sequente consonante: aut legendum ut in Vaticano: *Neque hoc tacebit Parmeno.* quod minus placet. *Faërus.*

Ne hoc] Utpote falsum. *Farnabius.*

Dubiumne id est] Me non taciturnum scilicet. *Donatus.*

50 *Hoc agite*] Pro adverbio corripientis est positum: aut certe pro adhortatione audientiae præbendæ. Sic Plautus, 'Hoc agite sultis spectatores.' Et convenit velut nutu audientiam significantis, et gestu hoc ipsum advari. *Hoc agite*, id est, illud desinite, et hoc attendite. *Idem.*

Hoc agite] Imperatæ attentionis formula, in Sacris usitata. *Farnabius.*

51 *Nuper*] Ut adhuc amor flagrare videatur, addidit *nuper*. *Donatus.*

Aliquantulum ad rem est avidior]

Valtu accomodato ad reprehensionem pronuntiandum est. *Idem.*

Ad rem avidior] Proprie *avidior*. Et *rem* pecuniam modo dicit. *Idem.*

52 *Is ubi hanc forma]* Ex aliena persona vult ostendere præter affectum, quanti sibi æstimanda sit: et quanto munere miles Phædræ meruerat anteponi. *Idem.*

53 *Et fidibus scire]* Vetusta ἑλλας. *Idem.*

Pretium sperans] Deest *magnum*. ut, 'Et stabulo frenos audire sonantes.' *Idem.*

54 *Producit, vendit]* Proprie. Nam *produci* res venales dicuntur. *Idem.*

Producit: vendit] Hæc celeritas vendibilem indicat mercem. *Idem.*

Forte fortuna] Id est, bona fortuna. *Idem.*

Producit, &c.] Venalem exponit venditque. *Farnabius.*

55 *Hic meus amicus]* Quia locus est meritum, non jam miles, sed meus amicus. Vide enim quid sequatur: 'Emit,' inquit, 'Eam dono mihi, imprudens harum rerum.' Hic ostenditur quam avidus id faceret, si rem penitus nosset. simul etiam ostenditur quanta secreta dicat Phædræ: utpote quæ rivalis nesciat. *Donatus.*

Hic meus amicus] Miles, Thraso. *Farnabius.*

56 *Imprudens harum rerum, ignarusque omnium]* *Prudentia*, naturalis est: *gnaritas*, extrinsecus venit. *Imprudens*, per se: *Ignarus*, per alios. Hoc est, qui nec suspicatus sit, neque ex aliquo audierit. *Donatus.*

57 *Venit]* Ex Rhodo Athenas. *Farnabius.*

Postquam sensit me tecum quoque rem habere] Non dictum, sed quasi celatum. *Donatus.*

Sensit me tecum quoque rem habere] Magno pondere dixit, *tecum quoque*: tanquam irascendi justa magis sit causa militi, quam Phædræ. Nam *sensit*, et *tecum*, et *quoque*, hoc significat. *Donatus.*

Rem habere] Sic dixit, ut honeste res impura dicatur. *Idem.*

58 *Ne det, sedulo]* *Sedulo*, sine dolo, hoc est, impense. *Idem.*

59 *Ait]* Semper ait dicimus, quum vel invisæ nobis et audientibus, vel vana dicta narramus alienjus. *Idem.*

Si fidem habeat] Hoc est si faciam aliqua, unde credat se tibi præponi. *Idem.*

Si fidem habeat] Si credere cogatur, id est, si credat: unde *fidejussor* dicitur, hoc est, auctor credendi. *Idem.*

Se iri præpositum tibi apud me] Ἀναστροφῇ in verbo, *præpositum* iri, ac necessaria implicatio in his, quæ dura dictu sunt. *Idem.*

62 *Sed ego quantum suspicor]* Alta et acuta inventio. Scit meretrix hoc solo amatores inimicos esse, quod idem diligunt. Magnifice igitur, ut rivalis odium deliniret, vult persuadere Phædræ non se amari, sed virginem. *Idem.*

63 *Ad virginem animum adieci]* Cur hoc inferat? ut vel lædendi militis causa, Phædræ patiatur, eum, quam amet, et nolit, virginem dono dare.

Ad virginem, &c.] 'Sed præcauto est opus: Ne ad illam me animum adieciſſe aliqua sentiat.' Plaut. Mercat. act. II. sc. 2. *Farnabius.*

Etiame amplius] Mundat Terentius, ut solet, res hujusmodi per ἑλλας suam. *Donatus.*

Etiame amplius? nihil. nam quæsi- vi] *Etiame amplius*, sc. militi cum illa virgine aliquid fuit? ut supra plenius in Andriæ II. l. 25. interrogabatur, respondet Thais: 'Nihil: nam quæsi- vi' in hac re studiose imprimis curavi ut resciscerem omnia. Et Phædræ interrogatio, et Thaidis responsio mire serviunt τῇ οἰκονομίᾳ. Interrogatio enim illa, ut bene Donatus notat, honestati virginis et matrimonii Chæreæ consultura erat, ut intacta a milite intelligeretur cuius nuptiæ adolescenti nobili debe-

bantur. simul avebat Phædria cognoscere, si forte animus rivalis sui a Thaide ad aliam translatus nosceretur. Responsio autem Thaidis auctura erat suspicionem Phædriæ, quasi ea amore militis potissimum teneretur, et æmulatione stimulata metueret, ne is alio amorem suum conferret. id quod ante pernegaverat. unde postea Phædriæ occasio fuit, eam arguendi, et ex omni oratione ejus hoc conficiendi, 'plus amari militem quam se.' vs. 78. &c. *Bæcler.*

64 *Nihil: nam quæsiui nunc ego eam, mi Phædria*] Optime purgavit Terentius, quod mox liberalibus nuptiis fuerat obfuturum, si vitiatam virginem duceret Chærea. Necessario ergo defenditur, tanquam quæ honeste nuptura est. *Donatus.*

Nam quæsiui, &c.] Optime cavet poëta ut virgo integra et casta servaretur, quam liberalibus nuptiis destinarat. *Farnabius.*

65 *Multa sunt causæ*] Non indiligenter consideraverunt hanc meretricis orationem, qui illam instar controversiæ retulerant. Nam et principium est, 'Me miseram, vereor ne illud gravius Phædria toleret.' Et narratio, 'Samia mihi mater fuit.' Et partitio cum confirmatione. ut, 'Nunc ego eam, mi Phædria, multæ sunt causæ quamobrem cupio abducere: primum quod soror est dicta,' et cetera. Reprehensio quoque, 'Egone id timeo?' et, 'Egone non ex animo misera dico?' Et conclusio per conquestionem: ut, 'Quam joco rem voluisti a me tandem, quin perfeceris? Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum saltem ut concedas solum.' *Donatus.*

Quamobrem cupio abducere] Etiam hoc verbo gratificatur Phædriæ: non enim accipere, ut ab amico remunerante: sed abducere, ut ab stulto, et experte. *Idem.*

Abducere] A milite. *Farnabius.*

67 *Ut aut restituum, ac reddam*]

Restituimur iis, quibus nos volumus: *Reddimur* iis, qui nos volunt. Ergo restituimus volentem, reddimus volentibus. Sed in hac utrumque est. *Donatus.*

Sola sum: habeo hic neminem] *Sola sum*, ad familiarium refertur absentiam. *Habeo hic neminem*, ad alienorum amicitiam. Potest enim sola domi esse, habere tamen aliquem foris. Et *habeo hic neminem*, plus sonat, quam, *Neminem hic habeo*. Et, *Sola sum*, ab iis quos natura conciliat per se. *Habeo neminem*, eorum qui voluntate junguntur. *Idem.*

68 *Neque amicum*] Bene hoc apud amatorem: quia est aliud *amator*, aliud *amicus*. *Amator*, qui ad tempus: *Amicus*, qui perpetuo amat. An quia in patris potestate est Phædria? *Idem.*

Quamobrem, Phædria] In necessariis interponi nomen licet audientis. *Idem.*

69 *Cupio aliquos parare amicos beneficio meo*] Hic ostendit specialiter, cujusmodi amicos quærat, ne Phædriam contemnere videatur. *Idem.*

Parare amicos beneficio meo] Quia parantur, et suo, sed minus diligunt. *Idem.*

70 *Id, amabo! adjuta me, quo id fiat facilius*] Παράλκω. bis id posuit. *Donatus.*

Adjuta me] Mira coactio. pro patere excludi, *adjuta me*, dixit. *Idem.*

71 *Sine illum*] Blande sine illum, tanquam in manu ejus sit injuriam non pati, et excludi militem. Non enim dixit *fer*, aut *patere*, sed *sine*. *Idem.*

Priores partes hocce aliquot dies] Honestè circumloquitur: et oratorie, ne dicat, Abi foras, atque excludi te patere. *Idem.*

Priores partes, &c.] Quos in honore, gratia aut amore habent homines, hos *ποτέριους παρ' αλλοις εἶναι* dixerunt. *Arist. Categ. Farnabius.*

72 *Nihil respondes*] Jam silentium

accusat: quia scit nihil responsurum contrarium. Et satis blande, *Nihil respondes* dixit: tanquam qui debeas amoris vicem. *Donatus*.

Pessima] *Læsa* patientia excitavit dolorem, dolor iram. *Farnabius*.

73 Ego quidquam] Facite exprimitur illud, 'Amantium iræ amoris integratio est.' *Donatus*.

74 Tandem perdidit] Nimis doluit, id est, persensit dolorem. Et *tandem*, quasi qui nimis patiens fuit. *Donatus*.

Tandem perdidit: vir es] Eleganter variavit personam secundam, et tertiam. *Idem*.

Vir es] Non puer, sed jam vir, qui meretricem contemnis. *Idem*.

Hæc noster, laudo] *Bembinus* et nonnulli alii antiqui libri *Ex* sine aspiratione habent. *Faërnus*.

75 At ego nesciebam quorum tu iras] Tres antiquissimi libri habent, *aut ego*. alii omnes *haud ego*, quod et placet; id est, non oram nescius. *Idem*.

At ego nesciebam, &c.] *Tò at*, longe significantius est hoc loco, quam *haud*. an autem cum *Guyeto* *καὶ ἀντίρροπον* accipi debeat, id est, *haud nesciebam*, possis dubitare; videtur enim *Phædria* apte assimilare, se non satis animadvertisse antea, quod tenderent illæ ambages: donec tam importuna petitio rem ultro proderet. considera, an magis opportunum hoc sit moribus hactenus cum silentio et benevole audientis, nunc autem, ad mentionem præferendi rivalis, subito impetu ad indignationem concitati. Ceterum *μυνηνός* hæc, excerpit odiose summam dictorum, ac interpretatione quasi violenter illata in accusationem mendacii et perfidiæ ejusdem desinit. *Bacclerus*.

Parvula hinc est abrepta: eduxit mater pro sua] Vide *μυνηνός* cum odio inductam, et depravatam pronuntiatione: ita ut et *δυσωδέλεια* non vitarentur industria, *Parvula hinc est abrepta, eduxit mater pro sua, soror est*

dicta. Donatus.

Parvula, &c.] Mimesis cum odiosa repetitione et gestu deformi. *Farnabius*.

77 Soror dicta est] *Liber Bembinus*, cum quo hic consentiant omnes fere libri recentes, habet *soror dicta est*. nec versus repugnat, si abjicias r, ex *soror*, ut primus pes sit anapæstus, sicut et supra in, *nuper ejus frater*. at alii antiqui libri *soror est dicta*. *Faërnus*.

78 Hæc nunc verba] Id est, *falem dicta. Donatus*.

Huc redeunt] Ut excludar. *Idem*.

80 Nisi illum plus amas, quam me] Repudiatis causis, quas illa attulerat, per derivationem causæ, hic aliud dicit esse cur repellatur. *Idem*.

Et istam nunc times quæ advecta est] Adeo, inquit, amas militem, ut etiam invidas si quam amaverit. *Idem*.

81 Talem præcipiat tibi] *Elporela* stomachantis amatoris. *Idem*.

Ne illum talem præcip. tibi] Hæc vel ita accipi possunt, ut habet *Guyetus*, *illum talem*, nescio quem, cum contemtu: vel *illum talem*, *μυνηνός*, quasi judicio *Thaidis* talem ac tantum, id est, quem tu tanti facis, quem tibi præ omnibus tenendum putas, &c. quo possit pertinere *Donati* annotatio, qui *εἰσωδὸν stomachantis amatoris* hic agnoscit. *Bacclerus*.

82 Quid te ergo aliud sollicitat] Quid est, inquit, si hoc non est? *Donatus*.

83 Num solus ille dona dat] Jam quasi quæstiones tractantur: sed ille munus advexit. *Idem*.

Num solus ille dona dat] Post locum amoris, apte mercedis et donorum tractatu utitur apud meretricem, cui omnia pretio metiri, disciplina est. itaque nec exprobratio aliena fuit. in qua hoc custodivit *Poëta*, ut animus *Phædræ* in dando valde honestus, *Thaidis* in accipiendo villis ostenderetur. et animo promptus, nec operæ aut pecuniæ parcus signatur ille; adeoque vere benignus. at *Thais* nec de manieribus recte judicat, et auctori ultro pro gratia injuriam reddit.

Debuerunt hæc gravia esse, ut mobills amatoris inconstantia paulo post velati exadversum spectaretur, quando tanta ratione, tanto affectu huc provecetur, unico verbo labascit, expugnatur, succumbit. *Bæclerus.*

Nuncubi meam benignitatem] Possunt enim dona dari, sed exigua, aut minus liberaliter: et ideo mentionem benignitatis adjecit. *Donatus.*

Nuncubi meam benignitatem] Sed ille benignus est. *Nunc ubi*, numquid alicubi. Aut si, *nuncubi*, legimus, erit adverbium temporis: ut sit ubi, quo in loco, qua in re. *Idem.*

Nuncubi meam benignitatem] Inteligit se et dona obtulisse, et id benigne sæpe fecisse. nam plerumque ingrata dona sunt, in quibus benignitas non apparet: quæ aut in quantitate rerum est, aut in facilitate præstantis. *Idem.*

84 *Claudier*] *Claudi*, aut claudicare. *Salustius*, 'Neque enim ignorantia clauditi res.' et, 'Nihil socordia claudibat.' *Donatus.*

In te claudier] Ita *Bembinus*, et omnes recentes libri ac *Donatus*, at ex antiquis alii *intercludier*, alii *interclaudier*. *Færnus.*

Claudier] Qui lectionem *calvier*, verbo obsoleto significante *frustror*, *frustratus habeo*, frustra sunt, ut et qui *claudier* pro *claudicare*. nec minus qui *interclaudier*. Namque *Ciceronis* auctoritate nitendum, cui eadem est *Metaphora*, l. II. de *Officiis*. 'Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus:' libri vulgati habent *referenda*, aed perperam. *Farnabius.*

85 *Nonne ubi mihi dixti cupere te*] Plus dixit, *ubi dixti cupere te*: quam si diceret, fecisti ut emerem. Plus est enim id præstitisse, quod qui acceperit, non ausus fuerit postulare. *Donatus.*

Cupere te] Vult rem parvi pretii ex illius cupiditate et suo labore perpendi. *Idem.*

Ex Æthiopia] Non *Æthiopissum*, sed honestius *ex Æthiopia*. *Idem.*

Ex Æthiopia] *Æthiopissarum* ministerio utebantur matronæ nobiles et divites. ut et *Eunuchorum*, ad lectorum custodiam: unde iis nomen *ex εὐνῇ* et *ἔχῳ*. *Farnabius.*

86 *Relictis rebus omnibus, quæsiui*] Hæc jam opnia in beneficiis considerari solent. *Donatus.*

87 *Quæsiui*] Vide quemadmodum exhibeat, atque ærumnas sibi difficultium munerum dicat imposuisse mætricem. *Ex Æthiopia* ancillulam, inquit, dixti te cupere. Quid ego feci in re cæli, et solis, ac pene orbis alterius? quæsiui. non enim in promptu erat. Deinde, non petiiti, sed dixisti: nec velle te, sed cupere: non nigram, sed *ex Æthiopia*: nec dedi, sed relictis rebus omnibus quæsiui. Quid hic non exquisitum? quid non ita expressum, ut nihil addi possit? *Idem.*

Eunuchum porro velle] *Eunuchos* a Persis institutos putant ex captivis. A *Babyloniis* enim *Hellanicus* auctor est id habuisse. *Idem.*

Eunuchum porro dixti velle te] Vide quemadmodum, ut majus faciat quod præstitit, non semel imputat duo mancipia: sed primo puellam, deinde eunuchum. *Idem.*

Eunuchum] *Εὐνούχος ἐλφραυ, ὁς ἐβύνη ἔχων, τοῦτ' ἐστι, φιλάδρων* *OCOC* *εἰΝρυΝεΝ ΚεCΑΝΑΡΟC.* *Idem.*

Porro] Deinde, vel postea, vel multo post. *Idem.*

Eunuchum porro] O. l. a. et *Donatus*, *porro eunuchum*. *Færnus.*

88 *Quia solæ utuntur his reginæ*] Illam, quia *ex Æthiopia*: hunc, quia solæ his reginæ utuntur. 'Quid tale *Thaidi* rivalis dedit?' *Donatus.*

Quia solæ utuntur his reginæ] *Varie* *Ennuchum* dixit, et intulit *His*, ut: 'Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quam plurimis, et minime multos lædere; In his poëta hic nomen profitetur suum.' *Idem.*

Reginæ] Id est, divites. sed *ἐπα-*

τυδρεπov est. *Idem.*

Quia sola utuntur his reginæ] Nota, quum Eunuchum in singulari numero præponerit, *his* subjunxisse. sed *his* non ad Eunuchum retulit, sed ad delicias, aut quid tale: quia solæ utuntur hujusmodi deliciis servitiisque reginæ. Et oratorie hic subdidit, quod in ancillula prætermisit. quia nulla *Æthiopissa* honesta dici potuit. Et *reginæ* modo divites dicit. ut in Phormione, 'Regem me esse oportuit.' *Idem.*

Quia sola utuntur his reginæ] Donatus *reginæ* hic pro *divitibus* accipit. non placet. vide Chrestomath. *ad his* Donatus non ad Eunuchos refert, sed ad delicias; curiosius quam par est. *Bacclerus.*

Repperi] Plus est quam *emi*. Et vide quam propriis et amplissimis verbis usus est. quia et ancillam ex *Æthiopia*, et Eunuchum: quo solæ utuntur reginæ. illam quæsi, et hunc repperi: neutram enim horum facile positum erat. *Donatus.*

89 Hæc minas viginti pro ambobus dedi] Recentiora beneficia graviora adversum ingratos sunt. Ergo a tempore inducitur exprobratio. *Idem.*

Pro ambobus dedi] Melius amborum pretium dixit, quam ut separatim diceret, quanto emerit ancillulam nigram: de qua mox dicetur, 'Hic sunt tres minæ.' Nam constat Eunuchum solum emptum esse minis viginti, ut ipse Parmeno confitebitur seni. *Idem.*

90 Tamen contemptus abs te] Et hoc servat in beneficiis. Nam majora sunt cessantibus meritis eorum, quibus præstantur. *Idem.*

Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria] I. e. quævis exclusis me adeoque contemseris, non tamen desii curare munera tibi destinata. *hæc habui in memoria*, i. e. non abjeci curam de muneribus tibi destinatis, sed ut emerentur ac adducerentur ad te ancilla cum Eunucho accurandum

mibi duxi. Benignitatem voluntas commendat, ne injuriis quidem abs-territa. *Bacclerus.*

91 Ob hæc facta abs te spernor] Sic Virgilius, 'Nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.' Et *Vel quas tulit* cum interrogatione aut cum increpatione proferri potest. *Donatus.*

Ob hæc facta abs te spernor] Hic duplex est pronuntiatio: vel per invidiosam prolationem, vel per interrogationem. Et melius hoc modo, quam interrogative proferatur: hic enim est multo gravior illo. *Idem.*

Quid istic] Hoc adverbium consentire incipientis est. et est *ἄλλως*: deest enim remoramur, aut quid tale. *Idem.*

92 Cupio abducere] *Abducere* dixit, tanquam ab stulto: nec per verum meritum, sed per fraudem. Cicero, 'Per vim atque dolum abducta ab Rhodio tibicine.' *Idem.*

Atque hac re arbitror] Non dicit qua, hoc est, ex te. Veruntamen scit meretrix, contentione quædam negari. Ergo fingit se vinci, ut adolescentem molliat: et ipsa cedit, ut et ille remittat pertinaciam. *Donatus.*

94 Potius quam te inimicum habeam, faciam ut jusseris] Hoc totum loquitur, tanquam magis ipsa amet Phædriam, quam ab illo ametur. *Idem.*

Te inimicum habeam] Huic contrarium est, *Ut te amicum habeam*. *Idem.*

Faciam ut jusseris] Nec voluntate, nec vultu consentientis hoc meretrix agit: sed callide tentat omnia. Nam quia persistendo non perficit quod expectabat, docet Phædriam etiam ipsum negligentius negare quod poscitur, et adeo hoc subtile est, ut atque impetraverit. Pervulgatum est enim, Quod summa vi defenderis, quum extorqueretur, hoc idem postmodum remitte remittenti. *Idem.*

Faciam, &c.] Cedendo vincit, remittendo impetrat. *Farnabius.*

95 Utinam istuc verbum] Et istuc

verbum, pro tota sententia. Verbum pro dicto. Sed proprie ἀξίωμα, id est, sententia vel enuntiatio, quam nno ligatur et astringitur verbo, verbum a veteribus dicebatur. *Donatus.*

Ex animo, ac vere diceret] Certe, quia est qui ex animo dicat, fallat tamen. *Idem.*

Utinam istuc verbum ex animo ac vere diceret] Imitatur et interpretatur Catullus Carm. 100. 'Dii magni facite, ut vere promittere possit, Atque id sincere dicat et ex animo.' *Bacclerus.*

96 *Potius quam te inimicum habeam*] Tantum in animum Phædræ hoc descendit, ut etiam repetat quod amica dixerat adulando. *Donatus.*

97 *Sincere dici, quidvis possem perpeti*] *Sincerum*, purum, sine fæco, et simplex: ut mel sine cera. Bene ergo, ut mel, blandimentum meretricis dulce fatetur, sed negat esse sincerum. *Idem.*

98 *Labascit*] Omnia inchoativa trisyllaba, fere media producta enuntiantur. *Idem.*

Victus uno verbo quam cito] *Quam cito* ait, qui illum falsa lacrymula vinci crediderat posse. Plus factum est: uno victus est verbo, et cito. *Idem.*

Victus uno verbo] *Utinam istuc verbum.* Et uno verbo, ut diximus, sic accipe: ut verbum dictum intelligas, quod verbo complectitur, et completæ sententiæ pronuntiationem, quod ἀξίωμα nominabatur. *Idem.*

Labascit, &c.] Metaph. sumpta ab ædificio tenni tibiae fulto, aut ab arbore multis ferri ictibus succisa, adeoque ruinam minitante. 'Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ, Nec dubio nubes veritatis atra Notæ, Quam facile irati verbo mutantur amantes.' Propert. *Fernabius.*

99 *Ego non ex animo misera dico*] Quod sensu multum valuisse, hoc Thais inculcat animo amici sui. Et ego, vide quanta significet. Conve-

nit hoc prænomen blande multa exprobranti: ut Virgilius, 'Mene fugis?' *Donatus.*

Quam joco rem voluisti] Contra illud refertur, quod ait Phædræ, 'Nonne, ubi mihi dixisti cupere te ex Æthiopia aucillulam, relictis rebus omnibus quæsi?' Sed hoc vehementius et disertius, *Quam joco rem voluisti.* Non munus, inquit, sed quod plus est, rem. et non serio, sed joco. A facilitate præstantis. Et voluisti, non etiam dixisti. Mirandum obsequium, ex voto animi pendens. Non expectat imperium: ac voluptati mora sit, dum jubetur. Tum illud quod ait, *perfeceris*, nonne pondus hoc verbi et potentiam Phædræ circa amicam, et illius obsequium vehemens, et rerum difficultatem quæ extortæ sint, monstrat, atque omnem obterit querelam Phædræ? *Idem.*

Quam joco rem voluisti a me tandem, quin perfeceris] Illud, *joco*, sensum optimum habet; sic: In re joculari nihil est quod a me non impetres; at ego in re seria, et quæ ad meam cedit utilitatem, nihil a te impetrare possum. Nolim itaque illud, *joco*, mutari in, *rogo*, quod nuper cum elogio prodiit. *Faber.*

101 *Ego impetrare nequeo hoc ab te*] Tu et joco, et non petisti, cum perfeceris tamen. at ego hoc impetrare non possum. *Donatus.*

102 *Saltem ut concedas solum*] Argute additum *saltem* et *solum*. Et bene, *concedas*, ut voluntatis sit: sic enim dixit supra, 'Sine illam priores partes hosce aliquot dies apud me obtinere.' *Idem.*

103 *Verum ne fiant isti viginti dies*] Facete biduum decuplavit: et simul quia ex eadem ratione sunt viginti, ex qua duo; et ex qua viginti, ducenti, duo millia, et sic deinceps. *Idem.*

104 *Perfecto non plus biduum, aut*] Ἀποσιδήσας secunda. *Idem.*

105 *Hoc modo sine te exoror*] Novæ

nunc, non *De te exorem*: sed *te exorem*. Hoc absolute. *Idem*.

106 *Faciundum est quod vis*] Non quod oportet, sed quod vis dicendo, multum addidit obsequio suo. *Idem*.

Merito amo te] Bene amoris mentionem ad auferendam suspicionem contemptus Phædræ fecit. *Idem*.

Bene facis] In consuetudinem venit, *Bene facis*, et *bene fecisti*, non iudicantis esse, sed gratias agentis. *Idem*.

Bene facis] Non iudicantis aut approbantis, sed gratias agentis pro oblato officio formula. sic *Benigne*. Epist. 7. l. 1. Horat. 'Pyris vesci Calaber jubet hospes...vescere sodes. *Resp*. Jam satis est. *Hospes*: At tu quantum vis tolle. *Resp*. Benigne.' *Farnabius*.

107 *Rus ibo*] Et hoc amatorium est, odiare urbem sine amica. Nec dixit, 'Ibi ero': sed, 'Ibi hoc me macerabo biduum.' Pronuntiandum est *biduum*, ac si dixisset biennio. *Donatus*.

108 *Ita facere certum est*] Ex his apparet verbis, quam sibi amator hoc agro imperet. *Idem*.

Mos gerendus est Thaidi] Cum pronuntiatione et gestu: ut ostendat, quæ vis amoris sit, ut Thaidi mos geratur. *Idem*.

109 *Huc suo illi adducantur*] Eunuchus et ancilla, figurate *illi*: sed prævalet genus masculinum. *Adducantur*, pro, adducito eos. Et bene adjectum est, ne dilatis ob retentionem numeribus, non procederet actus fabulæ, et simul quia absentia Phædræ opus est, dum per Chæream ludificatur meretrix. *Idem*.

Illi adducantur] Eunuchus et Æthiopissa. *Farnabius*.

110 *In hoc biduum Thais vale*] Nunc *vale* abscessum significat, non salutationem: nam si mera salutatio est, biduo solum amicam valere optat. Sed præscribere conatur, quanto tempore abfuturus sit, et simul ostendit,

quam invitus abscedat. *Donatus*.

In hoc biduum Thais vale] Accessativo utens casu expressit amatoris impatientiam: *Biduum* dicens, præscripsit de tempore. Et *vale* majorem vim habet ex dolore discedentis, quam obsequio salutantis. *Idem*.

111 *Numquid vis aliud egone, &c.*] Apud Plantam Amphitruone l. 3. 44. 'Numquid vis? AL. ut cum absum me ames, me tuam absentem tamen.' *Bæclerus*.

Et tu: numquid vis aliud] *Vale* subaudiendum saluatorium. Et subintelligendum est post osculum dici, 'Numquid vis aliud?' quasi recte factum. *Donatus*.

112 *Cum milite isto*] *Isto* bene aditum, quasi odioso; ut alibi, 'Jam vero mitte, Demea, tuam istam iracundiam.' Et Virgil. 'Aut quid petis istis?' Hæc enim pronomina spernentis sunt, odiumque monstrantis. *Idem*.

Præsens, absens] *Κακόζηλον*. *Idem*.

Præsens, absens] Dido Virg. Æn. iv. 'Illum absens absentem audit que videtque.' *Farnabius*.

113 *Me desideres*] *Ἀβήσῃς*: quia plus est amore desiderium. *Donatus*.

114 *Me somnia, me expectes*] *Ἐραυροπό* prima. Cum amare et desiderare sit voluntatis, atque etiamnum obsequii: somniare, satis amatorie dictum est. *Idem*.

115 *Me speres*] Cum *me expectes* jam dixerit, quid sibi vult iterum *me speres*? Inter spem et expectationem hoc interest: quia *expectatio* certorum est: *spes* vero incertorum. Et *expectatio* propinquarum rerum: *Spes* longinquarum. Et *Expectatio* destinat tempus: *Spes* non destinat. An? *me speres idem facere*: id est, de te cogitare: ut sit *speres*, credas: ut statim in subditis invenies: 'Nam ejus fratrem spero jam propemodum reperisse.' *Idem*.

Me te oblectes] Septimus casus *me*. *Idem*.

Delph. et Var. Clas.

Terent.

4 F

Mecum tota sis] Toto animo. Nam illam nunc animum vult esse, non corpus. et simul quod ipse ab ejus corpore patitur: id vult militi ejus mente contingere, tanquam penitus excluso ab amica. *Idem.*

116 *Quando ego sum tuus*] Animus scilicet. *Idem.*

Animus, &c.] 'Anima est amica amanti: si abest, nullus est: si adest, res nulla est: ipse est nequam et miser.' Plant. Bacchid. II. act. 2. sc. *Farnabius.*

117 *Me miseram! forsitan hic mihi*] Recte Thais nunc partem argumenti exequitur tacitam apud Phædriam, propter præsentiam servi: quem poetæ vult ita nescire, ut audeat ad vitandam virginem subornare Chæream. *Donatus.*

118 *Atque ex aliarum ingeniiis nunc me judicet*] Hic Terentius ostendit virtutis sum hoc esse, ut pervulgatas personas nove inducat: et tamen a consuetudine non recedat: ut puta meretricem bonam cum facit, capiat tamen et delectet animum spectato-
ris. *Idem.*

120 *Neque me finxisse falsi quidquam*] Aut dixisse debuit dicere, aut abundat falsi. aut ideo, quia et vanum aliquid fingi potuit. ut supra, 'Si vanum, aut falsum, aut fictum est.' *Idem.*

121 *Esse quemquam chariorem*] Melius *quemquam*, quam si dixisset,

militem quemquam chariorem. *Idem.*

Quemquam chariorem] Quasi meretrix non charum alterum, sed chariorem negat. *Donatus.*

122 *Et quidquid hujus feci*] *Hujus* absolute; aut per *ὅλως*, ut desit rei. In Hecyra, 'Ne quid sit hujus oro.' In Heautontimorumenos, 'Nilhil me istius facturum patri.' Virgilius, 'Aut quid petis istis?' *Idem.*

Quidquid hujus] Rei enbaudiendum est, quod eum exclusi foras. *Idem.*

Et quicquid hujus feci, causa virg.] Exprimendum hoc erat iterum, propter *ὀκνοῦν* argumenti, quod ab una parte huc præcipue tendebat: ut intelligeretur, quid ac quomodo in epitasi huic primario consilio intercederet. Quæ ad meretricis artes et eloquentiam spectant, diligenter executus est *Donatus. Bæclerus.*

Quicquid hujus, &c.] Quod heri non intromisi Phædriam. *Farnabius.*

123 *Spero propemodum*] Nove *spero*, pro credo vel confido. *Propemodum* ideo, quia hominem quidem novit, sed fratrem esse virginis nondum probavit. *Donatus.*

124 *Adeo nobilem*] *Adeo*, pro nimis positum est, aut pro expletiva particula. *Idem.*

126 *Atque expectabo dum venis*] Futurum actum promittere veluit: non quo aliquis gestus sit expectantis. *Idem.*

ACTUS II.

SCENA I. Scena hæc satuta est, ex Trochaicis, Iambicis, mixtisque metris. de quibus v. Guyet. vs. 3. omnes Mss. nostri, *sit.* vs. 4. ut edid. vs. 5. duo: *carius est.* vs. 8. omnes: *quoad poteris* duo: *etiam.* vs. 9. vs. 10. unus: *hau memini*: alter: *aku mem.* vs. 16. *re est*, in duobus legitur, sed situ non eodem: mox omnes: *mihi indulg.* vs. 21. omnes: *nec magis sev.* vs. 24. omnes: *hic dabo*:

nisi quod Argent. manu correctoris, *hinc d.* Bæclerus.

1 *Fac ita ut jussi*] Jam amatorium multiloquium et vaniloquium continet ista actio: nam et repetit quod jam dictum est: et id facit magis et odiose nimis. *Donatus.*

Deducantur] Eunuchus et Æthiopiæ deducantur ad Thaidem. *Farnabius.*

2 *Ah, rogitare? quasi difficile sit*]

Deest *vis*, vel *pergis*: ut sit, rogitare *pergis*? Vel *te*, si ipsum respicit: vel *hunc*, si adversus hoc dicit: ut sit, Ah, rogitare *te*? aut, rogitare *hunc*? Et distinctione interposita, inferendum vultuose, quasi difficile sit id quod mandat. Ita et ineptiam nimis circa hoc solliciti amatoris expressit: et ostendit, nihil esse facilius, quam deducere ad meretricem munera: cum contra illud sit difficilimum, poscenti aliquid non dare. *Donatus*.

Rogitare] Subauditur *te*. Ut sit, mirum est te rogitare; quasi sit difficile complere quod jubes. *Idem*.

Ah rogitare] *Pergis* id rogitare? *Farnabius*.

4 *Aliquid invenire facile possis*] *Invenire*, acquirere. Sic *Heautontim*. 'Non queris patri quo modo obsequare: et ut serves quod labore invenierit.' Nam ideo a praecedenti etiam quaestus dicitur. *Donatus*.

Utinam tam invenire aliquid fac. possis] Nullam occasionem urbanitatis et joci opportune captandi praetermisit in hac Comedia Poëta. adeo quidem, ut inter ipsam trititiam Phædria ridens *ipsum*, 'Ego quoque una perco; quod mihi est carius: Ne istuc tam iniquo patiare animo.' ubi erudite *Donatus*: Pro, qui mihi, &c. *astutus* magno judicio usurpata. *Bacclerus*.

5 *Quam hoc peribit*] Deest *facile*: ut sit, Facile hoc peribit. *Donatus*.

Hoc quam peribit] Damnum in proclivi et praecipiti est. Nec ingrato tantum, nec quod meretrici datur, perit. 'Meretricem ego idem esse reor, mare ut est: quod des devorat, nec unquam abundat, &c. hinc des quantavis, nequam apparet, neque datori neque acceptrici.' *Plaut*. *Truculent*. II. act. 7. scen. *Farnabius*.

Quod mihi est carius] Pro, qui mihi sum carior. Sed ego dixit absolute, occurrens huic pronomini quod. *Donatus*.

Quod, &c.] Quod damnum mihi gra-

vis est, et carius. alii, qui mihi sum charior. *Farnabius*.

6 *Quin effectum dabo*] *Quin* pro imo. ut in *Heautontim*. 'Quin nolo mentiare.' *Donatus*.

Ne istuc tamen iniquo patiare animo. P. minime, quin] Hunc versum ita ordinamus: *Ne istuc tam iniquo patiare animo. P. minime, quin effectum dabo. Sed nunquid aliud imperas?* Quorum prior non faciendo collisionem in tam iniquo, est trochaicus tetrameter hypercatalecticus: posterior dimeter iambicus. duos vero versus, qui hos sequuntur, ita ordinamus: *Munus nostrum ornato verbis quod poteris, et istum amulum, Quod poteris, ab ea pellito. Faernus*.

7 *Sed nunquid aliud imperas*] In his servas nihil vult, nisi coactus facere, propter majorem dominum: sic et alibi, *Jubesne inquit?* responderet ei *Chærea, Cogo atque impero. Donatus*.

8 *Munus nostrum ornato verbis*] *Hölkös* non dixit *meum*, quasi et *Parmenonis* sit. *Idem*.

Et istum] Id est, molestum et odiosum: nam hoc significat *istum*. *Idem*.

Munus nostrum ornato verbis, &c.] Sententia valde proba et elegans, certatim ad imitationem placuit eruditis. *Bacclerus*.

9 *Ab ea pellito*] *Ab ea*, ab ejus animo: et non, *pellito facito*: sed, *pellito*: *Donatus*.

10 *Tametsi nullus moneas*] Propter servus carpere vaniloquium domini. Et *nullus*, pro non: sic in *Hecyra*, 'Nullus dixeris.' *Plautus* in *Trinummio*, 'Nullus credas.' *Idem*.

Ego rus ideo] Et hoc jam dictum est: sed ostendit, quam moleste id incipiat *Phædria*. *Idem*.

11 *Censen posse me obfirmare, et perpeti*] Arbitraris: ut *Censores*, qui morum alienorum habent summum arbitrium. Et ideo hunc putant non censere, quia ipsa desiderat fieri. *Idem*.

Possent obfirmare, et perpeti] Verba sunt desperantis: non firmare sed

obfirmare: non pati, sed perpeti. *Idem.*

12 *Te ne*] *Te* quod ait, hanc vim habet, ut significet perditum amore Phædriam esse. *Idem.*

13 *Nam aut jam recedere*] *Modo jam*, pro statim. *Idem.*

Aut mox noctu te adiget horsum insomnia] Mirum est dubitasse de hac lectione Faërnus: nam, profecto, insomnia est numeri singularis, et ita Gallice dicunt medici. Unde et mox addit Terentius, ipse sui interpres: *Vigilabis lassus*. Male igitur qui aliter vertunt in sermonem Gallicum. *Faber.*

Te adigent horsum] Hoc est, ad urbem agent. *Donatus.*

Insomnia] *Vigiliæ*. Legitur et *adiget*, ut sit insomnia numeri singularis. *Idem.*

Te adigent horsum insomnia] *Donatus* affirmat legi etiam, *adiget*, in singulari; quam lectionem in nro tantum libro Terentii inveni. *Faërnus.*

Noctu te, &c.] Quum in solitudine cogitatio versatur, fit ingens animi perturbatio, nec tamen adeo valida, ut etiam somnum convellat, unde et dormientibus quandoque contingit ut per somnum ambulent. *Farnabius.*

14 *Ut defatiger usque*] *Ordo* est, usque ut defatiger. *Donatus.*

Ut defatiger usque] Labor diffundit in nobis quædam quæ vicem incocti alimenti præbent: atque eadem ratione qua cibus, vapores in sublime efferunt, qui a cerebro refrigerati distillant, sensoria ad tempus obstant, somnumque conciliant. *Farnabius.*

Ingratiis ut dormiam] Id est, etiam invitatus et coactus. Nam *ingratiis*, non ultro significat: quia ultronea grata sunt: ingrata, quæ ab inimicis fiunt, ac recusantibus. *Donatus.*

Ingratiis, &c.] *Ἀκούσιως, ἀκέρη, Gal. malgré.* *Plant. Casin. II. act. 5. sc.* 'Vobis invitatis atque amborum ingratiis.' *Farnabius.*

Opus faciam ut defatiger usque ingratiis ut dormiam] *Ingratiis* mihi proba-

tur: nam et versus stat et usitata est ea dictio Terentio et Plauto. *Faërnus.*

15 *Vigilabis lassus. hoc plus facies*] Explicat Guyetus optime. ut et Fr. Fabricius. *Bæclerus.*

16 *Nimis me indulgeo*] *Me* sic veteres, quod nos mihi dicimus. Alibi, 'Te indulgebant, tibi dabant.' *Donatus.*

Nimis me indulgeo] *Donatus* quoque sic legit. recte opinor. τὸ mihi ab iis substitutum videtur, qui omnia sui sæculi voluerunt esse. *Bæclerus.*

Me indulgeo] *Archæice*, pro mihi. *Farnabius.*

17 *Tandem non ego illa caream, si sit opus, vel totum triduum*] Sic cæpit tanquam aliquid foret dicturus magnificum: non autem est τὰ πρὸς ποσειδάωνα; sed vere amator magnum hoc putat. *Donatus.*

Vel totum triduum] Magna professio virtutis, cum biduo sit opus triduo posse durare. Et *totum triduum*, dicit universum triduum, *εἰς πᾶν τὸν χρόνον*: quasi sit triduum in multo numero. *Idem.*

18 *Vide quid agas*] Sic dicitur magna aggredientibus. *Donatus.*

Stat sententia] Et vult et gesta magis spectabile quod dixit, *stat sententia*: vel maxime eo, quod tanto sonitu hæc de se promittat Phædria continuo rediturns: vel potius non accessurus ad villam: tantum autem aberit, quantum temporis opus est ad vitandam virginem. *Idem.*

19 *Quid hoc morbi est*] Excusatio amoris, quando non culpa, sed morbus est. *Idem.*

Morbi est] Hoc ex Stoicorum schola; quibus animi perturbationes appellantur morbi, *πασθήματα*, et *ἀφαιρέματα*. *Farnabius.*

Adeo' homines immutari ex amore, ut non cognoscas eundem esse] More suo a plurali numero ad singularem se convertit. *Donatus.*

20 *Ut non cognoscas eundem esse*] Non solent stulti induci adolescen-

tes : et ideo ad amorem retulit stultitiam Phædriæ. *Idem.*

Hoc nemo fuit minus ineptus, &c.] Compara ingenium nostri Poëtæ, quam absolverit et impleverit locum, quem ex Plauto imitatus est Mostellar. 1. l. 29., &c. 'Quo nemo adæque inventute ex omni Attica Antehac est habitus parcus, nec magis continens : Is nunc in aliam partem palmam possidet.' vs. 80. *ἐνυπλάει* summam notatur : *corruptus ex adolescente optimo*, id quod et efficacies et civilius extulit Terentius : *ut non cognoscas eundem esse.* Bæclerus.

21 *Minus ineptus, magis severus]* Nisi enim hoc esset, quid esset quod illom mulier præferret militi? aut quid relinqueretur proprium personæ militis, si et hic stolidus est? *Donatus.*

Magis severus quisquam, nec magis continens] Animadvertite ut amet Terentius magis addere positivo, potius quam comparativum facere. Nam neque *severior* neque *continentior*, tam valuit dicere, quam *magis severus*, et *magis continens.* *Idem.*

22 *Hic quidem est parasitus Gnatho]* Hæc apud Menandrum in Eunuchio non sunt, ut ipse professus est, parasi personæ et militis : sed de Colace trasolatæ sunt. *Donatus.*

Virginem huic dono] O. l. s. *dono huic.* ita et in Bembino emendatum. *Idem.*

24 *Facie honesta]* *Οικονομία*, qua ostenditur amatrnus Chærea : siquidem hanc Parmeno ipse miratur. *Donatus.*

Facie honesta] Sic Virgilius : 'Et lætos oculis afflarat honores.' Et mox idem : 'Ita me Dii ament, honestus.'

Ni ego me turpiter hodie hic dabo] *Ni dabo*, pro dederō. Virgilius, 'Quamvis solus avem cælo deiecit ab alto.' *Idem.*

Me turpiter, &c.] 'Shall shame and disgrace myself.' *Farnæbuis.*

25 *Cum meo decrepito hoc Eunuchio]*

Facete meo ad parasitum retulit, cum pulchro munere venientem. Et præparatio est ad ducendum Chæream potius, quam deformem Eunucho. *Donatus.*

Decrepito hoc Eunuchio] *Decrepiti* sunt dicti, quorum crepitu et planore familiæ fuerant jam conclamata funera. *Idem.*

Decrepito hoc Eunuchio] In senium vergente ; stante quasi in crepera, accipiti, et extrema ætatis regula, atque ipso vitæ crepusculo. *Farnab.*

Hæc superat ipsam Thaidem] Hoc sic accipias, non vituperari Thaidem, sed tanquam *ὑπερβολικῶς* dici. Ideo addidit ipsam, quasi nimis pulchritudinis. Et bene ipsam, propter quam datur. *Donatus.*

SCENA II. Trochaici et Iambici acatalectici sunt. vs. 10. Mss. nostri omnes : *amisisti.* vs. 15. duo : *istic.* vs. 19. omnes, ut ed. vs. 22. unus : *uberior* : alter in margine adscriptum habet : *al. uberior.* vs. 23. omnes : *proptus.* vs. 24. omnes : *adventamus.* vs. 25. duo : *omnes* ; ex quibus alter tamen in margine, *al. homines* : tertius : *homines* eo loco præfert. vs. 26. omnes, ut ed. vs. 29. duo ut edidimus : tertius, *esse tanto honore.* vs. 32. omnes : *ex ipsis philosophis* : a glossa. vs. 34. omnes : *faciat.* vs. 35. omnes : *regare.* vs. 38. omnes : *eludere* : et mox unus : *hæce.* vs. 42. duo : *quid dnm.* omnes : *nihil quidem.* vs. 43. omnes : *ut falsus animo es.* vs. 48. unus : *sed quid deo te.* alter : *heo quid b. t.* in margine, *al. cho. al. et.* vs. 49. omnes : *profecturus.* vs. 50. unus : *tum tute ig.* Argentoratensis quoque *τὸ tute* superscriptum habet. alter *tum igitur* : et in marg. *al. tum tu. al. tu tu.* vs. 55. Argent. *etiam tu nunc hic et.* et mox unus : *cho numquid nam hic relictus custos.* alter : *cho numnam relictus custos.* Argentor. ut ed. vs. 56. omnes : *cursitet.* vs. 57. in Argent. et meorum altero *fa-*

cete quidem legitur, sed manu correctoris. ibi in marg. appon. *al. facere*.

Observe, quam accurate Poëta, parasiticum morem descripserit : cujus duplicem vult esse disciplinam, veterem et novam, ut in præfatione demonstravimus. Commune parasitis de utroque genere hoc erat, ut suis rebus per prodigentiam absumtis, alieno cibo sustentari, summam voti et instituti haberent. Gnatho igitur veterem illum (ut nunc ita vocemus) parasitum 'sui loci et ordinis hominem, patria itidem qui obligurrierat bona,' agnoscit. ubi Donatus, 'locum' ad ingenium et natales ; 'ordinem' ad paupertatem et fortunam, non satis accurate refert. melius Engraphius : *mei loci*, pauperem dicit ; *ordinis*, parasitum. Quidam *ἐκ παραλλήλου* accipiant : *mei loci atque ordinis*, id est, meæ sortis et conditionis. Disciplinæ et artis discrimen *ἀπ' ἀρχῆς ἔχει τοῦ τέλους*, a summo ad imum, exhibuit Gnatho. In tempore, primum ad differentiam momentum. non idem ætatum genius est : mutanturque cum tempore ingenia hominum, ut quæ apud patres nostros in honore fuerunt, a nobis spernantur. Prima ergo lex disciplinæ parasiticæ, ad genium sæculi apposite apteque parasitari, ut Plautina voce utar. Itaque quod olim apud seculum prius obtinuit, novo invento, nova via, nunc mutandum est. Cujus vicissitudinis, nec rationem obscure signatam voluit : simpliciora fuisse, quam hoc tempore, sæculi prioris ingenia : nunc novo astu, novo aucupio opus esse, ne esuriat Parasitus. Producentur subinde veteris disciplinæ genera duo : *Ridiculi* et *Plagipatida*, ut Plautus nobis hoc vocabulum de suo penu mutuetur. nam 'Olim isti fait generi quondam quæstus apud sæculum prius.' Alterutro aut utroque genere delectari, hominum est nec intelli-

gentiæ multum, nec elegantie quicquam habentium. unde in veteri scæna vulgo et vulgaribus animis hæc oblectamento fuerunt.

Gnathonica ars, sive nova disciplina Parasitorum, assentatione constat ; cujus prima lex, nosse, quibus assentandum sit ; arrogantibus scilicet iisdemque stolidis ac anres Midæ habentibus. nam qui prudens est, 'Huic male si palpore, recalcitrat ; undique tutus.' Proxima ratio est : ingenio, propositis, consiliis auriti illius, cui assentationes placent, ablandiri. idque (ut potro perstringamus parasitica mysteria) ementiendo vana, amplificando inanias. ut non erraturus sit, qui *ὕπερβολὰς* proprium parasitorum schema et habuerit et crediderit. *ὅτι οἱ κάλακες, ἐφ' ὅσον ὁλέω τε αὐτοῖς χρῶνται τοῖς ὑπερβολαῖς*, Luciano demonstrante. atque ita gratiam sui Midæ, et ex gratia lucram quærent. dum is et amari se ab his plurimum et coli reputat. Hæc summa. *Bæclerus*.

1 *Di immortales ! homini homo quid præstat*] In hac scena non stans, sed quasi ambulans persona induitur. Constat tamen aliquantulum tutius spectatores, dum secum loquitur. *Exprimit autem parasitum, et sub ejus verbis corruptos mores in assentationem ostendit : prorsus ut honesta quoque personæ in hujusmodi culpa inventa sint : ut atibi, 'Obsequium amicos, veritas odium parit.'* Donatus.

DI immortales] Hoc jam mire, et pro seculi ac temporum reprehensione satyricæ Terentius, quod apud eum stultum vocat simplicem parasitus, et intelligentem malum. *Idem*.

DI immortales] Admirantis exclamatio est, cum parasitogestibatione. *Idem*.

DI immortales ! homini homo quid præstat] Morata narratio a sententia incipi solet : quæ dicitur *ὑποπόθεον*. *Idem*.

Homini homo quid præstat] Alii distinguunt, *Quid præstat stulto intelligens*. Alii *stulto intelligens quid inserat*? quia sic veteres loquebantur. *Idem*.

2 Quid interest] Hoc admirantis est, et ideo sic pronuntiandum. *Idem*.

3 Conveni hominem] Convenisse, non vidisse tantum, sed etiam collocutam fuisse significat. *Idem*.

Conveni, &c.] Parasitus, qui luxum pro summo bono pœnit, collaudat hominem suorum natalium et fortunarum, qui in capediis liguriendo absumperat patrimonium. *Farnabius*.

4 Mei loci atque ordinis] *Loci*, ingenuum: *ordinis*, pauperem. Illud natalium, hoc fortunæ est. *Donatus*.

Hominem haud impurum] Non dixit prodigum, quia hoc ipsum probat: sed non aværum, non improbum. Et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere efferamus. *Idem*.

Itidem patria qui oblituricrat bona] Hoc joculari vultu dicitur. Et eleganter ex persona parasi non culpatur quod comederit bona. *Idem*.

Abliguricrat] Snavibus escis consumperat. Nam ἀπὸ τοῦ λυγροῦ, est *ligurire*. et λυγρὸν Græci suave appellant. *Idem*.

Itidem, &c.] Eodem quo ego ipse modo. *Farnabius*.

5 Video sentum] Quam bene *video*, postquam dixit *conveni*. et tempus mutavit et verbum. *Donatus*.

Sentum] Horridum. *Idem*.

Sentum] Ad horrorem retulit. *Id.*

Sentum] Asperum, quasi sentibus horrentem. *Farnabius*.

Squalidum] Ad sordes. *Donatus*.

Squalidum] Sordidum, incultum. *Farnabius*.

Ægram] Ad maciem. *Donatus*.

Pannis annisque obsitum] Ad vestitum et ad trivitiæ. Sed *pannis* et *annis*, *μωρολογίαι* parasitorum sunt. *Idem*.

Pannis annisque obsitum] Vel parasitica vernilitate καὶ βωμολόγειαν dicitur:

tam: vel quia Homerus dixit, ἀπὸ γὰρ ἐν κἀντήνι ἔσθωτο κατὰ γνῶσιν, et est miseris senium deditum. Unde huic magis tristitia gravitasque displicuit, aliena semper ab omnibus parasitis. *Idem*.

Annisque obsitum] Bene addidit *annis*, quia et quisque miserior est ita senior videtur. *Idem*.

Annis obsitum] Qui dicunt esse morologiam ex vernilitate parasitica, ipsi vero plane morologi sunt. An et Virgilius parasitice locutus est, cum in re grandi et heroica, de maximo principe ageos scripsit: 'Ibat rex obsitus ævo.' *Faber*.

Obsitum] Ut sentum, dixit *obsitum*. μεταφορὰ ab agro. *Donatus*.

Pannis, &c.] Lacero vestitu, pannosum, 'senectute,' ut habet Plantus Menæchm. 5. act. 2. sc. 'consitum.' Metaph. ab agris. *Farnabius*.

6 Quid istuc ornati, inquam?] Scire nos convenit, cum recto casu proferatur interrogatio, non esse contumeliosum. Ut si dicas, 'Quis hic homo est?' Si autem in obliquo, contemptum significari: ut, 'Quid hoc est hominis? quid mulieris? quid ornatus?' *Donatus*.

Quid istuc ornati, inquam] *Ornatus τῶν μέσων* est, ad dedecus et ad turpitudinem. Vel simpliciter hoc accipe, vel ἀπενικῶς. Et *ornati*, ut *senati*, antiquus genitivus. *Idem*.

Ornati est] Genitivus antiquus, originem testatus, tanquam secundæ formæ declinandi. *Farnabius*.

Quod habui, perdidit] Non dixit, id quod erat comedi, aut consumpsit. *Donatus*.

Quid istuc inquam ornati est? quoniam miser quod habui, perdidit] Ex quid, eliso d, item ex *miser* r, stat trochæus. *Færnus*.

7 Hem, quo redactus sum] Vel habitum suum, vel corpus ostendens, hoc dicit. Nec quicquam hic, nisi ex media consuetudine collocatum est. *Donatus*.

Hem, quo redactus sum, &c.] Istud, *Hem*, quia exclamatio est, haberi extra versum debet. *Faber.*

Omnes noti me, atque amici deserunt. Sententiose atque mordaciter in mores. *Donatus.*

8 *Hic ego illum contempni præ me]* Hoc est illud, 'Homo homini quid præstat? stulto intelligens?' *Idem.*

9 *Ita ne te parasti]* Quam objurganter! tanquam in illo sit, quod miser est. Et alibi, 'Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit, Quin ita paret se, abs te ut blanditiis suis, Quam minimo precio, suam voluptatem expleat.' Et hoc proprie verbum ad exprimendam inhumanitatem et ignaviam factum est. *Idem.*

Ut spes nulla reliqua in te siet tibi] Sententiose, ad illud quod et Virgilius ait, 'Ponite spes sibi quisque.' *Idem.*

Ut spes nulla reliqua in te siet tibi] Bene quasi qui rem a fortuna accepit. *Idem.*

Ut spes, &c.] Ut nulla tibi tui supersit fiducia. An utique effugit spes, 'Ima quæ sola in pixide mansit.' *Ἐνθὺν ἔμμενε πίδαυ δὲ τοῦ χεῖλεσιν.* Hesiod. l. i. *Ergy. Farnabius.*

10 *Simul consilium cum re amisti?]* Virgilius, 'Nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.' Hæ Salustius, 'Neque fortuna eget: quippe quæ probitatem, industriam, aliasque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest.' Ergo hæc interrogatio, increpantis est: nec desiderat responsionem. Nam consilium in bonis animi: res in potestate fortunæ. *Donatus.*

Simul, &c.] Ovid. iv. de Ponto, Eleg. 12. 'An sensus cum re consiliumque fugit?' *Farnabius.*

Ex eodem ortum loco] Ex eadem fortuna. *Donatus.*

11 *Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis]* Hoc contra illud, 'Video sentum, squalidum, ægrum,

pannis annisque obsitum.' Color ergo ad sentum: Nitor ad squalidum: Vestitus ad pannis annisque obsitum: Habitudo corporis, ad ægrum refertur. *Donatus.*

Quæ habitudo est corporis] Plautus in Epidico, 'Corpulentior hercle, atque habitior.' *Idem.*

12 *Omnia habeo]* Ad quod habui, perdidit. *Idem.*

Neque quidquam habeo] Ad mei loci atque ordinis hominem. *Omnia habeo*, ad industriam retulit. *Neque quidquam habeo*, ad fortunæ culpam. Et item denno, fortunæ crimen, *Cum nihil est*, ad suam laudem, *Nihil deficit tamen.* *Idem.*

Omnia habeo, neque quidquam habeo] Alterum horum, neutrumve potest cuivis accidere: utrumque nulli. *Donatus.*

Nihil cum est, nihil deficit tamen] Figura ὀξυμορφῶν. Ut apud Virgilium, 'Sequiturque sequentem.' Et Cicero, 'Cum tacent, clamant.' *Idem.*

13 *At ego infelix]* Jam transit ἀπὸ τοῦ μῦθου πρὸς τὸ πρακτικόν. *Idem.*

At ego infelix neque ridiculus] Vehementer invecus est in tempora et mores poëta, sub hac persona: in qua hominem ita inducit pœnitere probitatis suæ, ut se infelicem, non honestum dicat. Et, non nolo: sed, non possum. *Idem.*

At ego infelix, &c.] Neque sum ego ex numero parasitorum qui ridicula dictis cibum alienum captant, γελοιοποιοῦν: neque ex iis, qui 'colaphos perpeti possunt, frangique ollas in caput.' Plaut. Captivi: πλεγὰς ὑπέμωροι κορυβίων καὶ τροβύλων. Athenæus quem vide lib. vi. c. 6. 8. 9. &c. quos Plauti Ergasilus in Captivis appellat Plagipatidas et Lacones. *Farnabius.*

14 *Quid tu his rebus credis fieri]* Dum quis ridetur, aut vapulat. *Donatus.*

Tota erras via] Παρόμοιον per μεταφοράν. *Idem.*

15 *Apud seculum prius]* Scilicet cum

essent tempora meliora. *Idem.*

16 *Hoc novum est aucupium*] Vide quid intersit, cum illud *quæstum* dicat, hoc *aucupium*: illud de sapientibus, hoc de stultis. *Idem.*

17 *Hoc novum, &c.*] Tertium adulatorem genus est, novum et inventum meum, *εὐχρηστώνευσις*, qui manducones ad nutum, laudicæ *σοφουλῆς*, Oti, umbræ. *Farnabius.*

18 *Est genus hominum*] Quia multi sunt hujusmodi, non dixit, *homines sunt*, sed, *est genus hominum*. *Donatus.*

19 *Qui esse, &c.*] Gloriosi, *φύλαται*, *φίλαρπεδοί*. *Farnabius.*

20 *Hicce ego non pago me ut rideant*] Quia ille dixerat, 'Ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.' *Donatus.*

21 *Sed his ultro arrideo*] Quid est, *his arrideo*? aut veluti pareo, id est, obsequor: aut veluti dictis delector. Atque *arrideo*, non sicut in parasitis fieri solet, ut his arrideatur a regibus, quam potius ipsi dictis factisque rideant alienis, hic esse intelligendam, etiam res ipsa indicat ex contrario. Nam quod ait supra, 'His ego non pare me ut rideant:.' hoc e contrario ostendit, quod subjiciatur ex dictis. *Idem.*

22 *Sed his ultro arrideo*] *Ultrò*, versa vice. an prior? an etiam insuper? hoc est, *ultra*. *Idem.*

23 *Admiror*] Plus intulit, quam si laudo dixisset. *Idem.*

24 *Quicquid dicunt*] Non, quod dicunt: sed, *quidquid dicunt*, id est, bene vel male. ne vel si interclusa fuisset assentatio, se impediatur, quod contrarium laudaverit. *Idem.*

25 *Quicquid dicunt*] Citat hæc Cic. in *Lælio*, vide *Juvenal.* 3. Sat. 'Rides? majore cachinno Concutitur. flet, si,' &c. *Farnabius.*

26 *Id rursus si negant, laudo id quoque*] Præclare Terentius, quod a Satyrico de aliis diceretur, id hic de se dicentem indacit, facilius multo, quam si

aliter fecisset: scilicet *καθ'απτόμενος* mores temporum jam tum vitiatos per assentationem, quod fere in plerisque fabulis, monstat. Ut etiam in *Andria*: 'Nam hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit.' Et in *Adelphis*: 'Quod te isti facilem et festivum putant, Id non fieri ex vera vita: neque adeo ex æquo et bono: Sed ex assentando, indulgendo, et largiendo.' *Donatus.*

27 *Negat quis, nego*] Bene sic dixit: *negat* et *ait* contraria sunt. Ut *Plautus* in *Rudente*, 'Vel tu ais, vel tu negas.' *Idem.*

28 *Negat quis, nego: ait, aio, &c.*] Quanto concinnius Poëta noster *Parasitum* facit hoc ad alios dicentem, quam *Plautus* ad eum, cui assentatur? In *Menæchmis* enim (1. 2. 52.) cum *Menæchmus* interrogasset, 'Sed quid ais?' respondet *parasitus*: 'Egone? id enim quod tu vis, id aio atque id nego.' Explicavit autem hoc *θεος* *parasiticum* *Cicero* in *Lælio* (cap. 25.) ubi ceteris subjiciuntur ista: 'Quid potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius, non modo sensum et voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur? 'Negat quis? nego. ait? aio. postremo imperavi egomet mihi Omnia assentari:.' ut ait *Terentius*. Sed ille sub *Gnathonis* persona, quod amici genus adhibere omnino levitatis est. multi autem *Gnathonum* similes cum sint; loco, fortuna, fama superiores, horum est assentatio molesta, cum ad vanitatem accessit auctoritas. *Barclæus.*

29 *Is quæstus nunc est multo uberri- mus*] Quam ille apud seculum prius fuerat. Et vide quemadmodum illiberalem vitam honestiore nomine primo *aucupium*, post etiam *quæstum* nominaverit. ΠΟΠΟΚΑΡΗC hic indicens. *Donatus.*

30 *Scitum hercle hominem*] *Mire Terentius* longæ orationi interloquia

quædam adhibet, ut fastidium proximitatis evitet; velut nunc Parmeno procul audiens Gnathonem, hæc loquitur. *Idem*.

Scitum hercle hominem! hic homines prorsum ex stultis insanos facit] Lego fidenter, *facit*, id est, *fecerit*, sen, facere possit. Id et sensus postulat, et versus est tetrameter catalecticus, ut multi alii qui post ipsum leguntur. Quin et in proxime sequenti pronuntiandam est *advenimus*, in præsentī; pro quo in quibusdam exemplaribus legitur, *adventamus*, quod glossema est. *Faber*.

24 *Interea loci*] Dux partes orationis, cum conjunctæ usam fecerint, mutant accentum. *Donatus*.

25 *Concurrunt lati mi obviam*] Et multos, et properos uno verbo ostendit, et ex adverso ad se festinantes. *Idem*.

Cupedinarii] Varro humanarum rerum: 'Numerius Equitius Cupes,' inquit, 'et A. Omani Macellus, singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis publicata sunt bona, et ædes ubi habitabant dirutæ: eque ea pecunia scalæ Denum Penatium ædificatæ sunt. nbi habitabant, locus, ubi venient, ea quæ vescendi causa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero Forum Cupedinis appellatum est.' *Idem*.

Cupedinarii] Omnes qui esculenta et poculenta vendunt, a rebus Cupedinis ob alimentum *cupedinarii* appellantur. Et ipse subiecit, qui accipiendi sunt cupedinarii. *Idem*.

Cupedinarii omnes] Lautiorum epularum canpones. 'Ægrotationi subiecta sunt avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritis, vinolentia, cupedia.' Cic. iv. Tusc. Quæst. id est, deliciarum cupiditas: *Λυπελα*. *Farnabius*.

26 *Cetarii, Lanii, Coqui, Fartores*] *Ἀνδρῆνα* comicum: in Palliata Romanas res loquitur. *Donatus*.

Cetarii] Qui cete, id est, magnos pisces venditant, et bolonas exercent. *Idem*.

Cetarii, lanii, coqui, fartores, pisces-toræ, aucupes] Istud *aucupes*, extra versum est, et quidam hoc viderunt; sed hoc non viderunt, unde tandem huc intrusum sit; id quod in nota sequenti dicam. At hic satius fuerit dicere, *aucupes* est glossema illius vocis *fartores*, quod miror ego neminem olfecisse. Sed ad fartores eamus. *Faber*.

Lanii] Qui laniant pecora: unde et *lanista* dicti, qui laniantia præsumunt gladiatoribus. Sic et Macellum a mactandis pectoribus dictum. *Donatus*.

Fartores] Qui insidia et farcimina faciunt. *Idem*.

Fartores] Non sunt quos Galli vocant *Charcutiers, vendeurs de amousses et de Cervelas*; non sunt: Græci id genus allantopolas dicunt, ut Aristophanes. Hic erravit Marus interpres Terentii, et, qui illum hodie in vertendo Terentio sequuntur, illi errant quoque. Fartores sunt saginatos altilium avium. Gall. *qui tiennent des volailles en nué, pour les engraisser*. Res certa est ex Catone Censorio in libris de Re Rustica, pag. 31. Editionis Commelinianæ, et ex Varrone pag. 114. et sæpe alibi. Sed scin' tu quo nomine isti fartores dici Latine possent? Aviarii, Græce Ornithopolæ; hoc voluit dicere qui *aucupes* posuit, ut hanc vocem *fartores* explicaret. Improprie, fateor; (nam aucups et aviarius non sunt idem;) sed qui hoc adscripserat, usum habebat tamen. Hæc igitur origo erroris, qui in hoc versu est, haud dubie, vetustissimus. *Faber*.

Piscatores] Qui recentem piscem præbent. *Donatus*.

Cetarii, lanii, &c.] In sordidis hæc ponit Cicero, Offic. i. 42. 'Minimeque artes hæc probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum, cetarii, lanii,

coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius: adde huc, si placet, ungentarios, saltatores, totumque ludumalarium.' Quia hic Cloero aucupes omittit, quos nec Donatus ponit, visum est nonnullis, non esse a Terentio illam vocem. nos secuti sumus consensum Codicum Mss. Quod Donatus hic Terentium vult postulare *hupapipares mupurov*, quasi in palliata fabula res Romanas loqueretur; ad id partim Muretus respondit, partim tolli dubitatio potest per ea, quae Casaubonus annotat ad Theophrasti Charact. *repl. avovolas. Baderus.*

Ceteris, &c.] Citat hæc Cic. i. de Officiis. 'Artes ministræ voluptatum, cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores.' Hor. Sat. 8. lib. II. 'piscator uti, pomarius, aucupes, ... Cum accurris fartor, cum velabro omne macellum.' *Farnabius.*

Fartores] Donatus, de iis qui farcimina et insitia faciunt, exponit. Plant. Truculent. 'de nostro saepe edunt, quod fartores faciunt.' Sanius, qui de iis qui alunt saginantque aves, ex vet. inscriptione 'Antigonæ Drusi Cæs. avium fartor.' *Idem.*

27 Quibus et re salva] Cum de meo impenderem. *Donatus.*

Et perdita profueram] Cum de alieno nanciscor et expendo. *Idem.*

Re salva, &c.] Re salva, de meo; re perdita, de alieno. *Farnabius.*

Sape] Expletivæ significationis est. *Donatus.*

28 Ad cenam vocant] Utrum ad emendandam cenam? an ad convivium? *Idem.*

Adventum gratulantur] Accusativum casum pro dativo, pro adventu gratulantur. Et adventus proprie expectatorum, necessariorumque dicitur. *Idem.*

29 Ille ubi miser famelicus videt me] Hic ostendit, quæ res coegerit ad discendum: et simul vide secundum

vulgi opinionem loqui parasitum, miserum et famelicum, hominem honestis moribus præditum. *Idem.*

Ille ubi miser famelicus videt me] Vide ut sententiose demonstrat malos ex bonis contagione fieri, exemplis in prævum prævalentibus. Videt mihi hoc prodesse, et discere optat, quod negabat se posse. *Idem.*

Famelicus] A fame et edendo dictus est, quasi famediens. *Idem.*

Tanto honore] Quia concurrunt, salutant. *Idem.*

Ille ubi miser famelicus videt me esse in tantum honorem] Scio quidem me apud Sallustium legisse, 'in incertum habuere;' apud Plautum autem, 'ubi in lustra jacuisti?' et alia ad eum modum, de quibus, fortasse, Popma de veteri Latinitate: sed tamen hanc scripturam non probō; nam credibile non est Donatum illam præteritum fuisse. Imo plane apud eum legitur, *tanto honore*. Dein testatur Faërnus se ita constanter in omnibus Mss. suis scriptum invenisse. *Faber.*

In tantum honorem] Archaice, sed ad Agell. l. i. c. 7. *Farnabius.*

30 Tam facile victum querere] Quis ad cenam vocant. *Donatus.*

Ibi] Pro tunc. *Idem.*

Homo] Mire addidit homo. aut additum supervacue homo. Ut, 'Donat habere viro decus, et tutamen in armis.' *Idem.*

31 Ut sibi liceret discere] Quasi disciplinam, aut artem: tantum auctoritatis criminum felicitas sumpsit. *Id.*

Discere id de me] Magis, de illo, et de me, veteres dicebant, quam ut nos dicimus a me, aut ab illo. *Idem.*

Sectari jussi] Proprie. nam et sectæ philosophorum ab eo dictæ sunt. *Id.*

32 Ex ipsis] Philosophis scilicet. *Idem.*

Ex ipsis vocabula] Ut Pythagorica, Platonica. Hoc igitur non est consequens ad illud, quod vult dicere: nisi forte disciplinam pro discipulis

posuerit. *Idem.*

Disciplina] Et in Excerptis ex Donato et apud Færnū legas, *disciplinam*, male; nam Færnus non intellexit quid sit hoc loco *disciplina*. Dein nego ita legisse Donatū; nam ibi hæc glossa legitur; (ut Pythagorica, Platonica;) ergo quæ sequuntur, ex Donato non sunt, sed ab imperito aliquo magistello. *Disciplina* autem non est quod vulgus putat; Cicero sex septem locis prosecta sumit. Ex illis locis en tibi quosdam. In Academ. 'Restat unum genus reprehensorum, quibus Academiæ ratio non probatur, quod gravius ferremus, si quisquam ullam disciplinam Philosophiæ probaret, præter eam quam ipse sequeretur.' Id est, sectam. Ita in De Natura Deorum: 'Trium enim disciplinarum principes convenistis.' Id est, sectarum. Alibi, in 1. de Finib. 'Non modo quid nobis probaretur, sed etiam quid a singulis Philosophiæ disciplinis diceretur, persæcuti sumus.' Id est, sectis. In Bruto quoque, ubi de Rutilio, qui sectam Stoicam sequebatur: 'Itaque illa, quæ propria est hujus disciplinæ,' &c. (pag. 517. Ed. Lamb. Lutetiæ.) Sic et apud Lactantium, lib. 11. pag. 141. Edit. Lugdunensis. Sed hæc sunt satis. Græci *διδόχας* vocant, id est successiones. Laërtius loca pæne infinitis. Et libri erant olim hoc titulo. *Faber.*

33 Vocabula] Ut vocentur Pythagoræi, Platonici, Epicurei. *Farnab.*

Parasiti item ut Gnathonici vocentur] Non hoc intulit, quod cœperat dicere: nisi forte *disciplinam* pro discipulis accipimus. *Donatus.*

Parasiti item ut Gnathonici vocentur] Hæc autem lectio [item] quam nos probamus et perinde ad versum quadrat, ut ita: facit enim iambum in quarta; et sensui servit, ut *item*: consuevere enim antiqui *item* ut, pro *similiter* ut, ponere. ut in Adelphis,

'Ille ut item contra me habet facio sedulo:' et in Heautontim. 'Item ut filium meum amico atque æquali suo.' Færnus.

Gnathonici vocentur] Ipsi Gnaton nomen a Gnatone parasito Siculo. Turneb. 1. xxviii. c. 5. *Farnabius.*

34 Viden', otium et cibus quid faciat alienus] Rursus Parmeno et facetias dicit, et distinguit longiloquium parasiti. *Donatus.*

Quid faciat] Legitur et, *quid facis*: ut sit figura per modos, pro, *quid faciat*. *Idem.*

Otium, &c.] Al. *ossum*. sunt enim ossua eadem quæ ossa. *Farnabius.*

35 Hanc deducere] Proprie. Nam ducitur quis ad supplicium: *deducitur* ad lætitiā. *Donatus.*

Et rogare ad cenam] Vide parasitum magis optare ad cenam Thaidem vocari, quam munus capere. *Idem.*

36 Thaidis] Legitur et *Thais*. *Idem.*

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video] Vitium in versu est; sensit Muretus, sed male emendavit, *meretricis*, pro *Thaidis*; nil erat facilius, si alias editiones habuisset, in quibus legitur, *Ego tristem video*. Est autem versus octonarius catalecticus. *Faber.*

37 Salva res est] Quia et ante ostium, et tristem video, *salva res est*. Nec hoc valet ad lætitiā, quod Parmeno est, sed quod rivalis servus. *Idem.*

Salva res est] Proverbialiter. *Idem.*

38 Nebulonem] Vel furem, quia nebulas objiciat: vel mollem, ut nebulam: vel inanem et vanum, ut nebulam est. *Idem.*

Hice] Pro hi. vetusta. Virgilius, 'His certe neque amor causa est, vix ossibus hærent.' quia *hice* debebat dicere. *Idem.*

Hice hoc munere arbitrantur] Non immerito Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus noverit meretricis consilium. *Idem.*

Hæc hoc munere arbitrantur, &c.] Veteres citant, *hæc*, pro, *hæc*. Plantus sæpe. Virgil. in Bucolicis. Faber. 40 *Summum eum*] Ἐλλεψις. *Donatus*.

Summum suum impertit Gnatho] Hæc tota locutio parasiticæ elegantiss, et simul *elapvelas* plena est. Nam et plurimam dicit ei salutem, quem ne exigam quidem velit continere: et summum dicit eum, qui nec levis amicus sit sibi: et Parmenonem Gnatho, non ego te. *Idem*.

Summum suum] Quam venuste, quod summum amicum non resalutat Parmeno. *Idem*.

Suum impertit Gnatho] Scoppa l. ii. collectan. c. 7. interpretatur porcorum, nimis, ut credo, scoptice, et longe petittum. *Farnabius*.

Quid agitur] Pro blandimento, non pro interrogatione nunc ponitur. ut *O noster, quid sit?* *Donatus*.

Quid agitur? statum] Pro, *quid agis?* etc. Et facete: nam stat, cui ingredi non licet. *Idem*.

Quid agitur? statum] Plant. *Pseudolo* l. 5. 42. 'Salve quid agitur? *Pa.* statum hic ad hunc modum.' *Bæclerus*.

At numquid aliud] Cum jurgio hic de illo respondit. et ideo repetit dictum Gnatho. *Donatus*.

42 *Qui dum]* Interrogat interrogantem, ne ipse respondeat. *Idem*.

Nihil equidem] Dicens nihil, mutavit vultum Parmeno in lætitiā. Ideo illi facete Gnatho agenti hoc ipsum, *ne sis*, dixit: ut probaret tristitem falsæ. *Idem*.

Nihil equidem] Pro *non*, et infra, 'Nihil dixit ut sequeretur se.' *Idem*.

43 *Hoc tibi mancipium]* Ταχέως. mancipium dicit puellam, aut virginem. *Idem*.

Non malum hercle] Inimica laudatio. *Idem*.

Uro hominem] Sibi hoc gestu et vultu parasitico dicit, et pro eo quod

est, dolere cogo. *Idem*.

Ut falsus animi est] Similiter et Parmeno secum gesta servili. et animi pro animo, ἀνθρώπος veterum: qui, 'Ingens ea virinum, et, dives ea opum,' amabant dicere. *Idem*.

Ut falsus animi est] Ex hoc falsus animi est, quod putat hujusmodi munere capi posse Thaidem. *Idem*.

Uro hominem. Pa. Ut falsus animi est] Τὸ ὕρο hominem ad spectatores versus dicit, ut Parmeno non debeat audire. et Parmeno itidem secum: *ut falsus animi est!* sc. putat, Thaidem hoc munere capi posse. ut recte Donat. *Bæclerus*.

Uro hominem] I gall the fellow. ut *calceus* writ. Horat. Epist. 10. l. i. hoc aversus loquitur, ut, quod sequitur, Parmeno. *Farnabius*.

44 *Quam hoc munus gratum Thaidi]* Mire insultat Gnatho. Quanto enim magis munus gratum fuerit, tanto erit rivalis exclusior. *Donatus*.

Hoc nunc dices ejectos hinc nos] Dicit, est sensus, ita dicendo, hoc dicit, ejectos hinc nos. id est, hoc significare, hoc innuere vis. *Færnus*.

45 *Omnium rerum heus vicissitudo est]* Vide locum in quo erumpere dolor Parmenonis potuit, nisi commissæ servaret, et cœlaret Thaidia consilium. *Donatus*.

46 *Sex ego te totos, &c.]* Quid est *totos?* an diebus et noctibus? utpote amatoris servum: ac per hoc sine ulla cessatione et intermissione. *Id.*

Hos menses] Hos, qui nunc aguntur, id est, hoc tempore. *Idem*.

Quietum reddam] Facete: quasi hoc ipse fecerit. et hoc est quod ait, 'Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho:' tanquam amico consulat. *Idem*.

47 *Ne sursum, deorsum cursites]* Quod est laboris. *Idem*.

Ne sursum, &c.] Ὀδὴ στρεφόμενος ἄνω κάτω. Menander, citante Plutarcho in lib. περὶ εὐθυίας. *Farnabius*.

Neve usque ad lucem vigiles] Quod est exiti. *Donatus.*

48 *Sic soles amicos]* Hoc *εἰρωνεία*, *Idem.*

49 *Detineo te]* Valde teneo. *Idem.*
Fortasse tu profecturus alio fueras] Vult exprimere confessionem, quod ad Thaidem venerit, sed intrare non possit. *Idem.*

50 *Paululum da mihi operæ]* Hoc quasi supplicantis vultu ad irrationem dicitur. *Idem.*

Paulum da mihi operæ] Proprie sic dicitur, adjuva me. Sic in Adelphis, *Hæc opera ut data sit.* *Idem.*

51 *Nunc tibi patent fores hæc]* Ex eo quantum licere oportuit ostendit, quam misere nihil liceat Parmenoni. *Idem.*

Quia istam ducis] Hoc quasi ad Gnathonem: sed lente, ac sub lingua murmurat. *Idem.*

52 *Nam quem evocari hinc vis foras]* Quia ipse intrare non potest. *Idem.*

Sine, biduum hoc prætereas] Et hoc leutius, nam si aliter pronuntiaveris, secreta produntur. *Idem.*

Sine biduum hoc prætereas, &c.] Secum hæc Parmeno, et ad spectatores versus, Gnathone non exaudiente. vide Eugraphium. phrasin illustant illa Trabem apud Ciceronem Tuscul. iv. 81. 'Lena delinita argento natum observabit meum, Quid velim, quid studeam: adveniens digito impellam januam; Fores patebunt,' &c. sententiæ Horatius magnitudinem circumdedit Epod. 15. 'At tu quicumque es felicior, atque meo nunc Superbus incadis malo; Eheu translatos alios moribus amores; Ast ego vicissim risero.' *Bæclerus.*

53 *Qui mihi]* *Μίχι, τῷ ἀντικειµένῳ* dictum est. *Donatus.*

Fortunatus] Ut ipse videris tibi. *Idem.*

54 *Næ tu]* Næ, valde. *Idem.*

Næ tu istas faxo calcibus] Mira eloquentia, in qua utraque *ἐνερβολή* ex-

pressatissima est. Nam neque uno digito minus aliquid dici potest, neque calcibus sæpe insultabis aut amplius, aut ingentius. *Idem.*

Insultabis foras] Sallustius, 'Multas tamen ab adolescentia bonos insultavit.' *Idem.*

55 *Nummam]* Hic nam abundat: ut quidnam. *Idem.*

Relictus custos] Bene relictus: quasi ab excluso. *Idem.*

Etiā nunc hic stas, Parmeno? Eho, nummam tu hic relictus custos] Corruptus est versus. lego: *Etiā nunc hic stas, Parmeno? nummam hic tu relictus custos?* Alioqui, *Eho*, ut exclamatio, extra versum erit. Certe in Iantina editione non apparet. *Faber.*

56 *Nequis forte internuntius]* Proprie, internuntius. *Donatus.*

Ne quis forte internuntius] Ex his verbis datur intelligi, parasitum e domo meretricia egredi. *Idem.*

Ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet] Et hoc facete: quasi ipse sibi Thaidem totam vindicaverit, quod miles facit. *Idem.*

Ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet] *Φαῖρνας* e libris suis, *cursit*, ut apud Virgilium, *reverset*, in iv. *Æneid.* sed nil necesse est. Nam priorem in *iste* corripiebant. *Faber.*

Clam a milite ad istam cursitet] Corrige *cursit*, ex eodem libro, ut *versus* sit iambicus tetrameter catalecticus, quemadmodum ceteri. *Φαῖρνας.*

57 *Facete dictum]* *Εἰρωνεία*, quia iusfacete. *Donatus.*

Mira vero militi qua placeant] *Μίρα*, pro mirum. Virgilinus, 'Nota tibi:' et est *εἰρωνεία*. Quid mirum est, inquit, facete loqui eum, qui militi placeat? Potest tamen et pluraliter intelligi. *Idem.*

Mira vero militi qua placeant] Donatum vide et Gnyetum; cui, non est mirum, quod non satisfecerit Donati explicatio. *Bæclerus.*

Mira vero, &c.] Ironice. *Farnabius*.
 58 *Sed video herilem filium*] Non potest Terentius ῥῥόπουρον proprie dicere: et ideo *herilem filium* dicit. *Donatus*.

59 *Miror quid ex Piræo abierit*] Hic causa ostenditur, cur potest ignotus esse vicinis, et pro Euncho fingi. *Idem*.

Miror] Pro nescio. *Idem*.

Miror quid ex Piræo abierit] Ut ex Piræo discederet, symbola amicorum; ut hic perveniret omisso negotio, aspectus virginis fecit. *Idem*.

Nam ibi custos publicæ] Adversus prædonum incursus illic exuebat juvenis Attica. Piræum, ut Sonium, est maritima et accessu litoris pars clementior. *Idem*.

Publicæ est nunc] Nunc ambigua distinctione positum est. *Idem*.

Ibi custos, &c.] Athenienses postquam ex ephēbis excesserant, qui decimus octavus ille ætatis annus, militiæ datur nomina, publicæ custodes erant in urbe, per biennium, deinde in suburbana mittebantur castella, e quibus unum erat Piræum, portus 40. ab urbe stadiis, exorbituri adversus prædonum incursus. *Farnabius*.

60 *Non temere est*] Ut Virg. 'Haud temere est visum.' *Donatus*.

Et properans venit] Mire locuturum ante formavit, ut gestus verba præcedant, verba habitum consequantur. *Idem*.

SCENA III.] Satura est hæc scena; Iambicis octonariis et senariis, Trochaicis item septenariis constans. vs. 4. *Mss.* meorum unus: latere pro celari. vs. 7. omnes: o fortunatum senem. et vs. 8. si ceperit amare. et vs. 10. ut illum dii deaque omnes senem perdant. vs. 11. unus: qui non illum flocci fecit. duo: qui illum non flocci fecit. vs. 14. omnes: ita prorsus sum oblitus mei. et vs. 16. scis tu te s. et vs. 18. penni omne. vs. 19. unus: promissa ipsa appar. alter: promiss. app. ipsa. vs. 20. omnes: si adeo d. unus verba hujus versus Parmenoni tribuit. vs. 22. om-

nes: graciles. v. 27. duo: anni quot? vs. 30. omnes: nec id quidem. vs. 40. unus: sex (in margine al. septem) prorsus non vid. pr. vs. 40. duo: dum hæc loquitur. vs. 55. omnes: ipsa est scilicet. et vs. 60. et ei dono d. s. et vs. 62. duras partes fratris pr. vs. 68. rē me, ab omnibus abest; memini autem in omnibus diverso positu verborum additur. vs. 71. unus: nunquid vis aliud? Cher. quid nunc is domum? Par. ut manc. alter: nunquid me aliud vis. Cher. quid nunc is domum? Par. ut manc. h. ita etiam Argenteratenis. vs. 76. duo: prope dorm. ut et vs. 81. vs. 79. omnes: te illum esse dicam. vs. 86. duo, tum pro tu. vs. 88. omnes: adduc quantum potes. vs. 93. omnes: ut ab his fallimur. et vs. 94. an potius hæc pati æquum est fieri, ut a me ludantur dolis. vs. 97. omnes: jubeo immo cogo atque imp. vs. 98. omnes addant tuam, sed duplici positu. ex inepto glossemate. corrumpetur enim sensus et locutio. Chærea hic inducitur, tanquam adolescens 'Indomitus, plenus amoris et lascivie,' ut verbis Plauti dicam ex Trinum. III. 3. 22. *Bæclerus*.

Occidi] In hac scena novus amor adhuc ephēbi, et consilium poliandæ virginis demonstratur: tanta virtute poetæ comici, ut hoc commentum non quasitum esse, sed occurrisse sua sponte videatur. *Donatus*.

1 *Occidi*] neque virgo est usquam] Non habuit quid dicere debeat aliud, properans, et circumspiciens, nisi occidi. *Idem*.

Occidi] Produc mediam syllabam verbi hujus, et contrarium significat. *Idem*.

Occidi] Cum sit exclamatio, extra versum poni debet. *Faber*.

Occidi] Licet o. l. s. aliter habeant, necesse est hanc dictionem et a præcedentis scenæ ultimo et ab hujus primo versu separare, et monometrum trochaicum catalecticum per se constituere. sunt autem iambici te-

trametri, præcedens quidem catalecticus, sequens vero acatalecticus. *Faërus.*

2 *Neque ego, qui illam e conspectu amisi meo*] Amatorie, dum illam non invenit, et se perdidit. *Donatus.*

3 *Ubi quæram*] Hoc circumspicientis est. *Idem.*

Ubi investigem] Plus intulit. *Idem.*

Quem percontor] Hoc tertium plus intulit: nam ubi nec vestigia repertiuntur, superest interrogatio. *Idem.*

Quam insistant viam] Si nec, qui interrogetur, apparet. *Idem.*

Quam insistant viam] Et qua via legitur. *Idem.*

4 *Ubi ubi est, diu calari non potest*] Ob nimiam scilicet formæ gratiam. *Donatus.*

5 *O faciem pulchram*] Faciem modo, non partem corporis dicit, sed totam speciem quæ apparet et cernitur. Virgilius, 'Quibus aspera quondam Visa maris facies.' *Idem.*

Deleo omnes dehinc ex animo mulieres] Πρὸς τὸ πῦρ argumentatus est, ut ostenderet nunc grandem jam ephæbum etiam amoris expertem non fuisse. Sic et alibi, 'Cum me ipsum noris, quam elegans formarum spectator siem, In hac commotus sum.' *Idem.*

6 *Cotidianarum*] Hoc est, levium et usitatarum: est quippe huic contrarium, 'Nova figura oris. papæ!' *Idem.*

Ecce autem alterum] Sic dicimus, cum propter alterum de altero venit in mentem. *Idem.*

7 *Nescio quid de amore loquitur*] Ut jamdudum Phædria loquebatur. *Id.*

O infortunatum senem] Donatus annotat: 'O infortunatum senem. Hoc dictum præstruxit ad exitum fabulæ ac Catastrophen. nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic senex per fallaciam Pythiæ et indicium Parmenonis: atque ita firmabuntur nuptiæ virginis, quam ducet Chærea.' Ex his verbis colligere debemus, Dona-

tum legisse, o *fortunatum senem*. ex Catastropha enim illa, infortunatum dicere senem, parum convenit consuetudini Comicæ. Sed nimis Grammaticalis fuerit illa cogitatio, si quis opinetur, Parmenonem præsagiasse hic Catastrophen fabulæ. Hoc vult Parmeno dicere: o *infortunatum senem*, herum meum Lachetem, cujus alter filius Phædria pridem amore meretricis deperit, alter Chærea nunc, quantum ex his sermonibus colligo, longe magis ex amore insanire incipiet. Quæ mox ad illa, *hic vero est*, in Donato notantur, undecunque potius quam ab ipso profecta putare malim. *Bæclerus.*

Infortunatum senem] Lachetem, cui tales contingere filii. *Farnabius.*

8 *Hic vero est*] Utrum senex: an Chærea? sed senex potius. Hic vero est senex. *Donatus.*

Qui] Scilicet Chærea. *Idem.*

9 *Præut hujus rabies quæ dabit*] *Præ*, ex comparatione significat. Ergo proprie, et est integra locutio: et ordo est, *Præ* ut illa sunt, quæ hujus rabies dabit. Et bene *dabit*, quasi de re violenta. Ut, 'Dabit ille ruinam Arboribus.' *Idem.*

Præut hujus rabies quæ dabit] Hic ex parte characteris inscius quidem est personæ Chæreæ, quem moribus conjicit servus ardentior in amorem ferri posse, simul ac cæperit. *Idem.*

Præut hujus rabies quæ dabit] Et hic ostenditur jampridem motum in res Venereas Chæream. Et magna poëtæ cura est, ne incredibile videatur adolescentulum, qui pro Ennucho deduci potuerit, tam expedite virginem vitiasse. Quocirca artifex summus, quod ætati non potest, naturæ attribuit Chæreæ: ut calidior ingenio, et ante annos amator, non libidinem in seæ, sed quandam rabiem designaverit in Venereos appetitus. *Idem.*

Alterum, &c.] Phædriam. *Farnab.*

10 *Ut illum*] Pro utinam. *Donat.*

. *DI* Donque senium perdant] Plus dixit senium, quam senem. Nec miroria, post senium, qui additum: ideo quia declinationem ad intellectum retulit: ut alibi, 'In Eunuchum sum.' Et senex ad etatem refertur: Senium, ad convitium. Sic Lucillus ait, 'At quidem te senium, atque insulse sophista.' *Idem*.

Ut illum, &c.] Cum respectu ad intellectum, illum senem qui, ut habent nonnulli codices. *Farnabius*.

Remoratus est] A remora piscicula, qui et *tyrannus* vocatur, remoratio est remoratus dicitur. *Donatus*.

11 *Tum autem, qui illum non floccifecerim*] *Tum autem*, pro *et*. Duas vult enim causas esse, cur se ipsum *DI* perdant: unam, quod restiterit: alteram, quod senem perveritus diu remanserit a persequenda virgine. Et nota floccifecerim, et contemnere, et non contemnere significare: ut nunc, *Qui illum floccifecerim*: deest vel: ut sit vel floccifecerim. *Idem*.

Floccifecerim] Floccus, inquit Rivinus in castigationibus, particula est lanæ quæ inutilis a vellere divulsa evolat. res nullius pretii aut momenti. qui itaque flocci facit, is plane parvi aut nihili pendet. male itaque legi a nonnullis, non flocci facit. *Farnabius*.

12 *Quid tu es tristis? quidve es alacris*] Proverbiale est, in hominem perturbatum et incerti vultus. Aut letus es. nam *alacris*, *L* litera pro *D* posita, non tristis, id est, *adampus* intelligitur. *Donatus*.

Quidve es alacris] Et alacer et alacris dicitur: ut habet. apud Virgilium: 'Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna.' *Idem*.

Quidve es alacris] *Alacritas* est mutatio quedam vultus gestientis in spem aliquam. *Idem*.

Sed ecce Parmenonem. salve. PAR. quid tu es tristis? quidve es alacris] Versus est trochaicus acatalecticis, eliso d ex sed. *Faërus*.

Quid tu es tristis, quidve es alacris]

Delph. et Var. Clas.

Donatus: 'Proverbiale est,' &c. sententia ab argumento loci non aliena. *Guyetus* plane resecat. *Baculus*.

13 *Unde is*] Modo, ad quid venis, significat. sed *eo*, de loco ad locum veteres dicebant: quod mox in subiectis probabitur. *Donatus*.

Unde is] *Ch.* ego nescio hercle] *Bombinus* liber ita habet, ego ne? nescio hercle. ita optime versus procedit. in quo animadvertendum, *hercle*, posteriore corripere, ut in quarta sede sit dactylus. nam et *Hercule*, quod integrum est, ultimum corripit. *Persius*: 'Nemo hercule, nemo.' *Faërus*.

Quorsum eam] Bene: quia proxime dixerat, 'Ubi queram? ubi investigem? quem perconter? quam insitam viam? incertus sum.' *Donatus*.

Quorsum eam] Hinc, ut diximus, manifestum est, *irs* et adventum significare. *Idem*.

14 *Ita prorsum oblitus sum mei*] Huic contrarium, 'Dum memor ipse mei.' Ergo oblitus mei, insanus. *Idem*.

Ita prorsum oblitus mei] *Prorsum*, recta, id est, omnino: nam *prorsum*, est perro versus, id est, ante versus. Hinc et *prorsa oratio*, quam non inflexit cantilena. *Idem*.

15 *Hem*] Si cum *h*, *Parmene*: si leniter, *Chærea*. *Idem*.

Ostendes qui vir sies] Non, si vir sies: sed, qui vir sies: quod est *ἐπαφρονέρεος*. Si quæsisset quidem, qui vir sies, an debeat præstare, qui virum se sic monstraturus est? Et vir modo, non ad sexum, nec ad ætatem dicitur, sed ad laudem. *Idem*.

Qui vir sies] In veteribus invenitur. *Idem*.

16 *Sape pollicitum esse*] *Pollicitum*, quod promittentem ultro significat, dixit. et *sape pollicitum* *se*, an necesse sit præstare eum, qui promiserit? *Idem*.

Chærea, aliquid inveni] Induxit *πρωτον* pragmatice, more suo, non contentus dicere qui pollicitus sit tantum, sed quomodo etiam, et quibus

Terent.

4 G

verbia. *Idem.*

17 *Modo quod ames*] Tantummodo. quasi hæc mora sit promissis complendis. *Idem.*

In ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam] An possit, qui posse se affirmavit? plus est promiserit, quam ostendere quod possit. *Idem.*

18 *Cum in cellulam*] Sic dicit anus quæ et acceperit beneficium. *Idem.*

Patris penum omnem] Ipsum penum: non ex eo aliquid, *πενυολικῆς*. Et hoc *penu*, et hic *penus*, et hæc *penus*, veteres dixerunt. Ergo et *omnem* et *omne* legitur. *Idem.*

Congerebam clanculum] *Ἀδέφα ἢ κρόφα. Idem.*

Penum omnem congerebam] Priscianus lib. xv. legit *congregabam*. Bæclerus.

Cellulam, &c.] Nec promptuariam hoc in loco, nec penuariam, ut voluit interpretes: sed in qua dormiebant servi. Extruebant divitis famulis, servis, et amicis minorum gentium excipiendis cellas. 'In quibus indignor si tibi cella fuit,' Martialis l. ix. Ep. 74. 'Conchiliatis peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres,' Cic. ad Attic. l. xiv. Epist. 22. 'Cellis servilibus extracta corpora et exercitui suo adjecit,' Val. Max. l. vii. c. 6. Cic. Philippica II. *Farnabius.*

19 *Age, inepte*] Qui dubitas de promissis: an, qui exprobres te multa esse largitum. *Donatus.*

Hoc hercle factum est] Inveni quod amem: hoc quod dicebas, inquit, moræ esse, jam factum est; amo. *Idem.*

Promissa appareant] Utilitatem ut cognoscam tuam. *Idem.*

20 *Sive adeo digna res est*] Si persona Parmenonis est, sive abundat: et pro expletiva conjunctione modo est: in quibusdam omnino non legitur. *Adeo* autem abundat, aut nimis significat, vel satis. Si Chærea dicit, hic ordo et sensus est, Fac, si vis nunc, sive adeo digna res est, ubi tu

nervos intendas tuos, ut promissa appareant. ut sit *sis*, si vis: et addatur, ut, quod deest. Fac ut promissa appareant. *Idem.*

Sive adeo] Bellissime dictum, pro, Maxime eum, cum præsertim, &c. *Faber.*

Ubi tu nervos intendas tuos] Utrum obscæne hoc, ut servus? an *περαφοπικός*, ubi laborare ac periclitari debeas? Sed melius legunt, qui hoc totum ad personam applicant Chæream: et melius, quam qui Parmenonem hoc putant loqui, 'Sive adeo digna res est ubi tu nervos intendas tuos,' *Donatus.*

21 *Haud similis virgo est virginum nostrarum*] Civium scilicet, id est, terræ ac patriæ nostræ. ut Virgilius: 'Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.' Et Sallustius, 'Nostris fœda fuga,' &c. *Idem.*

Quas matres student] Hoc verbo ostendit cultum industriæ, non pulchritudinem naturalem. *Idem.*

22 *Demissis humeris esse, vincto pectore*] Antiqui enim Græci etiam virginibus suis præbebant palæstram, ad componenda corpora. Vel, *demissis humeris esse*, liquide et molliter deductis, neque extantibus, alæ in modum. *Idem.*

Demissis humeris esse, vincto pectore] Non accipiendum est quasi hoc dicat, Ad hoc illas student matres demissis humeris esse, et vincto pectore, ut graciles sient: sed varie tria dixit, ne diceret* aut student illas demissis humeris, et vinctum pectus, ut graciles sient. *Idem.*

Demissis humeris esse] Thoracis parietes a nutricibus plerumque depravantur, dum ipsos educatione primarium arcte extrinsecus viciunt, &c. Cæs. Rhodiginus l. iv. c. 4. ex Galeno. *Farnabius.*

Vincto pectore] Castigato ac tenel, et velut vincto. Deest ergo *velut*. *Donatus.*

Ut graciles sient] A singulari *graci-*

lis venit hæc declinatio. *Idem.*

Vincto pectore, ut gracilæ sient] Opportune ex Galeno quædam adfert de hac re Jo. Weizius. adde de toto loco Jos. Scalig. in Conjectaneis Varonianis. *Bæclerus.*

Vincto pectore, &c.] Strophilo, fascia, zona filiarum sororiantes mamillas cohibebant matres, ut graciles essent, Marcellus. cogeant et rore vesci, tanquam cicad. vide Plutarch. in *altrius quædam.* *Farnabius.*

23 *Si qua est habitior paulo*] Unde et *habitus* dicitur: ut, 'Quæ habitudo est corporis' nam *habitior*, aptior intelligitur. ut, 'Namque humeris de more habilem suspenderat arcum.' Ergo *habitior* legendum est. *Donatus.*

Habitior paulo] *Corpulentior*, Plaut. Epidic. act. i. sc. 1. Gnatho supra 2. sc. hujus act. 'Quæ habitudo est corporis' *Farnabius.*

Pugilem esse aiunt] Laus in Virginem. *Donatus.*

Deducunt cibum] Mire vituperavit formam, quam accuraverit fames. Et proprie *deducunt*. *Idem.*

24 *Tametsi bona est natura*] *Bona*, id est, plena, magna, et pinguis. *Id.*

Reddunt] Exhibent, perficiunt. *Id.*

Curatura] Cura, mentis est: *Curatio*, medicinæ: *Curatura*, diligentis. *Id.*

Junceas] Tenuēs et pallidas. *Idem.*

Junceas] Tenuēs, graciles, teretes, leves admodum ad formam junci. *Farnabius.*

25 *Itaque ergo amantur*] Itaque, inquit, nemo illas amat. *elapsera* est. Aut vere amantur: ut eo magis hæc amanda sit, quæ naturæ beneficio, non factis comptibus, aut industria, est pulchra. *Donatus.*

Itaque ergo amantur] Atque ita fit, ut amentur, non naturæ merito, sed industria. *Idem.*

Quid tua istæ] Recte: sic enim ipse dicet, 'At nihil ad nostram hanc.' *Idem.*

Quid tua istæ] Deest, qualis est,

dic. *Idem.*

Nova figura oris] *Laudis* genus est, nova, quia dixerat, 'Tædet cotidiarum harum formarum.' *Idem.*

Papæ] Interjectio mira subito accipientis. *Idem.*

26 *Color verus*] Quia non de cura est ac de fūco, id est, naturalis, non fucatus. *Idem.*

Color verus] Ex *color* r elidendum, ut in prima sede sit anapestus. *Færnus.*

Corpus solidum] Quia non vitiatum. *Donatus.*

Corpus solidum] Plenum et forte, id est, non flaccidum. *Idem.*

Corpus solidum] Lucillii 1x. citantur a Nonio: 'Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas Pectore marmoreo.' *Farnabius.*

Succi plenum] Quia nemo deduxit cibum. nam succus est humor in corpore, quo abundant bene valentes. Virgilius: 'Et succus pecori, et lac subducitur agnis.' *Succus* proprie, quasi *sugus*: quem sibi ex alimentis membra sugunt, ut se replcant. *Donatus.*

Succi plenum] *Succus* est interior pinguedo membrorum. *Idem.*

Anni sexdecim] Vide quemadmodum ætatem virginis maturæ Poëta ex occasione demonstraverit. *Idem.*

27 *Flos ipse*] Venuste Baifius: *C'est droit sur le point d'enrager.* Faber.

Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario] Hæc tria sunt, quibus non rite res agitur, vel vi, vel clam, vel precario: sine pretii mentione. vel quia virgo, non meretrix: vel quia nulla Ephebo spes est fallendi Senis. *Donatus.*

Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas] Secundum jus locutus est. Nam his tribus mala fide aliquid possidetur: vi, clam, precario. Vi, quia virgo: clam, quia custoditur: *precario*, quia pretium non habet Chærea. *Idem.*

Flos ipse. Ch. hanc tu mihi vel vi,

vel clam, vel precario] Videtur hic iambicus septenarius esse, inusitatum genus. ego puto legendum *hanc*: et in ipse non faciendam synalopham. *Færnus*.

Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas] Donatus: 'Secundum *ius*, nam his tribus (modis) aliquid mala fide possidetur: vi, clam, precario.' Est autem figura *abeggruch*, qua potiendi cupiditas exprimitur, quo jure quave injuria, per fas aut nefas. Horatius eandem juris formulam uberius explicavit, et proprietati opposuit, hos possidendi modos Epist. II. 2. 'Tanquam sit proprium quicquam, pæncto quod mobilis horæ, Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema Permutet dominos, et cedit in altera jura.' Vide I. XXII. De Acquir. Per Dom. ubi Ulpianus vi, clam, precario itidem conjungit. *Bæclerus*.

28 *Mea nihil refert, dum potiar modo*] Non hoc personæ attribuendum est, sed affectui, non enim quia Chærea est: sed quia amator, de se cepit facere quemadmodum potiat. *Donatus*.

29 *Quid? Virgo, cujus est*] Utrum serva, an filia? *Idem*.

30 *Ne id quidem*] Pulchra varietas, *Nescio, Tantumdem, Ne id quidem*. Id. *Qua ratione amisti*] Figura *ovynonh*, pro *amisti*. *Idem*.

Qua ratione amisti] Si non remanisset Chærea, sed consecutus virginem vidisset, quo deducta esset prius, quam Parmenonem conveniret, non ita procederet fabula, ut nunc procedit. Irruisset enim in cognitionem meretricis importune Chærea, nec pro Eunucho adduceretur ulterius. *Id.*

31 *Id equidem*] Deest *ob*, aut *propter id*. *Idem*.

Mecum stomachabar] Bene *mecum*: quia acriorem dolorem sustinet, qui ipse sibi irasci cogitur. *Mecum* ergo, pro *apud me*, vel *mihi*. *Idem*.

32 *Hominem esse arbitror*] Deest

quam *me*. *Idem*.

Cui magis bonæ felicitates] *Bonæ*, magnæ. Nove autem dixit, magnas felicitates sibi adversari; eo quod virginem tantæ pulchritudinis ex oculis amiserit. Nam vidisse eam, felicitatis judicat: sed amisisse, adversæ felicitatis. Et quod *bonæ* dixit, vel magnæ, vel nimis intelliguntur. Vel *ἐρίδερν* est proprium et perpetuum felicitatum. *Idem*.

Felicitates] *Felicitas* adversa est, cum ex prosperitate, quod lædat nascitur. *Idem*.

Bonæ felicitates] *Ἐυφαις* est, eo quod *felicitates* pluraliter posuit. *Ἐρίδερν* autem de tribus causis nominibus adduntur: discretionis, proprietatis, ornatus. Discretionis: ut, 'Phrygiæ molimur montibus Idæ.' Proprietatis; ut, 'Terribili impexum seta et dentibus atris.' Ornatus, ut, 'Alma Venus Phrygiæ genuit Simoëntis ad undam.' *Idem*.

34 *Quid hoc est scelera*] Propter hoc quod patior, inquit. nunc enim scelus dicit a sese commissum. *Idem*.

Quid hoc est scelera] Donatus Chæream hæc verba tribuit. merito. v. Guyet. *Bæclerus*.

35 *Arachidemdem nostin*] Hoc sic pronuntiandum est, ut appareat ex ipso nomine statim, odiosum nescio quem occurrisse ac permolestum. *Donatus*.

Æqualem, &c.] *Æquævum*, ætate parem. *Farnabius*.

Quidni] Corruptio est ab *sa* manifesta inquirentia. Est enim sensus, Quid nisi, aut cur non noverim? est enim *quidni*, aut quid nisi, aut cur non. Quia veteres si pro *ne* ponebant, et *ne* pro *non*. ut *Plantus*, 'Ni stulta sis,' pro *ne*. et *ne vult*, pro *non vult*. *Donatus*.

Nostin? P. *quidni*? *CH. is, dum sequor hanc, fit mihi obviam*] L. o. hanc collocationem verborum habent, *dum hanc sequor*. sed, ut versus constet, vel legendum est *novistin*, ut in libro

Bembino est, vel ex quidni nihil elidetur. mihi autem in unam syllabam contrahendum. *Faërus.*

37 *Imo enimvero infeliciter*] Bene hoc interponit, quod incredibile est, tardiores futurum amatorem incessu virginis. *Donatus.*

38 *Nam incommoda alia sunt dicenda*] Quæ minora sunt scilicet, aut similia. *Idem.*

39 *Illud liquet mihi deferre*] Liquidum est, constans et manifestum, et certum. Et sic *liquet*, pro liquidum est; ut *claudit*, pro claudum est. Ut apud Sallastium, 'Nihil socordia clauderat.' Et est *liquet* verbum juris, quo ntebantur iudices, quum *amplius* pronuntiabant, obscuritate commoti causæ magis, quam negotii simplicitate. *Deferre*, valde jurare: ut *deiro*, et *deamo te Syre*. si de producta legeris. si correpta, Deos jurare intelligitur. *Idem.*

Liquet, &c.] Liquidio jurare possim. *Farnabius.*

40 *Prorsum non vidisse proximis*] Quia non vidisse dixit *proximis*, præteritis intelligimus. Proxima enim nobis aut præterita, aut futura sunt. nam præsentia ea sunt, in quibus nunc sumus. *Donatus.*

41 *Nisi nunc quum minime vellem*] Quia semper nolui, ideo nunc minime, utpote adolescens senem. *Idem.*

Minimeque opus fuit] Sæpe enim nolumus tantum, nunc etiam opus non est. *Idem.*

43 *Quam longe quidem*] Bene *longe* dixit: quia a *longe* non potuit dicere. an subauditur *erat*, ut ait, quam longe erat? *Idem.*

Quam longe quidem] A longe τῆλε. *Farnabius.*

43 et seq.] Nota figuras παραγμάτων per μίαντιν et διατένωσιν rem accurate exhibentes: tum narrationis comicæ habitum; de quo sæpius. senis adventus, accessus, habitus, gestus, oratio, mandata, cum tædio et odio omnia referuntur. vide Dona-

tum. *Bælerus.*

44 *Incurvus, tremulus, labiis demissis, gemens*] Ut omnia ostendat in contrarium sibi versa esse, etiam cursum attribuit seni. *Labra* sunt superiora: *labia*, inferiora. *Labra* asinorum proprio dicuntur. *Gemens* autem, ob continuam tussim. Sic *Lucilius*: 'Ante fores autem et triclini limina quidam Perditus Tiresia tussi grandævus gemebat.' *Donatus.*

Incurvus] Valde curvus. Sic *Virgilius*, 'Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt.' *Infractos* enim valde fractos significat. nam in præpositio nunc auget, nunc minuit dictionem. Recte etiam deformitatem describit senis, qui præter ætatem post pulchram virginem fædior videbatur. Et quam importune omnia? pro puella, senex occurrit: pro virgine, incurvus, tremulus: pro pulchra, labiis demissis, gemens: et cum amator sit, inaniter adolescenti ipse iudicium loquitur: dum festinandum sit, remoratur. *Idem.*

Labiis demissis] Majora labra, unde labeones. Alii labia inferiora, et labra superiora. *Idem.*

45 *Heus, heus, tibi dico, Chærea*] Tibi dico, *Chærea*, non adderet, nisi videret Chæream dissimulantem præterire. *Idem.*

Heus, &c.] Adverte tædium senis Chæream festinantem remorantis. *Farnabius.*

Inquit] Aliter inquit pronuntiandum est, hoc est, concitate. nam senis verba aliter proferenda sunt. *Donatus.*

46 *Scin' quid ego te volebam*] Hic ostenditur odiosa tarditas senis, apud festinantem Chæream. nam non dicit, sed promittit se dicturum. *Idem.*

Cras est mihi iudicium] Huic moræ etiam illud additum, quod quum debebat dicere quid velit, prius dicit quod non est necessarium, quare velit. *Idem.*

47 *Judicium*] Causa forensis dicenda. *Farnabius*.

Ut diligenter nuntias] *Diligenter*. nihil tam abundanter, nihil tam moraliter dici potuit. *Donatus*,

48 *Esse ut meminerit*] Non ut sit: sed, ut esse meminerit. O prolixitas! *Idem*.

Advocatus] Illis temporibus advocatus non erat quem ita nunc Gallice vocamus. Vide *Hotomannum* et alios interpr. *Juris. Faber*.

Advocatus mane mihi esse ut meminerit] Inter solennia amicorum officia. *Advocatus* enim non tantum est patronus qui causam orat, aut qui jus suggerit, sed etiam qui amico præsentiam suam commodat, teste *Asconio Pediano*. vide *Chrestom.* voc. *Advoc.* *Locus Planti* huc refertur *Epid.* III. 3, 41. 'Res magna amici apud forum agitur. ei volo Ire advocatus.' *Bæclerus*.

49 *Dum hæc dicit*] Dat tempus verbi: quæ non potuit, quamvis imitaretur, exprimere. *Donatus*.

Rogo numquid velit] Hoc est, significo me abire. Nam abituri, ne id dure facerent, *Numquid vis*, dicebant his, quibuscum constitissent, Quid est ergo? *Rogo numquid velit?* hoc est, dico quod abentes solent. *Idem*.

Numquid velit] Formula abire cupientis. *Farnabius*.

50 *Recte, inquit*] Pro eo quod est nihil, et moraliter τῇ Ἀρτυσιῶ. *Donatus*.

Recte, inquit] Tantum est. *Farnabius*.

Cum huc respicio ad virginem, illa esse, &c.] In hanc partem scilicet, quam retrahit habitabat. *Donatus*.

51 *Interea commodum*] Tantum quod, vel ipso eodemque tempore. *Idem*.

Interea commodum] Una. Et hoc significat: ut si dicas, Eodem tempore quo hoc agebatur. Nam *interea*, nunc conjunctio accipienda est: non, ut alias, pro adverbio ponitur. *Idem*.

52 *In hanc nostram plateam*] Recte,

quia vicina est illis *Thais*, ad quam deducitur. *Idem*.

In hanc nostram plateam. P. mirum ni hæc dicit modo] Versus potest sustentari elidendo ex in n. *Færnus*.

53 *Huic, &c.*] *Thaidi. Farnabius*.

Nulla erat] Etenim ingressa jam fuerat. *Donatus*.

54 *Comites secuti scilicet sunt virginem*] Interrogative quidem: sed sic, ut scire videatur id quod quærit; sed ad hoc quærere, ut quod scit, confirmet. *Idem*.

55 *Verum: parasitus*] *Verum*, modo inceptiva est, non relativa particula. ut in *Andria*, 'Verum vidi *Cantharam* suffarcinatam.' *Idem*.

Illicet, desine: jam conclam.] Explicamus in *Chrestomathia*, voce *Conclam. Bæclerus*.

Illicet] *Finitæ rei et cognitionis plenæ vox* post sententiam a iudice latam dimisso consilio per vocem præconis; *Illicet*, id est, ire licet, in sacris item et funeribus usitatum. *Farnabius*.

56 *Jam conclamatum est*] Transactum ac finitum. Ut conclamata corpora nihil reliqui jam habent ad vitæ officia. *Donatus*.

Conclamatum est] Manifestum significat, ipsam eandem * esse, vel pulchram esse, quia et ipse dixerat, 'Hæc superat ipsam *Thaidem*.' ut in conclamatis funeribus nulla dilatio est doloris et luctus. unde *Lucanus* ait: 'Corpora nondum Conclamata jacent.' Aut *conclamatum*, satis deploratum, satisque vociferatum est: quia dixerat, 'O infortunatum semen: si et hic amare cœperit.' Tantum dicat, Jam occisum patrem tandem scimus, jamque deflemus. *Idem*.

Conclamatum est] Exploratum, manifestum *Rituale*, a familia expirantem ac certo jam defunctum conclamante, 'Cum corpora nondum Conclamata jacent,' *Lucan.* I. II. vel a funebri officio, quo absoluto, funus comitati conclamabant et nomine ter vo-

catum jubebant æternum valere. *Farnabius*.

Atias res agis] Recte, quia dixit ille, 'Jam conclamatum est.' *Donatus*.

Atias res agis] Aut, non attendis ad id quod dico, significat, ut nulla sit in eo attentio. nam hinc natum est, 'Agite amabo.' Aut, 'nugatorias res agis,' hoc est, jocularis: quasi dicat, vanas res agis. *Idem*.

58 *Scio quo abducta sit*] Plus dixit, quam interrogabatur: credo tædio interrogantis; nam properat, ut dicturus est, ad deducendum Eunucho ad Thaidem cum ancilla ex Æthiopia. *Idem*.

Scio quo abducta sit] Secunda ἀποκρίσις. *Idem*.

59 *Eho Parmeno mi, nostin'?* et *scis ubi sit*] Amatorie satis repetuntur quæ semel dicta suffecerant. *Idem*.

60 *Huc deducta est ad meretricem*] Et hoc confundit semel, quum acervatim dicit, velut odio interrogantis sæpius, et festinatione ad mandata Phædræ peragenda. *Idem*.

62 *Phædræ rivalis*] Cum pronuntiatione addendum, quo magis doleat Phædræ rivalis. *Idem*.

Duras fratris partes prædicat] Scilicet contra æmulum et divitem et largissimum. 'Et partes duras' *περαφερεῖς*, ab actoribus scenicis. *Idem*.

68 *Comparet*] Hic jam ostenditur miles illustrior per rivalis dona, quam per sua. Et est qualitas comparativa. *Comparet* pro *emat*, aut comparandum putet. *Idem*.

64 *Tum magis id dicas*] Duras partes fratris esse. *Idem*.

Tum magis id dicas] Scriberem, ob metrum, *tum magis dicas*, quod et *Færnus* sensit. *Faber*.

Tum magis id dicas] Pro nomen *id*, varie collocatur. antiqui enim libri et *Donatus* verbo præponunt; omnes alii postponunt. ego hanc vocem *id* cum videam certam sedem non habere, et versui incommodare, ne sit

trochaicus catalecticus, ut ceteri, subditivum arbitror, et ab aliquo adjectum, putante non satis intelligi, *tum magis dicas*, pro *tum magis id dicas*: quod tamen Latine, et antique dicitur. *Plautus* in *Milite Glorioso*: 'El mihi. magis dicas si scias quod ego scio.' *Færnus*.

Quodnam quæso hercle] Curiositatem addidit, *καρδιόνητος* *Quæso* et *Heracle*. Et vide quam molliter, et sine intellectu spectatoris ad argumenti spectati ordinem Poëta perveniat: ut de Eunucho facta mentione consilium nascatur supponendi Chæreæ. *Donatus*.

Eunucho] Mire Terentius primo simpliciter Eunucho nomen posuit, huic quoque detracturus. *Idem*.

65 *Inhonestum*] Fœdum: ut contra, *facie honesta*. ut apud Virgilium, 'Et lætos oculis affariat honores.' *Idem*.

Hominem] Opportune hominem dixit, tanquam incerti sexus. *Idem*.

Inhonestum, &c.] Fœdum. ut act. iv. sc. 4. 'Nunc tibi videtur fœdus.' *Farnabius*.

Quem mercatus est here] O. l. s. *heri*, quæ tamen vox sic quoque posteriori corripit. *Færnus*.

Senem, mulierem] Non communi genere dixit *senem*: quippe qui alibi separaverit, dicendo, *senex atque anus*: sed subdistinguendum est: ut sit duplex vituperatio: una ab ætate, quod ait *senem*: altera a membrorum mollitie, quod ait *mulierem*. *Donatus*.

Mulierem] Mollem, glabrum, quia eviratum. *Farnabius*.

66 *Quatietur certe cum dono foras*] Mire cum *dono*: tanquam illi repulsæ causa donum futurum sit. Tum deinde non rejicietur, sed *quatietur*. Vide quam contumeliosius dictum sit, *quatietur foras*: vel verberibus impelletur foras, non expulsionem, sed detrusione. Vel sic dixit, *foras quatietur*: ut desit, *versum*: ut sit, *foras versum* verberabitur, ut verberetur

et fagetur foras. Nam et pervulgatæ consuetudinis dictum est, 'Feri canem foras,' hoc est, feriendo canem foras ejice. *Donatus.*

67 *Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam*] Quomodo enim pro Ennucho veniet, si aut novit, aut notus est? Et si mulierem adolescens ne novit quidem, ipse multo maxime nescietur. *Idem.*

Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam] *Ολκονομία* contra illud, quod meretrix vicina erat. *Idem.*

Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam] Ut nihil molitur inepte aut ex abrupto Poëta! virginis conspectu desiderium facit Chæream curiosum etiam circa domum Thaidis, ut postea facili descensu inferatur occasio audacis consilii, 'O fortunatum istum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum!' *Bæclerus.*

Haud diu est] Vicina scilicet. Et est causa, an verisimile sit nescire potuisse vicinam. Et nota, apud Terentium vicinas poni sæpius adolescentibus meretrices, ut hæc sit prima amoris illecebra. *Donatus.*

Haud diu est] Parmenonis confessio, Thaidem haud diu fuisse vicinam, Chæreæ itidem, se nunquam vidisse, ut qui plurimum in Piræo commoratus fuerit, fidem faciunt ignotum omnino fuisse Thaidi et familiæ Chæream, ut Pythias infra iv. act. 4. sc. 'Hunc oculis suis Nostrarum nunquam quisquis vidit.' et infra hæc eadem sc. *Farnabius.*

68 *Nunquamne etiam me illam vidisse*] Artificiose inculcat poëta τὸ πῶθεν. *Donatus.*

Nunquamne, &c.] 'Ἄλλος γὰρ τ' ἔλκεισιν ἄνθρωποι ἐντὶ πόλει ἐργαίω. *Odyss.* xiv. et suum cuique pulcrum. *Farnab.*

69 *Estne, ut fertur, forma*] Hoc propter illud, quod supra diximus. Sed nimio lepore Terentiano jam illud agitur: Nam hic ostenditur, verisimile esse pro Eanno creditum apud vicinam meretricem Chæream,

qui adeo ignotus sit mulieri, ut nec ipse eam noverit: quod erat facilius et promptius. Et additur color, quod et illa non diu vicina est, et quod adolescens plurimum in Piræo commoratus est. *Donatus.*

Nihil ad nostram hanc] Moraliter nostram dixit, pro meam. *Idem.*

Alia res est] Non potuit melius snam utrique gratiam reservare; nam et illa et hæc amantur. *Idem.*

Alia res est] Deleo istud, est, ob metri necessitatem. In Libro Bembii ita legebatur. Dein et venustus fuerit. *Faber.*

Alia res est] Liber Bembinus non habet verbum, est, ita versus est trochaicus catalecticus ut ceteri: nisi quis enim vellet acatalecticum facere, retento est. quod non placet mihi. *Færnus.*

70 *Faciam sedulo*] Mire in promissis posterioribus difficultas rei ostenditur: quum primo faciam dixerit. *Donatus.*

71 *Numquid me aliud vis*] Hoc dicere abeuntes solent. Et bene, *Numquid me aliud vis?* quia festinat, et simul quia hinc noscitur dolus fallendæ meretricis. *Idem.*

9 *Numquid aliud vis*] Dele, vis, ex auctoritate librorum Mss. et metri necessitate. *Faber.*

Numquid me aliud vis] Vis, non est in libri Bembini contextu, nec in aliis antiquis. itaque eam dictionem delevimus, quæ et impedit versum, nec adjuvat sensum: utique enim subauditur, vis. *Færnus.*

72 *Ut mancipia hæc, ita ut jussit frater, deducam ad Thaidem*] Vide Terentium, ut non quesita esse hæc fallacia, sed ipsa se obtulisse videatur. *Donatus.*

73 *O fortunatum istum Eunuchum*] Istum, sæpe annotavimus, aut ad contemptum, aut ad odium referri. ut Virgilius, 'Aut quid petis istis?' Et, 'Ista quidem quia nota mihi tua magna voluntas, Juppiter.' *Idem.*

Qui quidem in hanc detur domum] Quid facilius quam imitari velle, quod laudes? nec quisquam, nisi qui cupit, elligitur pro Eunucho, qui Eunucho putat esse beatum. Vide, quam molli descensu ad hoc consilium pervenitur. Res enim hoc suggerit potius, quam Parmeno: ideo quia servum hoc suadere Chæreæ, nimis temerarium fuit. *Idem.*

74 *Quid ita]* Potuit intelligere statim servus: sed ad hoc interrogat, ut doceatur spectator. *Idem.*

75 *Videbit: colloquetur: aderit una, &c.]* Amatorie nimis, quinque lineas amoris executus est: adeoque diligenter, ut etiam ordinem custodierit. *Idem.*

Videbit: colloquetur: aderit una in unis audibus] Mite amator non simul effudit hoc bonum, sed particulatim digressit: ut major voluptas futura esse noscatur. *Idem.*

Videbit: colloquetur: aderit, &c.] Istæ enim sunt amoris lineæ: etsi eas non omnes est persecutus. *Idem.*

Videbit: colloquetur, &c.] Ἰδὲ δὲ βλέψας δὲ, καὶ ἀκούσας δὲ, καὶ συνειπνύσας, καὶ συμπλέξας. Achil. Tatius Amor. l. 1. amoris lineæ gradus et incentiva: ἑβδαμῶν δὲ βλέπων σε, τριπλῆς ἑλπίδος ὄντος ἀκούει. 'Ἡμέτερος δὲ φίλων ἀδελφώτερος δ' ἐσθλός. Antholog. Fernandus.

77 *Quid si nunc tute fortunatus fias]* Sic videtur Parmeno dicere, potius ut jocetur, quam ut fieri credat posse. *Donatus.*

Quid si nunc tute fortunatus fias] Elegantiores homines, quantum est, mihi favebant legenti, *Quid si nunc tute is fortunatus fias?* hoc sensu; Tu modo exclamasti, *O fortunatum istum Eunucho!* Quid si tu ille fortunatus fieres? Libri veteres hac figura pleni sunt. *Faber.*

Quid si nunc tute fortunatus fias, &c.] Τὸ τοῦ μέρους καὶ ἑποικον τοῦ πρόγματος τῷ τοῦ κωμικοῦ λόγῳ σχηματίζεται. latet, artificio poetæ, sub comica festivitate consilium, quod sine fla-

gitio proponi serio sermone non potuit, quæ servilis calliditatis pars est. *Bæclerus.*

78 *Capias tu illius vestem]* Non æmel ostenditur, quod futurum sit: quia particulatim potest etiam quod turpe est, tamen mitti ad persuasionem. Simul in gestum respicitur. Ergo non dixit, ibis pro Eunucho: sed primo, Capias illius vestem: tum deinde, hoc ipsum non aspernante domino, pergit servus ad cetera, quæ audaciora sunt. *Donatus.*

Vestem] Quam libenter audiat, repetitio dictorum per interrogationem ostendit. *Idem.*

79 *Audio]* Id est, libenter hoc admitto, et consentio. Ut in Phormione, 'Audio, et fateor.' et contra; 'Non audio.' *Idem.*

Intelligo] Audio et intelligo vim modo non unitatam exprimunt, scilicet consentientis immodicum affectum. *Idem.*

81 *Cibum una capias]* Bene servus interturbavit supra dictas amandi lineas, et ordinem voluptatum: quippe qui amare non noverit. *Idem.*

Cibum una capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias] Etsi satis erat superior versus, tamen incentiva sunt amoris, etiam sigillatim hæc enumerata, quæ una sententia superior versus ostenderat. *Idem.*

82 *Quandoquidem illarum quicquam]* Pro, ex illis. *Idem.*

Quicquam] Quia quicquam dicere, absurdum est. *Idem.*

Illarum quicquam] Quicquam multis exemplis probatur etiam fœminino genere veteres protulisse: ita ut in numeris et generibus hæc pronomina infinita sint. *Idem.*

Neque illarum quicquam] Τὸ, quis, in secundo genere non magis novum videri debet, quam mollis, gracilis, docilis, &c. Plant. Eunn. Lucil. et Terent. alibi. *Faber.*

Neque scit qui scias] Hoc est, quod supra callide poetæ præstraxit. *Donat.*

83 *Forma, et ætas ipsa est*] Deest, in te. Idem.

Præterea forma, ætas] O. fere libri, et in iis antiqui, et Donatus, 'Forma et ætas:' quod si recipimus, versus est iambicus tetrameter acatalecticis: sin aliter, trochaicus. *Færnus*.

Facile ut pro Eunuchio probes] Formam scilicet et ætatem. Formam, quia pulcher es: ætatem, quia ephebus. *Donatus*.

Facile ut pro Eunuchio probes] *Probes*, fingas, atque persuadeas: ut in consuetudine dicimus, 'Homo sacrilegus pro innocente se probavit.' Et Cicero, 'Hoc tu his probabis?' Itaque deest te, quod subaudiamus. ut ait, *pro Eunuchio te probes*. Idem.

Probes] Ut, *Migrantes cernas*. ant *probes*, persuadeas. Et simul honeste non dixit, quod erat rectum, ut Eunuchum probes, sed pro Eunuchio: ne esset contumeliosum in Chæream. Idem.

Forma et ætas ipsa est, facile ut pro Eun. probes] Vide simile genus commentii in Aristophanis Θεσμοφορ. ubi muliebri habitu vir assimilatur. de quo, et ad quem: 'Ἀνὴρ μὲν ἡμῶν ὁμοῖος, καὶ δὴ γυνὴ τὸ δ' εἶδος. ἦν λαλῆς δ' ὁμοῖος τῷ φθέρματι Γυναικείῳ εὖ καὶ τιθαυός. *Bæclerus*.

Probes] Pulcer enim et Ephebus. *Farnabius*.

85 *Nunc jam orna me*] Hortative orna dixit: non despolia, aut exue me. *Donatus*.

Abduc] Abducimur unde volumus: Ducimur quo volumus. Idem.

Quantum potes] Deest, cito. Idem.

86 *Quid agis*] Callide servus non vult se auctorem videri tanti facinoris. Idem.

87 *Quo trudis*] Comici semper eas ostendunt fieri ab altero verbis alterius persone, quæ ostendi per se ipsa non poterant: ut nunc manu agere Chæream Parmenone ipso dicente cognoscimus. Idem.

Quo trudis] Præbet se vi cogen- dum domino, quem compulit dictis. Idem.

Perculeris jam tu me] Perverteris. unde proverbium, 'Bene planstrum perculit.' Idem.

Perculeris, &c.] Prope me evertisti. Ductum ab iis qui onusta planstra percellebant, h. e. evertabant. Festus. Plaut. Epidic. act. iv. sc. 2. 'Planstrum perculi.' et Pers. act. v. sc. 2. 'Vehiculum argenti miser ejeci, neque quamobrem ejeci habeo.' *Farnabius*.

Tibi equidem dico, mane] Sigillatim ista pronuncianda sunt: ex quibus intelligatur, non cessare Chæream, quin adhuc impellat et tradat. *Donatus*.

88 *Pergis*] Quasi vero joco dixerit, non serio. Idem.

Ne nimium calidum] Periculosum. sed melius *calidum* legitur. Idem.

Nimium] Adverbiale: quia *nimium* propria vox est. Idem.

Vide ne nimium calidum hoc sit modo] *Donatus* et *calidum*, et *calidum* legi affirmat: sed *calidum* videtur magis probare, nulla quidem ratione: cum potius Parmeno, præceps et inconsultum hoc consilium asserat, quam versutum: et dictionem, *calidum*, quæ primam habet productam, versus ratio non admittat, nisi forte ex magna licentia, demendo in scansione nnum l. Mihi libros scriptos Donati consideranti, videtur omnis expositio hujus loci esse corrupta; omninoque legendum *calidum* per unum l, et ex sensu et ex versu, ut et aliqui l. a. habent, et Robertus Stephanus impressit. *Færnus*.

Calidum, &c.] *Nimium* præceps, subitum, periculosum. 'Reperies multos, quibus periculosa et calida consilia.' Cic. l. ii. de Officiis: 'Cedo calidum consilium cito.' Plaut. Mil. act. ii. sc. 2. Epidic. act. ii. sc. 2. *θερμὸν ἔργον, κίνδυνον, καὶ παρὰ νόμον*. Aristoph. *Farnabius*.

89 *At enim istae in me cuditur faba*] Id est, in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa: ut laborat solum, in quo cuditur, id est, batuitur faba, quum siliquis exiit tunsa fustibus: ut in areis more rusticorum fit. Vel quod quidam male coctam fabam, et quæ non maduerit, sed dura permanserit, supra caput coqui, velut ipsi fabæ irati, saxo comminuunt tum universum malum, et omnis dolor ad coquum pervenit. Simile et alibi a pulmento proverbium est: 'Tute hoc intristi, tibi hoc est exedendum: accingere.' *Donatus.*

At enim istae in me cuditur faba] Ex duabus Donati explicationibus prior erudita est: posterior minime accipi debet. Nimis opportunus esset Plinii locus Turnebo laudatus ex XVIII. 27. si legeretur, ut ipse voluit: *faba mittitur, deinde cuditur*, sed in Codicibus est: *concutitur*, hoc interrim certum est *cudendi* vocem τῆ concutere posse *λοδομακίδ*, est enim cudo, *καλάττω, τρώσσω*, in veteribus Gloss. *Bæclerus.*

At enim, &c.] At enim mihi imputabitur hæc culpa. Iam ego pœnas, quasi fuerim area in qua cuditur, id est, batuitur fustibus faba, vel, ut crudeles domini fabam duriusculam seu male coctam supra caput coqui saxo comminuunt, ita in caput meum tanquam immaturi consilii auctoris recidet hoc malum. *Farnabius.*

90 *Flagitium facimus*] *Flagitium* more militari dicitur, res flagitatione, hoc est, increpatione digna. Nam *flagitatio*, a strepitu dicitur: unde *flamma*, et *flagella*, et *flagitare*, id est, personare intelligimus dici. Nam hæc omnia sine sonitu crepituque non sunt. *Donatus.*

An id flagitium est] An liceat? an deceat? Et prius, quia licet. *Idem.*

An id flagitium est] Terentius laudat argumentum hujus fabulæ: in quo exemplum promitur, quod prosit parentibus, obicit meretricibus: et si-

mul deliberationibus tractans id faciendum. *Idem.*

Si in domum meretriciam deducar] Hoc tale est; nulla lex prohibeat, et defendatur ut licitum. *Idem.*

91 *Et illis crucibus*] Hoc jam ad illud pertinet, ut ostendatur decere, et primo a persona ejus fit. *Idem.*

Crucibus] Meretricibus. *Farnabius.*

92 *Habent despicatam*] Contemptam atque despectam, et ita est *ἐξέθεος* et *μεταλασφύς*. Vel certe alterius verbi declinatio, ab eo quod est *despicor*, ut *conspicor*. Sallustius, 'Quam interea Metellus monte digrediens cum exercitu conspiciatur, primo dubius quidnam insolita facies ostenderet.' *Idem.*

Habent despicatam] Sic Donatus et omnes antiqui libri præter Bembinum, et stat versus rejecta prima ejus syllaba in finem præcedentis, omnes alii libri recentes, *despectam* habent, ut Bembinus. *Farnabius.*

93 *Nunc referam gratiam*] Non eas, inquit, lacesam: sed quod justum est vicem reddam: quasi ipse in aliis læsus sit. *Donatus.*

Nunc referam gratiam] Colorem juris vult suo facto inducere: quem expressit Aristoteles Rhetor. I. ubi inter eos, qui facile injuria afficiuntur, recenset etiam τοὺς πολλὰ ἡδικηκότες, ἢ τοιαῦτα ὅλα ἀδικοῦνται. ἐγγὺς γὰρ τι δοκεῖ τοῦ μὴ ἀδικεῖν εἶναι, ὅταν τι τοιοῦτον ἀδικηθῇ τις, ὅταν εἰδήσῃ καὶ ἄλλος ἀδικεῖν, sed ex opinione, non ex veritate ita disputant. quare *Donatus*, ad vs. 95. *Illud merito factum omnes putent*, annotat: 'Bene: non judicent. quia et hoc ipsum non satis probum est, vel meretricem fallere.' *Bæclerus.*

Ut ab illis fallimur] Non dixit, alii falluntur. *Donatus.*

94 *An potius hæc pati, æquum est fieri*] Illic vicissitudo extat in *Pati dolos*. *Idem.*

An potius hæc patri æquum est fieri, ut, &c.] Scribe, hoc, numquam aliter

Latini. *Faber.*

An potius, &c.] An potius æquum est hæc a me fieri adversus patrem, quem dolis eludam, pecunias ab eo per fallacias auferendo quas in meretrices insumam, cum liceat ipsas meretrices ulcisci sine omni dispendio et culpa, imo cum omnium approbatione. Vulgo legitur *Pati. Farnab.*

Ut a me ludatur dolis] ὡλλήρης: subauditur *pati. Donatus.*

95 *Quod qui rescierint]* Ex consequentibus argumentum: nam aliud factum vituperatio sequitur, hoc approbatio. *Idem.*

An potius hæc pati? æquum est fieri ut a me ludatur dolis. Quod qui rescierint culpent, illud merito factum omnes putent] Liber Bembinus et omnes alii antiqui pro *pati* habent *patri*. ac *Donatus* quoque, licet aliqua ex parte corruptus: nam quamvis citando hæc verba dicat *pati*, tamen in expositionis progressu legit *patri*. et sane *pati* nullum habet sensum; *patri* autem si legas, sensus est: cur non has meretrices debeam fallere? an potius æquum est, hæc a me fieri adversus patrem, ut enim ludam dolis, pecuniam scilicet ab eo per fallacias auferendo, quam in amores et voluptates meas insumam? cum liceat, fallendo has meretrices, cupiditatem meam, sine ullo sumptu aut dispendio explorare. illud enim si facerem, id est, si patrem dolis luderem, qui hoc rescierint, culpent; hoc autem, id est, a me deceptam esse meretricem, merito factum omnes putent. atque hunc esse germanum sensum poetæ, omnia fere argumenta comica osten-

dunt, ubi plerumque inducuntur adolescentes amatores patribus struere fallacias, ad pecuniam auferendam, quam meretricibus aut lenonibus dent. hæc etiam spectant et ea quæ supra dixit, 'o infortunatum senem;' et ea quæ infra, 'Eam confeci, sine molestia, sine sumptu, sine dispendio;' nam si sumptus intervenisset, utique eum a patre oportuisset auferri. *Fabrianus.*

96 *Quid istuc]* Adverbium est ægre concedentia. *Donatus.*

Facias] Pro facito. *Idem.*

Verum, ne post conferas] Si ne prohibentis est, nihil deest: si percontantis, ut sit *ne forte*: deest, *timeo. Idem.*

Verum ne post conferas culpam in me] In hoc negotio non auctor vult interesse, sed servus. *Idem.*

Verum] Deest, *vide. Idem.*

97 *Cogo atque impero]* Evidenter ostendit plus esse imperare quam *jubere. Idem.*

98 *Numquam defugiam auctoritatem]* Non, inquit, recusabo facere, dum tu auctor sis facti. *Idem.*

Numquam, &c.] Non inficiabor hoc factum me auctore, neque culpam in te conferam. Cic. pro Sylla: 'Attende jam Torquate, quam ego non defugiam auctoritatem consulatus mei.' quam non inficiet, quæ a me Consule gesta sunt, ea omnia me auctore gesta esse. vide et *Plant. Pœnol. act. 1. sc. 1. Farnabius.*

Numquam defugiam auctoritatem, &c.] Hunc locum optime omnium constituit Muretus. Antea male positæ erant personæ. *Faber.*

ACTUS III.

SCENA I. Senariis constat. vs. 7. et 8. *Mss. nostri, gratias*, diverso posita, ex glossa inserunt. vs. 8. omnes: *itidem*. vs. 11. duo: *qui in te est*. Argutoratensis, *itidem*: sed a manu correctoris. legebatur ante quod, ut vestigia non obscura ostendunt. vs. 12. omnes: *gestire*, et *verum*. vs. 17. duo: *adducebat*. unus: *adhibebat*. vs. 24. omnes: *cepit ad id ludere*. vs. 35. unus: *quid agis homo inquam impudens*. vs. 41. omnes: *perditus est*. vs. 55. omnes: *per pari referto*. Bæclerus.

1 *Magnas vero agere gratias*] Hic sermo sic prodit, ut post scenam inchoatas esse videatur. Continet autem assentationem parasiticam, et stultitiam gloriosi militis. *Donatus*.

Agere] Plus sonat infinitus modus, finito. *Idem*.

Magnas vero agere gratias Th. mihi] Explicat Cicero in Lælio cap. 26. 'Nec parasitorum in comædiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi: Magnas vero agere gratias Thais mihi? Satis erat respondere, magnas: ingentes, inquit, semper auget assentator id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.' Assentatio scilicet parasitica, et stultitia gloriosi militis *ἀριστοτέλους*. Bæclerus.

2 *Ingenteis*] Vide quantum adjiciat parasitus. Ille, *magnas* dixit, hic respondit, *ingenteis*: ille, *lata est*: hic, *triumphat*. *Donatus*.

Ingenteis] Cic. in Lælio: 'Satis erat respondere, magnas: ingentes, inquit, semper auget assentatio id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.' *Farnabius*.

3 *Quam abs te datum esse*] Majoris est gratiæ, tantum posuisse amorem militis, ut meretrix minus lætaretur ob lucrum. *Donatus*.

Id vero serio] Id, ob id: ut, 'Id

amabo adjuta me.' Alias *παρόλκεται*, id est, productionis locus est. *Idem*.

4 *Triumphat*] Ut militaribus dictis tangit Militem Parasitus. *Idem*.

Huc provisio] Tertia persona venit in scenam: sed separatim loquitur, et secum. *Idem*.

5 *Deducam*] *Lego, ducam ad Thaidem*. Ita jubet versus. *Faber*.

Sed ecum militem] Injuriose Militem honorifice proprio nomine dicitur: ut in subjectis, 'Audire vocem visa sum modo militis.' *Donatus*.

Est istus datum] Fato decretoque concessum: ut, 'Non dabitur regalis, esto, prohibere Latinis.' *Idem*.

6 *Ut grata mihi sint, quæ facio omnia*] Gratiæ nobis sunt aut res aut persone: sed nunc res dicit. *Idem*.

Quæ facio omnia] *ἅλλας vel ὅλ' ἅπας*. *Idem*.

Profecto mihi ut grata sint quæ facio omnia] Alia verborum collocatio in o. l. s. et Donato invenitur, hoc modo, 'Profecto ut grata mihi sint quæ facio omnia.' grata autem mihi, non jocunda mihi exponendum est, sed talia, ut pro iis mihi gratia habeatur; ut et in Heautontim. 'Tum cum gratum mihi esse potuit, nolui,' id est, tum cum mihi potuit haberi gratia. *Færmus*.

7 *Adoorti hercle animum*] Approbat dictum et hoc, *Att, aio*. *Donatus*.

Vel rex semper maximas Mihi agebas] Quam intempestive miles ad regem transitum fecit, cum de meretrice agatur. *Idem*.

Vel rex] Ut in Heeyra, 'Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi, quam sancte?' *Idem*.

Vel rex semper maximas] Subauditur gratias: ab eo quod supra dixit, 'Magnas vero agere gratias Thais mihi.' *Idem*.

9 *Partem gloriam*] Id est, quæ

paritur. ut, 'Vectus equo spumante Sages.' *Idem*.

Labore alieno magnam partam gloriam verbis in se tr.] Jocus ex ambiguo serit parasitus. dum enim videri vult dicere, nihil mirum esse quod Rex ipsi maximas semper gratias egit, aliis non item; eo quod viri sapientes, qualis Thraso esset, non tantum suorum factorum gloriam referrent, sed aliena etiam merita peritia fandi et dexteritate orationis aulica suum ad decus traherent; revera hoc ait; gloriosos homines et ineptos alieni laboris gloriam magnificia verbis impudenter sibi vindicare. τὸ γὰρ τὰ ἀλλότρια αὐτοῦ φάσκεν, ἀλαζονέας σημεῖον. apud Aristot. II. Rhetor. Satis poterat persentiscere sanam Gnathonis, ni fuisset lapis. *Bacchylus*.

Labore, &c.] Hæc Gnatho aversus, ne miles audiat. *Farnabius*.

10 *Verbis in se sæpe transmovet, qui habet salem*] Mire adulator hoc attribuit militi, quod minime habet, vel verba, vel salem. *Donatus*.

Qui habet salem] *Sal* neutraliter, condimentum est: masculini, sapientia. *Idem*.

Qui habet salem] Hæc conversus, et coram; ut audiat. *Farnabius*.

11 *Qui in te est*] Quem tu habes. *Donatus*.

Qui in te est] Urbanitatem, leporem, facetum ingenium. Legitur et, *Quod in te est*, cum respectu ad *salem* antiquitus Neutrius generis. adi Grammaticam nostram. *Farnabius*.

Habes] Intelligis. Quod enim tenemus corpore, habemus animo: quodque item animo habemus, intelligimus. *Donatus*.

Habes] Pro intelligis. Sic dicitur accipe, et da. *Habes* etiam, id est, dicis. ut Sallustius: 'Tartessum Hispaniæ civitatem, quam nunc Tyrri mutato nomine Gadirum habent.' *Idem*.

Rex te ergo in oculis. scilicet. gestire.

verum] Vide inconditam properationem laudari se cupientis adeo, ut non sinat verba impleri, quin præfestinet, *scilicet* et *verum* dicere. *Idem*.

Gestare] Omnes libri quotquot sunt, et antiqui et recentes, tum Terentii, tum Donati, habent *gestire*. quam lectionem admittentes, exponemus, lætum esse, et gaudere ex convicto, scilicet tuo: quod vero supra dictum est, 'Rex te ergo in oculis,' hic subaudiemus vel habere, vel ferre. *Faërnus*.

Gestare. vero] Vide omnino Guyetum. *Bacchylus*.

Gestare] *Ferre* vel *gestare in oculis* est, valde diligere. male ergo legitur *gestire*. Muretus l. IX. Var. c. 18. *Farnabius*.

Credere omnem exercitum] Magis ridebis, si consideres militem notum esse, qui *. *Donatus*.

Credere omnem exercitum, consilia] Sub obtentu militis, ea stultitia, descripsit breviter comitem regium, acceptumque imperatori. Nam qui nunc credit exercitum, credit et consilia. Virgilius: 'Nulla meis sine te quæretur gloria rebus, Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum, Verborumque fides.' *Idem*.

13 *Consilia*] Ἀγγισ. plus enim est consilia, quam totus exercitus. *Idem*.

Mirum] Melius per *αἰσχρολογία* pronuntiamus *mirum*. quasi dicat, Quis non crederet tali viro? sed potest etiam simpliciter pro admirantis gestu accipi. *Idem*.

Ubi satietas hominum, aut negotii si quando odium ceperat] Reipubl. princeps duas res patitur, homines et negotia, id est, personas et res hominum. *Idem*.

Satietas hominum, aut negotii si quando odium ceperat] Proprie reddit et decenter, hominum satietas, negotii odium. Non enim par erat Reip. principem hominum odio laborare. *Idem*.

15 *Requiescere ubi volebat*] Bono ver-

bo unus est. Nam *cessat* desidiosus : *requiescit* defessus. *Idem.*

Quasi: nostin'] Grate expressit stulti infantiam militis, qui ante vult intelligi quod sentit, quam ipse dicat. Et proprie hoc morale est stolidi, sive ruditer loquentia. *Idem.*

Quasi: nostin'] *Ἀποκρίνεις*, pro habes hoc? hoc est, quod supra, *Intelligis?* *Idem.*

Quasi: nostin'] Venuste notatur infantia militis, qui intelligi vult ab aliis, quod ipse exprimere non valet. *Farnabius.*

16 *Quasi ubi illam expueret miseriam]* *Ubi* pro quando, et in his, et supra. *Donatus.*

Expueret] *Expuere* est cum fastidio aliquid rejicere et expellere. Nam *expuere*, est extra pus mittere, id est, foras. Nam *pus* est omnis humor corpori onerosus. *Idem.*

15. 16 *Scio, quasi ubi illam exp.]* Nota promtum ad figuras suæ artis parasti ingenium. et supplet ex tempore orationem militis, et auget sensum, qui inchoatus erat. longe enim plus est in *miseria*, quam in *satieta*te et odio; tum in *expuendo* talia, quam in *requiescendo* a talibus. *Bacclerus.*

17 *Tum me convivam solum abducebat, sibi]* Hoc supererat, ut, qui esset minister magnarum rerum, id est, consiliarius, voluptatum quoque regis particeps esset. Et vide quo significatu dicatur, *Me* et *Convivam*, et *Solum*, et *Abducebat*: nam non vocabat. Et *Sibi*, quasi non propter me, sed ut sibi bene esset. *Donatus.*

Tum me convivam] Id est, quum satieta

tieta hominum esset, cum odisset negotia. *Idem.*
Convivam solum abducebat] Ut, 'Solum nam perfidus ille Te colere.' Significat autem, sæpiusculum factum. *Idem.*

18 *Regem elegantem narras]* Qui eligere sciat, aut qui ipse sit eligendus. *Idem.*

19 *Perpaucorum hominum]* Aut qui

paucis utitur: aut qui de paucis est, aut qui paucis placet, hoc est, bonis et sapientibus, qui fere pauci sunt. *Idem.*

18. 19 *Sic homo est, perpaucorum hom.]* Ex interpretationibus Donati prima præferri videtur debere quam et Engraphius probat 'Talis est,' inquit, 'ut cum paucis esse velit. denique hoc intellexit et Gnatho cum dixit: Imo nullorum arbitror, si tecum vivit,' ut sit Gnathonis verborum sensus: immo si tecum vivit, sive te assiduum habet, nullis præterea hominibus utetur familiariter. fieri enim nequit, quin præ homine tam elegante et sapiente reliquos contemnat. nam ita accipi posse, Donatus quoque fatetur: apud quem altera expositio legitur, quasi aversus Gnatho, ne miles audiret, dixerit. Geminantur autem fere sensus in his *διότι* Gnathonis: ut aliud dicat, aliud velit intelligi. unde non opus est, ut se avertat parasitus. nihilo enim minus et laudare militem et irridere videbitur, 'nullorum hominum est, si tecum vivit:' eo sensu, quo vult Engraphius, ut diximus. et illo altero latente; neque enim tu homo es. Horatio Mæcenas est 'paucorum hominum,' Sat. 1. 9. *Bacclerus.*

Perpaucorum hominum] Paucos habet sui similes, vel, qui paucos habet intimæ admissionis amicos. Horat. de Mæcenate, Sat. 9. lib. 1. 'Paucorum hominum, et mentis bene sanæ.' mox 'eoque Difficiles auditus primos habet.' *Farnabius.*

Imo nullorum arbitror, si tecum vivit] Hoc aversus, ne miles audiat. Potest tamen et aliter intelligi, maxime cum militate. *Donatus.*

Imo, &c.] Hæc submissa voce, et aversus. *Farnabius.*

20 *Invidere omnes mihi]* Plus potest ad significandum infinitum tempus, quam finitum. *Donatus.*

21 *Ego non focci pendere]* Quod morderent clanculum, vel quod invi-

dorent. *Idem.*

22 *Illi invidere misere*] Miser enim est, cui animi miseria inest. *Idem.*

Verum unus] Proprie unus. nam unus ex multis dicitur. Et mire est facta nullius ponderis repetitio, ad inertiam loquentis exprimendam. Nam postquam dixit, 'Invidere omnes mihi:' repetit, 'Illi invidere misere.' Quin et *impense* et *misere* idem significant: et mox tamen sine ullo auctu addidit, 'Verum unus tamen impense.' Aut plus est *misere* quam *impense*. *Idem.*

20 *Invidere omnes mihi.* et 22. *illi invidere misere verum unus impense*] Donatus hoc ad *ἴδω* militis refert: Guyeto intolerabilis visa est repetitio. itaque resecat aliqua. sed *ἴδω* militis clarius explicandum est. ἀλαφροῦς est omnia exaggerare, et in majus enuntiare. quæ res sæpe ad multiloquium et garrulitatem ejuscemodi accedit. Adduntur in Donato, quæ corrupta sunt: Quin et impensæ et misere idem significant, aut plus est misere quam impense. quis non videt legendum: aut plus est impense, quam misere? crescit oratio, et Stratonis major invidia quam ceterorum describitur. *Misere* comicum magis est, *impense* amplius sonat, et delecta vi significandi apud scriptores fere usurpatur. *Bæclerus.*

23 *Elephantis quem Indici præfecerat*] Et hoc stulte: cum hoc ad dignitatem sumit, et sic pronuntiat, ut magna esse præfectura videatur hæc ipsa. Et hoc a stolido militis sic profertur, tanquam magnum hominem velit esse, qui sibi invideret. Et *Indici πρὸς ἀντιδιαστολῆν* Mauro- rum, qui et mitiores sunt. *Donatus.*

24 *Is ubi molestus magis est*] More suo magis addidit, ne diceret molestior. *Idem.*

Quæso, inquam, Strato] Strato, nome accomodatam militiæ. *Idem.*

26 *Eone es feror*] Causale est, idcirco significans. *Idem.*

Quia habes imperium in bestias] Miro extulit, *Imperium in bestias*. Sic Virgilius: 'Illa se jactet in aula Æolus, et clauso ventorum carcere regnet.' *Idem.*

26 *Pulchre me hercle dictum*] Immodica laudatione vertit, etiam si quid facete dictum est. sufficeret enim, *pulchre*, quod est *sapienter*. Quod et, *Jugularas hominem*: pulchre tangit militem, *Jugularas* dicendo, non occideras: quasi gladio, non verbo usus sit. *Idem.*

27 *Mutus ilico*] Tam hoc stultum est, quam si diceret, statim nihil. Recte autem diceret, 'Ex illo mutus finit.' Tale est et illud, 'Tacere festinat.' *Idem.*

28 *Quidni esset*] Hoc est, ut posset esse *jugularas*. *Idem.*

Hominem perditum] Deest, o: ut sit, o hominem perditum! sed sic melius sonat: majoris enim stuporis est, hoc modo pronuntiatum. *Idem.*

Hominem perditum miserumque, et sacrilegum] Vide quantum addiderit, qui non hominem simpliciter, sed perditum, et miserum illum: nec malum, sed sacrilegum dixerit. *Idem.*

Hominem perditum miserumque, et illum sacrilegum] Hoc vulgo male accipitur. *Perditum miserumque*, de Thrasone dictum; at, *sacrilegum*, de Gnathone. *Faber.*

Hominem perditum miserumque, et illum sacrilegum] Opportune judicium de milite et parasito Poëta interposuit voce Parmenonis. quem ideo maturius in scenam reduxerat. perditus et miser est, qui cæco sui amore nec vera a falsis discernit, et hæc præ illis amat: sacrilegus impense improbum notat, qui adulando scilicet ex stultis insanos facit homines. *Bæclerus.*

30 *Tetigerim*] Luserim, fatigaverim. nam *Tangere*, cum multa, tum etiam hoc significat. *Donatus.*

Quo pacto Rhodium tetigerim] Τὸ ἐθῆρον in dietis, vult sibi miles attri-

buere. *Baculus.*

Tetigerim] Salse et acriter taxaverim, sic *ἀσπράσσειν* a Græcis etiam usurpatur. *Farnabius.*

31 *Nunquid tibi dixi*] Liber Bembinus et omnes alii antiqui, *numquam*; quod magis videtur quadrare: nam si per *numquid* interrogatus esset, suffecisset respondere, non: nunc per *numquam* interrogatus, apposite per *numquam* respondet. *Færnus.*

Numquam: sed narra, obsecro] Calpide parasitus intelligit ad hoc se interrogatum, ut audire postulet. *Donatus.*

32 *Plus milites jam audiui*] *ῥαπτολόχῃ*. aut superfutura * et æquator: aut subiacet, ut tantum non milles convenit stultum eundem et immemorem esse, qua et intelligentia est. *Idem.*

Plus milites audiui] Non ad militem, sed de milite ad spectatores aversus dicit parasitus, sicut apud Plantum, de Pyrgopolinice, cui assentabatur, Artotrogus: tamen verbosior est, et notabilius se avertit cum illa dicit: 'Perjuriorem hoc homine si quis viderit, Aut gloriarum pleniorum quam illic est, Me sibi habeto, ei ego me mancipio dabo,' &c. Itaque miles pæne deprehendit, saltem ut aliud agentem, et revocat ad hoc agendum: ubi tu es? Noster modum servare apprimè doctus est. *Baculus.*

33 *Rhodium, &c.*] *Ex Rhodo* *Mus*, *Farnabius.*

34 *Forte habui scortum*] Vide quem admodum miles, dum multa ad dictum suum pervenire fateatur, interrim quam contemptus sit atque derisus. Abdomen in corpore feminarum, patiens injuriæ coitus, *scortum* dicitur: ideo quia *scorta* sunt dura coria. A parte ergo sui meretrices *scorta* dicuntur: vel *ἀνὰ τοῦ σκαλπεύειν*, quod Græce palpitare intelligitur: quod illæ faciunt saltando assidue: vel potius crissando, ut Lucretius ait, lib. iv. ob eam causam, ut concinnio-

Delph. et Var. Clas.

rem Venerem exhibeant viris: aut sibi abigant conceptum, quod in vulvam feminæ, in ipso coitu non se moventis, incidit. *Donatus.*

36 *Lepus tute es, et pulpamentum quæris*] *Lepus* pro infamia multa ponitur: vel quod magis a posteriori parte, hoc est, armis, pulpamentum de se præbeat, cum in convivio carpitur appositus. ut Horatius ait, 'Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.' Vel quod venantur illum, et persecutantur canes: quos pro amatoribus *ἀλλήγορεύς* intelligimus: ut ipse Terentius ait, 'Cervum videre fugere, sectari canes.' Vel quod illum sic fugiunt omnes, constituat ut hunc libido effeminata. Vel quod a phœtæcis dicitur incoerti sexus, ac esse modo mas, modo femina. *Idem.*

Lepus tute es, et pulpamentum quæris] Res est turpissima, et quæ haud scio an honeste dici queat. Tamen Catullus dixit: 'Ipsa olera olla legit.' Quod erat proverbium. Gallice possem dicere: *Cela n'est pas mauvoise; Vous en vendez aux autres, et vous en voulez acheter.* Sed meo judicio optime et ingeniosissime Balfius hunc locum proverbialiter expressit. En tibi locum integram, *Ce jeune Rhodien icy, De qui le parle, et moy aussi, Estions ensemble en un banquet. J'avois la g.....; et ce muguet, Avec elle à jouer commence, Et à me gaudir: Fagot pense, Lay dis-je, avoir troyés bourrees.* Atqui quod ipse fasciculum vocat, *fagot*, id ex solidiori ligno est; at id quod in sermone nostro vocamus, *bourree*, ex ramalibus est tenuioribus, sarmentitiis, et minus duris. Rem ipsam explicare pluribus nihil attinet. Hinc curriculo abeo. *Faber.*

Lepus tute es, et pulpamentum quæris] Quod in te habes, hoc quæris in altero, et est *ῥέπος ἀλλήγορία*. *Donatus.*

Lepus, &c.] Dictum, ut habet G. Fabricius, verbis tectum, re impndens, et hunc locum tanquam Sirenias

Terent.

4 H

scopulum transeundum censet. in Erasmi adagiis hoc ipsum vide. et *δαυτρούς κρεῖον ἐπιθυμῶν*. quod in te habes, queris in altero. *Farnabius*.

Lepus, &c.] Flav. Vopiscus in Numeriano Imp. scribit. Ipsi Comici plerumque milites inducunt vetera usurpantes dicta. nam, 'Lepus tutees et pulpamentum queris,' Livii Andronici dictum est. *Idem*.

Ha, ha, he] Parasitus hic interjectionem risus addidit: quo magis nunc primum hoc audisse credatur. *Donatus*.

37 *Quid est?*] Hæc interrogatio gestum vultumque continet cujusdam alacris, et certi, quod laudandus sit. *Idem*.

Facete] *Facetus* est, qui facit verba quod vult. *Idem*.

Lepide] *Lepidus*, qui politus est, ut *λεπὴς*. id est, lamina. *Idem*.

Lautē] *Lautus*. qui mundus et splendidus est. *Idem*.

36. 37 *Ha, ha, he! facete, lepide, laute, nihil supra*] Unum genus *ῥόους καλακικῶν* notarunt Theophrasti Characteres: καὶ σκυῖαντι κυρῶς (an ψυχρῶς?) ἐπαιγέσθαι, τὸ ἐπὶ μᾶλλον ἔσθαι εἰς τὸ στόμα, ὥς δὴ οὐ δύναμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα. 'Solet assentator, si is, cui adulatur, aliquem sale perstrinxerit, aut dicto tetigerit, suo risu istud approbare, sibi que vestem in os indere, quasi risum tenere non possit.' Alterum: καὶ ἐπιστημύνασθαι δὲ, εἰ παύσεται (λέγων) ὁρῶν. 'Solet dicenti applaudere, ac, ubi desinit loqui, acclamare, pulcre, bene, recte,' ut Horatius effert illam ἐπιστημύνασθαι. *Donatus* non sine *παρηρηγῆ* sudat in explicandis illis, *facete, lepide, laute*. *Bæclerus*.

38 *Tuum obscrone hoc dictum erat*] Et dicta, et proverbia, et adagiones, quod rem agant, facetis hominibus ascribuntur: et hoc laudis genus est, ad potiores referre, quod alter probatur dixisse. *Donatus*.

Vetus credidi] Quia omnia vetera

magna sunt. *Idem*.

Vetus credidi] Vecturium scriptorem nostratem amo; sed id haud probo quod ipse de hoc loco in Epistolis dixit, *un vieux quelibet*. Erravit elegantissimum ingenium. Nam *vetus dictum* in laude positum est. Gall. *Un mot du bon temps*. Un mot de quelque vieux Poète. Id quod verum est; nam Nævii dictum erat. *Faber*.

39 *Sape*] Non ex ipso: nam esset contrarium superiori. *Donatus*.

Meum est] Non sensu tantummodo, sed verbis quoque ipsis agreste est, quod nunc dicit *Meum est*. *Idem*.

40 *Dolet dictum imprudenti adolescenti et libero*] *Deest mihi*, ut sit, *Dolet mihi*. Et dictum, participium est, id est, quod dixisti. addidit enim parasitus, quo gravius sit dictum, comiserationem ejus in quem dictum est, utpote imprudentem adolescentem et liberum. Scit enim homines stultos, malos videri velle. Et vide parasitum in iisdem versari, cum ait supra, 'Jugularas,' hic, 'Dolet dictum.' *Idem*.

Imprudenti] Scilicet qui minime crederet, tali se percui posse convitio: aut cum tali viro sibi rem futuram. et sic laudat militem; ut miseratione jam dignus sit adolescens. Tam festive* ut etiam misereri inimicorum vacet. *Idem*.

Dolet dictum imprudenti adolesc. et lib.] *Donatus* Gnathonj tribuit; et curiosius explicat. Alii Thrasoni narrationi contribuant. Guyetus plane expungit. *Bæclerus*.

41 *At te Dii perdant*] Nove Parmeno, non ipsi, sed de ipso loquitur, non audiente eo. *Εἰπωμενός*. Parmeno hic male facit; 'Ad te Dii perdant,' inquit. *Donatus*.

Quid ille quæso? perditus] Guyetus mallet *perditus*. nisi τὸ *perditus* velis accipere, ut *ἀπέχρυστος* dictum sit: in pudorem datus erat, nec quid responderet, habebat, perierat. ut supra, simili *ἐπρεβόλῃ*: 'jugularas homi-

nem.' Ita apud Plautum: 'Me per-
risse Hoc volo scire te, perditus
sum miser.' Curcul. 1. 2. 44. *Bac-
lus*.

42 *Risus omnes qui adierant emoriri*
Disciplina est comiciis, ut stultas
sententias, ita etiam vitiosa verba
ascribere ridiculis imperitiisque per-
sonis. ut Plautus, 'Latronibus ego
denumerem stipendium,' inquit ex
persona militis. Itaque hic *Emoriri*
dixit. At vero Atticus adolescens
in Heantout. 'Emori cupio.' Vide
igitur Poëtam pro loco ac tempore
scire quid dicat. *Idem*.

43 *Metuebant omnes jam me*] Ne
cul dicerem, 'Lepus tute es, et pul-
pamentum quæris.' Aut, 'Eone es
ferox, quia habes imperium in bellis
as?' *Idem*.

Non injuria] Hoc sic pronuntia,
quemadmodum illud supra, 'Quidni
esse?' *Idem*.

44 *Purgon' ego me de istac Thaidi*
Olcovopla ad litem futuram inter mi-
litem et Thaidem. *Idem*.

Sed heus tu, purgon' ego me, &c.
Formula ad aliud vocantis colloqui-
um seu consilium. dignus enim hoc
imperatore consiliarius. præstruuntur
autem hæc ad rixam, de qua infra iv.
1. ut recte Donatus notat. *Baculus*.

45 *Quod eam me amare suspicatur*
Quia apparet illam militi quoque
κατὰ τὸ σεσωρημένον ostendisse, quod
dixit Phædræ. *Donatus*.

46 *Imo auge magis suspicionem*
Hæc erit causa rejiciendi militis.
Idem.

47 *Scin'*] Monentis est dicere *scin'*,
vel *scito*. *Idem*.

Si quando illa mentionem] *Siquando*
et prima syllaba acui potest, et me-
dia. tamen variat sententiam. *Idem*.

48 *Urat*] Cruciet, *κρίψ, κερπούς*.
supra act. ii. sc. 2. *Farnabius*.

49 *Id ut ne fiat*] Modo *Ne*, non,
significat. *Donatus*.

Hæc res sola est remedio] Si te sus-
picetur amare Pamphilam. *Idem*.

50 *Ubi nominabit*] Et locum et tem-
pus significat *Ubi*. *Idem*.

Ubi nominabit Phædrum] Cicero
Epist. Fam. 1. 9. hoc consilium re-
pungendi lacescentes, ad forensia
cum gratia transtulit. *Baculus*.

Tu Pamphilum continuo] Hic magna
olcovopla est, qua Terentius præparat,
quemadmodum jurgium inter Thai-
dem militemque, et Gnathonem, per
duas partes serpat fabulæ. Et bene
continuo: ut intelligat meretrix, non
tam Pamphilam amari, quam sibi
vicem dari. *Donatus*.

Ubi, &c.] Citat hos septem versus
Cicero, Epist. Fam. 1. 9. 'Sed ta-
men defendendi Vatini fuit etiam
ille stimulus, de quo in judicio cum
illum defenderem, dixi me facere
quiddam, quod in Eunuchio parasit-
us suaderet militi: 'Ubi nominabit
Phædrum, tu Pamphilam Continuo,'
&c. *Farnabius*.

52 *Intromittamus commensatum*] Va-
ticanus et Basilicanus *commensatum*
habent: itemque Bembinus, sed is
per duo s, et in ejus margine ascrip-
tum est, 'Commissatio est proprie
convivium meretricum et adolescen-
tulum.' *Færnus*.

Pamphilam cantatum provocemus] E-
leganter, quia ille foris est, hæc in-
tus: illum intromittamus, illam pro-
vocemus. Hæc est in verbis Poëtæ
germana proprietas. *Donatus*.

54 *Tu hujus contra*] Hic *contra* vi-
cem significat. *Idem*.

55 *Quod eam mordeat*] *Quod par*.
Aut absolute *Quod*, quæ res. *Idem*.

Par pro pari referto, quod *eam mor-
deat*] Ita est in antiquis libris. quod
testatum relinquere volumus, ne quis
amplius hanc lectionem in dubium
vocet. *Færnus*.

Par pro pari referto] Færnus ex
antiquis libris hanc lectionem pro in-
dubia asserit. legitque ita Eugraphius.
Et metrum sane concidet, nisi *fulcia-*
tur. Alii tamen maluerunt ab inge-
nulo opem petere, et, *tu par pari refer-*

to, legerunt, cum viderent, scriptores non aliter loqui. Noster Phorm. 1. 4. 35. 'Verbum verbo, par pari ut respondeas.' quod jam Plautus dixerat in Mercatore III. 4. 44. Lindenbrogius hac occasione de proverbio Siculo *μῶτρον ἀπὸ μῶτρον* disputat. *Bæclerus.*

56 *Si quidem me amaret: tum istud prodesset Gnatho*] His versiculis personam militis et Gnathonis continentibus, *οἰκονομία* inducitur, quod verisimile sit, facile militem ferre posse, anteponi sibi Phædriam, qui se semper intellexerit non amari. Nam si hoc tollas, aut excludendus est Phædria, aut ex dolore militis in hac fabula fit exitus tragicus. Et hoc miles, ut sapiens, locutus est. Ergo meminisse convenit ridiculas personas non omnino stultas et excordes induci a Poëtis comicis. Nam nulla delectatio est, ubi omnino, qui deluditur, nihil sapit. Stultitia autem est in his quatuor modis: aut non venire in mentem, quod oportet: aut si venerit, non tenere: aut bonum consilium amittere, aut malum admittere. Vide ergo, ut hoc quod commode miles viderat, non tenuerit, totumque amiserit. Hoc autem idcirco interponit Poëta, ut ostenderet, quid veneni haberet assentatio: per quam non modo errantes decipiuntur, ac præcipites eunt: verum etiam sapientes interdum, sanique evertuntur. *Donatus.*

Si quidem me amaret] *Donatus* arguitur quædam hic disserit; in quibus nec boni nihil, nec sana omnia. Inducta est hæc militis dubitatio, ad producendum consilium et persuadendum. Non potuit autem non obvia Thrasoni esse, imo infixa: tum quia non sine rivali amabat, (rivalis autem semper rivalem metuit, ne sibi præferatur,) tum quia Thais ostenderat, se suspicari, militem promissæ virginis amore teneri: quæ suspiciones animum facile alienare possunt.

Respondetur ita, ut eadem opera, qualis sit meretricum amor, quamque non affectu sed pretio teneantur, ostenderetur. itaque hæc pars scenæ proprie ad *οἰκονομία* pertinet, et tanquam seria res τοῖς διαρρηκτοῖς succedit. *Bæclerus.*

57 *Quando illud quod tu das, expectat*] Hac sententia tollitur militi, quod recte senserat: nec persuadetur tamen, quod ametur ab amica. *Donatus.*

58 *Jamdudum te amat*] Vel nimium et valde, vel jampridem. *Idem.*

59 *Quod delectat*] Hoc ad illud refertur, quod supra dixit, 'Par pari referto, quod eam mordeat.' *Idem.*

60 *Ne quando iratus tu alio conferas*] Et hic locum pro persona ab amica, ut ne diceret, ad aliam. *Idem.*

61 *At mihi istuc non in mentem venerat*] Sic pronuntiandum est, quasi militi monstrum simile videatur, sapiens dictum alii prius venisse in mentem, quam sibi. *Idem.*

Ridiculum] *Donatus*: 'Vel hominem vel dictum significamus.' si hominem, tum aversus ad spectatores dixerit Gnatho; sin aliter accipimus, tum ad figuras *παρρησιαστικὰς* adulatores pertinebit, et satis commode explicabitur. posterius hoc omnino tenendum arbitror. *Bæclerus.*

Non, &c.] Adulatorie. *Farnabius.*

Ceterum hoc tute melius quanto invenisses, Thraxo] Scilicet, si cogitasses. *Donatus.*

SCENA II.] Hæc quoque Senariis constat. vs. 1. e Mss. nostris unus, ut edidimus, alter: *audire visa vocem sum m. mil.* Argentoratensis: *audire visa sum modo vocem militis.* vsa. 3. et 4. Argent. *eho quid amas de fidicina istac.* Meorum unus: *ecce me ecquid non amas de fidicina hac.* alter: (superscr. nos) *amas de fidicina hac.* vs. 6. omnes Thrasoni tribunt hæc verba: *camus ergo ad carnem.* illa Gnathoni: *quid stas?* vs. 9. duo: *hem.* vs. 10. omnes,

ut edidimus. vs. 15. omnes: *perpulchra dona credo.* et vs. 41. *non convenit.* et vs. 48. *fac ut cures.* vs. 51. unus: *quid volui dicere.* alter: *quid aliud volui dicere,* sine geminatione rei *quid.* Bæclerus.

Audire vocem visa sum modo militis] Hic inducitur multiplex concursus dissimulium personarum, et tamen virtute et consilio Poëta discretarum, ut confusio nulla sit facta sermonis: simul etiam pro se cuique accommodata mire representatur oratio. Donatus.

1 *Audire vocem visa sum modo militis]* Omnes sensus *visa* dicuntur, ab eo quod est certissimum oculorum: ergo *visa sum,* sensi. ut Virgilius: ‘Vismque canes ululare per umbram, Adventante Dea.’ *Idem.*

Audire vocem visa sum milit.] Εἰρηνα blandimenti meretricii, ad congressum et colloquium. Bæclerus.

2 *Salve mi Thraso]* Quia secum, *Militis:* quia apud illum, *Thraso.* Est quædam actio cujus nomen honestum est: sicut orator, philosophus. est quædam, cujus nomen offensum est, ut miles, lanarius. *Donatus.*

3 *Meum Suavium]* Tria sunt osculandi genera, *osculum* scilicet, *basium,* et *suavium.* *Oscula* officiorum sunt: *Basia,* pudicorum affectuum: *Suavia,* libidinum vel amorum. *Idem.*

Meum Suavium] Cum oscularetur, dixit. *Idem.*

Quid agitur] Et hoc blandimenti genus est post osculum. sed duri est et agrestis: infert enim, ‘Ecquid nos amas?’ Et *Ecquid,* aliquantulumne significat: et ideo illa *plurimum,* recitat. Cicero in Catilinam, ‘Quid est, Catilina? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium?’ *Id.*

Suavium, &c.] Putant quidam *suavium* hic non accipi pro *osculo,* sed *suavitate,* ut Plauto Stich. act. v. sc. 5. ‘Age mlsa mea, suavitudo, salta.’ *Farnabius.*

Ecquid, &c.] Ironia. Invenneta sc. atque inepta salutatio. nam in benefi-

ciis debet oblivisci qui dedit, meminisse qui accepit. *Idem.*

4 *De fidicina ista]* De, propter: ut sit, propter fidicinam. Et vide non puellam, sed *fidicinam,* quasi ab amatore dictam, et eo amatore, qui quasi memor sit artis, qua delectatur: et quia puella sit æmula meretricis: nam meretricum est *fidicinam* esse. *Idem.*

Quam venuste! quod dedit principium adveniens] Bene reprehendit Parmeno. nam in beneficiis debet oblivisci qui dedit, meminisse qui accepit. Est gravis *ελαφρεία,* *Quam venuste!* *Idem.*

5 *Plurimum merito tuo]* Facete meretrix amorem suum non ad avaritiam retulit, sed ad officium. Et cum de *fidicina,* inquit, te amem præcipue merito tuo. Alii sic respondere intelligunt, ut ipsa de *fidicina* gratias agat. nam cum ille dixerit, ‘Ecquid nos amas?’ illa respondit, ‘Plurimum.’ Quod autem de *fidicina* hæc dixit ille, subiecit hæc, *Merito tuo.* id est, quoniam mereris, daudo eam. Sed melius est, ut præter manus *Meritum* dixerit. quamquam multi *munus meritum* intelligant. ut est illud Virgillii: ‘Quique sui memores alios fecere merendo:’ id est, gratos sibi reddidere munerando. *Idem.*

6 *Eamus ergo ad cenam]* Decnit parasitum de cæna etiam importune admonere. cum quadam *εὐφροσύνη,* velut magnæ rei. *Idem.*

Eamus ergo ad cenam] Parasito Donatus attribuit. Bæclerus.

Cenam] Thraso exprobrans beneficium Thaidi, grates sibi et amorem reddi postulat. Gnatho cænam. supra act. II. sc. 2. *Farnabius.*

Hem alterum] Bene *alterum,* quia duo sunt. *Donatus.*

Hem alterum] Si hic reprehendatur miles, *alterum dictum:* si parasitus, *alterum hominem.* Vult enim Parmeno et parasito esse versutior, et de-

bet esse, cum peioris conditionis sit. *Idem.*

Hem alterum] Alterum, non respective, sed absolute. ac si dixisset, aliud dictum, vel alterum stultum. *Idem.*

7 Ex homine hunc natum dicas] Recte reprehendit Parmeno duos, quorum unus beneficium Thaldi exprobrat, alter pro beneficio cenam ostendit, tanquam ad eum currendum sit: nam hoc significat, *Quid atas?* quasi sit causa properandi. *Idem.*

Ex homine hunc natum dicat] Hic quoque erravere præclara ingenia, dum se scire omnia jurant. Gallice et Comice diceret: *Ils se ressemblent comme pere et fils. Son maître, son valet.* Faber.

Ubi vis, non moror] Ad *Eamus ad cenam*, *Ubi vis* retulit: ad *Quid atas, Non moror.* Donatus.

8 Quasi nunc exeam] Mire, *Nunc exeam*, quippe qui jamdudum procul steterit. *Idem.*

9 Iturane Thais quopiam es] Ut experiri Thaidis animum, fingit nescire quo eat. *Idem.*

Hem! Parmeno] Vide deprehensam meretricem velle blandimentis satisfacere Parmenoni. *Idem.*

Itura ne Thais quopiam es. ehem Parmeno, &c.] Donatus in his aliquot versibus nihil expedit. Thais, ad Parmenonem accedentem quodammodo conversa propius, interroganti blande respondet, id est, more meretricio, gratulata adventum conspectumque, 'Ehem Parmeno bene fecisti,' sc. quod advenisti. (quæ alias gratias agentium formula, hic blanditiis servit.) si enim paululum cessasses, non reperisses me domi. *hodie itura.* nam quod me interrogas, iturane quopiam sim, hoc quidem die egrediar domo. Quæ cum dicit Thais, et comitate aperta erga servum rivalis, animum militis cupidiorum voluit reddere; et clanculum vocabulo *hodie* Parmenoni demonstrare, non diu se

cum milite futuram, neque præter promissum aliquid facturam. Parmeno, in dissimulationem compositus, iterum interrogat, *quo?* itura sc. ea. Thais, non exaudiente milite, (qui se tædio servi rivalis aliquantulum averterat,) *quid*, inquit, interrogas, an *hunc non vides?* quem nutu oculorum demonstrat. ecquid oblitus es, quid inter nos de hoc actum sit? Parmeno itidem conscientia rei, familiaris, submisso tamen respondet: *video, et me tædet.* ut ex affectu heri sui Phædræ loquatur. mox clarius, ut qui audiri a milite hoc vellet: 'Ubi vis, dona adnot tibi a Phædræ.' itaque miles cupiens abducere Thaidem a servo rivalis, donaque ne traderentur efficere, urget Thaidem ut eat: 'quid stamus? cur non imus hinc?' et moræ, et loci tædium, ubi servus rivalis adesset, cui Thais auscultaret, verba præferunt. hinc occasio Parmenoni oblata, non sine occulta *σιπηλεῖ* deprecandi militem, ne paucillam moram ægre ferret, dum dona Phædræ traderentur Thaidi. qua in re non tam voluntas militis, quam præsentia quesita est, ut donorum præstantia, (poterat enim anbdito Eunucho suo satis confidere Parmeno,) hominem ureret. *Barcler.*

10 Bene fecisti] Quid bene fecit Parmeno? An quasi perturbata hæc loquitur, etiam de nihilo blandiens, utpote meretrix et faceta? An quod illuserit convitio! *Donatus.*

Bene pol fecisti] Lego, *facis.* Docti viderint. Versus est Trimeter. quam ob rem et emendatio certa est. *Faber.*

Hodie] Dulciter additum *hodie*, quasi cum exceptione: quo se significat non perpetuo obsæcuram militi, et ut quæ promiserat, biduum tantum absfuturum Phædræ. *Donatus.*

Quid? hunc non vides] Si dixerit militem, lædit præsentem; si amicum, lædit Parmenonem. Mire igitur pronomen invenit. *Idem.*

11 Video, et me tædet] Opportune

Parmeno fatetur odium militis, ut re-
tundat ab eo amorem Thaidia. *Idem.*

Ubi vis, dona aduent tibi a Phadria] Nil potnit extiosus militi contin-
gere, quam ut continuo rivalis mitte-
ret munus, et posterior, et coram
ipso. *Idem.*

Dona sunt tibi a Phadria] Cum illa
sub pronomine celaverit nomen mili-
tis, ex arte Parmeno pronuntiavit, *A*
Phadria. Idem.

12 Quid stamus] Quid stamus? ad
moram refertur. *Idem.*

Quid stamus] His verbis miles in-
missus dolere se indicat. *Idem.*

Quid stamus] Rivalis servum con-
spicere non sustinet. *Farnabius.*

Cur non imus hinc] Ubi servus ri-
valis est Parmeno. *Donatus.*

13 Pace quod fiat tua] Pace, aut
gratis, aut voluntate: et deest cum.
et sic locutus est, quasi bellum his
verbis omnibus indixerit. *Idem.*

*Pace quod fiat tua, Dare huic quæ vo-
lumus, convenire et colloqui]* Proprie
quia pax, datio, deditio, conventio, col-
loquium, militis verba sunt, et invi-
diose sic ait, quasi per eum non ac-
cipere liceat dona Thaidem. Et sic
pronuntiandum, ut subaudiatur vel:
ut sit: vel dare, vel convenire, et col-
loqui: ut inter hostes solet. Sallus-
tius: 'Quæ pacta in conventionem
non præstitissent.' Et alibi, 'Cujus
ad verba voluntate, colloquio militi-
bus promisso, corruptio facta paucor-
um, et exercitus Syllæ datus est.'
Idem.

14 Dare huic quæ volumus] Hæc
singula cum invidia pronuntianda
sunt. *Idem.*

Convenire et colloqui] Sic pronun-
ciandum est, ut quasi dicat, liceat
per te miles, quod etiam inter hostes,
et in bello licet. *Idem.*

15 Perpulchra credo dona] Elporela
de fiducia pulchra virginis. *Idem.*

*Perpulchra credo dona, haud nostris
similia]* Lego omnino, est, ut ironia
continuetur; quod et Færno pla-

cuisse video. *Faber.*

Nostris similia] Et his similia, et
horum similia, dicimus. *Donatus.*

Haud nostris similia] Aut melius
mihi videtur, ut perseveret eironia
per particulam disjunctivam. *Færnus.*

16 Res indicabit] Scit Eunuchi no-
men posse contemni: et ideo videri
vult potius, quam sperari munera
sua, id est, Chæream. *Donatus.*

*Jubete istos foras exire, quos jussi,
ocius]* Cum fiducia et alto vultu pro-
nuntiat: et festinat, ne occupet miles
prius abire, quam videat. Et est
ordo, *ocius exire. Idem.*

17 Procede tu huc] Bene procede
dixit, non accede, aut veni: ut ap-
pareat dignitas in incesso. Et cal-
lide ab inferiore incipit munere, hoc
est, a puella ad Chæream venturus.
simul ut a vero mancipio incipiens,
ad falsum sine suspitione transiret.
Idem.

18 Ex Æthiopia est usque hæc]
Quod Thais cupiebat. nam supra,
'Nonne ubi dixti cupere te ex Æthio-
pia ancillulam.' Usque additum, ut
longinquitas monstraretur. et hoc est
quod facit, 'Munus nostrum ornato
verbis, quod poteris.' *Idem.*

Ex Æthiopia est usque] Hic ostendit
quid sit ex Æthiopia, addendo usque:
ut ex longinquitate dignitas muneris
ponderetur. et quid erit jam criminis
in colore, quando ipse dicere gloria-
tur unde sit? Et mire ab inferiore
cæpit, ut *ἀπὸ* doni faceret in
Chæreæ: et turpi præcedente leno-
cinum comparat secuturo pulchro.
Usque modo adverbium de loco est:
ut, 'Sicno prospexit abusque Pa-
chinno.' *Idem.*

Ex Æthiopia est] Supra act. i. sc. 2.
'Ubi mihi dixti cupere te ex Æthio-
pia ancillulam.' *Farnabius.*

Usque hæc] Usque extendit e lon-
ginquo raritatem muneris. *Idem.*

Hic sunt tres minæ] Callide munus
ad pretium revocavit, ut ad avaritiam
converteret meretricem: ne officio

donantis et gratia leniretur. et ideo non dixit, tribus minis valet, sed, *hic sunt tres minæ*: quasi jam vendenda sit. *Donatus.*

19 *Vir*] Aut difficile significat, aut non: ut sit, *nec hoc*. Lucilius: 'Carcer vix carcere dignus.' *Idem.*

Ubi tu es, Dore] Tanquam querat eum, ut nomen indicet: quo audito magis dissimulet Chæream. *Idem.*

Accede huc] Vultu eo dicitur, quo debuit dicere, et dicto æmulorum læsus, et confidentia destitutus, velut in eo duntaxat conspectu Chæream confidens. *Idem.*

Hem! Eunuchum tibi] Mire postquam dixit, 'Eunuchum porro dixi velle te, Quia solæ ntuntur his regionæ; repperi.' *Idem.*

20 *Quam liberali facie*] Non narrative laudat, sed per interrogationem, quæ maior fiducia est. *Idem.*

Quam ætate integra] Id est, quæ florēt puberes, ut Virgil. 'Atque integer ævi Ascanius.' *Idem.*

21 *Ita me DI ament*] Juravit ideo, ut non amore Phædræ, sed veritate cogi ad laudandum videatur coram milite. *Idem.*

Honestus] Pulcher. Virgilius, 'Et lætos oculis affarat honores.' *Idem.*

Honestus] Hic subdidit, quod in ancilla prætermisit, quia Æthiopissa honesta dici non potuit. *Idem.*

22 *Numquid habes*] *Habes* pro invenisti. *Idem.*

Quod contemnas] Plus est, *contemnas*, quam vituperes: et deest, in hoc: ut sit, numquid habes quod in hoc contemnas? *Idem.*

23 *Tacent: satis laudant*] Taciturnitas, confessionis genus est, præsertim contra adversarii interrogationem. Ideo tacere hoc, vel quasi laudis argumentum est: quia supra tacere vituperavit: ideo et ipse sic ait, 'Quid tu ais, Gnatho? numquid habes quod contemnas? Tacent: satis laudant.' Et, 'Quid tu, Thraso?'

quia supra contempserat puellam. *Idem.*

Tacent, &c.] *Κἀν ὁλος μὲν καλῇ, διὰ τοῦ σιωπῆν πλεῖστα περὶ αὐτῆς λέγει.* Menander. Tacendo loqui, non inficiando confiteri videris. Cic. pro Sestio. *Farnabius.*

Fac periculum in literis, fac in palaestra, in musicis] Si totum singulartiter dicerat, esset *ὁμοιωθέντων, Littera, palaestra, musica.* *Donatus.*

Fac periculum in literis, &c.] Pro servo quidem Chærea nunc deducebatur: Parmeno tamen, angendi causa, et occulte œconomix serviens, 'Quæ liberum scire æquum est adolescantem, sollertem dabo,' inquit. Nimirum et servi, ut carius venirent, liberorum artibus erudiebantur, sicut loco *παρὰλλήλῳ* perspicias licet apud Horat. Ep. 11. 2. De ipsis studiis Plaut. Mostell. 1. 2. et Bacchid. 111. 3. *Bæclerus.*

Literis, &c.] Ex Laconica, apud Xenophontem, institutione, *Εὐδὲς δὲ πέμπουσιν εἰς διδασκαλίαν μαθησομένοις καὶ γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ τὰ παλαιονικά.* Servi utiq; Grammaticam et alias artes docebantur, quo carius venderentur. Videatur Aristoteles 1. vii. Polit. ubi addit et *γραφικὴν*: nec non Lucianus in Amoribus, et Horatius lib. 11. Epist. 2. *Farnabius.*

24 *Quæ liberum Scire æquum est*] Quondam liberi pueri his artibus erudiebantur: et est figura *ἑλλειψς*: deest enim, *Hic*. *Donatus.*

25 *Sollertem*] Id est, disertum. Utrum hæc *sollertem*. ut Horatius, 'Docte sermones utriusque linguae.' An assumendum est *Hic* extrinsecus? *Idem.*

Sollertem] Deest, *Hic*. *Solers*, quasi totus ex arte consistens, ut *ὁλος ἀπερὴ*, quod Latinis verbis, quasi solus in arte sit. Hinc *iners* contrarium. Nam *solers* quasi *ὁλος ἀπερὴ* dictus. 'Ὅλον σολῆμ. ut ἐξ ἀρξ, et ὅς τις dicimus. *Idem.*

26 *Ego illum Eunuchum, si sit opus,*

§c.] Res est flagitiosa; sed illam admirabiliter tractavit Baïfius, boni patris bona proles: *Qui l'habit luy en donneroit, Pour une fille il passeroit.* Faber.

Ego illum Eunuchum, si siet opus, vel sobrius] Hoc ut militare est, ita importunum præsente Thaide: extra quam, miles si saperet, nihil amatorie contemplari debuit. Sed et hoc accedit ad ejus odium, præterquam quod jam in suspitione est amicæ suæ, quod fidiciam magis diligit. Et hoc mire, quod nemo prior Eunuchum esse Chæream, quam Miles, credidit: adeo stultus etiam nomine ipso appellavit. Sed statim stulte Miles, primo quidem convitium ipsi Eunuchio facit: in quo potest jam lædere amicam. deinde attestatur hoc dicto pulchritudinem hujus muneris. Quid igitur proficit? Satis autem joculare est, si cogites Chæream esse, qui hæc de se audiat, et tacere cogatur. *Donatus.*

Vel sobrius] Honesta ἡλικίης, propter mulieris præsentiam. ut Virgilius, 'Novimus et qui te.' Et ipse in Heautont. 'Qui se vidente amicam patiatur suam.' Hoc tamen miles coactus a Parmenone dicit, quia reprehensus est tacuisse. *Idem.*

Ego illum Eunuchum si opus sit, §c.] Hoc genus ἡλικίης, suppressio scilicet, pudori servit. ob præsentiam mulieris, ut opinantur interpretes. Mihi nihil rectius videtur fieri posse, quam si putemus, Militem ad solum Gnathonem suum, submissius nec audientibus ceteris, inter orationem Parmenonis hoc dicere. *Bæclerus.*

Ego illum, §c.] ἡλικίης honesta in re inhonesta. *Farnabius.*

27 *Atque hæc qui misit*] Id est, tanta munera. hoc enim hæc significat. *Donatus.*

Non tibi soli postulat] Hoc est, 'Istum æmulum, quod potes, ab ipsa pellito.' *Idem.*

Atque hæc qui misit, §c.] Bene Eu-

graphius monstrat, servari ordinem mandatorum Phædriæ. Is enim præceperat: 'Munus nostrum ornato verbis, quod poteris.' id factum est hactenus a Parmenone. additum erat: 'Et istum æmulum, quod poteris ab ea pellito.' igitur nunc ad conflandam militi apud Thaidem invidiam accingitur. *Bæclerus.*

Atque, §c.] Ex oblique invidiam facit militi. dumque domini sui modestiam prætendit, odium importunitatis confiat militi. *Farnabius.*

28 *Sua causa excludi ceteros*] Nihil potuit dici invidiosius. Non enim dixit Phædriam, sed ceteros, quasi futuri amatores fuissent, nisi metueretur exemplum Phædriæ. *Donatus.*

29 *Neque pugnas narrat*] Descriptio militis, tantum excepto nomine. *Idem.*

Neque cicatrices] Insigne fæditatis. Nam apud meretricem quid aliud cicatrices valent? Nam cicatrices etsi semper gloriosæ sint, non tamen etiam apud meretrices, quibus post precium forma placet. ut Sallastius quoque fatetur, 'Hæc sunt virtutis insignia: dehonestamento tamen esse corpori, maxime lætabatur.' *Idem.*

30 *Neque tibi obstat*] Qui a te repellat amatores tuos. *Idem.*

Quod quidam facit] Quidam recte. nam et figuratum et aptum sententiæ est, et contemptum indicat hoc verbum. *Idem.*

31 *Ubi molestum non erit*] Ad superiora retulit, quod nunc dicit: scilicet ad 'Non tibi soli postulat te vivere, et sua causa excludi ceteros: neque pugnas narrat,' &c. 'Ubi molestum non erit, ubi tu voles,' ad 'Neque tibi obstat:' 'Ubi tempus tibi erit.' Et mire occupat animum meretricis cum illam hujus impulsu inducit facere, quidquid dure fecit excludendo Phædriam. Hic igitur qui scit præcepta de beneficiis estimandis, intelligit oratorie in utramque partem dicta omnia. *Idem.*

Verum ubi molestum] Utrum tibi molestum, an aliis? sed aliis, quia illaturus est. *Idem.*

Ubi molestum non erit, ubi tu voles, ubi tempus tibi erit] Præterquam, quod officii comitatem hæc verba exprimunt, insuper ingenium meretricum et accismos, quibus amantium cupiditatem dum differunt, incedunt, spectare videntur. possis describere verbis Plauti in Milite II. 2. 96. &c. 'Trecentas possunt causæ colligi: Non domi est, abiit ambulatum: dormit, ornat, lavat, Prædet, potat, occupata est, operæ non est, non potest. Quantum vis prolationum.' *Bæclerus.*

32 Ubi tempus tibi erit] Non amatori. Et ubi tu voles: non ut nunc in Milite pateris. *Donatus.*

Ubi tempus tibi erit, sat habet, situm recipitur] His dictis et Militem repulit ab animo Meretricis, et commendavit Adolescentem: et perfecit æe injuria videatur apud Thaidem, quod sponte susceperit Phædriam. *Idem.*

33 Apparet servum hunc esse domini pauperis] Tristiores enim sunt servi pauperum, et ob hoc ipsum nequiores. et hoc melius erat: quamvis illud aliter Parasitus exponat. *Idem.*

Domini pauperis miserique] Bene additum miseri: quia non continuo pauper etiam miser est. *Idem.*

34 Nam hercle nemo posset] Secundum illud, *Ait, aio,* approbat parasitus quod Miles dixit. Et est ordo, Nam hercle satis scio, nemo posset hunc perpeti, qui haberet qui pararet alium servum. *Idem.*

Nam hercle nemo posset] Aliam causam subtiliorem assignat Parasitus, quam quam dixerat Miles. *Idem.*

35 Qui haberet qui pararet] Prius Qui, pronomen: sequens adverbium est. *Idem.*

36 Quem ego esse puto infra omnis infimos homines] Multum dixit, *infra infimos omnis homines.* nam hac sen-

tentia vult, illum hominem servis etiam esse pejorem: quia et servus, homo. ut in Phormione, 'Servum hominem causam orare leges non sinunt.' *Idem.*

Infra infimos omnis puto] Ovid. v. Trist. v. Eleg. 8. 'Non adeo cecidi, quamvis abjectus, ut infra Te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.' *Farnabius.*

37 Qui huic animum assentari induxeris] Proprie: nam animus inducitur adversam objectas difficultates. *Donatus.*

38 E flamma te petere cibum posse arbitror] Unde sine damno aut malo nihil potest auferri. *Idem.*

E flamma] Hoc intelligit, non ex foco, sed ex medio igni, vel incendio flammæ. Nam antiquum verbum est, 'Petere cibum e flamma.' mordetque utrumque simul. ut neacias quem penus vituperaverit, hujusne famem, an illius immanitatem, vel voraginem. Et simul vide convitium redditum, unde conjectum est: id est, de paupertate et egestate. *Idem.*

E flamma, &c.] Epulas pro inferiis in rogam conjicere moris erat; extremæ autem mendicitatis et impudentiæ habebatur inde cibum petere. Lucilius apud Nonium in Marcel. 'Mordicus petere aurum ex flamma expediat, e cæno cibum.' et Catullus: 'Uxor Meneni, sæpe quam in sepulcretis Vidistis ipso rapere de rogo cænam,' &c. hoc facitasse scurras, meminit Plutarchus, *βουρλοχούων καὶ πλανώμενον γένος.* *Farnabius.*

39 Jamne imus] Odium Parmenonis, et stomachum militis ista indicat festinatio. et *Jam,* increpatio moræ est. *Donatus.*

Jamne imus] Iterum urget Thaidem miles ad eundum. cumque illa aliquid moræ interponeret, non sine offensione, et futuræ litis augurio, *ego hinc abeo,* inquit: *tu istanc opperire.* cui dicto parasitus suo more statim rationem adulatorie subjicit: qua-

si non deceret imperatorem una cum amica in via ire. *Bacclerus.*

40 *Post huc continuo exeo*] Legitur et *postea*, et *post*, ut sit *post* pro *postea*. ΑΠΟΡΩΤΙΗΔΕ* quomodo pro *postremo post*. Donatus.

Postea continuo exeo] Liber Bembinus, *post*. sed et Donatus ita etiam legi affirmat. sustentatur autem versus non faciendo synalæpham in, *continuo exeo*. Færnus.

41 *Ego hinc adeo*] Consequens erat ut offenderetur miles, tam diligenter rivalis munus suscipiente meretrice. Donatus.

42 *Una ire cum amica imperatorem in via*] Vide *παραπασκευήν* futurum litis inter Thaidem et militem. *Idem.*

Cum amica] Mirifice amicam dixit, non meretricem. *Idem.*

Imperatorem in via] Congrue in militem: quasi ipse sit, sub quo est. et hic servat Parmeno, quod sibi mandatum est, 'Et istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.' Et bene mutat nomina, hinc ad honorem, hinc ad invidiam. Hanc, non Meretricem, sed Amicam dixit: hunc, non Militem, sed Imperatorem. *Idem.*

Una cum, &c.] Scoptice, meretricem amicam, militem Imperatorem agnominat. Farnabius.

43 *Quid tibi ego multa dicam*] Non habuit aliud miles stultus: et redit ad illa quæ supra dixit, 'Domini pauperis miserique.' Donatus.

Domini similis es] Ineptus jocus, in quo servus injuriæ vice domino comparatur. *Idem.*

Domini similis es] Redit ad illud quod modo dixerat: 'Apparet servum hanc esse domini pauperis miserique.' Farnabius.

44 *Quid rides*] Et hoc eo vultu dicitur, quasi sibi conscius sit miles facete dicti convitii. nam non quod nesciat causam risus, eo interrogat quid riserit: sed ideo, ut denuo laudetur. Donatus.

45 *Et illud de Rhodio dictum*] Hoc

est illud, 'Eorum ingenia admiror simul.' Et huic, ut apparet, sit amior: ideo facilius ab amica, quam a parasito separabitur. *Idem.*

46 *Abi præ, curre, ut sint domi parata omnia*] Non dixit *quæ*: quia intelligitur. *Idem.*

Abi, præcurre] Alii, *abi præ, curre*. Melius. Faber.

Domini ut sint parata omnia] Ἐλλειψὶς ἡδύχ, in qua plus vultu significatur, quam verbis. Donatus.

47 *Fiat*] *Faciam*, vel *stet*, diceret servus: liber vero, *stat*: tanquam et ipse jubeat sibi. *Idem.*

48 *Si Chremes huc forte ad me venerit*] *Οἰκονομία* ad litem futuram, et exitum fabulæ. Et hoc non audit miles: nam si audiret, nimis irascereetur. *Idem.*

50 *Ad me adducito*] Modo ubi sum significat. *Idem.*

51 *Quid? quid aliud volui dicere*] Pro, *quid aliud?* hinc est illud Ciceronis, 'Quem, quemnam? recte admones; Polycletum esse dicebant.' *Idem.*

52 *Curate istam diligenter Virginem*] Hæc res est, quæ faciet Virginem claudi, in lectulo collocari, et obdormire. *Idem.*

Curate istam diligenter Virginem] Ridiculum, quum contra eventurum sit. *Idem.*

53 *Vos me sequimini*] Κατὰ πρόσωπον sunt puellæ, quæ sequuntur. *Idem.*

Vos me sequimini] Puellæ pedissequæ, quas *δουλόρια* vocat Lucianus in Lexiphane. Farnabius.

SCENA III.] Et hæc Senariis constat scena. vs. 3. Mss. nostri omnes: *ita me astute ab ea video lab.* vs. 4. duo: *ad sese.* omnes: *accersier domum.* vs. 5. duo: *quid tibi cum ea?* vs. 7. duo: *fecissu se.* vs. 16. omnes: *et quis cum e.* vs. 18. τὸ si omittunt. vs. 24. unus: *quis hem hic est?* alter: *quis hic est?* Argentoratensis: *ecquis hic est,* prima manu. vs. 27. unus: *ut cures redire.* vs. 30. unus: *malam in rem hinc*

abi. alter : *malam in cruce[m] hinc abi.* Argentor. *malam in rem hinc ibi*, prima manu. vs. 32. omnes : *deduc.* Bæclerus.

1 *Profecto quanto magis magisque cogito*] Hæc persona apud Menandrum adolescentis rustici est, et inconsequens oratio est. Sed conceditur secum loquentibus multa transcendere, quæ taciti intelligunt : est enim integrum hoc modo, Profecto quanto magis magisque cogito, nimirum intelligo vel invenio, quod dabit hæc Thais mihi magnum malum. Potest autem nimirum et pro confirmatione accipi, ut nihil desit : ut sit nimirum, sine dubio, pro certo. *Donat.*

Profecto, &c.] *Rīdōs* rustici, severi, frugi, suspiciosi, et blanditias averrantia. *Farnabius.*

2 *Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum*] Solve nimirum, et fac, non est mirum, et statim consequens erit per *ἀντίθετον* tota sententia, quasi dixerit, non est mirum : et subdistinctione interposita mox intulerit, *dabit hæc Thais mihi magnum malum.* Nam *Ni* ne significat : et *Ne* non. *Ni* pro ne : Virgilius, 'Læti discrimine parvo *Ni* teneant.' *Ne* pro non : Plautus, 'Ne vult,' inquit, pro non vult. *Donatus.*

Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum] His verbis intelligitur se sentire paulatim labi in amorem metreticis, quamvis invitum, et adhuc retinentem mentem. *Idem.*

3 *Roget quis quid tibi cum illa*] Prius intulit, quam interrogavit. *Idem.*

Roget quis, quid tibi cum illa] Si distinguatur oratio eo modo quo edidimus, non opus erit ad duram illam et intolerabilem *ῥαπιδόεω* confugere, quæ nonnullis placuit. *Bæclerus.*

6 *Ut ibi manerem*] *Manerem* modo, non dormire, sed remanerem significat. *Donatus.*

7 *Et rem seriam velle agere mecum*] Scilicet, quæ non posset nunc agi, cum operetur. An rem seriam ma-

gis agendam tunc putabat, cum rem divinam fecisset? *Idem.*

Rem divinam, &c.] Veteres nihil agrediebantur serius, quin Diis prius sacra fecissent. *Farnabius.*

9 *Dolo malo hæc fieri omnia*] *Dolus* a lædendo dictus, id est, a dolando, id est, minnendo. nam et *δόλος* Græcè læsio dicitur, et *dolones*, tela quædam bellica, et *dolare* fabri, lignum est ascia cædere. Quod autem addidit *malo*, aut *ἀρχαίως* est, quia sic in duodecim tabulis a veteribus scriptum est, aut *ἐπίθετον* doli est perpetuum : aut diastole est, quia est bonus, quo a medentibus falli ægros, non tamen decipi, Lucretius Poëta testatur initio lib. iv. *Donatus.*

Dolo malo, &c.] Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Cic. Offic. l. iiii. et Topic. Erat etiam *dolus bonus* adversus hostem sc. vel latronem. *Farnabius.*

Accumbere mecum] *Mecum*, penes me significat. *Donatus.*

10 *Mihi sese dare*] Non potest magis significari profusa petulantia. *Id.* *Sermonem querere*] *Sermonem* querimus, quando non solum quod dicamus querimus, verum etiam quomodo alter nobis respondeat et obloquatur : puta cum deficientibus sermoncinandi causis, 'quota sit hora,' et, 'satis recte quis valuerit,' percontamur. *Idem.*

11 *Huc coasit*] Tanquam impndenter contenderit ad hanc inquisitionem. *Idem.*

Quam pridem pater mihi et mater mortui essent] Hoc propter ætatem puellæ inquisitum est. *Idem.*

Quam pridem pater mihi et mater mortui] Hæc ex argumento querit Thais. cujus consilium dum ignorat Chremes, meræ garrulitatis esse omnia existimat, qui error diligentissima suspicione tractatus, leporis habet non parum. *Bæclerus.*

Ubi friget, &c.] Ubi re aut verbis destituta, quasi cum nihil haberet

quod diceret. *Farnabius.*

12 *Jamdiu*] Jam olim. *Donatus.*

13 *Rus Sunii ecquod habeam*] Libri antiqui fere omnes, et quod haberem: quod magis consequens et præcedentibus et sequentibus verbis est. *Farnabius.*

Sunii, &c.] Promontorii Atticæ. supra act. 1. sc. 2. *Farnabius.*

Et quam longe a mari] Hoc ideo meretrix inquisivit, ut sciret, ntrum rapina prædonibus fulset: quippe ad mediterraneum locum, qui accessus esse potuit Piratis. Sed tamen non abhorret a suspitione hujus meretricis, quod et scire vellet cujus pretii fundum habeat Chremes: hoc est, quam amœnum, vel quam maritimum. *Donatus.*

14 *Sperat se a me avellere*] Bono usus est verbo *avellere*, tanquam a pertinaciter retinente. *Idem.*

16 *Quid habuisset, cum perit*] Cum, pro quando: aut cum periret. *Idem.*

17 *Hæc cur querit*] In gestu ac vultu id quod restat ostenditur. Nam deest, nescio. *Idem.*

19 *Hanc se intendit esse*] Proprie intendere, est crimen in adversarium jacere. *Idem.*

20 *Annos nata est sexdecim*] Tot ante nominaverat ex conjectura Chærea 11. 3. 20. *Bæclerus.*

21 *Majuscula est*] Diminutive dixit, ut ostenderet utramque esse primævam. *Donatus.*

22 *Misit porro orare*] Porro, pro postea. *Idem.*

Ut venirem serio] Utrum, ut venirem serio, an orare serio? *Idem.*

23 *Aut dicat quid vult*] Pro quid velit. In Hecyra, 'Ac vide quam immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata.' *Idem.*

Aut molesta ne siet] Aut hoc moraliter, (nam cui hoc imperat?) aut cum quo hoc agit. *Idem.*

24 *Heus, heus. hic quis est*] Hæc separatim pronuntianda sunt, nam apparet inter hæc verba pulsam

januam personare. *Idem.*

25 *Ego sum Chremes*] Vide quantum distet, ac varia sit hujus rusticitas, *Ego sum Chremes*: a faceta Meretricis disciplina. *Idem.*

O capitulum lepidissimum] Nam rusticum esse statim magis apparebit, ubi dixerit, *Rus eo*: et *ἑνοκλόμαται οὖν ΠΟΝΤΙΚΟΙ*. *Idem.*

26 *Dico ego mihi insidias fieri*] Blandimentum rusticus insidias putat. *Id.* *Dico ego, &c.*] Blandimenta rusticus insidias sibi structas auspicatur. Menander *τοῦτε τὰς γυνεῖδας δεδίκαται μέλιστα θεῖ "Ὅτ' αὖ περιπλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις*. *Farnabius.*

27 *Rus eo*] Pro potiore negotio rus posuit. et major negotio est, quam si diceret, 'Non huc venio.' *Donat.*

Rus eo. non possum inquam. nihil minus. malam in rem hinc abis] Vide, ut omnia rusticæ ferociæ apta fecit, cujus *παρὰσκευῇ* jam erat in illo: 'aut dicat quod vult, aut molesta ne sit, non hercle veniam tertio.' *Bæclerus.*

28 *Non possum, inquam*] Plus est, quam nolo. *Donatus.*

29 *Dum redeat ipsa*] *Ipsa*, vel domina, vel ipsa de qua agitur. *Idem.*

Nihil minus] Deest faciam. *Idem.*

30 *Malam rem / hinc ibis*] Hoc adverbialiter dixit: quemadmodum dicimus, 'Domum ibis.' Et apparet illum manu tactum esse, qui sic irascitur, quia dixit Pythias, 'Cur, mi Chremes?' quasi dicat, Cur mens sic indignatus est adolescens? nam ab eo quod est *meus*, vocativus mi facit. *Idem.*

31 *Amabo, ut illuc transeas ubi illa est*] Vide non esse otiosum, quod omnia prætenta sunt potius, quam res importuna fieret, ut ad Militis domum Chremes deduceretur. neque enim hoc conveniebat personæ Bæchiali: quoniam aut infacetum, et præter nsum, aut importunum: ideo hoc ipsum Doræ præcepit. *Idem.*

Ut illuc transeas ubi illa est] Ut brevem viam demonstraret, non eas, sed

transeas, dicit. *Idem.*

Amabo] Interjectio est amantis : sic verbum sonat. *Idem.*

SCENA IV.] Octonarii sunt catalectici. vs. 3. omnes : locus inventus, tempus consti. vs. 8. unus : quid hoc hominis est quid hic ornatus est. alter : quid hominis ? qui hic ornatus est ? Argentor. quid hominis hoc est ? quid hoc ornati est ? vs. 10. duo : sciscitarier. *Bæclerus.*

Hæri aliquot adolescentuli coimus in Piræo] In hoc proloquio insinuatio personæ ejus est, cui narraturus est Chærea, quæ a se post scenam facta sunt. Fit autem hoc populi causa, ut spectator auribus accipiat, quod subjicere oculis Poëta non potuit. *Donatus.*

1 *Hæri aliquot adolescentuli*] Bene inventa persona est, cui narret Chærea, ne nunc diu loquatur : ut apud Menandrum. *Idem.*

Hæri aliquot adolescentuli coimus in Piræo] Id quisque dicit quod lubuerit ; ipse vel invitis omnibus dicam scribendum esse, *Piræo.* Erit synizesis in fine. Cetera nugæ sunt. Aliud est convenire seu coire in forum, aliud in foro. Conveniunt in forum, qui extra forum sunt. Conveniunt in foro, qui, cum jam in foro sint, circum aut coronam faciunt in ipso foro. *Faber.*

Coimus] *Coimus*, consensus, ac pegimus : ne sit solœcismus. *Donat.*

In Piræo] Pro, in *Piræum.* *Idem.*

Hæri aliquot adolescentuli coimus, &c.] Respexit ad ἦθος adolescentum φιλόφρον καὶ φιλέταρον. illorum enim est, χαίρειν τῷ συζῆν. Hunc locum adducit Cicero Ep. ad Attic. vii. 3. laudans Terentium tanquam optimum Latinitatis auctorem, in quæstione Grammatica, quam Atticus moverat. De Ciceronis hac disputatione non inerudite quidem, sed intemperantissime more suo disserit Scioppius in Paradoxis literariis Ep. 3. *Bæclerus.*

Coimus in Piræo] Cicero ad Atticum l. vii. Epist. 3. legit, *coimus in*

Piræum, seque defendit quod scripserat ad *Piræa*, non *Piræum*. et quod Præpositionem addidisset. 'Non enim hoc,' inquit, 'ut oppido præposni, sed ut loco.' Erat autem *Piræum* portus et oppidum 40. ab urbe stadiis. *Farnabius.*

2 *Ut de symbolis essemus*] *Plautus* in *Menæchmis*, 'Minore nunquam fui dispendio.' Sed melius *Essemus*, producta e litera. *Donatus.*

Symbolis] Vide *Andriam*, act. i. sc. 1. 'Symbolam dedit.' *Farnabius.*

Essemus] *Commessaremur.* ἀπὸ συμβολῆς δεσπεῖν. *Eustat. Idem.*

Ei rei] Ut esset ἐρανιστής, συμποσάρχης, βασιλεὺς, ὀφθαλμὸς, θαλιαρχὸς, convivii curator, arbiter. *Idem.*

3 *Præfecimus*] Id est, συμποσάρχον fecimus. *Idem.*

Dati annuli] Nihil interim de scorto. apparet enim ephēbos esse. *Idem.*

Dati annuli] Συμβολὴν τὸν δακτύλιον δέδωκας, *Lucianus*, arrhæ loco. *Farnabius.*

Locus, &c.] Convivium constat ex rebus quatuor, si belli homunculi collecti sunt, si lectus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus, &c. *Varro* apud *Agellium* lib. xiii. c. 11. et *Horat.* lib. i. Epist. 8. *Id.*

4 *Præterit tempus*] Quia tempus constitutum est. *Donatus.*

Quo in loco] Quia locus constitutus est. *Idem.*

5 *Homo ipse*] Quia Chæream ei rei præfecimus. *Idem.*

6 *Ceteri dedere*] *Ceteri*, exceptis me atque illo. *Idem.*

7 *Quisnam hinc a Thaidæ*] Causa sciscitandi est admiratio de habitu commutato, et vix agnitus Chærea. *Idem.*

8 *Is est, an non est ? ipse est*] Vide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornato fallere, qui ab *Antiphone* vix agnoscitur. *Idem.*

Quid hoc hominis] Vide an longam narrationem possit audire, qui nondum amico narrat, et jam affectus

pendet. *Idem.*

Quid hoc hominis] Quod a Thaide ephebus exit. *Idem.*

Qui hic ornatus est] Quia Eunuchi veste indutus est. *Idem.*

9 *Quid illud mali est*] Quod timidus egreditur. *Idem.*

Quid isthuc mali] Verti debet: *Que diable est-ce-là?* Sic alibi, 'Quid malum,' &c. Baifius, eleganter: *Que diable est-ce? je m'en étonne, Et ne m'en puis trop étonner, Ny ne sçauroy qu'en deviner.* Faber.

10 *Quid sit sciscitari*] *Sciscitari*, est occulta magis et secretiora rimari, ac velle cognoscere. ut, 'Suspensi Euryphiliū scitatum oracula Phœbi Miltimus.' *Donatus.*

SCENA V. Satura est scena, Iambicis et Trochaicis Catalecticis et Acatoleoticis constans; varietate metri ad animi motus in Chærea congruente. vs. 3. omnes: *nunc est tempus profecto.* reliqua in hoc et seq. versu eo ordine, ut edidimus. nimium enim sibi permiserunt nonnulli in commutandis omnibus. vs. 5. omnes: *sed neminem hic curiosum,* &c. vs. 11. duo: *sensus ne satis es?* vs. 14. duo: *ut audias istuc.* vs. 15. omnes: *nempe ut opinor Thaidem.* vs. 18. omnes: *cum me ipsum n.* vs. 19. duo: *in hanc commotus sum.* duo: *illam scio si videris.* vs. 23. omnes: *tacitus sis, citius audies.* vs. 26. duo: *et viderem.* vs. 28. omnes: *adduxit.* vs. 47. duo: *et ventulum huic facito.* vs. 56. omnes: *quid tum?* CH. *quid tum fat.*

Ab initio hujus scenæ describitur exemplum *lætitiæ gestientis*, in qua est *leuitas*; sicut notat Cicero III. Tusc. 13. cui etiam dicitur *inania alacritas*, quando homo *alacritate* futili gestiens deliquescit. (IV. Tusc. 16. et 17.) 'Hæc lætitia quam turpis sit, satis est diligenter attendentem penitus videre. et ut turpes sunt, qui efferunt se lætitia tum, cum fruuntur veneris voluptatibus; sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt.' quod

iterum verbis Ciceronis dicendum putavi IV. Tusc. 32. *Bacclerus.*

Num quis hic est? nemo est] In hac scena, verba gestum vultumque indicant exeuntis: cui obvia persona objicitur, sed cujus occasione spectatoribus gesta narrabuntur. *Donatus.*

1 *Numquis hic est? nemo est.* *Numquis hinc me sequitur*] Duo metuit, ne quis obuius comprehensor occurrat: et ne quis sui persecutor existat. *Idem.*

Nemo homo est] Quamvis per *nemo*, homo intelligatur, tamen addidit *homo*, ut veteres solent, τῷ ἀρχαίω. *Idem.*

Homo est] Pleonasmus. Cicero, 'Nemo homo,' II. de Natur. Deor. 'Nemo nec homo, nec Deus,' I. L. de Nat. Deor. *Farnabius.*

2 *Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium*] *Erumpere*, quasi activum verbum posuit, pro neutrali: ut sit, *Licetne mihi erumpere hoc gaudium?* Aut *erumpere* quasi exire. *Mihi*, pro a me. *Donatus.*

Erumpere] Utrumne, *erumpere*, pro emittere posuit? An *erumpere* pro exclamare? ut *erumpere* vocem dicitur, qui exclamat. nam, *Pro Juppiter diciturus est.* *Idem.*

Erumpere, &c.] Cic. Epist. 3. lib. XVI. ad Attic. 'Ne in me stomachum erumpant, cum tibi sint irati.' *Farnabius.*

3 *Nunc est profecto*] Ordo et sensus hic est, *Nunc est profecto tempus*, cum perpeti me possum interfici. Hoc autem ear ipse dixerit, statim subjicit causam. *Donatus.*

Cum perpeti me possum] Animadvertendum est, quod si cum conjuncte legeris, quando significat: si separatim, dum significat. *Idem.*

Nunc est profecto] Fignrate, ac conjuncte lego sine disjunctione. *Idem.*

4 *Contaminet vita aegritudine aliqua*] Mire vitæ crimen ostendit: velut ipsa sit campus, possessioque fortunæ instabilis variorum. *Idem.*

5 *Sed neminem curiosam, &c.*] Apparatus ad intentionem futuræ narrationis dicitur. *Idem.*

Sed neminem ne curiosum] Testatum relinquimus ita esse in libro Bembino: ne quis unquam revocet in dubium. *Faërus.*

6 *Qui me sequatur*] Id cupit gaudens, quod tristibus molestum est, nam contra Menedemus gravatur narrare quæ dolet. *Donatus.*

Obtundat] Odiose instet ac repetat, molestus et odiosus sit. *Idem.*

Enecet] Εὐφραδέως quam enicet. *Idem.*

7 *Quid gestiam*] Deest querens: ut sit, rogitando obtundat et enecet, querens quid gestiam. *Gestire*, est motu corporis monstrare quid sentias. Constat autem, a pecudibus ad homines esse translatum. *Idem.*

Quid gestiam] *Gestire* proprie est, sensum corporis gestu indicare: quod magis brutorum est animalium. Virgilius, 'Et studio incassum videas gestire lavandi.' *Idem.*

Aut quid latus sim] Propter quid. *Idem.*

Quid gestiam? quid latus sim] Hinc sumsit Cicero appellationem 'lætiæ gestientis,' qua delectatur. *Benclerus.*

Gestiam, &c.] *Gestire* est, animi affectum gestu corporis indicare. *Farnabius.*

Unde emergam] Proprie dixit *Emergam*, ut ex lustris atque inhonestis locis, utpote meretricis domo. Cicero, 'At ne tum quidem emergisti lutulente Cæsoni ex miserrimis naturæ sordibus.' *Donatus.*

8 *Vestitum hunc nactus*] Bene *Nactus* dixit: ut qui non sumeret, nisi suasisset hæc occasio. *Idem.*

9 *Adibo: atque ab eo gratiam, &c.*] Sensus et ordo hic est, Adibo, atque ab eo gratiam hanc inibo. *Gratiam inire*, est dare beneficium, ac per hoc alicujus inire gratiam, id est, amicitiam. sed hæc est elocutio, *Gratiam*

ab eo inibo, pro, ejus gratiam merebor, Nam *ab eo* amat Terentius pro *ejus* ponere: ut in Andria, 'Hæc primam animadvertenda ab eo injuria est.' Id est, ejus injuria. *Inire autem gratiam*, est mereri gratiam. Plautus: 'Iniet tamen solidam et grandem gratiam.' *Idem.*

Ab eo, &c.] Gratiam hæc ejus demerebor. *Farnabius.*

10 *Quid est quod sic gestis*] Faceto repetit verba ejus interrogationis, ut sciat se jampridem esse præsentem. *Donatus.*

Quid sibi hic vestitus quarit] Faceto et figurate dictum est, sic et alibi, 'Ut perscatis quid sibi Eunuchus velit.' *Idem.*

Quidve sibi hic vestitus quaris] Disjunctionem aliqui libri nullam habent. aliqui vero hoc modo, *aut quid sibi*. in nullo est, *quidve*: ut in impressis. *Faërus.*

11 *Quid est quod latus sis*] Vide aliud esse *gestire*, aliud *latus esse*. *Donatus.*

Quid tibi vis] Πῶς γὰρ, Quid mihi velim. *Idem.*

Satin' sanus] Πῶς γὰρ, Sanus sim, an insaniam? *Idem.*

Quid me aspectas? quid taces] His duabus interrogatiunculis descripsit vultum dicturi. *Idem.*

12 *Quid aspectas? quid taces*] Observa, quantus artifex sit Poëta noster, in describendo et ob oculos ponendo immodico illo affectu, quo elatus levitate adolescens, inanique lætitiæ exultans et temere gestiens suo animo morem gerit. ante desideravit, cui narraret fortunas suas. nunc voti compos, non statim sermonem expedit præ magnitudine exundantis lætitiæ. dum erumpere querit affectus, se moratur ipse. Antiphonis personam adducit poëta, cui hæc narrarentur: juvenem et familiariter notum ad juvenilem et familiarem auscultationem. finge aliam personam, cui narraret ista. non posset narratio ta-

lis esse, qualem Poëta hic argumenti ergo esse voluit. *Bæclerus.*

O festus dies hominis! Amice! salve! Decet a salutatione incipere luculente dicturum. Illum autem verisimile est, et percussum re nova, et audiendi cupidum, immemorem extitisse salutandi. *Donatus.*

O festus dies] Utrum quia causa est festi ac læti diei? an quia ipse tantus sit, quantus est festus dies? *Idem.*

O festus dies hominis] Pro, homo festi diei. Sic dicitur enim 'æcelus homo.' Eunius, 'O pietas animi.' *Idem.*

O festus, &c.] O homo fauste, mihi optatissime, tanquam sis mihi festus dies. Plaut. in Casina, 1. act. 1. scen. 'Sine, amabo, te amari, meus festus dies.' apud quem feriari mihi licet. *Farnabius.*

13 *Quem ego magis nunc]* Bene aditum *Magis.* ut his amicis se antepositum intelligat, quos cum optet videre Chærea, tamen enim magis, adeo ut aliis amicis antepositum neminem cupiat. *Donatus.*

14 *Imo ego te obsecro hercle ut audias]* Bonum compendium, ne multa diceret ad commendandum, ut solet, narrationem futuram. *Idem.*

Imo te obsecro hercle ut audias] Bene contulit verba: ut ex his appareat, quid agere velit. Ille dixit *Quæso, hic Obsecro.* *Idem.*

15 *Nostin' hanc, quam amat frater]* Quæritur an verisimile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater ipse nesciverit. Sed intelligere debemus, modo notitiam non vultus, sed famæ positam esse: quam famam potuit ex Phædria et Antipho scire. At vero aliam notitiam negaverat Chærea sibi fuisse cum Thaide, hoc est, visus, vultus, oris, et corporis. *Idem.*

Novi; nempe, opinor Thaidem] Verisimile est hæc scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chæreæ. Et est ordo hic; Novi, nempe, opinor, *Delph. et Var. Clas.*

Thaidem. Idem.

Opinor, Thaidem] Optime et ab illo tacitum, et ab hoc nomen ablatum est; ut appareat quam noverit, et quam possit assequi quæ dicentur. *Idem.*

17 *Faciem prædicem, aut laudem]* *Prædicamus,* ut res sunt: *Laudamus* extollendo. Vel *prædicamus* voce: *Laudamus* argumentis. *Idem.*

Quid ego ejus tibi] Ordo hic esse debet, *Quid ego ejus tibi nunc faciem prædicem aut laudem, Antipho?* in hac commotus sum: cum me ipsum noris, quam elegans formarum spectator siem, ut sit sensus, In hac commotus sum: ille scilicet, qui, ut scis, formas solet eligere, ac fastidire pro merito. *Idem.*

18 *Quam elegans formarum spectator siem]* Elegans spectator est, qui sit cunctantis et fastidiosi judicii: cui non quid placet facile. *Idem.*

Spectator] Probator: ut pecuniæ spectatores dicuntur. *Idem.*

Formarum, &c.] Formarum explorator, probator, *δοκωαορής.* sumptum volunt a triumviris monetilibus ad quos nimmi spectandi deferebantur. *Farnabius.*

19 *In hac commotus sum]* Non est consequens: esset autem, si diceretur. In hac commotum me scias. Erit ergo ordo, et sensus qui supra. *Donatus.*

Primum dices, scio] O fiduciam elegantæ, et de alienis oculis judicare. *Idem.*

Primum, &c.] Nulli secundam. præ qua reliquæ mera sunt 'Pithecia et spinturnicia.' Plaut. Mil. iv. act. 1. sc. *Farnabius.*

20 *Quid multa verba? amare capi]* Ordine egit. nam prius est, commoveri: inde amare. Et bene non ante dicit, quid aggressus fuerit, nisi amoris mentione prælata: quo cogente nihil est infectum cupientibus. *Donatus.*

22 *Submonuit]* Leviter monnit et recte, quia arripui dicturus est. Et

Terent.

4 I

totum optime: nam ut non erat boni adolescentis, hanc technam reperire: sic ab illo repertam, fuit plane veri amatoris arripere. *Idem.*

23 *Tacitus citius audies*] In oratione solemus corripere extra ordinem percontantes. Et bene celeritatem promisit, qua facile tenetur auditor. Et mire, tanquam sola interrogatio moræ sit. *Idem.*

24 *Et pro illo jubeam me illuc ducier*] *Jubeam* amico dixit, tanquam inter honesta sit, quod utile sit. et turpe factum plerumque perseverante impudentia relevatur. *Idem.*

25 *Quidnam ex ea re tandem*] Transit a reprehensione facti, ad causam ipsius facti. *Idem.*

26 *Viderem, &c.*] Supra act. III. sc. 3. *Farnabius.*

27 *Num parva cauea, aut parva ratio est*] Sic illata interrogatio est, quasi ad hanc annuere, et vultu consentire Antipho sit coactus. *Donatus.*

28 *Lata vero ad se abducit domum: commendat virginem*] Apponam *Donati* elegantem annotationem, sed in fine corruptam: 'Omnia mire: quod *lata*, quod *abducit*, quod *domum*, quod *commendat virginem*. Specta singula, et mirare virtutem Poëtæ. hic enim commendandus est locus, erroris initium continens apud Thaidem convitium.' Nihili est: *apud Thaidem convitium*. itaque lacunam hic fecerunt ante *convitium*. Sed veteres libri nihil tale ostendunt. An nefas fuerit legere? *hic enim commendandus est locus, erroris initium continens, apud Thaidem convitium*. hinc erroris initium quod in familiam Thaidis pro Ennucho venit Chærea, et in convictum virginis, qui ante describebatur; *ut una esset cum ea*. nam is convictus ad virginem referendus est, quo potitur Chærea apud Thaidem sive in Thaidis domo. *Bæclerus.*

29 *Tibi ne*] Non interrogat, sed miratur. *Donatus.*

Satis tuto tamen] Quid hic facit

tamen? Utrum hoc? etsi meretrix, tamen satis tuto agit. An? etsi Chærea, satis tuto tamen: quia nullus accedet alius. *Idem.*

Satis tuto tamen] *Æque* ac, 'ovem lupo,' infra act. v. sc. 1. *Farnabius.*

30 *Edicit*] *Edicimus*, jubemus: vel jure dicimus. *Edicta* enim Imperatoris sunt. *Donatus.*

Et mihi, ne abscedam, imperat] Certe nullus vir accedit. *Idem.*

31 *Maneam solus*] *Romaneam*, perseveremque in loco, ac per hoc sim miser, utpote dono datus, et serviens meretrici. et est *elporela*. *Idem.*

In interiore parte ut maneam solus cum sola] Dum diligentiam mandantis videtur signare, *scopus* *elporela* occulte miscet. ut mox; 'adhortor properent.' *Bæclerus.*

32 *Terram, &c.*] Pudoris signum et verecundiæ. *Farnabius.*

Ego, inquit, ad cenam hinc eo] *Μίμνος*, ad imprudentiam mulieris exprimendam, quæ hoc die erit secura de custode Ennucho. *Donatus.*

33 *Abducit secum ancillas*] Memoriter: nam dixerat abiens, 'Vos me sequimini.' *Idem.*

Pauca, quæ circa illam essent] Relictæ nonnullæ, ut lavari possit ea virgo, quæ sub vitii hujus occasione nuptura est. Hoc enim totum sic inducit Poëta, ut non abhorreat a legitimis nuptiis, in ea præsertim quæ uxor futura est. *Idem.*

Manent] Pro remanent. *ἐπαλποῦς*. *Idem.*

34 *Novitia puella*] *Ἀδελφῆς*, novitia, et puella. *Idem.*

Continuo hæc adornant ut lavet] *Hæc* pluraliter, pro *hæc*. ut in *Phormione*, 'Hæc illæ erant itiones.' *Adornant* autem, ex medio significato, pro *apparant*. *Idem.*

Adornant, ut lavet] Ita *Plautus* *Rudente* IV. 6. 2. 'Adorna ut rem divinam faciam.' *Bæclerus.*

Hæc, &c.] Antiquis moris erat, ut singulis diebus lavarent; hinc tot

balnea publica et privata. alii hæc. al. adornant ut hæc lavet. Farnabius.

35 *Dum apparatur, virgo in conclavi sedet*] Impersonaliter dixit. et *dum apparatur*, pro *dum apparetur*: et *sedet*, pro *sedebat*. Donatus.

Virgo in conclavi sedet] *Conclave* est separator locus in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa et cubicula clausa sicut adhaerentia triclinio. *Idem*.

36 *Suspectam tabulam quandam pictam*] Bene. accedit repente pictura ad hortamenta aggrediendæ virginis: ideo quia non ad hoc venerat Chærea, ut continuo vitaret puellam, sed ut videret, audiret, essetque una: cum nihil amplius cogitaret, ausus, incitatusque dum picturam cerneret. *Id.*

Tabulam, &c.] Aptam domo meretricis tabulam, in qua Jovis amores, puellæ aurea dona. *Lege Propert. l. II. Eleg. 6. Farnabius.*

Ibi inerat pictura hæc] In præfatione diximus, Poëtam hic *κωμωδεῖν* fabulas de deorum flagitiis, eademque opera ostendere meretricio potius cubiculo quam honestis palatiis ante ædibus dignas esse ejusmodi picturas, moribus noxias, sicut et virginis et Chæreae exemplo, insigni prorsus arte, declaratum voluit: quasi et virgo intacta et casta, vel aspectando hæc talia oculis incestare cœperit. quæ quasi *οικονομική παρασκευή* est ad infortunium puellæ. nam Chærea inflammato ad libidinem animo citra ambages, argumentum et auctoritatem percandi hinc arripit. Propterea illud huc pertinet Eleg. II. 6. 'Quæ manus obscenas depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia visa domo, Illa puellarum ingenuos corruptit ocellos, Nequitiaque suæ noluit esse rudes.' Unde Poëta noster honestæ domui nunquam talem picturam tribuisset; quæ inter meretricias illecebras, ut genus instrumenti domestici, hoc loco ponitur; Donatus *περιεργόμενον* explicat. Vide

Lindenbrogii annotationem. *Bæcler.*

Jovem quo pacto] Mira inventio, quæ hæc pictura domui meretricis adhibetur, adversus omnium pudicitiam amorem, contra parsimoniam, contra dignitatem, contra pudicitiam. *Don.*

37 *Misisse aiunt*] Bene aiunt: et quia fabula est, et quia tam turpis Jovi, quam apta meretrici. *Idem.*

Quo pacto Danaæ misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum] Quæ aptior pictura domui meretricis ad amatorum illecebras quam hæc, quæ exemplum continet amoris, et amoris puellæ, et amoris ad Jovem pertinentis; et amoris non gratuiti, nec parvi propositi, sed auro in gremium fluente venalis? Tum quod in gremium Danaæ etiam ipsæ Joviter, ut splendidus imber, illabitur: nonne videtur meretrix dicere adolescentulis, illam corporis partem auctore Jove velint inauratam fuisse? *Idem.*

Imbrem aureum] Non rorem vel pluviam, sed *Imbrem* addiderat. o avaritiam meretricis! *Idem.*

Misisse, &c.] Fabricius ait, in codice Ms. invenisse se *misxisse*. hinc autumat *misxisse* scribendum. dictam autem ex imitatione Pindari in Isthmiis: *χρυσὴν μεσονύκτιον Νηφόρτα δεξαμένη τὸν φέροντον θεῶν*. Farnabius.

38 *Egomet quoque id spectare carpi*] Moris est ad id oculos vertere, quod videmus: et eum quem aspicimus, intueri. *Donatus.*

Luserat] Nequiore sensu, ut Græce *παίζων*. Farnabius.

39 *Jam olim ille ludum*] Bene, non scelus, sed *ludum* dixit. *Donatus.*

Impendio] Id est, magis magisque luserat. Et *luserat ludum*, ut, 'Hunc oro sine me furere ante furorem.' figura *ἀρχαῖος*. *Idem.*

40 *Deum sese in hominem convertisse*] Philosophice nunc Terentius demonstravit, quam cladem moribus hominum, et civitatibus afferant signenta Poëtarum, cum exempla scelerum afferant peccatoris. *Idem.*

Deum sese in hominem convertisse] Utrum quia Iuppiter humana forma aurum infundens pictus erat in tabulis, non pro Jove aurum? an in hominem, id est, hominis audaciam atque flagitia? *Idem.*

In hominem convertisse] In humanis sensus. in imbrem enim se aureum convertit, non in hominis formam. *Farnabius.*

Atque per alienas tegulas] Hic apparet Jovem separatim, separatim aurum fuisse pictum. *Donatus.*

In alienas tegulas] Satis comico characterē locutus est, et presso stylo. *Idem.*

Atque per alienas tegulas venisse clanculum per impluvium fucum factum mulieri] Ex libro Bembino et Victoriano lego, *atque in alienas.* ut sit ordo et sensus, ad faciendum fucum mulieri per impluvium. versus autem, qui est octonarius iambicus, stat, si ex per elidas r, ut sæpe. *Faërnus.*

41 *Venisse clanculum per impluvium]* Hæc omnia non ut difficilia facta, sed ut humilia, et Jove indigna proferuntur, ut merito sequatur, 'Ego homuncio hoc non facerem,' quod non solum non Jovi, sed ne homini quidem, nisi furi, aptum erat? *Donat.*

Venisse, &c.] Ut faceret fucum virgini; est autem fucus herbæ genus, tingendis lanis utile. unde pro artificioso ac adulterino colore usurpatur. Sunt qui *furtum* legunt, amoris sc. illicitum gaudium. *Farnabius.*

Fucum factum mulieri] Id est, ut fucum faceret, hoc est, insidias et fraudem. *Fucum,* astutam fraudem: et *mulieri,* pro, *fæminæ.* *Donatus.*

Fucum factum mulieri] Engraphius: 'Fucum factum mulieri. fraudem scilicet. sunt enim cum fraude, quæ fucos videntur infecta.' cui loco *παράκλητος* est ille Quintiliani XII. 10. 'Lana tincta fucis citra purpuram placet; at si contuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait.' *Bæclerus.*

42 *Qui templa cæli summa sonitus concutit]* Ab auctoritate personæ, ut sit in exemplis. *Donatus.*

Qui templa cæli summa, &c.] Versus ex aliquo veterum, Ennio fortasse. Est autem granditatis Tragicæ, ut per oppositionem duorum generum res crescat. Optime et Baifus; nam id et pulcre odoratus est quod dico: *Mais quel Dieu? Ce Dieu Roy des Dieux Qui des plus hauts temples des cieux Hoche le plus orgueilleux faiste D'un seul éclat de sa tempeste.* Ceterum templa sunt vasta spatia, ut Acheruntis templa, &c. quæ nos olim ad Lucretium. *Sonitu* est *tonitru.* Hic vero nequeo præterire locum insignem, quem olim apud D. Augustinum legi lib. II. de Civitate Dei cap. 12. ubi Terentianum istud dictum in animo habens sic scribit, per apostrophē ad Scipionem: est certe locus egregius: 'Itane tandem, Scipio, laudas hanc Poëtis Romanis negatam esse licentiam, ut cuiquam opprobrium infligerent Romanorum, cum videas eos nulli deorum pepercisse vestrorum? Itane tibi pluris habenda visa est existimatio vestræ curiæ, quam Capitoli, imo Romæ annus quam cæli totius; ut linguam maledicam in cives tuos exercere Poëtæ etiam lege prohiberentur; et in deos tuos, securi, tanta convicia, nullo Senatore, nullo Censore, nullo principe, (intelligit principem Senatus,) nullo pontifice prohibente, jacularentur? Indignum (imitatio Virgil. in Georgicis) videlicet fuit ut Plautus aut Nævius Publio aut Cneo. Scipioni (lego, *P. Cornelio Scipioni*), aut Cæcilius M. Catoni malediceret: et dignum fuit ut Terentius vester flagitio Jovis optimi maximi adolescentium nequitiam concitaret?' Hæc vir sanctissimus. *Faber.*

Templa cæli] Sententia tragica: sed de industria, non errore. *Donat.*

Sonitu concutit] *Παράκλητος* de Ennio. *Idem.*

Templa, &c.] Παράδεια ex Ennio. Lucr. l. vi. 'Terrifico quatiunt sonitu cœlestia templa.' Idem lib. ii. 'Cœlique serena Concantiant sonitu.' *Farnabius.*

43 *Ego homuncio hoc non facerem*] Oratorie. ut Jovem extulit, ita detraxit sibi: ut puta, Ille est Dens, et magnus: ego non homo, sed homuncio. *Donat.*

Ego homuncio hoc non facerem? Ego vero illud feci, ac lubens] Mihi certum est errorem hic esse. Lege, *ego vero illud faciam*; nam quo tempore id apud se reputabat, nil fecerat, unde et addit: 'Dum hæc mecum reputo,' &c. Dein, quomodo ille nugator inferius ab altero peteret, quid tum postea? jam ipsam rem dixisset. *Faber.*

44 *Dum hæc mecum reputo, accersitur lavatum*] Servavit ordinem nuptiarum: et proprio verbo quasi de nuptura dixit. *Donatus.*

Hæc dum mecum reputo] Scribe ob metrum, *Dum hæc mecum, &c.* Sic in optimis editionibus. *Faber.*

Accersitur] Ut alibi, 'Quam mox virginem accersant.' Nam ipse illam est habiturus uxorem. *Donatus.*

Dum hæc mecum reputo] Mendosa est *Donati* annotatio: 'Hic ostendit, non sibi primum hæc nunc in mentem venisse, sed tunc etiam cogitata, cum nondum esset in domo meretricis.' et quando fuit ante in domo meretricis, quam nunquam viderat, aut ubi habitaret, norat? sicut docent quæ præcesserunt. Lege ergo: *eum non (aut nondum) esset in domo meretricis.* *Bæclerus.*

45 *It, lavit, redit*] Συνοψα, qua solet, nititur. *Donatus.*

Deinde illam in lecto illa collocant] Vide an aliquid deest legitimis nuptiis: nam et ipsum verbum *collocant* proprium est, et adscribitur pronubis. *Idem.*

In lecto, &c.] A balneis in lectum se recipere moris erat, ut se reficerent a lassitudine et sudore. *Farn.*

46 *Sto expectans, siquid mihi impendent*] Ἐσέπρωτα. Non enim dixit *stabant.* *Expectans,* desiderans. Et mire omne tempus executus est salva veritate, in qua Virgilius negligens invenitur: cum post occisum Mezentium, non facta noctis mentione, statim intulit, 'Oceanum interea surgens aurora reliquit.' *Donatus.*

47 *Cape hoc flabellum*] Præclare non sensum, sed verba ipsa per μύησιν induxit, per quam puellaris error exprimitur. *Idem.*

Cape hoc flabellum, et ventulum huic sic facito] Quam particulatim, cum qua diligentia et δεικνύς jubet, quasi novitio et imperito? *Idem.*

Ventulum huic sic facito, dum lavamur] Demonstrativum, et gestu explicandum. *Idem.*

Et ventulum huic] Conjunctio et non est in antiquis libris, Bembino et Victoriano; quæ et majore gratia abest. *Færnus.*

Ventulum huic sic facito] Vide Scaligeri annotationem in Conjectan. Varron. de phrasi; de re ipsa Casaub. ad Sueton. 82. ubi copiose mos ille *ventilandi* explicatur. *Bæclerus.*

Flabellum, &c.] Cujus usus erat, ut astans aliquis ventulum faceret; simul refrigerandi causa et abigendorum culicum et muscarum. Παρά βόστροχον αἶραν, αἶραν, 'Ἐλένας, 'Ἐλένας, εὐπαγεῖ κύκλῳ πτερίνῃ πρὸ παρηίδος αἰσῶων. Enrip. Orest. *Farnabius.*

48 *Ubi nos laverimus*] Vide nsum verbi tam cito variatum, 'Dum lavamur:' et 'Ubi laverimus.' *Donatus.*

Si coles, lavato] Quasi satisfaciens est, cum solum illum relinquant cum virgine. *Idem.*

Accipio tristis] Id est, tristi similia: ut, 'Namque ut conspectu in medio turbatus inermis Constitit.' *Idem.*

Accipio tristis] Bene *Tristis*, tanquam aliud magis vellet, hoc est, lavare, aut ludere: metuit enim ne quod cupit, prodatur gaudio. *Idem.*

49 *Os tuum impudens*] Licet jocanti et amico convitium jocunde facere. *Idem.*

50 *Qui esset status*] *Statura* corpori adscribitur: *Status* ad habitum refertur. Ergo *status* est *σχήμα*: *statura*, longitudo corporis. *Idem.*

Te asinum tantum] Quia hoc ministerium delicatarum servorum est. *Idem.*

51 *Omnes prouunt se*] Verbo neutrali quasi activo usus est. *Idem.*

Prouunt se] Sic Adelph. act. III. sc. 2. 'ceteros ruerem.' Active. *Farnabius.*

52 *Ubi absunt*] *Ubi*, et temporis et loci potest esse. *Donatus.*

53 *Interea somnus virginem opprimit*] Utpote compressam somno, et oblectatam flabello, atque ab Eunuchio nihil metuentem. *Idem.*

Ego limis spectro] *Limis*, si nominativus singularis est, transversus significat: si septimus pluralis, deest oculis. Nam *limis*, est transversus: unde *limen* dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibusque transversum est. Quum igitur dissimulant homines se videre quod vident, et non recta facie, sed transversa intuentur, *limis* dicuntur *aspicere*. Id.

Limis spectro] Cum *limi* dicantur obliqui generaliter; hoc tamen de oculis dicitur. *Idem.*

Ego limis spectro] Subaudi *oculis*. non quidem *conjunctis ad flabellum*, ut aliqui apud Eugraphium explicant; sed *paululum tortis*, ut alii melius, quos *limos oculos* amatoribus vindicat Lindembrogius ad h. l. *Bæclerus.*

Limis spectro] Ex obliquo, transversa tuentibus oculis, et *limis*. *Farnabius.*

54 *Sic per flabellum elanculum*] *Sic deueniendū* est, et necessario additum. nam et *limis*, et *per flabellum*, sine demonstratione parum intelligitur. *Donatus.*

55 *Pessulum ostio obdo*] Scilicet ut amoveret arceretque auxilium Virgi-

nis. *Idem.*

56 *Quid tum fatue*] Quid enim præter vitium superest, ubi amator est adolescens, et virgo dormiens et inclusa? Grate explicata narratio est, quam audientis curiositas finit, et cujus in extrema parte major attentio est. *Idem.*

Quid tum fatue] Antiqui libri bis habent, *quid*; quæ particula geminata necessaria et versui videtur et sensui: interrogat enim Chærea Antiphonem, cur *quid tum* interrogarit, qui per se ipse poterat quid secutum esset, conicere. lego ergo hoc modo: *Quid, quid tum? fatue*. quasi dicat, quid sibi vult tuum istud, quid tum? *Faërnus.*

Fateor] Me fatuum qui hoc quæsierim, subauditur. *Donatus.*

An ego occasionem mihi ostentatam tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam, amitterem] Vide quanta dixerit: non voluntatem, sed occasionem: non animadversam, sed ostentatam: non hanc, sed tantam: non angustam, sed brevem: non appetitam, sed optatam: non repentinam, sed insperatam. Et bene *insperatam*: aliud enim sibi promiserat; ut supra diximas, non quod pictura occasioque persuasit. *Idem.*

58 *Tum pol ego is, &c.*] Eunuchus scil. *Idem.*

Qui simulabar] Id est, Eunuchus. *Farnabius.*

59 *Sane hercle ut dicis*] Deest, ita est. *Donatus.*

Sed interim de symbolis quid actum est] Bene memor est personæ, quam induxit Poëta, per hanc interrogationem. *Idem.*

Sed interim de symbolis] Παροµῶδες, ἀλλὰ περ τοῦ χοιρίδιον. *Idem.*

60 *Frugi es*] Utilis et necessarius: ut fruges humano generi. *Frugi* est ergo, in quo est aliquid quo fruamur, id est, ntamnr. *Idem.*

Ubi? domine] Satisne inepte hic nonnemo dubitat in hunc modum?

‘Mirum est, Antiphonem quærere de symbolæ loco, cum scena præcedenti dixisset, locum constitutum. quare Chærea mutasse locum debuit, quod vacare iis mandandis non posset, quæ domi factæ opus fuissent, et ea liberti Disco commississe.’ Mirum certe foret, Antiphonem non quærere de loco, cum scena præcedente dixisset; ‘quo in loco dictum est, parati nihil est.’ Quando ergo nunc Chærea dicit, *paratum* esse, necesse fuit alio loco paratum intelligeret Antipho, quam in eo, qui *constitutus* ab initio fuerat, et in quo *nihil parati* viderat, cum inde jam veniret. *Bæclerus.*

61 *Sed tanto citius properemus] Properamus* dixit, pro ambulemus. *Donat.* *Muta vestem]* Hæc *ολκωρύχα* est ad id, quod in domum Thaidis rediturus est Chærea. *Idem.*

62 *Ubi mutem]* Vultu ostendit, quod subaudiatur *nescio*. *Idem.*

Nam domo exulo] Deest *Prope*, aut *Veluti*: ut sit, *Prope* jam exulo. *Exulo* duobus modis dicitur: et de loco in quo exul est, et de loco ex

quo ejectus est. *Idem.*

Nunc metuo fratrem] Causas ostendit, cur domo penitus veluti exulet. *Idem.*

63 *Pater ne rursus redierit]* Præparatur jam interventus senis: et est *ῥεῖψα* ad superiora, nam et hic *metuo* est subaudiendum. *Idem.*

62. 63 *Metuo fratrem Ne intus sit: porro autem pater ne rursus redierit jam]* Nam ad fratris injuriam pertinebat hoc facinus, quasi is pro Eunucho adolescentem subornare, eaque re illudere muneris specie Thaidi voluisset. Patrem autem indicium varietatis vestis ad vestigia sceleris inquirendi deducturum erat. Utramque *ὑποουνομήτρας* ad ea, quæ sequuntur. *Bæclerus.*

64 *Ibi proximum est]* Hoc est domus mea. *Donatus.*

Recte dicis. Eamus] Ipsa verba quodammodo festinationem sonant. *Idem.*

65 *Quo pacto porro]* Porro, postea, deinceps. *Idem.*

ACTUS IV.

SCENA I. Hæc quoque satura est, e Trochaicis et Iambicis octonariis acatalecticis et catalecticis, et Senariis. vs. 3. *Mas*. nostri duo omittunt *τὸ Chremes*. vs. 4. omnes ut ed. vs. 8. omnes, *incipit*. unus præmittit *illo*. vs. 12. duo: *miles tendere in iurgium*. vs. 14. unus: *signum*. *Bæclerus.*

Ita me DI bene ament] Ea persona *quæsitæ* est, quæ *terribilem* credat militem: ut eo magis in experiendo *vanus ac ridiculus esse possit*. *Donatus.*

1 *Ita me DI bene ament]* Hoc loco quid post scenam gestum sit, hoc est, in convivio militis, ancilla demonstrat: ut jam quæ in proscenio agantur, ex his possimus agnoscere. *Idem.*

Ita me dii bene ament] In contextu libri Bembini et in aliis plerisque l. a. Terentii et Donati, non est dictio,

bene. utroque modo versus est trochaicus acatalecticus, sequens vero catalecticus: tertius est octonarius iambicus: quartas trochaicus tetrameter acatalecticus, correpta prior syllaba in dictione, *illum*, et *ille*, per elisionem unius l. quintus et sextus generis ejusdem: reliqui trochaici catalectici. *Færnus.*

Ita me dii ament, &c.] Ad narrandum, quæ in convivio militis gesta sunt, inducitur persona, ‘Quæ *terribilem*,’ &c. quod bene *Donatus* annotat. *Bæclerus.*

Quantum ego illum vidi] Metus ob oculos ponit ea, unde metuitur. ancilla hæc *terribilem* sibi accidisse militis vultum gestumque recordatur, indeque ex iurgii ferocia, turbam; ex turba vim, muliebriter progressa

metuendo ominatur. itaque mira vis et copia est in verbis: 'Ne quam ille hodie insanus turbam faciat aut vim Thaidi.' *Idem*.

Ne quam ille hodie insanus] *Ilum*, et *Ille insanus*, sic effertur, ut omnibus insuavis miles esse noscatur. *Donatus*.

Ille hodie, &c.] Thraso, importunus, insuavis, furiosus, propter Chremetem, quem sibi rivalem adductum credebatur. 'Possem rivalem non ego ferre Jovem.' Tibullus. *Farnabius*.

3 *Nam postquam iste advenit*] Instanter admonet, qui scilicet sit Chremes. *Donatus*.

4 *Militem rogat*] Et hoc quasi de odioso Militem dixit, non Thrasonem. *Idem*.

Continuo irasci] Ut rivali. *Idem*.

5 *Neque negare audere*] Ut amicæ poscenti. *Idem*.

Instare ut hominem invitet] Vide impudentiam Meretricis. primum petit ut jubeat eum admitti: postea ut invitet, quod est majus. *Idem*.

6 *Id faciebat retinendi illius causa*] Admonet spectatorem, ne existimet alteri rivali injuriam fieri Phædræ. Et simul est hic *πρωταρκενῇ* virginis agnoscendæ. *Idem*.

8 *Invitat tristis*] *Tristis*, invitatus, non libenter. Ut e contrario Virgilius, 'Vobis lætus ego hunc candentem in littore taurum Constituam ante aras, voti reus.' Et, 'Accipio tristis,' eodem modo. *Idem*.

Mansit ibi] Adolescens scilicet. Et *Mansit* pro remoratus est. id est, acubuit, nec recessit, *mansit* significat. Simile est, *Mansit*, passus est. Sic *Chremes mansit*, immoratus est, conviva necessitate discessit, accipiens est. *Idem*.

Sermonem occipit] *Sermonem*, colloquium dicit. *Idem*.

9 *Adductum æmulum*] Plus dixit *Adductum*, quam *Admissum*: et simul quia videbat furibundum Chremem, et totum crimen revocat ad Thaidem.

Et hæc est causa, cur a Milite in ejus domo nullam rixam patiatur Chremes. *Idem*.

10 *Huic ægre*] Huic Thaidi, non adducto. *Idem*.

Heus, inquit, puer] Hic ostenditur, quod supra apparatus est. *Idem*.

Pamphilam accerse] Non *provoca*, sed *accerse*: quia non est aptum militi. *Idem*.

11 *Ut delectet hic nos*] Quasi dicat, quod hæc non facit. Sed delectare, fidicinæ est: quia supra de illa dixerat, 'Et fidibus scire.' Et bene hic, quasi insuaviter nunc tractemur. *Idem*.

Ille exclamat] Non *respondit*, inquit: sed *exclamat*. *Idem*.

Minime gentium] Hoc magis mirum, *minime gentium*, quam *nuquam gentium*. *Idem*.

12 *In convivium illam*] *Ἐμφωτικὸς*. ut *Cantando tu illam*? *Idem*.

Illam] Deest, *accersas*: et est figura *ἀποστροφῆς*. *Idem*.

Tu' in, &c.] Cic. accusatione in Verrem: 'Quæso, inquit Rubrius, Philodame, cur ad nos filiam tuam non intro vocari jubes? tum ille negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.' Demosth. idem in oratione de Pyrrhi cujusdam hæreditate. Item Varro apud Nonium, v. Acerbum, 'Virgo de convivio abdicatur ideo, quod majores nostri virginis acerbæ anres Veneris vocabulis imbui noluerunt.' *Farnabius*.

Miles tendere] Proprie dixit *tendere*. quod significat pertinacem contentionem. Virgilius, 'Vasto certamine tendunt.' *Donatus*.

Inde ad jurgium] Subauditur, *ventum est*. *Idem*.

Miles tendere. inde ad jurgium] Ita *Donatus* distinguit, et explicat: *scilicet, ventum est*. *Bæclerus*.

13 *Interea aurum sibi clam mulier demit*] Ne aurum pro virgine, quod retinebat, amitteret: vel *aurum demit*, ut esset ad fugam expeditior, vel ad

rixam. Et opportune mulierem dixit, non *Thaidem*: ut ostenderet matritiam sexus. *Donatus*.

Interea aurum sibi clam demit mulier] Quam rem agit *Donatus*, cum annotat: 'Ne aurum pro virgine, quod retinebat amitteret.' quid illud aurum pro virgine? nugæ. nihil certius, quam aurea ornamenta meretricis intelligi. neque est quod timeat hic aliquis, ne legi Atticæ vis fiat, quæ cautum erat: *ἐταῖρα χρυσεία εἰ φοροῖν, δημόσια ἔστω*. a quo metu etiam *Petitus* se non potnit expedire. Auro ornatas meretrices Atticas, non hic tantum, sed in *Plauto*, et alibi, legimus. Quid illustrius loco accuratissimi *Pollucis* IV. 19. 6. ubi de personis comicis agit? describitur, in genere meretricum, *διὰ χρυσὸς ἐταῖρα, πολλὸν ἔχουσα τὸν χρυσὸν ἐπὶ τῇ κόμῃ*.

'Deanrata meretrix, quæ multum auri in capite gestat.' Videmus ergo non omnem auri usum meretricibus lege illa ademptum esse. quod et *Cicero* disertis verbis monnit, quando Latine ita interpretatur (II. de *Inventione* 40.): 'Meretrix coronam auream ne habeto: si habuerit, publica esto.' De corona sermo est, non de quibusvis aureis ornamentis. Inter ornamenta enim capitis in mundo muliebri *Pollux* (lib. V. cap. 16.) etiam recenset *τὴν σφερόην*: tandemque addit fuisse ea omnia χρυσῷ καὶ ἐπίχρυσα. quæ res expectari debuit ab *Octavio Ferrario*, cum de *Re Vestitaria* lib. III. cap. 23. etiam de vestitu meretricio agit. sed altum ibi de his silentium. quærit equidem, an meretricibus aurum et gemmas gestare licerit. sed non distinguuntur postea, quæ Græci quæ Romani moris fuerunt. si enim de Romanis tantum agere voluit, quis locus erit *Plantii* meretricibus, quæ, ex fabulis palliatis, Græcæ sunt? sin Græca quoque complexi visum, est, qui potuit omitti illa lex Attica? *Locus Apuleii Milesiæ secundæ principio*, ad

Romanos, de quibus potissimum *Ferrarius* agit, non pertinet; neque aurum omnino matronis proprium facit, sed certum auri gestamen. 'Aurum,' inquit, 'in genis et in tunicis, ibi inflexum, hic intextum, matronam profecto confitebatur.' *Bæclerus*.

Aurum sibi, &c.] Aurea ornamenta, quibus in convivio et domi utebatur, non tamen ausa in publicum prodire auro ornata. lege quippe *Athenis* cantum: *Ἐταῖρα χρυσία εἰ φοροῖν, δημοσία ἔστω*. *Farnabius*.

14 *Hoc est signi, ubi primum poteris*] Ad quam rem signi? Utrum; 'Hoc est signi, quamobrem metum ne quam ille hodie insans turbam faciat, aut vim *Thaidi*?' An, 'Hoc est signi, unde scio quod, ubi primum poterit, se illinc abducat?' Erit igitur subaudiendum sic, unde et quod: ut sit, Unde scio, quod ubi primum poterit. *Donatus*.

SCENA II. Senarii sunt, vs. 1. *Mss.* duo habent ego pro *egomet*. vs. 4. omnes: dum hæc reputo. vs. 11. unus: nec videndi quidem erit, et ita legisse videtur *Eugraphius*. vs. 12. 13. duo: certe extrema linea amoris haud nihil est. vs. 14. omnes: sed quid hoc est quod tim. *Bæclerus*.

Dum rus eo, capi egomet] Hic nunc causa narratur, cur statim in urbem redeat *Phædria*, qui discesserat abfuturus biduum, ad tollendum iurgium militis, et importune redit. *Donatus*.

1 *Dum rus eo*] Jam tempus est revocandi in scenam *Phædiam*, postquam acta sunt omnia, quæ illius absentiam desiderabant. *Idem*.

Dum rus eo] Reducit *Phædiam* morbus, quem ante *Poëta* signavit, nihilo saniore, nisi quatenus perturbatio theatri ad alias cogitationes adventantem convertit. Narratio est in hac scena et deliberatio vere *ωδῳ*, oratione, gestu, ratiocinatione conspicua; et quæ magna pars decori est, argumenti ergo interrupta. Vide nunc, an impleatur lucta, quam

supra denotaverat: 'Et tædet, et amore ardeo: et prudens, sciens Vivus vidensque pereo: nec quid agam scio.' Jam intervalla illa; quo rapuit curarum et sollicitudinis impetus: 'Præterii imprudens villam:' quo revocavit memoria capti tanto apparatu consilii: 'Ubi ad ipsum veni diverticulum, constitui:' quo cupiditas desiderio incitata retraxit: 'villam prætereo sciens:' quantum habent vel *træpyelas*, velevidentiæ vel affectus? *Bæclerus*.

Cæpi egomet mecum] Ordo, cæpi aliam rem ex alia re cogitare. *Donat*.

Inter vias] *Figurate* et nove *inter vias*. *Idem*.

3 *Et ea omnia in peiorem partem*] Utrum subaudiatur, cogitare? an, ibant, aut vergebant, aut quid tale? *Idem*.

4 *Dum hæc puto*] Id est, existimo. ut Virgilius, 'Multa putans, sortemque animi miseratus iniquam.' Et est *ἀπαλπεος* pro repto. *Putamus* enim instantia: *Reputamus* præterita. *Idem*.

7 *Ubi ad ipsum veni diverticulum*] *Diverticulum* est, ubi iter de via flectitur. et proprie *diverticula* dicuntur in via domicilia, ad quæ de itinere divertendum sit. *Idem*.

Constiti] Plus est nunc scientem stetisse, quam præterisse nescientem. *Idem*.

8 *Hem, biduum hic manendum est*] Interjectio laborantis animi. *Biduum* sic pronuntia, ut longum nimiumque tempus. Tum deinde *hic*, tanquam in loco solo atque tristi. *Idem*.

9 *Soli sine illa*] Aut sine alio oblectamento? *Idem*.

Sine illa] Satis amatorie. *Idem*.

Sine illa] Jam causa est, cur biduum gravetur loco tristi, cur solatium conquiendum. Sunt autem qui idem putent, *soli esse*, et *sine illa*: ut *sine illa ἄκτρυς* ejus sit, quod dixerat, *Soli*. *Idem*.

10 *Nihil est: quid nihil*] Amantium

disputationes intermiserunt quædam consilia sanæ mentis, quæ tamen statim resurgentis amoris sævitia devincuntur. *Idem*.

11 *Eho, ne videndi quidem eris*] *Eho*, ridicule additum: tanquam omnino non secum loquatur, sed cum altero. *Idem*.

Si illud non licet, saltem hoc licebit] Bene bis dictum *licet, licebit*: quasi de re magna loquatur. totum ergo amatorie. *Idem*.

12 *Certe extrema linea*] Et hoc recte: quia quinque lineæ perfectæ sunt ad amorem, prima visus, secunda loqui, tertia tactus, quarta osculari, quinta coitus. An sic dixit *extrema linea*, quemadmodum dicitur *longis lineis quid fieri*? Id est, de longinquo. *Id*.

Extrema linea] Hic multa multi dixerunt. Bulergerus, Lipsius, Salmasius, at Douatus omnium pessime, Bergius optime. Ad confirmationem opinionis illius quam habet, afferre possum locum hunc ex D. Augustino lib. 11. de Civitate Dei cap. 21. 'Nostra vero ætas cum rempublicam sicut picturam accepisset egregiam, sed evanescentem iustitiam, non modo eam coloribus iisdem quibus fuerat, renovare neglexit, sed ne id quidem curavit, ut formam saltem ejus et extrema tanquam lineamenta servaret.' Locus est egregius et tanto viro dignus. Hoc autem intelligendum de lineis illis, quibus figura aliqua informatur. Pictores sciunt me de primo conatu pingentis hoc dicere. *Faber*.

Extrema linea] Post 16. interpretes ariolos qui hic laborant, et a recta linea discedunt, Christianus Bemannus cap. 12. Manuductionis ad Ling. Lat. concludit. Loquitur Phædria de initio amoris, processu, et fine. Initium est *visus*, extrema sc. linea, et terminus a quo; Propert. 1. 11. Eleg. 15. 'Oculi sunt in amore duces.' Virg. Æneid. 1. 'Ardescit que tuendo.' Achilles Tatius lib. 1.

ὀφθαλμοὺς γὰρ ὀδῶς ἐρωτικῇ τραυμασι.
Euripid. Hippol. ἔρως, ἔρως, ὁ κατ' ὁμι-
μάτων στᾶντος πόθος. Sophocl. ἔρως
δοσρατῆρ τῶν ὁμιμάτων ἔχει. Extrema
itaque linea prima illa Visus. proces-
sus; 2. Alloquium. 3. Tactus. 4. Os-
culum. 5. Συνουσιασμός, qui finis et
potissimus, si ita loqui liceat, ut qui
potiundi est, et τέλος σκοπιμάτων.
Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε. τρίς ἑλθὼς,
δοῖς ἀκοῦει. 'Ἡμίθεος δ' ὁ φίλων, ἀθάνα-
τος δ' ὁ συνόν. Antholog. ζ. Inter-
pres hujus loci Ovidius III. lib. Me-
tam. 'Liceat, quod tangere non est,
Adapicere, et misero præbere alimen-
ta furori.' Farnabius.

13 Amare haud nihil est] Amare
modo frui amore dicit. Plautus in
Bacchidibus, 'Præus hic adeo, quam
te amare desinam.' Et, 'Sine te
amem.' Donatus.

Villam prætereo sciens] Sciens qui-
dem, sed non minus amator, quam
prius. Idem.

14 Sed quid hoc, quod timida subito
egreditur Pythias] Ex his verbis per-
sona in scenam veniens, et locutura
describitur. et Timida, modo ægra,
turbata, commota. Plautus, 'Manum
ex mari, timide.' Et hic ipse, 'Uxo-
rem,' inquit, 'Philumenam pavitare
nescio quid dixerunt.' Timidum aliud
naturale, aliud eventu est: ut, 'Ad-
dit se sociam, timidisque supervenit
Ægle.' Idem.

SCENA III. Satura est, ex Trochai-
cis et Iambicis octonariis catalecticis
et acatalecticis, et Senariis. vs. 1.
Mss. meorum unus omittit, ego. vs.
4. unus: capillos. unus: capillo concidit.
vs. 8. duo: quid istuc est? vs. 11.
duo: Eunuchus. vs. 19. unus: de domo.
alter: a domo. vs. 20. omnes: posset.
et vs. 21. scias. Bæclerus.

Ubi ego illum] In hac scena opera
pretium delectationis est spectatoribus
ex querela ancilla Thaidis, atque errore
Phadria. Donatus.

1 Ubi ego illum] Hoc initio osten-
ditur tanquam persequentem fugien-

tem, progressam esse personam. Id.

Scelerosum] Scelerosus, est multo-
rum: Scelustus, vel unius. Scelerosus,
proprie auctor est sceleris: Sceleratus,
in quo scelus sit constitutum vel com-
missum. Idem.

Scelerosum atque impium] Scelerosum
in Thaidem, Impium in virginem. Id.

Ubi ego illum scelerosum misera] Hic
et subsequens versus trochaicus est,
tetrameter acatalecticis. Færnus.

2 Audax facinus facere] Facinus fa-
cere, figura ἀρχαϊσμός. Donatus.

Hoc quid sit vereor] Pro duobus
unum dixit, scilicet vereor, pro, et
nescio, et vereor. Idem.

3 Quinctiam inasper] Accusatio
facti. Idem.

Scetus] Αἰξήσις. Plus enim est ace-
lus, quam scelestus. Ut Lucilius,
'Carcet, vix carcere dignus.' Idem.

Postquam ludificatus est virginem]
Argumentum ab his quæ sunt post
negotium gesta. Et mire, Postquam
ludificatus est, Discidit dixit: cum
ille videlicet, dum virgo reluctatur,
hoc fecerit. Et mire expressit vi-
tium illatum virgini ab eo quidem,
qui vitare jam posset: sed tamen
ejusmodi adolescentulo, cujus prop-
ter teneras adhuc vires ad exple-
dam venerem longiore noxa adver-
sus virginem utendum fuit. Nam
ideo præter occasionem familiæ dis-
cedentis, tempus, locus, et cetera
attributa negotio, etiam somnus vir-
ginem opprimens, adjuvat Chæream.
Et mire Ludificatus potius, quam com-
plexus est, tale aliquid, quod amorem
indicaret. Idem.

Ludificatu', &c.] Contumelia affecit,
vitiavit. namque ὀβριζέω, καταναίξω
sequiori sensu accipi solent. Suetonius
in Tiberio. Tacit. XIII. An. Far-
nabius.

4 Ventem omnem misera discidit]
Adeo ut non amore fecerit, sed in-
juria. Et vide, ut ex his appareat
multum virginem reluctatam esse.
Donatus.

Vestem, &c.] Cum virgo reluctaretur, aut potius, ipsa devirginata præ dolore sibi vestem et comas discidit et laniavit. *Farnabius.*

Tum ipsam capillo conscidit] Multo melius, quam si diceret, 'Capillum illi conscidit.' *Donatus.*

6 *Uti ego unguibus facile illi in oculos inoleam*] Nonne credis Pythiam id comminari, quod a virgine minus factum sit? quod, quia puella, non potuit. *Idem.*

Unguibus] Quibus armatur hic sexus. *Idem.*

In oculos] Quasi amatori. *Idem.*

Venefico] Mutanti homines, et ex virginibus mulieres facienti. An venefico, amatori? quia amor venenum occultum est. ut Virgil. 'Occultum insipies ignem, fallasque veneno.' Et, 'Longumque bibebat amorem.' *Idem.*

Ut ego unguibus facile illi in oculos inoleam] Et fœminæ, et ancillæ, et iratæ moribus convenit hic sermo gestusque. 'Involare,' inquit Nonius, 'est irruere, insilire, aut a volatu aut a media vola dictum.' prius verum est. *Bæclerus.*

Venefico] *Donatus:* 'Mutanti homines, et ex virginibus mulieres facienti. an venefico, amatori? quia amor venenum occultum est.' Enacumen Grammaticale! id est, ineptias, quas a Donato esse, quis credat? Notum est, majorum criminum vocabula, sacrilegus, veneficus, impurus, αἰσχρῶς ad minora, affectu convitiantium transferri. Recte ergo Euphrasius, *venefico; scelerato; malo.* *Idem.*

7 *Absente nobis turbatum est domi*] Aut subdistinguendum est, et subaudiendum, *me*, aut ἀπαίσιμους figura est, *absente nobis*, pro nobis absentibus. Pomponius, 'Sine ergo istuc, præsentem amicis inter cœnam.' Varro in Marcellum, 'Id præsentem legatis omnibus, exercitu, pronuntiat.' *Donatus.*

Absente nobis] Cum sic dicit, pro

præpositione ponit *Absente:* ac si diceret, Coram amicis. *Idem.*

Absente nobis] Hujus ἀπαίσιμους exempla *Donatus* congerit. *Idem* facit Nonius Marcellus cap. 11. 660. Plautus Amphitruone 11. 2. 194. 'Nec nobis præsentem aliquis nisi servus Sosia adfuit.' Importune tamen egerit, qui adverbium ideo fecerit, τὸ πρæsentem, cum Becmanno. *Bæclerus.*

Absente nobis] Archaismus, vide Grammaticam nostram, in Synthesi pag. 53. *Farnabius.*

8 *Quid festinas*] Properas, turbaris, et trepidas? Sallustius, 'Festinantibus in summa inopia patribus.' *Donatus.*

9 *Egon' quem quam*] Doest rogat. *Idem.*

11 *Eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit*] Ant ἀντίρροπος: nt, 'Urbem quam statuo, vestra est.' Aut quem cum interrogatione pronuntiantum, ut sit, *qualem.* *Idem.*

Eunuchum quem dedisti] Quidam volunt quem distinguere: quasi dicat *qualem:* sed nesciunt, hac figura multum veteres usos esse. *Eunuchum* enim ad *dedisti* verbum retulit. Nunc ergo addit propter aliud ἀέλεμα assumendum extrinsecus, is *Eunuchus.* Nam quoties uno nomine, aut pronomine diversæ declinationis enuntiationes comprehenduntur, necesse est quod alteri accommodatum fuerit, ab altero discrepare. *Idem.*

Quem dedisti, quas turbas] Et quem et quas sic accipe, quasi dixerit, *qualem Eunuchum, et quales turbas.* *Idem.*

Eunuchum, &c.] In Gram. nostra vide Ellipsin Relativi pag. 50. *Farnabius.*

12 *Quid ais*] Hoc admirantis est magis, quam interrogantis. *Donatus.*

Virginem, quam eræ dederat dono miles, vitiavit. PH. *quid ais*] *Dono dederat,* est in libro Bembino, et Basilicano: versus autem est trochaicus tetrameter acatalecticis. *Faërnus.*

13 *Temulentia es*] Ebria. a *temeto,*

quo nomine antiqui grave vinum appellabant, eo quod tentaret mentem, id est, labefactaret. Virg. 'Tenuisque Lagæos Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.' *Donatus*.

Temulenta es] Ebria: temetum, vinum est merum. *Τὸ μέθυ οἶνος ἄκαρος. Farnabius.*

Utinam sic sint, qui mihi male volunt] Bene, non ebriam esse, in maledictum vertit: quasi vero temulentam esse, felicitatis sit. An non negat se esse ebriam, sed non vino, verum malo ebriam vult intelligi? *Donatus*.

Utinam sic sint qui mihi male volunt] Optima sententia, quam Donatus et Goyetus explicant. male reponitur et temere: *utinam sic sit! qui mihi male volunt. Bæclerus.*

Utinam, &c.] 'Istuc inimicis siet.' Heantont. act. v. scen. 3. 'Eveniat nostris hostibus ille pudor.' Ovid. lib. III. Eleg. *Farnabius*.

14 *Mea Pythias*] *Mea*, et *mea tu*, et *amabo*, et alia hujuscemodi, mulieribus apta sunt blandimenta. *Donatus*.

An obsecro mea Pythias] An egressam, veluti ad fugitivum requirendum Pythiadem, consequitur altera ancilla Dorias; an adhuc in scena substitit, necdum domum ingressa, Pythiadis sermone audito accurrit? debuit autem adesse, ut turba domus, trepidatione familiæ amplius ostendatur Phædriæ. Vultu ergo perturbato hæc loqui intelligitur. illud *mea*, et mox, *mea tu*, familiaris blandimenti sunt, sed hic ex consuetudine perturbationi servant inter studiosius requirentes et admirantes. *Bæclerus*.

Quid istucnam monstri fuit] Quippe monstrum est omne contra naturam. Si igitur Eunuchus est, et vitiavit virginem, contra rerum naturam factum est, et recte monstrum est. Et ordo est, *Quid istucnam monstri fuit?* *Donatus*.

15 *Qui istuc facere Eunuchus potuit*] *Istuc facere*, honestius apud puellam,

quam si *Vitiare* dixisset: et potest videri aliquid nutu significare. *Idem*.

Qui istuc facere Eunuchus potuit] Iterum castiganda est ineptia, quæ in Donati commentario legitur: '*Istuc facere*, honestius, apud puellam, quam si *vitiare* dixisset.' hactenus bene. quamquam hæc quoque minuta possit videri industria, cum ipsa puella (Pythias) modo dixerit: '*virginem vitiavit*.' sed quod sequitur, '*et potest videri aliquid nutu significare*,' quam est *πλεγματὶς*? *Bæclerus*.

Ego illum nescio qui fuerit] *Ἰάλλημι*. Bene vitavit Eunuchi nomen, ut vitasse Virginem obtinere possit. *Donatus*.

16 *Hoc quod fecit, res ipsa indicat*] Bene et expedit argumenta conjecturæ colligit. conferendus est similis locus Adelphi. III. 4. 32. &c. egregiæ autem signatur virginis imminutæ *πῶτος*. *Bæclerus*.

17 *Virgo ipsa lacrimat*] Nunc ostendit quid fecerit, et ostendit argumentis. *Donatus*.

Neque cum rogites, quid sit, audent dicere] Quod si verberata esset? sed non puderet queri. Hæc autem injuria apud Virginem non habet nomen. *Idem*.

18 *Bonus vir*] *Εἰρωνεύς*. non enim jam Eunuchus. Bene igitur *vir*: quia hoc illum esse contendit. *Idem*.

Nusquam apparet] Nescias utrum fuga ejus quærat, an culpa. sed constat, hæc argumenta esse, quod ipse virginem vitiaverit. *Idem*.

Etiā hoc misera suspicor] Bene etiam: quia et hoc suspicatur, virginem vitiatam. *Idem*.

Etiā hoc misera suspicor] Adhuc tanquam de servo fugitivo loquitur; qui fugam plerumque cum furto conjungebant, sicut expressit Noster Phormione I. 4. 13. 14. suspicatur autem hoc Pythias ex ancillis Thaidis promptior, et ad rem familiarem attentior, et cui Thais domo digressa omnia curanda commendaverat. *Bæclerus*.

19 *Nequeo mirari autis*] Bene hic omnes suspiciones ad Ennuchum, quem novit, revocat: nescit Chæream aliquid hunc esse. Et mira locutio, pro eo quod est, nescio. Donatus.

20 *Ignarus*] Al. *ignarus*, hospes sc. viarum ignarus. *Farnabius*.

21 *Vise amabo num sit*] *Domi* subaudiendum est: aut, 'Num sit quod dicis.' *Donatus*.

24 *Sed nihil potesse*] Ut voluntatis rei sint, non etiam facti. *Idem*.

Sed nihil potesse] Jul. C. Scalig. exerc. 276. cœunt, inquit, sed nihil emittunt. Juvenal. Sat. vi. 'Sunt quas Eonuchi imbelles,' &c. Martial. l. vi. Ep. 39. et 62. Aphrodisæns l. i. Problem. Philostrate. l. i. c. 23. Hieron. Epist. ad Lætiam. *Farnabius*.

Verum miseræ non in mentem venerat] Non, nihil posse eos, sed amatores esse maximos. Ad partem enim sententiæ pertinet quod dicit, *Non in mentem venerat*: non ad totum quod audivisset dudum. Etiam nisi penitus negative consideraveris, controversia inerit. Si enim nihil posse audieras, quid est quod in mentem non venerit ut vitares? utrum igitur amatores mulierum esse maximos audieras? quod ipsum vitandum fuit. Neque enim hoc satis est ad pudicitiam, stuprum vitasse, cum impudica fieri vel solo osculo possit, quam omnino integram et illibatam vellis. An *Verum* non erit conjunctio, sed nomen? ut illud quasi falsum audierit, hoc autem, quod verum inventum est, non ipsa suspicata sit. Nam *in mentem venire*, non reminisci tantum, sed etiam cogitare significat. Sic Cicero, 'In mentem tibi non venit, causam publicam sustinere,' id est, non cogitas, non suspicaris. *Donatus*.

Verum miseræ] Si verum pro conjunctione accipimus, subaudiendum erit, *amatores mulierum eos esse maximos*. *Idem*.

In mentem non venerat] Non quod audieram: sed, quod hic fecit. An

non aliud in mentem venerat? non scilicet facturum fuisse quod fecit. *Idem*.

Non in mentem venerat] Aut non erat cogitatum: aut non eram recordata. *Idem*.

Verum miseræ non in mentem ven.] Egrege nugantur, qui verum hic pro veritate accipiunt; 'Quasi illud,' &c. apud Donatum, ubi clara sententiæ misere intricatur. *Bæclerus*.

25 *Nam illum aliquo conclusissem*] *Mire Conclusissem* dixit, ut sævam feram, sic alibi: 'Conclusam hic habeo uxorem sævam.' *Donatus*.

Neque illi commissem virginem] Si vel amatorem tantum meminissem. *Idem*.

SCENA IV. Iambicis Scenariis et Trochaicis septenariis constat hæc scena. vs. 2. fine, Argenteratensis codex, *eho*: nostri Mss. *ah*. vs. 4. unus: *mutatio est*. vs. 8. duo: *istuc pol non bene*. unus addit, *factum*. vs. 13. unus: *nam alium habuit neminem*. vs. 17. omnes: *nunc eo tibi videtur f.* et vs. 18. *paululum*. vs. 21. unus: *hic est vetus, incurvus, vetera*. vs. 24. unus: *eho tu, ego emi te*. vs. 27. omnes: *hoc mihi nunc expedi*. vs. 35. duo: *jamne satis cr.* vs. 40. duo: *et eam est indutus*. vs. 47. omnes: *intro, omittentes, nunc jam*. vs. 54. duo: *quod scias nescis*. tertius: *quod scias nescius*. vs. 55. omnes: *ab omni turba*. *Bæclerus*.

1 *Exi foras scelesti*] Jocundus error, in quo non dubitet Phædria ipsum esse qui quæritur: verum insuper sic aggreditur, tanquam sit ipse. *Donatus*.

Scelesti] Quale est scelestum appellari, qui nihil sciat? *Idem*.

Restitas] Necessario restitat, qui miratur se protrahi. *Idem*.

2 *Fugitive*] Et scelestum et fugitivum increpat, in hunc crimen transferens Chæreæ. *Idem*.

Male conciliate] Oportune adulescens hic exprobrat munus magno emptum. *Male*, magno significat, ut Plau-

tus in Amphitryone, 'Hæc nox scita est exercendo scorto conducto male.' Ergo *Male conciliate*, magno empte significat. nam omnis conventio, *conciliatio* nominatur. *Conciliatum* ergo, magno emptum. *Idem*.

Prodi, male conciliate] Vide Chrestomath. voc. Concil. Imitatio est Plautina, ex Pseudol. 1. 2. 1. 'Exite, agite, ite ignavi, male conciliati.' *Bæclerus*.

Male conciliate] Maximo meo dispendio empte. Omnis conventio conciliatio est. *Farnabius*.

3 *Os ut sibi distorsit*] Et hic memor adolescens insinuandi muneris, dicit illam sibi os distorsisse, qui natura sit pulcher. *Os* autem dicimus illi *distorque*, quem natura pulchrum deturpamus. *Donatus*.

Ilud vide, os ut sibi distorsit] Ita enim distinguendum est. Ita Plautus: 'Illuc sis vide, ut incedit.' *Aulul.* 1. 1. 7. nam et ibi verissima hæc distinctio est. *Bæclerus*.

4 *Quid huc reditio est*] Eleganter ei reditio objicitur, qui revera loco se non movet. *Donatus*.

Quid huc reditio] Interponendum post *huc*, pronomen *tibi*, ut in Donato et libro Bembino est: *Quid huc tibi reditio* est. et versus stabit, eliso d ex *quid*. Quod vero sequitur, *quid vestis mutatio est*, ab omnibus antiquis exemplaribus, præter Bembinum, abest verbum *est*. quod nec necessarium est. nam a superiore repetitur. *Farnabius*.

Quid huc reditio est] 'Αρχαίου exempla et Donatus affert, et alii sæpe. *Bæclerus*.

Quid huc reditio est] Quid sibi vult tua huc reditio? Periphrasis per Verbalia Comici usitata. 'Quid tibi accessio est ad has ædes prope aut Pulsatio.' *Plant. Trucul.* act. 11. sc. 2. et alibi frequens. *Farnabius*.

Quid vestis mutatio est] Sic veteres. *Plautus* in *Trinummio*, 'Quid tibi interpellatio, aut in consilium huc ac-

cessio est?' *Cæcilius ἀπαγορεύω*, 'Quid tibi aucupatio est argumentum, aut de meo amore verbificatio est patri?' *Donatus*.

Quid vestis, &c.] Nam liberi vestem habebat, utpote *Chærea*: servi vero atque Eunuchi deposuerat. *Idem*.

5 *Paululum si cessassem, Pythias*] Familiare est iratis, avertere se ad aliam personam ab ea, in quam commoveantur. *Idem*.

6 *Ita jam adornabat fugam*] Ut supra, 'Adornant ut lavet.' *Idem*.

Ita jam ornabat fugam] Omnes alii libri et *Donatus*, *adornabat*. solus *Bembinus*, quem ut antiquissimum sequimur, *ornarat*. *Basilicanus adornarat*. præterea in eodem *Bembino* legitur, *factum bene*, sine interjectione o. *Faërnus*.

Ornabat fugam] Parabat, ut, 'ornare nuptias, convivium, exercitum.' et supra act. III. sc. 5. 'adornant ut lavet.' *Farnabius*.

7 *Habesne hominem amabo*] Hæc omnia *Pythias*, cernens *Eunuchum*, loquitur. id enim erit jocundum, qui quærat illum quem videt. *Donatus*.

Quid ni habeam] *Quid ni*, quid nisi? hoc est, cur non habeam? *Idem*.

8 *Ubi est*] *Dorum* contemplata, dicit *Ubi est*? quia non ipsum, sed alterum novit. *Idem*.

Rogitas? non vides] *Stomachatur* uterque errans mirifice: illa, quod *Eunuchum* credidit, *Chæream* videns: hic quod *Eunucho* objecit, quod commisit *Chærea*. *Idem*.

9 *Hunc scilicet*] Hoc jam, tangens *Eunuchum*, dicit *Phædria*. *Idem*.

10 *Hunc oculis suis nostrarum nunquam quisquam vidit*] 'Αρχαίους est figura, pro nostrum; vel nostrarum, id est, quæ familie nostræ sunt: ut parum sit non vidiase *Thaidem*, nisi addatur, ne familiarium quidem ullam esse, quæ hunc viderit. *Idem*.

Hunc oculis suis nostrarum nunquam quisquam v.] *Priscianus* lib. XIII. ita citat: 'Hunc oculis nostrarum quis-

quam non vidit, Phædria.' *Baculus.*

Nostrarum, &c.] Nostræ familiæ nulla. *Quisquam* in fæmineo usurpata, archaice. Plaut. Rud. act. iv. sc. 4. Cistel. ii. 3. Pers. iv. 3. *Farnabius.*

11 *Quisquam*] Antiqua locutio est. *Donatus.*

12 *Non vidit*] Totidem, iisdemque verbis repetit. Et interrogatio stuporem admirantis ostendit, et jam veluti consentientis. *Idem.*

13 *Namque alium habui neminem*] Bene ad illud quod ait, *An tu hunc*: quasi ex multis. *Idem.*

14 *Au! nec comparandus hic quidem est*] *Au* interjectio est conturbatæ fæminæ, nec constantis sibi. *Idem.*

Ille erat honesta facie et liberali] *Tῷ ἰδιωτικῷ, erat*, quasi de mortuo, aut qui non est, scilicet Thaidi, quia fugit. *Idem.*

15 *Honesto facie et liberali*] Com-mode descriptus est Chæreæ. *Idem.*

Honesto facie, &c.] Miles supra act. iii. sc. 2. 'Ita me dii ament, honestus est.' *Farnabius.*

16 *Quia varia veste indutus fuit*] *Eo-graphius*: 'Eunuchi veste utebantur versicolore, ut multis coloribus texta fulgerent.' proprie ergo locutus est Poëta, nam 'Varietas quidem proprie in disparibus coloribus dicitur: sed transferuntur in multa disparia,' inquit Cicero ii. de Fin. 3. Vide, quæ Cl. Salmasius ad Vopisci Aureliani notavit de paragaudis. *Bacl.*

Quia varia, &c.] Variegata, coloribus aut liciis versicolori cujusmodi veste ornabantur Eunuchi, ut multis coloribus texta fulgerent. *Farnabius.*

17 *Nunc eo tibi videtur fædus*] Facete, *fædus videtur*, non est enim. *Donatus.*

18 *Tace obsecro*] Apte dictum est *Tace*, fæmineo stomacho, quasi impudenter assistenti formæ improbæ, et argumenta inaniter pertinaciterque invocanti. *Idem.*

Tace obsecro] De consuetudine dictum est *Tace*. et bene additur *Ob-*

secro: ne *Tace* ipsum videntur injuria. *Idem.*

20 *Quem tu vero videre velles, Phædria*] Commota adversus Phædriam, cogitur eum laudare, cui irata est: et ideo totum callide. *Idem.*

Quem tu vero videre] Facete, quasi nec hunc, nec ipsum qui misit, conspectum velit. *Idem.*

Quem tu] *Quem*, talem. et breviter ejus forma laudata est: cum proximis illius sit describenda deformitas. *Idem.*

Quem tu vero videre] *Vero*, Pulchre. Pulcher enim est, cujus forma nec odium, nec convitium commernit. Lucilius in Satyra Athymnidis * 'Ex facie florem delegeris.' *Idem.*

Quem tu videre] Quare *tu*, an quia iste jam non velit videre, iratus scilicet ob vitiatam virginem? *An tu?* quasi spectator elegans formarum, et qui amator sis Thaidis? *Idem.*

21 *Hic est vetus, vietus, veterinosus, senex*] Sic hoc totum pronuntiandum, quasi irascatur huic, propter quem laudaverit Chæreæ. *Idem.*

Vietus] Mollis, fæccidusque, et flexibilis corpore. unde et *vimina*, et *vites*, et *vietores* dicuntur. et *viere*, religare dicitur: quia vietis virgis magis religare possumus quidlibet. Lucretius *araneæ* dixit *vietam vestem*, id est, putri mollitiam præditam. *Vetus*, ad vituperationem modo, non ad laudem ponitur: ut, 'Veteris Poëtæ maledictis respondeat.' *Vetus* est, cujus diminutivum est *vetulus*. *Idem.*

Veternosus] Morbo vetere confectus, id est, veterno: quales sunt qui hydropem patiuntur. Et recte. Nam sæpe Eunuchi in senecta veterinosi fiunt; et cito hoc laborant morbo. *Idem.*

Senex] Ex morbo ægritudineque ruginosus. *Idem.*

Senex] Utrum *senex*? an quia ita videtur ob deformitatem? *Idem.*

Vietus] Incurvus a *vicio*. *Farnab.*

Veternosus, senex] Veterno laborans, somnolentus, piger. *Idem.*

22 *Colore mustellino*] Erravit Terentius, non intelligens Menandricum illud, *ὄνός ἐστιν γαλένης γέρον.* Ait autem stellionem, animal quod læcætæ non dissimile est, maculoso cærio: nempe ad id genus coloris facies exprimitur Eunuchorum corporis, quia plerique lentiginosi sunt. Hinc ergo erravit ideo, quia γαλή *Mustella* dicitur, γαλένης *Stellio*. 'Ὡς παρ' Ἀριστοφάνει ἐν νεφέλαις, ἥσθη γαλένης καταχίσαντι Σακράτους. Ego Adesionem sequor, qui recte intellexit, Terentium scientem, mustellino colore Eunuchum dixisse coloratum, velut sublivido: quia vere Eunuchi aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, ut ex Gallia, et hujusmodi occidentalibus: aut ex fuscis, sublividi, ut ex Armeniis, et aliis orientalibus. *Idem.*

Colore mustellino] Vide Donat. et Guyet. *Bacclerus.*

Mustellino] Menander; *ὄνός ἐστι γαλένης γέρον.* Car facies lentigine maculosa, ut stellioncorium. Defendit Turnebus Terentium reprehensum, quod *mustellinum* colorem pro *stellionato* vertisset, lib. xii. c. 10. *Farnabius.*

23 *Ut quid egerim, egomet nesciam*] Pro non meminerm, vel non agnoscam. *Donatus.*

24 *Eko tu, emm' ego te*] Miro stomacho quod ipse fecit, id ex alio conatur audire: et donec hæc audiat, an hoc fecerit, dubitat. *Idem.*

Jube mihi denno respondeat] Hoc est, quod in Rhetoricis Cicero ait, 'Contra firmam argumentationem, aliam æque firmiorem opponimus: hæc est autem æque firma. Denno autem, ad respondeat pertinet, non ad jube. Id.

Denno respondeat] Jube vero, mihi denno respondeat, intelligendum est. *Idem.*

25 *Roga*] Mire utriusque fiducia confertur, et apud utrumque est ve-

Delph. et Var. Clas.

ritas, cum uterque fallatur. *Idem.*

Respondeat] *Ph. roga. Py. veniatin hodie ad nos? negat*] Sunt qui septuarius iambicum hunc faciant. nos etiam senarium ut ceteros esse posse arbitramur; contracto per synizesin, *respondeat*, in tres syllabas: at in *roga*, posteriore correpta: ut Martialis: 'In solio puta te Marce lavare caput.' *Fairnus.*

26 *At ille alter venit*] Bene instat, quasi ex parte jam obtinuerit Pythias. *Donatus.*

Annos, &c.] Errare potuit Pythias, vel etiam, per *μελίσσω*, voluit. neque n. Chærea potuit esse publico custos in Piræo ante annum decimum nonum, vel decimum octavum, minimum, ut dictum supra ad act. ii. sc. 2. *Farnabius.*

27 *Age dum, hoc mihi expedi*] Hæc Plautina sunt, cum in iisdem longa sit disputatio: sed mire a Terentio proferuntur ad ejus exemplum, et, quod est plus, carent Plautinis nugis. *Donatus.*

Age dum] *Dum, νεφέλαις* est, et adjuvat ex animo loquentem. *Idem.*

Agedum hoc mihi expedi] *Donatus:* 'Hæc Plautina,' &c. Quantum in plerisque omnibus Plautum vincat Terentius, et meliora imitando faciat, quæ inde transferuntur, alias non parce demonstrabimus. *Bacclerus.*

28 *Taces*] Et recte tacet: quia metuit Chæream. *Donatus.*

29 *Monstrum hominis*] Bene Eunuchus dictum est *Monstrum hominis:* hoc est, nec mas, nec femina existens. Sic et supra, 'senem muliorem' dixit. *Idem.*

Monstrum, &c.] Bene, de Eunuchis; qui neque mas, neque femina. *Farnabius.*

30 *Modo*] Nota modo aperte pro præterito tempore dictum esse, id est, jamdudum. nam qui vitiaverat virginem, non modo, sed longe ante vestem mutavit cum Eunuchus Phædræ. *Donatus.*

Terent.

4 K

Quamdudum? modo? I. e. 'Jamdudum,' inquit Donatus: 'nam qui vi-tiaverat,' &c. Sed non opus est, ad vocabulum potius, quam ad mentem respondentis attendere. interrogavit Phædria, *quamdudum?* respondet Eunu-chus, non sine tergiversatione, non ita dudum esse. metu Chæræ scilicet. itaque antea *tacebat*, nolebat nisi adactus loqui. et nunc iterum timide loquitur. *modo*, non definit hic tempus, sed potius vage significat ex affectu respondentis. Bene Gallus interpres hæc *παρὰ πολλὰ*: *y a il long temps? il n'y a pas long temps*. Bæcle-rus.

31 *Quicum?* Præpositio cum his dictionibus supponitur, *quicum, nobis-cum, vobiscum*. Ceteris vero, ita ut ip-sum nomen præscribit, præponitur: ut, *cum amicis, cum exercitu, cum ad-vocatis*. Donatus.

32 *Unde igitur fratrem meum esse aciebas?* Utpote novitius: et eum qui ex Piræo rato discesserit: et longo intervallo eis *τὸ ἔσθ'ν* venerit. Et hæ sunt oblique interrogationes, quibus uti oratores videmus, cum derivare testimonium nituntur. Et ideo sic ait Phædria, ut frustretur omnia, quæ confessus est Doras. vult enim fratri esse consultum. *Donatus*.

Parmeno dicebat eum esse? Prope in-firmatum testimonium est. quod enim sic ait, Parmeno dicebat eum esse: falsum esse potest. Et mire sic ait: ut, 'Sola mihi tales casus Cassandra cane-bat.' Sic autem dicimus, quan-do non semel quod factum fuerit, sed sæpius demonstramus. *Idem*.

34 *Occidi?* Hoc secum Phædria, non ut Pythias audiret; quam celari vult, quod ipse jam animadvertibat. sed illa promte arripit, quæ ad ex-plicandum errorem in persona facie-bant, et arguendo infert: injuriam sibi factam ante, cum temulentam et in-sanam adeoque mentitam Phædria reprehenderet; rem nunc ipsam lo-qui, adolescentem pro Eunucho ve-

nisse, domique meretricis et virgini, prætextu doni, per insignem injuriam illusum esse. ibi tum Phædria, cum rerum argumentis urgeretur, assimu-lata fiducia, testimonii fidem indigni-tate testis elevat, vultuque ad seve-ritatem composito interrogat iterum; sed contentius, et sperans, Eunu-chum, ne perseveraret in illa con-fessione, abterritum iri. videntur et nutus aliqui accessisse. quibus cum parum pro spe Phædriæ Eunu-chus pareret, denuoque Pythias instaret; eo confugit Phædria confusus (et *quid ageret nescius*) ut Eunu-chum juberet negare, quæ affirmaverat; et vel sic obtineret, indignum fide esse; qui negaret quod ante asseverasset. hinc, ut quæstioni subjecturus tergl-versantem, ceterum quia quod res-ponderi posset in re tam manifesta non haberet, sese amolitur Phædria. *Bæclerus*.

36 *Jam satis credis me esse sobriam?* Quia supra dixit, *Temulenta es*: et quasi gravem injuriam hoc dicto passa sit, memoriter dictam retulit. ut, *En ego victa situ?* et, *Pulvis ego?* Do-natus.

Sobriam, &c. Supra dixerat Phæ-dria, *temulenta es*. Farnabius.

37 *Jam satis certum est virginem vitiatam esse?* Ordine ait, quum pri-mum de se, tum de adversario loqui-tur. *Donatus*.

38 *Credis huic quod dicat?* A per-sonæ qualitate derogat fidem. nam quid credendum est servo Eunucho fugitivo? *Idem*.

Quid isti credam? res ipsa indicat? Hic a persona quæ convincebatur, oratorie ad factum se retulit. *Idem*.

39 *Concede istuc paululum?* Ad se verum dicit istuc: ut longe sit a Pythia. Eunucho enim dicit Phæ-dria. *Idem*.

Concede istuc paululum. audis? etiam nunc paul. sat est? Ut remotior esset a Pythiade, seorsum hoc dicit Eu-nucho. ita melius suggerere poterat,

quæ postea suggestit. compara cum hoc versu loc. Plautinum Aulul. 1. 1. 16. 'Abscede. etiam nunc: etiam nunc: etiam. ohe! Istic adstato.' *Bæcl.*

42 *O scelestum, atque audacem hominem*] Chæream scilicet vel Parmenonem. sed sic pronuntiandum est, ut putet Ancilla de Eunuchō dici, hoc ipso quod præsto est. ideo illa infert, 'Væ mihi, etiam nunc credis, indignis nos esse irrisas modis?' *Donatus.*

O scelestum, &c.] Pronunciatum hoc de Chærea, voluit a Pythia intelligi quasi dictum de Doro. *Farnabius.*

Væ mihi] Hoc totum, *Va mihi*, quidam a Pythia, usque ad *irrisas modis*, dici existimant. *Donatus.*

44 *Mirum ni tu credas, quod iste dicat*] Utrum an serva, quod servus? an stulta, quod stultus? an fœmina, quod Eunuchus? *Idem.*

Mirum ni tu] Clare dicit, quidam pressius putant. *Idem.*

45 *Hæus tu, negato rursum*] *Rursum*, non ad negationem pertinet, sed ad interrogationem: ut sit, *rursum interrogatus*. *Rursum*, retro, id est, e contrario: ac per hoc contrarium superioribus dicito. *Idem.*

Hæus tu, &c.] Hoc voce submissa, ne exaudiat Pythias. *Farnabius.*

46 *Non potest sine malo fateri, video*] Ampliatio et dilatio quæstionis, argumento est, nihil constitisse. Adde quod pœnam minatur, non tanquam jam incerto, sed falso testi. Deinde ipsum *fateri* consideremus quale sit. Non est testis fateri, sed rei. Hic igitur ut in illum culpam transferat universam, fateri dixit, non indicare: ut ipse reus, non alieni facti testis esse dicatur. *Donatus.*

Non potest sine malo] Quasi nec hæc fuerit, nec illa confessio, in quibus nulla veritas sit. *Idem.*

Verum? vidistin fratrem Chæream? Do. non. PH. *non potest sine*] In libro Bambino est *vidistine*, et dictio, *sine*, sequenti versui adscribitur.

quod placet mihi, ut sint trochaici, quemadmodum ceteri. *Færnus.*

47 *Malo*] Tormentis. 'Omnes imperio, metu, vi, malo adactæ.' Cic. IV. Verrina. *Farnabius.*

Sequere hæc] Quasi ad tormenta. *Donatus.*

Modo ait, modo negat] Testis aut ab adversario convincitur falsitatis: aut a se ipso, si variaverit dicta. Ergo priora quia non potuerit convinci, ab inconstantia testis præsidium defensionis inquisitum est. *Donatus.*

48 *Ora me*] Hoc lentius: ut sit causa non sæviendi. *Idem.*

Ora me] Salvo honore meo; et fratribus. *Farnabius.*

Obsecro te vero, Phædria] Bene vero. nam quia ille dixerat, ut simularet preces, hic annixus vero addidit, ostendens, serio se rogare, et ex animo: non ut ille jubebat, dolo. *Donatus.*

I intro] Terribiliter, dummodo eum summoveat. *Idem.*

Intro] Utrum intro domum ad Phædriam? an ad Thaidem? Sed non oportet ad Thaidem intelligi, ne celandarum rerum index teneatur. *Id.*

Oi, ei] Bene *oi ei σχετλιασµον* rusticum posuit, utpote et servi et novitii. et est deploratio ab eis sic dicta. *Idem.*

49 *Alio pacto honeste*] Contra officium fuit, mentiri docuisse servum, et adfuisse mendacio liberalem adolescentulum. Sed vide quemadmodum defendatur, dum se mentiri coactum dicit, dum consulit honestati. Hanc autem causam longæ sermocinationis ad hoc induxit artifex Poëta, ut apud omnes jam certum sit, a Chærea vitiatam virginem, ne ullo errore impediuntur ulterius unptiæ, vel finis fabulæ differatur. *Idem.*

Alio pacto honeste] Nullo alio scilicet, nisi per hanc fallaciam. *Idem.*

49. 50 Priorem versum secum et ad spectatores versus loquitur: posteriori clare minas in Eunuchum con-

tinuat. Bene autem *Donatus* de hac scena: 'Hanc causam longæ sermonisationis ad hoc induxit artifex Poëta, ut apud omnes jam certum sit, a Chæreæ vitiatam virginem, ne ullo errore impediatur ulterius nuptiæ, vel finis fabulæ differatur.' *Nebulonis* vocem Engraphius explicat de fraudatore et pensimo. sed si peculiaris significatio voci aptanda est, quæ latins etiam usurpatur, *μυλδων* potius ad Eunuchum pertineat, i. e. *δ γυναικιδος*. nam in Glossis vet. nebulon etiam ita explicatur. *Bæclerus*.

50 *Actum est siquidem*] Hoc rursus clare. et sic dicit tanquam adhuc iratus Eunuchus suo. *Donatus*.

Actum, &c.] Aposiopesis, siquidem hæc ita sint. *Farnabius*.

Tu me, &c.] Conversus ad Dornum hæc, quem introire quasi ad supplicium et tormenta iussu sequitur Phædria. *Idem*.

51 *Quam me vivere*] Deest magis: ut sit, *Magis scio, quam me vivere*. *Donatus*.

Parmenonis tam scio esse hanc technam, q. m. v.] Græca vox Latio inducta est, dolum, fraudem, significans. Scholiastes Aristophanis in Plut. *τέχνη λέγονται τὰ τῶν ἀνθρώπων σοφίσματα, οἷον χαλκευτική, τεκτονική, καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται. τέχνη λέγεται καὶ ἡ μηχανή καὶ ὁ δόλος. ἀφ' ἧς καὶ τεχνάζομαι, ἀπὸ τοῦ δουλεύομαι καὶ μηχανώμαι*. *Bæclerus*.

52 *Inveniam hodie pol.*] Hæc est *προικονομία* ad futurum exitum fabulæ. nam dum se ulciscitur Pythias, fit indicium patri Chæreæ, et confirmantur nuptiæ. *Donatus*.

53 *Utrum taceamne, an prædicem*] Tertium *παρέλκον*: abundat enim aut utrum, aut ne: aut certe hoc fit, ut sit figura *τμήσεως*. *Idem*.

Virgine. *Px.* ita, *utrum taceam ne, an prædicem*. *Do. tu pol, si sapis*] Omnis hujus versus difficultas est in verbo *prædicem*. nam si id deducimus a prædico prædicas, versus non stat,

quæ trochaicus est, iambum non admittens: si a prædico prædicis, ut sit prædicem, pro prædicam (antiqui enim dicem efferebant in futuro, pro eo quod nos dicam) stat quidem versus, sed verbum prædicere videndum est ut sensui congruat. Vaticanus, qui aliqua sæpe meliora habet, quam Bembinus et quam omnes alii, hic non *prædicem*, sed *prædicam* habet: quamvis deinde addito e, et disjuncto a, mutatum fuerit in *prædicem*. at Decurtatus, qui et ipse quoque ex eadem bibliotheca est, sanam et integram habet vocem, *prædicam*; sed ut dixi sensum requiro in *prædicam*, vel *prædicem*, penultima producta. *Fuënius*.

Tu pol, si sapis, quod scis, nescis] Non possumus nescire quod scimus. sed ita, ut Concordia discors. et Virgilius, 'Sequiturque sequentem.' *Donatus*.

Tu pol si sapis, quod scis, nescis] Videamus, cur nolit Poëta de vitio virginis continuo scire Thaidem: utrum ne improvise malo vehementius commoveatur, ac doleat? an ut ex ejusdem Virginis habitu vultuque ista cognoscat? quod est actuosius, an, quod proximum vero est, ut illam et Thais et Frater, ignorantes vitiatam, animosius adversus Militem defendant, repetitum eam venientem cum tanto strepitu ac minis? Nam quo ore præterea diceret Thais Chremeti, de sororis pudore sollicito, 'Educta est ita uti teque illaque dignum est:' si sciret eam virginem non esse? *Idem*.

Quod scis, nescis] Unde in Heantont. 'Nescias quod scis, si sapis.' Et hoc est quod *κακὴ γλῶσσος* dicitur. *Idem*.

55 *Quod scis, nescis*] Proverbiale est, et multum apud dialecticos tractatum: ut 'Facio, et non facio:' et 'Amicus sum, et non sum:' et, 'Audio, et non audio:' et cetera hujusmodi. *Idem*.

Quod scis nescis] Bene causam silentii ad *οἰκονομίαν* retulit *Donatus*,

quem vide. Plant. Mil. Glor. II. 6. 89. 'Etiam illud quod scies, nesciveris.' *Bacclerus*.

Quod scis, nescis] Nescieris. dissimula te scire. Heauton. act. IV. sc. 4. 'Tu nescis id quod scis.' Plant. Mil. act. II. sc. 6. 'Linguam comprimes. Posthac etiam illud quod scies, nesciveris. Ne videris, quod videris.' *Farnabius*.

De Eunuchis] Quod Chærea sit, non Eunuchus. *Donatus*.

De vitio virginis] Quod jam mulier facta sit. *Idem*.

56 *Hac re te omni turba evolues*] Causa quæstio, cur ante jurgium cum milite Thais nesciat vitiatam virginem. *Idem*.

Et illi gratum feceris] Cui, nisi virgini? cuius crimen, ut supra, silentio texeris, præsertim tacentis injuriam suam, et sic dolentis amissam virginitatem, ut nec confessionem suæ calamitatis subire possit. *Idem*.

57 *Id modo dic*] *Id* pro hoc, subjunctivum pro præpositivo. *Idem*.

58 *Thais jam aderit*] Bene dixit, *Aderit*. hinc enim aderit Thais. *Idem*.

Quia cum inde abeo] Aliam causam ex alia supposuit: quasi diceret, 'Video causam.' *Idem*.

59 *Turba inter eos*] Jurgium, rixa. *Farnabius*.

Aurum, &c.] Anrea ornamenta Thaidis. supra sc. 1. hujus act. *Idem*.

Ex hoc] Chremete. *Idem*.

SCENA V. Octonarii Iambici sunt. vs. 1. Mss. nostri omnes: *vicit me vinum*. vs. 2. duo: *accumbebam*. vs. 4. omnes: *hem*. vs. 5. omnes, ut ed. vs. 8. omnes: *lites sunt factæ*. vs. 11. duo: *correxist me mil*. vs. 12. omnes, ut ed. *Bacclerus*.

Atat! data hercle verba mihi sunt] Hic semigravis inducitur vino Chremes priorum memor, titubans in præsentibus, ut fere adpoti solent. *Donatus*.

1 *Atat*] Interjectio est paulatim percepti atque intellecti mali. *Idem*.

Data verba] Fraus facta. *Idem*.

Data hercle verba] A milite, an a meretrice, cuius jampridem dolum malum in omni re suspicatus est? an magis a vino, quasi captioso aliquo, data verba sunt? quia bibere, dulce est: ebrium fieri, turpissimum. adeo his, quæ sequuntur, quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit. *Plautus* de vino, 'Pedes captat primo, luctator dolosus.' *Virgilius* de uva, 'Tentatura pedes olim, vineturaque liuquam.' *Idem*.

2 *Ac dum accubabam*] Hic verba data sunt. *Idem*.

Quam videbar mihi esse pulchre sobrius] Nihil elegantius. non dixit, videbar mihi tunc esse sobrius, sed ut hoc ipsum jam erroris esset, ac vinolentiæ accumulatio, *Videbar*, inquit, *mihi nimium sobrius*. *Idem*.

Pulchre] Fortiter ac nimis. *Idem*.

3 *Neque pes*] Ad incessum. *Idem*.

Neque mens] Ad facta ac dicta. *Id* *Neque pes neque mens*] Pleniori descriptione *Lucretius* lib. III. 'Consequitur gravitas membrorum: præpediuntur Crura vacillanti: tardescit lingua: madet mens: Nant oculi.' *Bacclerus*.

Pes, &c.] 'Magnum hoc vitium vino est, pedes captat primum, luctator dolosus est.' *Plaut. Pseud. act. V. sc. 1. Farnabius*.

Mens, &c.] *Olyos ἔχει φέρας*. *Hom. Odys. VI. Idem*.

Satis suum officium facit] Bene. non enim omnino non facit, nam hoc insanum est: sed non satis facit, quod est ebrietatis. *Donatus*.

4 *Quis est? chem Pythias*] *Γρωμυδὸς* et satis miro exemplo mutatum credit, postquam ipse mutatus est. *Idem*.

Quanto nunc formosior videre mihi, quam dudum] Hoc multum *Academicos* juvat, qui aiunt, Prout habiti fuerimus atque affecti, ita nobis aliud atque aliud videri; et ideo nihil certi comprehendendi posse. *Idem*.

Quanto, &c.] *Ebriis τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφωται*, quod de amatoribus

pronunciavit Theocriti Daphnis, Idyl. vi. 'Heus puer, vinum funde meracius, ut illam formosam reddam;' Anacharsis, cum ex convivis quidam dixisset, uxorem ipsum duxisse deformem. *Farnabius.*

5 *Certe tu quidem pol]* Et *Certe* et *Pol*, hæc dixit, ut appareret hanc vere loqui, quæ sobria est: illum vero ex vino falli. Et honorifice, atque ut sobria, non dixit, temulentior, aut lascivior, sed alacrior. *Donatus.*

Certe tu quidem pol] Liber Bembinus certo. quod antiquius videtur. *Faëraus.*

Multo hilarior] Quærit Guyetus, unde Muretus habeat τὸ *alacrior*, quod prætulit τῷ *hilarior*? Ex Donato habet. cuius ista est annotatio: 'Non dixit temulentior, aut lascivior, sed alacrior.' *Bæclerus.*

6 *Verbum hercle hoc]* Verbum, proverbium. ut idem in Andria: 'Verbum illud verum est, vulgo quod dici solet.' *Donatus.*

Sine Cerere et Libero friget Venus] Hoc si ad sententiam revoces, non conveniet ebrio: si ad petulantiam quam* sic ante dictum est. Nam et improbi factus est. et quum tropice locutus sit, tamen ordinem naturalem servavit: nam primum cibus, deinde potus, postremo libido venerat. *Friget* autem, quia omnis ejusmodi voluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. Et *Friget* proprie, non adhæret. Translatum enim hoc proverbium a picatione vasorum, quæ frigida picem non tenent, quum alia multa meliora sint ad usum frigida, ut ferrum, argentum, aurum, et cetera hujusmodi. nam sic alibi, 'Ubi friget, huc evasit.' Et vide tres *μετρωπυλας*, Cererem, Liberum, Venerem. *Idem.*

Verbum hercle hoc verum est, sine Cerere et Libero friget Venus] Liber Bembinus, itemque Decurtatus, pro est, habent *erit*, quomodo et prius habebat Victorianus, ut adhuc litura

demonstrat. Hoc autem verbo, *erit*, antiqui etiam præsentia et præterita asseverabant. Plautus in Persa: 'Hæc erit bono genere nata, nihil scit nisi verum loqui.' Terentius in Heautontim. 'subditum se suspicatur. subditum? ain tu? certe sic erit.' Item in Phormione: 'Cognatam comperi esse nobis. quid? deliras. sic erit.' Lucanus in primo: 'Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor Pœnus erit.' quod Priscianus libro decimo octavo de constructione exponit, pro cognoscetur, stat autem versus, admissio in quartam sedem procelesmatico. *Faëraus.*

Sine Cerere et Libero frig. Ven.] Denominationis hujus licentiam consignat Lucretius lib. ii. 'Hic si quis, mare, Neptunum, Cereremque, vocare Constitnet fruges; et Bacchi nomine abuti Mavult, quam laticis proprium proferre vocamen; Concedamus, ut hic terrarum dicat et orbem Esse Deum matrem.' Non tamen nihil discriminis ista licentia habet. Neptunum enim pro mari, Virgiliana potius majestas capit ('Neptuno immerserit Eurus') quam Comediæ novæ temperatus dicendi modus. Plautus videtur temperare voluisse, cum loca potius Neptunia (altius quidem, quam noster maria Neptuni) dixisset Trinum. iv. 1. 4. et præsertim Milite ii. 5. 3. sed mox corruptit temperamentum, cum adjecit *templa turbulenta*, quod Epico magis aut Tragico quam Comico concedi poterat. sed hæc ὁδοῦ πάρεργον. *Bæclerus.*

Verum hoc est] Atque ἐν οὖν ἀληθεῖα. *Farnabius.*

Sine, &c.] Νεκρὸν Ἀφροδίτη Διωνίσου διχα καὶ Δημητρος. Eurip. Ἐν πηλομονούτι Κόρυς. vide Senecæ Hypolytum vs. 203. Aristophanem citat Athenæus, Ἡδὸς τε πίνειν οἶνος Ἀφροδίτης γάλα, lib. x. cap. 12. additque, *Ὅν πολλὸν σπῶντες ἐνίοι παρανομοῦν Ἀφρο-

ἄριστον ὄρεξιν λαμβάνουσι. Idem.

7 *Sed Thais multo ante venit*] Interrogative pronuntiandum hoc. Et scias de his interrogationibus hanc ipsam esse, in quibus ita quaerimus, ut qui interrogantur, responsuri nobis se nescire videantur. *Donatus.*

8 *Jam dudum; ætatem*] Quia jam dudum infinitæ moræ est, addit ætatem, ut ostendat multum abiisse temporis, ut factum est. *Jam dudum, ætatem*, pro longinquo tempore. *Lacilius*, 'Ut multos mensesque diesque: Non tamen ætatem.' *Idem.*

Ætatem] *Diu*, longinquoque tempore ac prolixo, ut est ætas: nam sic dicimus de die: et *dieculam*, aliquantulum moram. *Idem.*

9 *Nihil dixit tui, ut sequerere sese*] *Nihil*, pro non, *Virgilius*: 'Deponunt animos nil magnæ landis egentes.' *Idem.*

Nihil, nisi abiens mihi innuit] Apparet quasi iratam discessisse Thaidem a Milite, et tamen sic iratam, ut illi ira consilium non ademerit. *Innuit* inquit, *quam abiret.* *Idem.*

10 *Eho nonne id sat erat*] Adde simplex hic inducitur adolescens, ut a Pythia reprehendi possit. nam quid opus fuit dicere, si innuit? *Idem.*

At nesciebam id dicere illam] *Dicere* pro velle, vel significare. Sic alibi, 'Quasi tu dicas id factum consilio meo.' *Idem.*

Nisi quia correxit miles, quod intellexi minus] Hoc videtur facetius et sapientius, quam dici ab ebrio, rustico, et adolescente debuisset. Hoc vitium tunc fit, quum Poëtæ ingenium suum in personas conferunt. *Idem.*

11 *Quod intellexi minus*] Verisimile hunc tantum extrusum fuisse, non etiam vapulasse: quia miles Thaidi magis, quam huic irascitur. *Idem.*

Correxit miles, quod intell.] Suo potius ingenio, quam personæ moribus obsequi putat poetam nostrum *Donatus*; cum ebrio, et rustico, et adole-

scenti acutius dictum tribuit. *Mirum*, qui hoc tanti acuminis visum sit *Donato*: nisi acumen ipse voluit suum, non in tempore forsitan, ostentare. *Bæclerus.*

12 *Miror ubi ego huic anteverterim*] *Id est*, hanc præcesserim. *Donatus.*

Ubi] In qua parte viæ. *Idem.*

SCENA VI. Trochaicis tetrametris catalecticis constat, intermixtis duobus Iambicis tetram. catal. vs. 1. *Mas. meorum unus: et habetur et refertur Thais a me, ita uti, &c. alter: et habetur et refertur tibi a me Th.* *Argent. et h. et ref. Th. a me tibi ita.* vs. 14. unus: *nam hæc est, quam miles a me nunc vi erept. v. Argent. nam hæc ea est, quam miles nunc ereptum venit.* vs. 17. duo: *militem s. a. t. q. copias video adducere.* vs. 19. omnes: *qui metuat minus.* vs. 26. omnes: *mane mane.* vs. 31. duo: *fac animo hæc ut præsentī dicas.* *tertius: fac hæc animo præsentī ut dicas.* *Bæclerus.*

1 *Credo equidem illum jam adfuturum esse, ut illam a me eripiat*] Vide ut ex ipsis appareat verbis, quam concita et recens a litigio veniat *Thais*. Itaque nec nominat *Militem*, nec *Virginem*: sed pronomine utrumque significat, quasi in medio constituta negotio. *Donatus.*

Adfuturum esse] *Id est*, adventurum: ut *Affuit et Mnestheus.* *Idem.*

Sine ut veniat] Quasi dicat, sine* nullis. et comminantis est: ut, *Sine modo.* *Idem.*

Credo equidem illum jam adfuturum ut illam a me eripiat. sine] Hunc versum ita in aliquibus l. s. ordinatum invenio, ut comprehendat etiam verbum *veniat*, quod in impressis sequenti versui attribuitur. ita erit trochaicis tetrameter catalecticis, correpta priore in *illam*. ceterum quod sequitur, *qui si illam*, ita solus liber *Bembinus* habet. alii omnes, ant *atque*, ut et *Donatus*, aut *atque*, quarum vocum alterutra admissa, is versus qui secundus est, ejusdem est gene-

ris, cujus primus: ejusdem et tertius: ita ut in prima sede sit dactylus, qui capiat primam syllabam dictionis *ego*. secundus pariter dactylus; tertius et quartus trochei; quintus vel anapæstus abstracto *p*, ex *ineptias*, vel trocheus, aut eliso *s*, ex *ea* voce, aut legendo *ineptiam*, ut est in libro Bembino, et fuisse in Victoriano et Decurtato ex rasura ultimæ litteræ apparet. quartus item versus ejusdemmet est generis, ita ut dactylum in tertia sede habeat, eliso *m* ex *enim*, quamvis sequente consonante. Item quintus, sextus, septimus, octavus, et decimus; nonus vero trochaicus dimeter catalecticus, vel etiam iambicus dimeter acatalecticus, si tamen in, *me hem*, non fiat collisio. undecimus trochaicus tetrameter catalecticus. *Faërus*.

2 *Atqui si illam digito attigeris uno*] Moris comminantium est, ad exiguum revocare commissa, quæ se ulturos prædicant. *Donatus*.

Oculi illico effodientur] Et fœminæ minæ sunt, et in libidinosos quam maxime. nam hunc suspicatur amatorem esse virginis. Sic et alibi, 'Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico.' In oculos autem maxime sævire fœminas, et tragediæ fere omnes, et comediæ protestantur. *Donatus*.

Oculi illico] Minæ Amazoniæ, apud Comicos. Plaut. Aul. act. 1. sc. 1. et 11. 2. Trin. 11. sc. 4. *Farnabius*.

3 *Usque adeo ego illius ferre possum ineptias, et magnifica verba*] Non dixit, Usque adeo illum possum amare: sed, quam insuavis jam diu sit, ostendit, dicendo, *Ferre possum*. Et cito ostendit, quæ sit amicitia Militis. *Ineptias*, inquit, *et magnifica verba*. *Donatus*.

4 *Verba dum sint*] Hoc est, quæ vim non adimisceant rerum. *Idem*.

Verum enim si ad rem conferentur, vapulabit] Si diceaserit a verbis, et rem experiri cœperit, vapulabit. Et

bona locutio: ut ai dicas, Verba ad rem contulit, hoc est, agere quod dicebat aggressus est. *Idem*.

7 *Ad me? qui? quasi istuc*] Et rusticus, et timidus, et pudens commotus est Meretriculæ dicto. *Idem*.

Ad me? qui? quasi istuc] Mire expressit Poëta perturbationem adolescentis parum assueti turbis, et timidiore. *quasi istuc*. Guyetus supplet: *moverim*. Thais antequam absolvat orationem, respondet. *quia dum, &c. Bæclerus*.

Quasi istuc] Aposiopesis. quasi ego istuc commoverim. *Farnabius*.

Quia dum tibi sororem studeo reddere] Quæ enim Thais cupiebat de sorore Chremeti indicare, ad eam rem tempus non erat in domo militis: et cœptos cum adolescente sermones jurgium interrupit. supra 1v. 1. itaque nunc, urgentibus, quæ imminabant, litibus, Chremeti sororem indicat, et restituit; ut adversus militem jam suum negotium ille gerere posset. commendat tamen suum beneficium Thais in hac ipsa festinatione: multaque sibi laboribus stetisse hanc rem ostendit. Chremes ad mentionem sororis, expectatione suspensus, ubi *ea est?* inquit. et cum Thais responderet, *domi apud me*; confusus, *hem!* ait; metuens, ne pudori ejus male consultum in domo meretricis esset. quo metu mox eum liberat Thais: *quid est?* quid perturbaris? *educta* est soror tua *ita, uti teque illoque dignum est*. quod adversus dubitantem (*quid ais?*) mox amplius confirmat: *id quod res est*. Bæclerus.

8 *Hæc atque hujusmodi cum multa passa*] Mulier facunda Meretrix, hæc imputat adolescenti quæ vidit, et alia quibus interfuit. *Donatus*.

Reddere et restituere] Proprie redditur cupientibus, ut domino servus: *restituitur* cupiens, ut patriæ civis: *redditur*, et *restituitur*, cupiens cupientibus, ut parenti filius. Ergo in hac utrumque est, et reddi et restitui. *Id.*

9 *Hem*] Extimuit adolescens, cum sororem suam in domo meretricis esse audivit: cui rei statim occurrit *Thais*. *Idem*.

Hem] Indignantis est; ubi sororem suam in domo meretricis esse audiit. *Farnabius*.

10 *Educta*] Subauditur est. *Donatus*.

Uti teque illaque dignum est] Bene purgavit, quod ex fastu meretricio expectabatur. non, inquit, ut me dignum est, apud me est. *Idem*.

Quid ais] Recte: quia mirum apud meretricem liberaliter educatam. *Id.*

11 *Hanc tibi dono do*] Mellus dixit, quam *Dono*: ut donum placidius videatur et præstantius. *Idem*.

Neque repeto pro illa abs te quicquam pretii] Ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonstravit oratorie, dicens serio, non esse facturam. *Idem*.

12 *Et habetur et refertur a me, Thais*] Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. *Retulit* qui destitit habere. Multam ergo hic dixit, et *habetur gratia et refertur*. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Jugurthinum, 'Arma, pecuniam, sume, utere: et, quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: semper apud me integra erit.' *Idem*.

Et habetur et refertur a me Thais tibi, ita uti merita es, gratia] Antiqua locutio est, habeo gratiam, pro habeo tibi gratiam. ut in *Andria*: 'et non neglexisse habeo gratiam.' idem et de refero: ut supra in *Ennello*, 'Inveniam pol' hodie parem ubi referam gratiam.' ita versus erit octonarius iambicus expeditissimus, ut sequens, qui tamen, si in cave posteriorem corripas, potest esse trochaeus catalecticus: cuiusmodi est, qui eum sequitur. *Faërnus*.

13 *Ne prius, quam hanc a me accipias, amittas Chreme*] Hoc in Comœdia licet more vulgi dicere. Ceterum non potest amitti, quod nondum accep-

tum sit. An quia jam dudum sump-tum sit? *Donatus*.

14 *Nam hæc ea est, quam Miles a me vi nunc ereptum venit*] Non ad deterrendum, sed ad præparandum animum adolescentis hæc dicit, quem audarem putat, aliter ac res ipsa est. nam mox *Thais* mutabit orationem, et dicet, 'Quicum res tibi est, peregrinus est: Minus potens quam tu, minus notus, amicorum hic habens minus.' *Idem*.

15 *Cum monumentis*] Monumenta sunt, quæ Græci dicunt *γροφισματα* καὶ *σφδρυα*. *Idem*.

Abi tu, cistellam domo effer cum monumentis] Vide *Lindenbrogii* notas; et *Petrum Victorinum*, *Comment.* in *Poët.* *Aristot.* ubi *Philosophus* agit de agnitione, quæ per signa fit. *Bæclerus*.

Cum monumentis, &c.] Infantibus cum fortunæ aut misericordiæ alienæ exponerentur, uti adnotatum ad act. iv. sc. 5. *Andriæ*, apponebantur simul *ἐπισημα*, quibus tempore futuro et meliore possent agnosci. hæc Græci *λαβαρα*, *σφδρυα*, et *γροφισματα*, Latini monumenta, vel crepandia vocabant. *Pamphilæ*, licet exposita non erat, verum a prædonibus abrepta, spererant procul dubio crepandia quædam et *σφδρυα* quibus agnosci posset. *Farnabius*.

16 *Viden' tu illum, Thais*] Longe videre, timoris est indicium. *Donatus*.

Viden' tu, &c.] Trepidare incipit rusticus, viso *Thrasone* cum comitatu. *Farnabius*.

Ubi sita est] Trepidantes personas immiscuit. *Donatus*.

In risco] Cista pelle contexta: nomen *Phrygium*. *Idem*.

17 *Quantas copias*] Proprie dixit *copias*: nam sic dicuntur legiones in nnum collectæ. convenit tamen rudi et rustico adolescenti, sex homines, *copias* dicere: Militem scilicet, *Parasitum*, *Donacem*, *Syriscum*, *Simalio-*

nem, Sangam. *Idem.*

18 Num *formidolosus obsecro es, mi homo*] *Formidolosus*, et terribilis, et timidus intelligitur. *Idem.*

Apage sis] Plautus in Trinummo, 'Apage amor.' *Idem.*

20 *Atque ita opus est*] Ut minus formidolosus sis. *Idem.*

Metuo qualem tu me esse hominem existimes] Videtur ebrius factus hic Chremes jam etiam displicere nolle mulieri. nam idcirco fatetur, se timere malam opinionem Thaidis de se. 'Et metuo qualem tu me existimes,' nove dixit pro, 'Metuo ne ignara sis.' *Idem.*

21 *Peregrinus est, minus potens quam tu*] Quam * post quam tamen ipsa non eloquitur, quid efficiatur, ex eo quod ait, *Peregrinus est, minus potens quam tu*: bene sic dixit: quia tardum fuit dicere: *Ille impotens, tu potens*, et cetera. *Idem.*

Peregrinus est, minus potens, &c.] Locus de facultate et difficultate litigandi: etiam alibi apud nostrum tractatur: Andr. iv. 5. 15. &c. Adelph. ii. 2. 3. 4. Phormion. iv. 3. *Bacclerus.*

23 *Sed tu, quod cavere possis, &c.*] Ostendere vult Terentius, plures sententias ad timiditatem congruere, quam ad audaciam. nam et mox dicturus est, 'Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.' Quia ex providentia timor, ex audacia temeritas provenit. *Donatus.*

Admittere est] Fieri sinere. et melius dixit, quam *Pati*. hoc generale est. nam nunc admittere, pati fieri significat. *Idem.*

Quod cavere, &c.] Pol cavere quam pœnitere præstat. *Σωφρονέστερον δ' ὁμαὶ τοῦ μετὰ τὸ παθεῖν ἐγκαλεῖν, τὸ πρὶν παθεῖν φυλάττειν τὸ μὴ παθεῖν.* Stobæus. *Farnabius.*

24 *Malo ego nos prospicere*] Providere ne fiat: id est, prospicere et cavere. ab eo quod præcedit, id quod sequitur. *Donatus.*

Malo ego nos prospicere] Vide Andr. iii. 5. 18. et adde Sallustii illud: 'Res monet, cavere ab illis magis, quam quid in illos statuas consulere.' Catil. xxv. Laudat autem snam hanc cautionem, *consilium* vocans, Chremes scena sequente vs. 14. *Bacclerus.*

Accepta injuria] Hic causa ostenditur, cur illud malit. *Donatus.*

25 *Ostium obseca intus*] Pavidum consilium nihil aliud continet præter claustra et fugam. nam sera est claustrum januæ. *Idem.*

Transcurro ad forum] *Transcurro* dixit, non *Curro*: ut proximitatem fori ostenderet. *Idem.*

Ad forum] In foro obambulabant causidici. Forum autem intelligo *Piazzant*, quam vocant. ab una parte locus est a fronte apertus, in quo exercentur judicia. ibi tribunal et subsellia. nobis, *the Sessions-house*. in area ipsa, tabernæ, ubi habentur res venales, *the Market-place*: inibi spatiantur mercatores, fœneratores, et quos recenset Choragus in Plauti *Curculione* act. iv. sc. 1. *the Exchange*. *Farnabius.*

26 *Volo ego*] Quasi minus timeat: *cupio* non inquit, sed *volo*. *Donatus.*

In turba hac] Vide timidum *turbam* appellare, quam mulier non timet. *Idem.*

27 *Melius est*] Fugæ occasionem hic cupit dari. *Idem.*

Mane] Hoc gestu jam adjuvatur. *Idem.*

Omitte: jam adero] Ex hujus verbis apparet, etiam manu comprehendit esse adolescentem. *Idem.*

Omitte: jam istuc adero] Quia causam probari non videt, celeritatem redeundi pollicetur. *Idem.*

Nihil opus est istis] *Istis*, utrum advocatis, an istis omnibus quæ dixit? *Virgilius*, 'Aut quid petis istis?' *Idem.*

Istis] Advocatis. *Farnabius.*

28 *Hoc dic modo, sororem illam tuam*

esse] Ordine est executus : primo utrum personam habeat, *Dic, sororem*, inquit, *illam tuam esse*. Utrum negotium habeat, *Et te parvam virginem amisisse*. Cnr hodie agat, *Nunc cognosse*. Et unde probet, *Signa ostende*. Hæc omnia sic pronuntianda sunt, ut et justa et factu facilia demonstrentur. *Donatus*.

30 *Si vim faciet, in jus ducito hominem*] Et recte : quia violento civiliter resisti solet. *Idem*.

31 *Fac animo hæc ut presenti dicas*] Hæc non dicerentur a Thaide, nisi in illius vultu pavor nimius appareret. *Idem*.

Faciam] Adjuvandum pronuntiatione : *Faciam* enim, timide dictum est. *Idem*.

Attolle pallium] Hic verbis Chremetis demonstravit nimium liberaliter pavidı adolescentuli animum. *Idem*.

Attolle pallium] Vel quia simplex est, vel quia ebrius, pallium trahit Chremes. *Idem*.

Attolle pallium] Non satis sobrius, nec urbanæ elegantię studiosior, adolescens rusticus, pallium trahit, quod attolli et subduci jubet Thais. vide, quæ notat Octav. Ferrar. de Re Vest. part. II. lib. IV. cap. 8. *Bæclerus*.

Pallium] Humeris delapsum, vel per negligentiam madidi et ebriosi, vel ex concertatione tendentis in forum et abundi occasionem captantis. *Farnabius*.

32 *Perii / huic ipsi est opus patrono, &c.*] Hæc Meretricis querela, rudem Adolescentulum magis et honeste natum, quam culpandum esse demonstrat. *Donatus*.

SCENA VII. Iambici sunt tetrametri acatalectici ; et Trochaici catalectici, sive septenarii. vs. 2. Mæ. nostri omnes, *dorax*, (v. Guyet.) et, *sequimini me*. vs. 4. omnes : *recte*. et vs. 10. *domum*. vs. 13. Gnathoni omnes ista tribuunt : *idem hoc jam Pyrrhus factitavit*. vs. 15. unus : *sane qui tibi nunc vir videtur, hic neb. magn. e.* alter :

sane qui nunc tibi vir videtur esse, neb. m. e. Argent. *sane qui nunc vir tibi videtur esse hic? nebulo magnus est*. vs. 16. duo : *quid tibi videtur?* tertius : *quid videtur tibi?* vs. 17. duo omittunt, tu : tertius, *illos*. vs. 18. duo : *quam mox irruamus?* tertius : *quam mox irruemus?* et superscript. *irruamus*. vs. 19. omnes : *experiri consilio*. in uno tamen superscript. *consilio*. vs. 21. unus : *accedo ad te*. vs. 25. duo : *quid tu cum illoc agis?* unus : *quid cum illoc agis?* vs. 27. unus : *an tu illam tangas*. alter : *an tu eam tangas*. tertius : *aut tu eam tangas*. mox duo : *ah quid ais?* *tace*. vs. 28. omnes Chremeti tribuunt hæc : *quid tu tibi vis?* vs. 30. omnes : *sese*. mox unus : *si quicquam hodie turba feceris*. alter : *si quicquam hodie hic turba feceris*. vs. 33. unus interponit, *tibi*. vs. 34. duo : *sic agis*. Argent. *sic ais*. vs. 37. unus : *ne vim facias ullam in illam* : ego ad *Sophronam eo nutri*. alter : *ne vim f. ul. i. ill. ego eam ad sophronam mittere, ut eam adhuc*. Argentor. *ne v. f. v. in ill. ego eam ad sophronam nutricem ut eam add.* vs. 39. Argentor. *furtis*. vs. 41. duo Gnathoni totum attribuunt. vs. 44. duo : *Sangu, ut fortes decet milites*. vs. 45. omnes : *domique focique*. vs. 46. omnes hæc verba, *vos me hac sequimini*, *Sangu* tribuunt : unus omittit, *me*. *Bæclerus*.

1 *Hancine ego contumeliam*] Hic rursus inepti vanitas Militis demonstratur, ad amicam tanquam ad hostilem exercitum pergentis irritato animo, concitato cursu, inclinata chlamyde, trepidi et quantientis caput. Et hæc verba pro hortatu Imperatoris accipienda sunt : quandoquidem omnia de exercitu transferuntur. *Contumeliam* vero proprie, et ut miles. Sallustius, 'Ne qua contumelia,' &c. *Donatus*.

Contumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho] Apparet Gnathonem et dehortatorem esse certaminis, et ad pocula Militem provocare :

maxime cum videat persuasisse ista consilia, ut hoc certamen nuoveretur. *Idem.*

Tam insignem] *Insignem*, ut miles dixit, quia insignia armorum sunt. *Idem.*

2 *Mori me satius est]* Ridicula præsumptio: tanquam adversus meretricem jurgia nunquam Thraso sumere ausus esset, nisi morte proposita. Ergo velut mortis contemptu opus est ad tale prælium. *Idem.*

Mori me satius est] Quasi ille sibi dicat, vel molestum esse certamen, vel amicam non esse lædendam. *Id.*

Mori me satius est] *Donatus:* 'Tanquam aliter miles adversus mulierem audere non posset, vel quia nihil, vel quia amator.' Lege: *vel quia nihil, vel quia amator.* sequentia docent, in illa annotatione. *Bæclerus.*

Simalio] Et hoc concitate pronuntiandum est. *Donatus.*

Sequimini] Hujusmodi militia per tumultum repente suscipitur, et dicitur *Evocatio:* ubi dux alloquitur cives, *QUI REM PUBLICAM SALVAM VULTIS, ME SEQUIMINI.* Unde Virgilius sic ait, 'Desuetaque bello Agmina in arma vocat subito, ferrumque retractat: Ipse vocat pugnas, sequitur tum cetera pubes.' *Id.*

3 *Primum ades expugnabo]* Debet hic esse vociferatio vana ad hoc, et verbum militis cum quodam motu ingenti, et per immanes minas, sine ulla vi rerum. Vanaque comminatio est, velle ædes expugnare, cum foris sit Meretrix. *Idem.*

Recte, &c.] Ex decoro personæ et instituto parasiti, qui sibi imperaverat omnia assentari, *recte, probe, pulcre.* Farnabius.

4 *Male mulcabo ipsam]* Vide ordinem belli. Primo expugnatio mœnium, tum recuperatio captarum rerum, demum pœna prædonum. *Donatus.*

Male mulcabo ipsam] Sequor editionem Faërne, in qua scriptum est,

mulcabo. Gall. *Je la meurtriray de coups.* Ea enim significatio hujus verbi est; quod, usque adhuc, non ita frequens in libris qui in usu quotidiano sunt. *Faber.*

Pulchre] Postquam non obtinuit quod volebat Gnatho, assentatur ad omnia. Vide autem manifestam irrisiorem ex ipso genere laudandi. nam quid est in ædium expugnatione recti? quid in virginis ereptione prohibitatis? quid in male mulcanda muliere pulchritudinis? Sed hoc est, quod ait supra de se ipso parasitus, 'Quidquid dicunt, laudo.' *Donatus.*

In medium huc agmen cum vecti, Donax] Mire composita ad contemptum nomina legionariorum sunt. Nam *Donax* ab arundine, veluti sit inanis et fragilis, nomen sortitus est. *Idem.*

In medium huc] Ridicule satis armaturas leves non putat adversus Thaidem idoneas: et ideo agmen cum vecti vult venire in medium. An ideo cum vecti, quia ad expugnationem venit ædium? *Idem.*

5 *Simalio]* A simio, vel a simia derivatum est, ob fœditatem oris vel nasi. *Idem.*

Syrisce] Jam diminutivum est a *Syro.* *Idem.*

Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexterum] Hic agmen instruitur. Facetum autem est, cum a rebus magnis res ridiculæ deriventur. *Idem.*

6 *Cedo alios]* Non reliquos dixit, sed alios, quasi multi sint. *Idem.*

Sanga] Nec sangarius saltem, ut nomen esset. *Idem.*

Manipulus furum] *Manipulus* proprie est militis. Cum Romani et Latini sub uno Centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi sortum vel coronam ex manipulo herbæ, vel hujusmodi, conficiebant, quem pro signo sequebantur. Merito ergo Centurionem videns, manipulum desideravit: hoc est, coquum videns, convivas desiderat: qui apparaverat,

quoties locus affuit, id est, convivium est constitutum. Alii *manipulum furum*, condiscipulos dici putant. *Idem.*

Manipulus] Manus militum sub eodem papillone degentium, sub eodem signo pugnantium. Veget. l. ii. Plutarchus in Romulo scribit Romulum duxisse magnas quasdam manus militum in centurias distributas, in quibus singulis unus vehebat manipulum fœni aut herbæ in conto vel hasta, hinc mansisse nomen manipulis. Ovid. iii. Fast. 'Pertica suspensos portabat longa maniplos.' In legione centuriæ erant 60. manipuli 13. cohortes decem. Agel. l. xvi. c. 4. *Farnabius.*

Furum] Servorum culinariorum sub Archimagiro Sanga. Coquos autem pro furibus celebrat Plautus in Aulul. Pseudol. alibi. *Idem.*

Eccum adest] Pro se ac pro discipulis Sanga. *Donatus.*

7 *Quid? ignare*] Apparet, coquum ad repentinum strepitum sic exisse, ut artem suam fuerat expeditus. *Idem.*

Quid ignave, peniculus pugnare, qui istuc huc portas, cogitas] Ex quid elidendum est d, ex istus s, ut octonarius constet. *Faërnus.*

8 *Egone*] Hæc causa est. *Donatus.*

Imperatoris virtutem noveram, et tim militum] Hoc plus habebit salis, si sic intellectum fuerit, ut Sanga uno eodemque tempore et quærat quid dicat, simulque respondeat, *Hoc noveram, sine sanguine fieri non posse*, scilicet ἀποδοκίμως. Quid igitur si hoc sciebat? *Idem.*

Egone? imperatoris virtutem noveram, et tim mil.] Laudat hunc versum Priscianus lib. ix. Infeliciter admodum, et sine ulla necessitate, Jo. Prææus (ad viii. Apulei. Miles.) corrigiit: *næ ego imperator*, &c. de peniculo vide Lindenbrog. *Bæclerus.*

9 *Quasi hoc fuerit auxilii genus.* Quid hoc est? unde vulnera? quorum vulnera?

utrum utriusque partis? an, quod magis ridiculum est, suorum? *Donatus.*

Abstergerem vulnera] *Vulnera* est in libro Bembino et Victoriano. Octonarius autem stat producta penultima in *abstergerem*. Priscianus lib. ix. *Faërnus.*

10 *Qui malum*] *Malum* per *ραπίσσω* suaviter infertur. Plautus in Epidico, 'Quæ (malum) hæc impudentia est?' Et non interponitur *malum*, nisi oculis conversis ad eum, qui id quod reprehendimus, dixerit. *Malum* nunc interjectio est. *Donatus.*

Solus Sannio servat domum] Hæc figura *ραπίσσω* dicitur. *Idem.*

Solus Sannio servat domum] Ut, 'Sola mihi tales casus Cassandra canebat.' *Idem.*

Servat domum] Pro remanet, ut observet. Nam *servat domum*, rectum erat: non, *servat domi*, si custodit intelligeretur. Vel *Servat*, pro sedet: ab eo quod sequitur, id quod præcedit, nam non servat, nisi qui prius in eo loco sederit. *Idem.*

Servat domi] *Donatus domum* legit: ut et Mss. nostri. sed vindicantur alteram lectionem Nonio Marcello probatam voc. Sanniones, Eruditi, et nunc Guyetus. *Bæclerus.*

Servat domi] Custodit res quæ sunt domi. Plaut. 'Nemo in ædibus servat.' act. sc. 2. 'Quia nos eramus peregre, tutatus est domi.' Plaut. Amphit. act. i. sc. 1. legitur et *domum*. *Farnabius.*

11 *Post principia*] Magnifice ad risum commovendum, nam dicere debuit, *post vos*. Et hunc locum sibi optimum elegit, ut timidus. *Donatus.*

Post principia] Militare dictum est. Et ambigunt multi, an in extremo agmine sit hic locus, an in medio. *Idem.*

Post principia] In prima acie stabant Hastati: in secunda Principes: post hos Triarii. Inter quos sibi cavet Thraso. et milites ipsi *principes*, dicti sunt *Principia*, ut servi, servi-

tia. *Farnabius.*

Inde omnibus signum dabo] Tanquam non omnibus dari possit, si aliunde detur. *Donatus.*

12 *Ipsus sibi cavit loco*] An *Loco* simpliciter, quia post principia? an *Loco*, in loco, opportune et *εὐκαλῶς*? Terentius in *Adelphis*, 'Pecuniam in loco negligere, interdum maximum est lucrum.' An pro, de loco? *Idem.*

13 *Idem hoc jam Pyrrhus facitavit*] Irridet quidem Poëta: veruntamen ostendit, officium Imperatoris hoc esse, ne se in periculum projiciat. Sic Sallustius, 'Et in præliis actu promptus.' Et hoc totum, quasi in *Palliata*: sed concessum Poëtis fuit. *Pyrrhus* autem peritissimus stratagematôn fuit: primusque quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur ostendit. *Idem.*

Idem hoc jam Pyrrhus fact.] Suavitatem Comœdiæ juvat, quod homo nihili, et nebulo magnus, ut infra dicitur, clarissimorum hominum exemplis ineptiis prætexit: hic *Pyrrhus*, infra *Herculem*. Tota hæc scena lepore et festivitate comica conditur, sicut in præfatione ostendimus. *Bæclerus.*

Pyrrhus, &c.] Epirotarum rex, quem Antigonus ducem optimum pronuntiavit, siquidem consenuit, superstes variis bellis. Annibal vero primas Alexandro dedit, quia, &c. *Pyrrho* secundas, quia castra metari primus docuisset, stratagematum in urbibus capiendis et præsiidiis ponendis esset peritissimus, artem conciliandi homines optime calluisset. sibi denique tertias, &c. Liv. dec. iv. l. v. *Farnabius.*

15 *Nimirum consilium illud rectum est*] *Illud rectum est*, et nova locutio, et superiori similis, 'Nimirum dabit hæc *Thais* mihi magnum malum: pro sine dubio rectum est. *Donatus.*

15 *Sane quod tibi nunc vir videatur esse; hic Nebulo magnus est: ne metuas*] Figurata locutio, et præterea *ἐνέπαι-*

σας intermixtum. nam hic ordo est; Sane hic nebulo est, ne metuas. An hic erit ordo et sensus, ut sit dictum, Ne metuas: sane qui tibi vir videtur esse, hic nebulo magnus est. Et recte: nam obterretur adolescens, et ætate *Millitis*, quod jam vir est: et magnitudine, quod magnus corpore: quæ utraque in illo vana esse, meretrix ut experta denuntiat. *Nebulo* autem, vel inanis, vel vanus, aut mollis, ut est nebula, dicitur. Et hoc *εἰσπρωκὴς* dictum est. Meretrix, frustra metuentem corripiens *Chremetem*, 'Sane,' inquit, 'quod tibi nunc vir videatur esse,' et deest, *Non est*: ut sit, *Non est* quod tibi nunc vir videatur esse: hic nebulo magnus est. Sic et alibi, 'Si in platea hac te offendero post unquam, nihil quid dicas mihi, Alium quærebam: iter hac habui: peristi.' Ut sit, *Non est* quod dicas mihi. *Idem.*

Sane quod tibi nunc vir vid.] *Donatus* explet *ἔλαττω*: 'Deest,' inquit, 'non est, ut sit: non est quod tibi nunc vir videatur esse,' comparatque alterum locum act. v. sc. 9. vs. 34. v. infra, et *Chrestomath.* voc. Quod. *Scioppius* supplet: 'ob id nomen seu negotium, quod,' &c. 'ab eo vel ex eo negotio seu nomine, quod,' *Bæclerus.*

16 *Quid videtur*] Non diceret miles, si staret in sententia: sed jam videtur timore mutatus. *Donatus.*

Quid videtur] Dubitandi est quod dictum sit, *Quid videtur*? Ego sane hoc Militem pnto dicere, quem paulatim a violentis atque acribus principiis ad terrorem desidiamque perducit timor. Nam primo ipse præcedit, utpote qui dicat, *Sequimini*. Dum denique propius deventum est, post principia refert pedem. Post jam nihil ipse audet, sed quærit consilium *Parasiti*. Denique, ubi cominus res gerenda est, dixit *Mane*, et continet irruentes. Ad postremum diffusus, nescit quid agat: ad parasitum spectans, *Quid agimus*, inquit? *Idem.*

Fundam tibi nunc] Mire Parasitus hoc ait: vel quia Militem nolle videt, vel quia non audeat impugnare, consilium formidolosum et aptum metuenti dedit, subtiliter tamen: nam funda pugnant, qui cominus non possunt: et ex occulto, qui non audent palam. Sed honesta causa, non, quia timeas, inquit, sed ut fugiant: tanquam nisi hostes fugerint, non sit tutum accedere. *Idem.*

Fundam tibi] Non dixit hastam, aut lanceam: sed sagittam, *fundam*, quæ nimirum longe jactatur. ut ex hoc intervallo pavorem ostenderet non audentis accedere. Et mire tibi: tanquam ipse Parasitus nec hoc audeat. Sunt autem qui putent hæc a Thaide ad Chremetem dici. sed male. non enim conveniunt ista Meretricis dictis superioribus: nisi quia movet me, quod *ex occulto* dicit: quasi constet ei, jamdudum videri militem et ipsum non vidisse, cum qua pugnaturus sit. *Idem.*

17 *Ut tu illos]* Meretricem scilicet cum suis, ut alibi, 'Nos prius introducant.' *Idem.*

Ut caderes] Pro cædendo cogeres, ut facerent fugam. *Idem.*

Procul, &c.] Ut Paris Homericus, 'Ex λόχου ἀπὸρῆσθαι. Farnabius.

Facerent fugam] Deest rursus ut, sic, *Ut facerent fugam.* vel ἀσυνδέτως illatum est. *Donatus.*

Facerent fugam] Desiderat conjunctionem enim: ut sit, *Facerent enim fugam.* *Idem.*

Facerent fugam] Ex duobus, quæ in Donato proponuntur, alterum in-eruditum est. quis enim putaret, hic accipi posse, *ut facerent fugam?* *Bæclerus.*

18 *Sed eccam Thaidem ipsam]* *Eccam* et ipsam, figura ὑπαφαις. quasi *eccam* principem belli: et ipsam, contra quam pugnaturus est. *Donatus.*

Sed eccam Thaidem ipsam video] Vultu hæc juvanda sunt. Miles vultu gestuque, tanquam ad certamen

composito, cum strepitu hoc infert: *sed eccam Th. ipsam video.* Itaque parasitus ex more σωμαγωγὸν, quam *mox irruimus?* inquit. sicut subiinde, cum militem, obtentu consilii cunctari videt, et ipse orationem vertit, contrariam priori viam laudans: 'dii vestram fidem, quanti est sapere!' *Bæclerus.*

Quam mox irruimus] Hoc parasitus irridens Militem dixit. Et *irruere* proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt. *Donatus.*

19 *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet]* Animadvertite quantam vim habeant ad delectandum in Comædiis severæ sententiæ, cum a ridiculis personis proferuntur: quale est apud Plantum, ubi Miles suam formam admirans, ait, 'Nimis est miseria nimis pulchrum esse hominem.' *Idem.*

Quam armis] Ἀνακλόουθον: pro *quam arma.* Aut ἔλλαψς est, si subaudiamus *agere.* Et mire non dixit *Me*, sed *Sapientem*, quod magis ridiculum est. *Idem.*

20 *An qua jubeam]* Et mire non *velim*, sed *jubeam* dixit. *Jubeam* pro *velim*: ut, *Jubeo Chremetem.* *Idem.*

DI vestram fidem] Bona ἀπαλογία: quæ leviora laudaverat, hic exclamare jam debet. Et hoc est quod supra ait, 'Id rursum si negant, laudo id quodque.' Nam negat rursum male pugnandum esse, qui superius retineri non poterat, quin in prælium vel moriturus irrueret. *Idem.*

DI vestram fidem, quanti est sapere! nunquam accedo, quin abs te abeam doctior] Mire egit personam admirantis, per trinam ἀποστροφήν. Ad Deos, ut, *DI vestram fidem.* ad se ipsum, *Quanti est sapere!* ad militem, *Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.* Et ridicule Parasitus, Nunquam accedo ad te, dixit, qui nunquam recedit. *Idem.*

21 *Quin abs te abeam doctior]* Nimis impudens assentatio, se fieri doctio-

rem ex Militis sapientia. *Idem.*

22 *Thais, primum hoc mihi responde]* Omissa contentione repetendæ Virginis; non enim jam puellam, sed pactum exigit, ut Amator. *Idem.*

Cum tibi de] Pro, cum tibi darem. *Idem.*

Thais, primum, &c.] Non minus nunc inepti litigatoris, quam hactenus, inepti militis specimen dabit Thraso. sed ut mos est huic generi, satis speciose et graviter orditur; et ne jure nullo reposcere virginem videatur, causam ante omnia, id est, perfidiam Thaidis, commemorat, ut conficiatur: quæ sub pacto et conditione tradita. tibi est virgo, pacto non servato, merito jure reposcitur. Itaque non bene annotatur apud Donatum: 'Thais, primum,' &c. Atqui ad ordinem litis, potius, quam ad affectum litigantis, hoc referri debet. nam reposcit certe virginem, ut primum, præmissa demonstratione juris, consequens erat, inferri: *Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mavis eripi.* Bæclerus.

23 *Quid tum postea]* Aut, dixi, respondendum erat: aut, Non dixi. Sed vide contumaciam Meretricis: in contemptionem Personæ Militis interrogantem. interrogare maluit, quam per inductionem capi. *Donatus.*

Quid, &c.] Insolenter, et ut meretricem sapit. *Farnabius.*

24 *Rogitas]* Contentionis genus interrogativæ. *Donatus.*

Quæ mihi ante oculos coram] Utram significat inepti Militis dictum? an *Ante oculos*, minus est quam *Coram*? *Idem.*

Ante oculos coram] Potest *ante oculos*, et longe tamen intelligi: *coram* proximitatem significat. *Idem.*

Quæ mihi ante oculos coram amat] Probandum erat, Thaidem pactum violasse. adducit miles probationem infirmam, præpropera suspitione nixam. neque enim Thais Chremetem,

ut amatorem, invitari voluerat apud militem, sed ex alia causa. Apud Donatum inepte annotatur: '*quæ mihi ante oculos coram.* utrum significat inepti militis dictum? an *ante oculos* minus est quam *coram*?' Mireris, quomodo, qui Terentium legit, nodum in scirpo hic quærat, et ad geminationem *oppoens*, id est, ad assiduam figuram comicam obhærescat. nunquam solet Terentius ineptos mores hominum vitiose loquendo designare. aliæ ipsi artes, et procul ab istiusmodi confugiis remotæ. copia et frequentatio verborum ubique in promptu longe petitarum *reperitur* explicationum temerari non debet. res ipsa plerumque rationem demonstrat: cujus testimonium minutius scrupulorum Grammaticorum longe potentius est. *Bæclerus.*

25 *Quid cum illo agas]* Omnino Meretrix non putat illum idoneum, cui reddenda sit ratio, cuique se purget: adeo apud illam amicitie ejus pertæsum est. Nam errant qui dicunt, eam se velle militi reconciliare. *Donatus.*

Et cum eo clam subduxi te mihi] Invidiose, *Et cum eo*: nam, ut supra legimus, exclusit Chremem. *Idem.*

Subduxi te mihi] Furtim subtraxisti mihi. Virgil. 'Et fidem capiti subduxerat ensem.' *Idem.*

Quid cum illoc agas] Sarisberiensis ad patrociniū Thaidis, quo tueatur Chremetem, hæc verba refert. Donatus melius contemta militis dicta exponit. Thais enim indignum hactenus denotat, cum quo litiget. Itaque Chremes vices ejus excipit, postquam ad repetitionem Pamphilæ perventum est. hoc enim demum erat, quod contradictione egeret: suspicionem de rivali, quamvis vanam, confirmari volebat potius Thais apud militem, ad ea, quæ sequuntur. *Bæclerus.*

26 *Lubuit]* Superbum est, et meretricium verbum. Sic de Chelidone

Cicero ait, 'Libenter ait se facturam.' *Donatus.*

Huc redde] Idioma est, pro contumelia repositis. sic et in Hecyra, 'Renumeret dotem huc: eat.' *Idem.*

Nisi vi mavis eripi] Utrum nisi pro non et si? ut sit, Si tibi illam non mavis eripi. *Idem.*

27 *Tibi illam reddat]* Se primum interponit Chremes, ut Adolescentulus potuit, jam fracto milite. *Idem.*

Aut tu illam tangas? Omnium] Ait utrumque Chremes. nam quia dixit, 'Nisi si tibi mavis eripi,' ait, 'Tu illam tangas?' et addidit *Omnium.* et est ἀποσιόησις secunda. sic autem loqui solent plus gestu, quam verbis conciti. *Idem.*

Tibi eam reddat? aut tu eam tangas, omnium] Magna vis in pronominebus, et significatio est. ut, 'Cantando tu illum?' *Idem.*

Tibi illam reddat? aut tu eam tangas] Omnes fere libri, et in iis antiquissimis, et *Donatus*, aut *tu illam tangas.* Sed esset octonarius iambicus inter tot trochaicos, nisi quis hanc vocem *illam*, postremo loco positam, elisione alterius l, et m, quamvis sequente consonante, Pyrrichium faciat. *Faërus.*

Omnium] Aposiopesis, pessime, aut tale quippiam. *Farnabius.*

28 *Quid tu tibi vis]* Recte. cum Thaïde enim loquebatur, non cum hoc. *Donatus.*

Ego non tangam meam] Bene addidit *Meam.* hinc enim probatur injuste dictum, *Tu illam tangas?* *Idem.*

Tuam autem furcifer] Incongrue, ut imperitus Adolescens liberum servilibus convitiis exagitat. *Idem.*

Tuam autem furcifer] *Donatus:* 'Incongrue,' &c. Intempestivum acumen Grammatici. An non Cicero liberos *hom.* hoc vocabulo inessit? οὐδενὸς μὴ ἀδελφικῶς. *Bæclerus.*

Furcifer] Vide quæ ad scen. 5. act. III. 'Tibi ut ego credam, furcifer. *Delph. et Var. Clas.*

fer. *Farnabius.*

29 *Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro]* Animadvertite, Parasitum neque tacere omnino, ne defuisse patrono videatur: neque in aliena causa rixam in se transferre. *Donatus.*

Cave sis] Quia imperativa sunt contumeliosa, addebant veteres *sis:* quod significat si vis. *Idem.*

Non tu hinc abis? scin' tu ut tibi res se habeat] Hoc Parasito, illud Militi Chremes. *Idem.*

30 *Scin' tu]* Non parasito, sed militi dicit. *Idem.*

Non tu, &c.] Hoc parasito dictum. *Farnabius.*

Scin' tu, &c.] Hoc militi. *Idem.*

Non tu hinc abis? scin' tu ut tibi res hab.] Prius Parasito; posteriori Militi Chremes dicit. quod recte *Donatus* notat. *Bæclerus.*

31 *Faciam ut hujus loci, dieique, meique semper memineris]* Moris est magnas esse minas hominum meticulosorum. Specta ergo quam acriter timidus comminetur. *Donatus.*

Hujus loci, dieique, meique] *Loci,* in quo læsus. *Diei,* quo cæsus. *Mei,* a quo cæsus. *Idem.*

Faciam ut hujus loci dieique meique] De Plauto sumtum, Captiv. III. 2. 20. *Bæclerus.*

Dieique, &c.] *Dieique.* vide Grammat. nostram, et Agellium l. IX. c. 24. *Farnabius.*

32 *Miseret tui me]* Hic Parasitus nunc quasi monitor Chremeti respondet. *Donatus.*

Qui hunc tantum hominem inimicum facias tibi] Ne nunc quidem Parasitus a Militis assentatione discedit. *Idem.*

33 *Diminuat ego caput tuum hodie, nisi abis]* Rusticius dixit, *Caput tuum diminuat*, quam si diceret, *Diminuat tibi caput.* *Idem.*

Diminuat ego caput tuum hodie] V. Chrestomath. Nugantur qui de status mutatione hoc loco accipiunt. *Donatus* quoque inepte: 'Rusticius

Terent.

4 L

dixit,' &c. non habuit aliud, quod diceret. *Bæclerus.*

Diminuum, &c.] Capitis diminutio erat prioris status mutatio: 1. Cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittebat. 2. Cum civitas amittebatur, libertas retinebatur. 3. Cum civitas retinebatur et libertas, sed status hominis commutabatur. Caput diminueret ait Nonnius l. ix. Misc. c. 10. est caput perdere. Hinc illa, truculenta Chremetis apud Terentium in Eunucho comminatio, quum mortem denunciaret: 'Diminuum ego tibi caput.' *Farnabius.*

Ain' vero, canis] Hoc verbo impudentibus inimici convitium fieri solet. Nam militare dictum est in hostem, *canis*: et apud Homerum pro gravi contumelia in adversarium dicitur, velut in illo loco, *τί μὴν ἀπρόμενοι Μεγέλαρ σὸι τε, κύων;* *Donatus.*

Canis] *Κυνῶνα, Κυνὸς ὅμωρ' ἔχων.* Iliad. a. Hom. i. e. impudens. *Farnabius.*

34 *Quis tu homo es? quid tibi vis?* *Ἐπιτοχασμὸς* figura est, ubi multis terribiter interrogantur, ut, 'State viri: quæ causa viæ, quive estis in armis? Quove tenetis iter?' *Donat.*

35 *Scibis*] Non obsequenter, sed figurate dicitur ab irato. *Idem.*

Scibis] Et *scies*, et *scibis* dicitur post productionem tertie conjugationis. *Idem.*

Principio eam esse dico liberam] Quo tollitur, *Tuam videri.* *Idem.*

Principio] In tria divisit officium defensionis suæ. In assertoris, *Principio eam esse dico liberam.* In cognitoris, *Civem Atticam.* In fratris, *Meam sororem.* Et bonus est ordo, *Libera, civis, nobilis.* *Idem.*

Civem Atticam] Quo etiam negotium potest ei fieri, qui se pro domino gessit in civem. *Idem.*

Hui] *Hui, hem*, et cetera huiusmodi generis, *sanæ* sunt adversus eos, quibus irascimur. *Idem.*

Principio eam esse dico liberam, ci-

vem Atticam, meam sororem] Tria officia agnoscit hic Donatus: *assertoris, cognitoris, fratris.* Bene et illud notavit: 'Civem Atticam,' &c. Ordinem etiam merito commendat: *liberam, civem, sororem.* Tria enim sunt quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam, sicut Romani quoque Jureconsulti statum hominis explicant. vide l. ii. de cap. min. *Bæclerus.*

36 *Meam sororem*] Quo constat, præsto esse defensionem puellæ. *Donatus.*

Os durum] Quasi ex omnibus hoc sit impudentius, quod et sororem suam dicat. *Idem.*

Os durum] *Os* impudens: ut contra, *mollis frontis* dicuntur, qui sunt reverentes. *Idem.*

Os durum] *Perfrictæ frontis* homo, vel *dnrioris.* *Farnabius.*

Nunc adeo edico tibi] Ut superbe, quasi Militi: nam *edictum*, Prætoris dicitur et Imperatoris. *Donatus.*

Miles, nunc adeo tibi] *Miles* contumeliose dixit. De iis enim est officii, quæ suo nomine contumeliosa censentur, sicut in Adelphis, 'Delibera hoc, dum ego redeo, leno.' *Id.*

37 *Ne vim facias ullam in illam*] Servavit præcepta meretricis: adeo ut meminerit, 'Si vim faciat, in jus ducto hominem.' *Idem.*

Ego eo ad Sophronam] Hoc lentius a Thaide Chremeti. *Idem.*

39 *Prohibeo inquam*] Non satis exercitate adolescens totidem verbis dictum repetit Militis. *Idem.*

Prohibeo, inquam] Apud Donatum legas: 'Non satis,' &c. quid potuisset ineptius annotare, quisquis est, qui hæc Donati commentario assuit? *Bæclerus.*

Audin' tu? hic furti se affigat] Gratio occasionem finiendi litigii jamdudum quærit, ob desiderium mensæ et cibi: et ideo quasi de jure consilium suggerit, hunc reum Militis esse posse, qui paratus est alienam rem suam dicere, et id in jure profiteri,

hoc est, apud Prætozem. Ergo *furti se alligat*, id est, reum se efficit fraudis. Nam *peraliquando furtum* pro omni fraude et dolo accipimus et injuria. *Donatus*.

Alligat] Astringit, illaqueat, et obnoxium facit. Omne igitur quod fraude fit, furtum est. Sic Virgilius, 'Furta paro belli,' id est, insidias. et 'Dulcia furta,' id est, adulteria. Omne malum factum. 'Quæ quis apud speros, furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.' *Furtum* duobus modis dicitur. Uno, cum omne maleficium generaliter significatur: altero, cum res surrepta demonstratur. Nunc ergo *furtum* maleficium est. *Idem*.

Audin' tu? hic furti se alligat. satis hoc tibi est] Engraphius legit *te*. Apud Donatum duplex interpretatio ponitur, nec ab una manu, ut apparet: quarum altera, *se alligat*, altera, *te alligat*, explicare contendit. Optima est lectio, quam retinimus hoc sensu: nascitur tibi adversus Chremetem titulus novæ actionis. furti enim adversus ipsum agere potes, quod rem tuam albi vindicat, satis est hoc tibi, scilicet, 'Ad repetendam,' &c. ut *Donatus* supplet. *Bæclerus*.

Furti se alligat] Remm se, quasi apud prætozem, furti astringit, professus se dolo malo rem a proprio domino auferre et detinere. Rei ligantur, innocentes absolvuntur. *Farnabius*.

40 *Satis hoc est tibi*] Ad repetendam scilicet Virginem, suamque injuriæ vindictam. *Donatus*.

Satin hoc est tibi] In omnibus et Donato, *satis hoc tibi est*, quæ verba militi, et recte, *Donatus* attribuit. Gnatho enim, cui rixa displicebat, persuadere vult militi, sufficere ei furti actionem contra Chremetem, qui professus erat se prohibitorium ne miles suam tangeret. sed ut trochaicus constet, vel tibi erit una syllaba, vel ex est a elidetur. *Færnus*.

Idem hoc tu ais] Id est, hoc quod Chremes, et tanquam Chremes. Et ipsam circumventurus interrogat. quod illa intelligens, malitiose ait, *Quare qui respondeat*. Satis contumeliose: illud enim queritur, quod difficile reperitur. Ergo non modo indignus es, inquit, cui ego respondeam: sed vix invenies, qui te dignum responso judicet. *Donatus*.

Quare qui respondeat] Et contemptis interrogantem: et indixit inimicitias professione iracundiæ, cum dixit indignus Militem. *Idem*.

41 *Quid nunc agimus*] Vide ut evanuerit actio Militis. Primo dixit, 'Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.' Post, 'Idem hoc tu ais, Thais?' Et postremo, 'Quid nunc agimus?' Et, 'Quid nunc agimus?' consilium querentis est. *Idem*.

Quid nunc agimus] Languidi atque defessi est. *Idem*.

Quid nunc agimus] Ubi est illud quod ait, 'Primum sedes expugnabo,' et cetera. Sed vani impetus hunc exitum semper accipiunt. *Idem*.

Quin redeamus] Quin, modo imo. Non abeamus, inquit, sed redeamus: ut irritos conatus uno verbo ostenderet. *Idem*.

42 *Credin'*] Ex parte consentit, qui sic interrogat. *Idem*.

Credin'] *Credere*, dubitantis est: *Certum esse*, fidentis. *Idem*.

43 *Ubi notis, cupiunt ultro*] Plus intulit spei, non revocando verbum quod expectabatur, hoc est, *volunt*: sed *cupiunt*. Ergo variavit: non enim intulit, *Volunt ultro*. *Idem*.

Bene putas] Hoc est, recte putas, sapis, vel intelligis. Virgilius: 'Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.' Vel conjicias. Vel *putas*, disputas. Vel *putas*, cogitas. *Idem*.

44 *Jam dimitto exercitum*] *Dimitti exercitus*, dicitur, vel pace facta, vel vexatis hostibus. Ridicula ergo magnificentia verborum est, cum sint facta deformia. *Idem*.

Jam, &c.] Καὶς θαρρῆναι μάλ' ἀντὶθέν, ἔπειτα δὲ φέβει, inquit Epicharmus, qui antea minas vociferabatur. *Sequimini, primum aedes expugnabo. Virginem eripiam. Male multabo ipsam. Jam ubi ad rem ventum est, cavet sibi post principia, manere jubet et rem consilio experiri. Quod quaerit a parasito. Quid nunc agimus? denique receptui canit turpiter, et exercitum, i. e. manipulum furum dimittit. Farnabius.*

Sanga, uti sortes decet milites, domi focique fac vicissim ut memineris] Ut mire in coquum, qui focum curat in domo. quia milites hi fortiter pugnant, qui sunt memores domorum. Vide ergo quam utrumque comicum. Ad ineundum praelium, resque bellicas, Donax primus est: ad res domesticas Sanga, qui coquus est. *Donatus.*

Domi focique] *Domi* et *Foci* genitivi sunt. Cæcilius, 'Decora domi.' Plantus, 'Quamquam domi cupio, opperiar tamen.' *Idem.*

Domi, &c.] Contestatur parasitus principiis suis, quæ cum mediis ten-

dunt ad finem, gulæ et ingluviæ. *Farnabius.*

46 *Jam dudum animus est in patinis*] Hic apernit causam Poëta, cur et iuvitus Gnatho iret ad litem, et libens domum redeat. *Donatus.*

Frugi es] Utilis et necessarius: a frugibus, quæ quod his fruamur, dictæ sunt. Inde *fructus* et *frumentum*. *Fru* autem est vesci. a frumine, quæ est summa pars gulæ: a qua re, etiam his, quæ nec cibo nec poculo sunt, *frui* dicimur κατὰχρηστικῶς: utpote rebus venereis et delectatione odoris, visus, auditus, et ceteris. *Idem.*

Jam dudum animus est in patinis. Gn. frugi es] Gnatho non belli, non contentionis, sed ciborum potius memorem se κομικῶς præbet; 'domique et foci meminisse,' festive milites, non tam ad pugnandum pro aris et focis scilicet idoneos, quam ad consumendas fruges natos factosque, jubet. posset ingenium ejus interpretari Martialis illo vers. 11. 40. 'Novi hominis mores: esurit atque sitit.' quod enim potius parasiti negotium studiumque? *Bæclerus.*

ACTUS V.

SCENA I. Senarii sunt. vs. 2. unus
Mss. meorum: *audiri, non affui.* vs.
10. omnes: *aut quamobr.* add. unus:
deductus. vs. 15. omnes: *jussisti.* vs.
20. omnes: *potes.* et vs. 22. *aspicis.*
Bæclerus.

1 *Pergin', Scelesta, mecum perplexe loqui*] Nunc demum virgo vitata esse cognoscitur a Thaide, opportune, postquam magnopere et defensa est, et retenta. Nam statim consequentur nuptiæ ejus et Chæreæ, qui illam vitiauit. *Donatus.*

Perplexe loqui] Ideo *Perplexe*, quia statuerat crimen virginis celare. *Id.*
Perplexe loqui] Περπλέγη. intricato tortiloquio. *Farnabius.*

2 *Scio; nescio; abiit; audiui*] Mire ex dictis omnibus pauca decerpit: et ostendit quod perplexe dixerit: et stomachum sævientis expressit. *Donatus.*

Scio] Flere puellam. *Idem.*

Nescio] Vitiatam. *Idem.*

Abiit] Eunuchus. *Idem.*

Audiui] Domi hoc admissum. *Idem.*

Ego non adfui] Cum hæc fierent. Acriter iratorum est, ea repetere, quæ proxime dixerint, quibus irascuntur. ut, 'En ego victa situ, verique efficta senectus.' *Idem.*

Scio, nescio, &c.] Ellipses non bene explet *Donatus.* *Bæclerus.*

3 *Non tu istuc, &c.*] Non est hic interrogatio. *Donatus.*

4 *Virgo concissa veste lachrymans obtice*] Hæc omnia rixam esse significant. *Idem.*

Virgo obtice] *Tacemus* consilia: nt, 'Nec tacui demens.' *Reticemus* dolores: ut, 'Ne verere, ne retice.' *Obticemus* quorum nos pudet; ut in Phormione, 'Heu quidnam obtices?' *Idem.*

5 *Eunuchus abiit*] Non *Charea*, sed

Eunuchus: non *fugit*, sed *abiit* dixit. *Idem.*

Quamobrem? quid factum est? taces] Hæc ἀσώβητα instantis Dominæ vultum habitumque demonstrant. *Idem.*

7 *Quis fuit igitur*] Hæc cunctative pronuntianda sunt: aut quia invita indicat, aut dubitat de nomine ignoti: aut trepidat per timorem: aut, ut non videatur affuisse, cum fuerit factum: aut quia non libenter dicat ejus nomen, cui irascitur. Sed ego agnosco ancillarum consuetudinem, quæ obliuiosæ sunt. *Idem.*

Quis fuit igitur, &c.] Non satis coherent, quæ apud *Donatum* leguntur. postrema autem illa quæ ancillam obliuiosam faciunt, ferri nullo modo possunt. multarum de argumento rerum obliuiscatur necesse est, qui obliuionem hic Pythiadi tribuit. *Bæclerus.*

8 *Iste ephebus*] *Ephebus* nomen ad ætatem retulit, non ad facinus commissum. *Donatus.*

Ephebus] Cito ostendit, cur iste Eunuchus creditur. *Idem.*

9 *Quid ais, venefica*] Redit rursum ad iracundiam. aptum convitium et comicum in ancillas; *venefica, lupa, vipera et sacrilega*, et cetera. *Idem.*

10 *Quid is obsecro ad nos*] Non rogantis est obsecro, sed dolentis. *Idem.*

11 *Nisi amasse credo Pamphilam*] Deest quod: ut sit, nisi quod. *Idem.*

13 *Num id lachrymat virgo*] Ut supra: 'Id vero serio triumphat:' pro, ob id. *Idem.*

Id opinor] Callide Pythias *Opinor* dixit, cum sciat. *Idem.*

Quid ais sacrilega] Ἀσέβης. nam primo *scelesta*, deinde *venefica*, postremo *sacrilega*. *Idem.*

14 *Istuccine interminata sum*] Satis moraliter. *Istuccine interminata sum*:

pro, *Num istuc tibi comminata sum?* Idem.

Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? Apparet hæc post scenam esse mandata. nam supra non meminit: sed dixerat, 'Tamen hos prius introducam, et quæ volo simul imperabo: postea continuo exeo.' Idem.

Abiens tibi? Supra, act. III. sc. 2. 'Quid aliud volui dicere? Hem, curate istam diligenter virginem.' *Farnabius*.

Ita ut tu justis, soli credita est? Dixerat enim prius Chærea, 'Edicit ne vir quisquam ad eam adeat, et mihi ne abscedam, imperat.' *Donatus*.

Justi? Συνοστή καὶ μεταπλάσους, pro iussisti. Idem.

Soli credita est? Act. III. sc. 5. Antipho[ni] narrat Chærea sibi commo-datam a Thaidē virginem. 'Edicit,' inquiens, 'ne vir quisquam ad eam adeat, et mihi ne abscedam, imperat. In interiore parte ut maneam solus cum sola.' *Farnabius*.

16 Scelesta, orem lupo commisisti? Bene dilatum tot occasionibus proverbium, personæ Thaidis ascriptum est. continet enim fæmineam reverentiam et meretricium sensum, redditque rursus ad minora convitia; quia videt se esse convictam. Et est proverb. 'Ovem lupō commisisti.' *Donatus*.

Ovem lupo commisisti. disputet? Plant. Pseudol. act. I. sc. 2. 'Utmavelis lupos apud oves relinquere, quam hos domi custodes.' Antonius in concione dixerat, futurum se custodem urbis, usque ad Calendas Maias. 'O præclarum,' inquit Cicero, 'custodem ovium, ut aiunt, lupum.' III. Philipp. 'Sed quis custodiet ipsos Custodes?' Juv. VI. Sat. *Farnabius*.

17 Sic mihi data esse verba? Videtur plura fuisse dictura, nisi supervenisset Chærea. *Donatus*.

Quid hominis illic est? Per genitivum casum injuriæ dicitur: per nominativum, honorificæ. Idem.

Quid hominis illic est? Non continuo agnoscit hunc hominem Meretrix. Quia etsi adhuc Eunuchi veste indutus est, attamen exiit spadonis incessum: vultum, habitumque mutavit: et præter vestem, totis in Chæream rediit. Idem.

18 Hera mea tace; tace, obsecro! Blande ac puellariter arridet. Idem.

Tace? Non silentium indicentis est, sed securam facientis: ut, 'Tace, egomet conveniam ipsam.' Idem.

19 Habemus hominem? Mire hominem dixit, ut reum. Idem.

Habemus hominem ipsum? Hunc ver-sum et sequentem alii aliter ordinant. nos sic ex libro Benbino: *Habemus hominem ipsum.* ΤΗ. ubi is est? ΠΥ. hem ad sinistram. Vides ne? ΤΗ. vides. ΠΥ. comprehendere jube quantum potest. Ut ambo sint trimetri Iambici; prior quidem catalecticis, sequens acatalecticis, id est senariis, in quo sit proceleusmaticus in secunda et in quarta dactylus, correpta in jube posteriore syllaba. *Færnus*.

20 Jube comprehendere? Pro comprehendende. Jube enim velle significat. *Donatus*.

21 Quid illi faciemus, stulta? Subauditur comprehendere. Idem.

Quid facias, rogas? Moralter expressit puellæ stupentis verba, et non habentis quid respondeat ad ea quæ dicta sunt. Idem.

22 Vide amabo, si non, cum aspicias, es impudens videtur? Mire ab eo quod respondere cæperat, ad aliud transit, mirata confidentiam Chæreæ. Non est impudens, inquit, non est nisi similis impudenti. Sic alibi, 'Severitas inest in vultu, atque in verbis fides.' *Donatus*.

SCENA II.] Iterum Senarii. vs. 5. Mæ. nostri omnes: egomet in pedes. vs. 9. pro hæreo, duo habent, horreo. vs. 13. omnes: abiturum. vs. 22. 23. omnes: quid vero (annus interponit, ita) abeam? credon? isti quicquam furcifero? præsertim cum se, &c. vs. 32.

duo, *pararem*: nona, *parerem*. vs. 35. omnes: *ex malo princ.* vs. 36. omnes: *et quid si.* vs. 44. pro *hera*, duo habent, *Chærea*. collocatio verborum in hoc versu varia est. vs. 65. omnes Thaidi tribuunt illud, *apage te*. vs. 69. omnes: *sequar*. vs. 70. omnes: *Chremetem*. Bæclerns.

1 *Apud Antiphonem uterque*] Rediens in viciniam suam, causam reddit Chærea, cur non mutaverit vestem. Oportuit autem, et de necessitate argumenti fuit, Chæream non mutasse vestem, ut cum meretrix virginem a Chærea vitiatam audiret, et eum cum turpi habitu incendentem intueretur, eum reum vitiatæ virginis putaret. *Apud Antiphonem*, dixit, pro, in domo ejus. *Donatus*.

Apud Antiph.] Causam reperire debuit Poëta, quamobrem habitu Ennuchi, in quo facinus admiserat, Chærea reduceretur, adeoque agnosceretur, et deprehensus nuptias vitiatæ polliceretur. *Bæclerus*.

Uterque, Mater et Pater] Non, uterque pater, et utraque mater, sed *uterque parens*: quia pater et mater. *Donatus*.

Mater et pater] Antiphonis parentes. *Farnabius*.

2 *Quasi dedita opera domi erant*] Non tam mirum, si domi erant: sed illud magis mirum, quod in ea domus parte, qua in ædes introeundum erat adolescentulo. *Donatus*.

Ut nullo modo introire possem] Superius causa continetur, cur non mutaverit vestem: inferius autem, cur huc redierit. *Idem*.

3 *Quin viderent me*] Quin, modo pro quo mirus. *Idem*.

4 *Dum ante ostium sto*] Antiphonis scilicet. *Idem*.

Notus mihi quidam obriam venit] An notus, qui me posset agnoscere? an qui me noverit, id est, amicus? *Idem*.

5 *Quantum queo*] Deest *velociter*. *Idem*.

In pedes, &c.] Ellipsis. conjeci sc. aut dedi, id est, fugi. *Farnabius*.

6 *In angiportum*] Vide illum non vitasse sub una clausula bis in dicere, *in pedes, in angiportum*. *Angiportum* dicebant vicum non pervium, viam publicam. *Donatus*.

In angiportum quoddam desertum] Deest, fugiens. *Idem*.

7 *Ita miserrimus fui fugitando*] Id est, fatigatus, lassus, et languidus sum dum fugio. Et honesta locutio est: ut, 'Miser amando, miser curriendo.' *Idem*.

8 *Ne quis me cognosceret*] Nota improprie dictum, pro *Agnosceret*. *Id.*

9 *Sed estne hæc Thais, quam video*] Jampridem ipse visus, nunc primum videt. *Idem*.

Hæreo] Incertus remaneo atque desigor. Primus metus admittit consilium: sed recogitatio reddit confidentiam. *Idem*.

Quid mea autem] Colligit se rursus ad impudentiam Chærea, et vide si non eadem est audacia in Chærea, quæ in inscapiendo facinore fuit. Et *ἐλλειπτικῶς*, quid mea autem? *Idem*.

Quid faciet mihi] Opportune se confirmavit, quia si extimuisset et fugisset, nihil nuptiæ promoverentur. *Idem*.

11 *Bone vir, Dore*] Hoc totum figurate dixit, ut Meretrix, et subtiliter. Nam scit Chæream esse quam alloquitur, non Ennuchum. Et hic magna occasio datur Meretrici ad eundem Adolescentis, qui habitum non mutavit, et adhuc quasi Eunuchus et Servus est. *Idem*.

Bone vir, Dore, salve] Major oburgatio est, per hanc dissimulationem Thaidis adversus Chæream, quam si illum id, quod est, appellet. *Idem*.

Bone vir, Dore, salte] *Εἰσὶν* irascitibus familiari orditur; eaque re occasionem præbet lepori comico. nam Chærea, nomine servili compellatus, eadem figura ludens, pro servo se gerit: fatetur, causatur, deprecatur.

tur, ad modum fugitivi reprehendi. cumque Thais jam contentius cœptaret agere; 'Eho, paulum, impndens, an paulum hoc esse tibi videtur, virginem vitiare civem?' ille astute in ironia perstat: *conservam esse credidi*. quæ res Thaidem adegit, serio agere, et nominatim jam accusare: *missa hæc faciamus* (sc. hæc verborum ludibria, ironiam hanc) et serio agamus. *non te dignum, Chærea, fecisti, &c.* Bæclerus.

12 *Hera, factum*] Non potuit subtilius respondere Chærea, quam accommodare se interroganti. *Donat.*

Satin' id tibi placet] Hoc potest et non figurate dici, sed aperte. *Idem.*

13 *Credin' te impune abiturum*] In aliquot antiquis exemplaribus, inter quæ est et Bembinum, legitur, *habiturum*, cum aspiratione. quæ minime dubia est lectio; dicimus enim, impune habere, ut et infra: 'Siquidem istuc impune habneris.' et Virgilius: 'Non impune feres.' *Færnus.*

Unam hanc noxiam onitte] Trisyllabo nomine *Noxiam* dixit, quasi noxam. Alibi aliter, *Dominam* dixit extra noxam. *Donatus.*

Unam, &c.] Cic. pro Ligario: 'Ignoscite iudices, lapsus est, non putavit. Si unquam posthac,' &c. *Farnabius.*

14 *Si aliam admisero unquam, occidito*] Verba servorum, quibus nihil horribile est post præsentēs plagas. Et non *Cædito*, sed *Occidito*: et non *alias* dixit, quasi illa Chæreæ dixerit, 'at hic irrisor es, ut fugitivus.' *Donatus.*

15 *Num meam sævitiam veritus es*] Ut fugeres. *Idem.*

Num, &c.] Quod aufugisti. *Farnab.*
16 *Hanc metui ne me criminaretur tibi*] Perfecte imitatus est verba fugitivorum, quæ apud dominos faciunt comprehensi. *Donatus.*

Hanc metui, &c.] Pythiam. *Farnab.*

19 *Vitiare civem*] Bene intulit *Civem*: quod plus est, quam Virginem

vitiare. *Altyois* gradatim facta. *Donatus.*

Conservam esse credidi] Locus erat ut diceret, *Servam esse credidi*, sed admirabiliter *Conservam* dixit. et hoc ipsum, miserabiliter pronuntiandum est: tanquam miserabiliter crediderit conservam esse, quæ civis erat, atque eam quasi conservam vitare debuerit. *Idem.*

20 *Conservam*] Opportune stomachabatur Pythias, facta mentione conservæ. *Idem.*

Vix me contineo quin involem in capillum] Minæ istæ proprie feminarum sunt, et in se, et in alios unguibus sævientium: ut, 'Unguibus ora soror fædans, et pectora pugnans.' Sed *involem*, ab avibus tractum est, ut apud Virgillum, 'prædam pedibus circumvolat uncis.' Ergo hoc gestu, et dicto, et corporis motu, est adiuvandum. *Idem.*

Involem in capillum] Apparet, more veterum intonsum esse. *Idem.*

21 *Etiam ultro derisum advenit*] Mirre nunc addidit accusationem, quod non saltem fingeret. *Idem.*

23 *Debeam credo isti quicquam furcifero*] Subauditur vero, aut *εἰς πυγῆς* pronuntiandum est. Sane debere dicimur pœnas pro injuria ei, cui injuriam fecerimus: quas se non debituram Chæreæ ut Furcifero dicit Pythias, si illi eadem intulerit in servili habitu constituto. *Idem.*

Debeam credo isti quicquam furcifero] Donati eruditam annotationem bene illustravit Guyetus. *Bæclerus.*

Furcifero] Servi ob leve aliquod furtum, fugam, aut aliud delictum, furcam gravem e ligno in collo ferre cogeabantur, subligatis ad collum manibus et per forum aut viciniam ignominie causa traducebantur, prædicantes peccatum suum. exinde a vicinis pro furibus, fugitivis aut infidis noti, agnominabantur furciferi. *Farnabius.*

Si id fecerim] Si involaverim in ca-

pillum ejus. *Donatus.*

25 *Missa hac faciamus*] Hæc scilicet jocularia et futilla. *Idem.*

Non te dignum, Chærea, fecisti] Artificiali Meretrix ab eo quod licuit, ad id quod oportuit transiit: nec tractat quid sit legitimum, sed quid honestum. Itaque totam illam partem facti accusandi omittit, et ab accidentibus personæ adolescentis objurgat. scit enim, uno verbo obstarî posse, *Licuit mihi*, in domo meretricia scilicet: ne videatur irrationabilis esse audacia illa ingenui a Poëta inducta esse. *Idem.*

Non te dignum] *Dignum*, pro digne. aut deest *facinus*: ut sit, *non te dignum facinus fecisti*. Mira accusatio mixta laudi et blandimento. *Idem.*

26 *Nam si ego digna hac contumelia sum*] Deest, *et*, ut sit ordo: nam et si maxime. et bene additum est *Maxime*, ut appareat, quod etsi digna pati sit meretrix, non tamen maxime digna pati Thais esse. *Idem.*

27 *At tu indignus qui faceres tamen*] Recte dixit. Quatuor enim sunt modi in hujusmodi rebns. ita ut aut uterque dignus sit, aut uterque indignus: aut alter dignus, alter indignus: aut contra. *Idem.*

28 *Neque ædèpol, quid nunc consilii capiam, scio, de virgine istac*] Intelligit Thais amari virginem ab hoc: et ideo sic ait, ut conciliet nuptias. nam satis signi est, quod Ennuchi habitum propter hanc sumpsit. Et vide quemadmodum ad captionem nuptiarum res eant: quod tamen dicere non audent Thais, sed ostendit adolescenti conjecturis, quem tentat, sciens amantem virginem: et viam ostendit petendæ sibi uxoris. *Idem.*

32 *Hoc mihi beneficium, Chærea*] Blande nomen repetitum est, Chærea. *Idem.*

Ut solidum, &c.] Integram et intactam fratri suo restituere. *Farn.*

33 *At nunc dehinc spero*] Nunc jam Chærea vera veris æquiparans, rece-

dit a jocularibus. *Donatus.*

34 *Sæpe ex hujusmodi re*] Hoc est, turbulenta. *Idem.*

Quapiam] Quacumque, vel aliqua. *Idem.*

Sæpe ex hujuscemodi re quapiam, &c.]

In venia tractanda, solennes quodammodo sunt hi duo loci, 'De eventibus vitæ humanæ et casibus,' tum 'De fato et divina potentia, multa in humanis, præter quam expectatio erat, efficiente.' Priorem locum tractavit Plautus, Amphitruone III. 2. 57. &c. posteriorem, Aulularia IV. 10. 10. non sine licentia improbiore: 'Factum est illud, fieri infectum non potest. Deos credo voluisse; nam ni vellent, non fieret scio.' et præcesserat vs. 7. 'Deus impulsor mihi fuit: is me ad illam illexit.' Poëta noster longe ἡδυκόρεπον tractavit hanc κατὰ νόμον: *quid si hoc quispiam* (nec otiosa est vox illa) *voluit Deus?* Bæcler.

Sæpe, &c.] *Idem* facinus, raptum sc. Sabinarum, eadem sententia excusat Romulus apud Livium: 'Sæpe ex injuria postmodum gratiam ortam.' *Farnabius.*

36 *Quid si hoc quispiam voluit Deus*] Pleraque repentinis impulsionebus nata, mirique proventibus, Deo ascribi solent. Ut, 'Descendo, ac ducente Deo flammam inter et hostes Expedior.' Et, 'Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.' Et Salustius, 'Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur.' *Donatus.*

Quid si hoc quispiam voluit Deus] Vult amorem intelligi Deum. *Idem.*

Quispiam, &c.] Plaut. act. IV. sc. 10. 'Deus mihi impulsor fuit, is me ad illam illexit,' Ἐβδόθη γὰρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. καὶ πρὸς τοὺς ἑρῶτα δινασθῆναι οὐκ εὖ πορον. Libanius progymnasm. contra homicid. *Farnabius.*

37 *Equidem pol in eam partem accipioque, et volo*] Evenire subauditur: et est σύλληψις tertia. *Donatus.*

Equidem pol in eam partem] Et familiaritatis spes, et divinæ voluntatis

mentio, quid nisi matrimonium, unicam vitiatæ satisfactionem, pollicebatur? itaque accipit ambabus manibus, et mox ut placata loquitur; scio; te non contumeliæ causa, sed amoris fecisse. scio i. e. credo, nec dubito. asseverate. jam enim para consilii, ad catastrophem necessarij erat, non dubitari de animo Chæreæ. *Bacclerus.*

38 *Imo ita quæso*] Utrum Meretricem, an Deos quæso? utrumque enim accipi potest. *Donatus.*

Unum hoc scito. Scio] Unde hoc sciat Thais, inepte quæritur, quum ipsa rea clamet, nunquam hanc conditionem subiturum Chæream, ut pro Eunuchō, etiam servo, se fingeret aine amoris impulsu. *Idem.*

39 *Contumelia non me fecisse causa, sed amoris*] In quo veluti vis quædam ἀναγκαστική figuratur. unde mox Thais: non tam imperita sum, ut, quid amor valeat, nesciam. Potenter tractatur hic locus in actione Neptuni apud Libanium (tom. i. Declam. 22.) εἰ μὲν γὰρ ὕβρει τοῦτ' Ἀλιφρόδιος ἐποίησε, καὶ ἀσελγεία, καὶ λυπὴν ἐθέλων, ὥς ἂν τις ὑπερρώων καὶ καταφρονῶν, καλῶς τέθνηκεν' οὐκ ἀντιλέγει. εἰ δ' οὐχ οὕτως ἐμαλκετο καὶ παρεφρόνει, ὥς οὐκ ἀσότης ἀνέγκης, τῇ μὲν προσίεναι, σὲ δὲ μὴ δεδιέναι, μὴ τοῦ δρασάντος μᾶλλον ἡγόμεθα τὸ ἔργον ὥς τοῦ ἀναγκάσαντος. τὴν δὲ τοῦ ἔρωτος δύναμιν, ὥς ἑμαχὸς ὁ θεὸς, ὥς ἀνίκητος, ὥς πάντας αὐτοῦ ποιῶν ἀσθενεστέρους, τίς ἀγνοεῖ; κ. τ. λ. *Bacclerus.*

40 *Nunc ignosco tibi*] Quod culpa non sit hominis, sed amoris. *Donatus.*

41 *Non adeo inhūmano ingenio sum, Chærea*] Hoc est, immitis non sum, quantum putas: ut, 'Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni.' *Id.*

Non adeo, &c.] Virg. *Æn.* 'Non obtusa adeo gestamus pectora,' &c. et ibid. 'Non ignara mali.' *Farnab.*

42 *Neque tam imperita*] Id est, non experta. *Donatus.*

Ut quid amor valeat, nesciam] Non inhūmana, quia homo. non imperita,

quia meretrix. Et neque tam imperita, inquit: quæsi dicat, Neque tam pudica sum, ut quid amor valeat, nesciam. *Idem.*

43 *Te quoque jam, Thais*] Bene quoque: non enim jam hanc ita amat, ut negligat illam: sed hanc illius causa. *Idem.*

44 *Pol tibi ab istoc, hora, cavendum*] Facete. tanquam qui solet capillum et vestem ejus conscindere, quam amaverit. *Idem.*

45 *Non ausim*] Pro, non audebo: et est verbum hujus temporis tantum. *Idem.*

Non ausim] Utrum propter matrem? an propter fratrem suum Phædriam potius? *Idem.*

Nihil tibi quidquam] Παράλογον quartum. aut nihil, pro non. *Idem.*

Desinas] Pro eo quod est, desine; au deest fac: ut sit, fac desinas. *Id.*

47 *Ego me tuæ commendo et committo fidei*] Satis amatorie, ut appareat, nunc maxime captum Chæream, ac mancipatam virgini. Commendamus nos cognitis: Committimus ignotis. Ergo αἰθήσις est majoris officij, fideique circa Thaidem. *Idem.*

48 *Te mihi patronam capio*] Te adjectum, vim habet, et ex animo supplicantis habitum adolescentis ostendit. *Idem.*

Patronam, &c.] Tanquam e servo tuo jam libertus. *Farnabius.*

49 *Emoriar, si non hanc uxorem duxero*] Vide Amatorem adolescentulum, cui in ipso flore nihil dulcius vita est, ipsam despiciere, si sibi uxor non datur. *Donatus.*

Emoriar, &c.] Ne vivam. *Farnab.*

50 *Tamen si pater*] Ἐλλειψις, aut ἀποσύντησις secunda. *Donatus.*

Quid? ah vult, certo scio] Quid? deest dicat. sed ista omnia ad confirmationem valent. *Idem.*

Th. Tamen si pater. Ch. Quid? ah vult, certo scio] Ut senarius sustinetur, elide r, ex pater, vel n, ex tamen. *Færnus.*

Quid, &c.] Aposiopesis, assenserit. *Farnabius.*

61 *Civis modo hæc sit*] Mire hic in votum conversum est, quod timere potuit, non ducturus uxorem. *Donatus.*

Paululum opperirier si vis, jam frater ipse hic aderit virginis] Adeo cito probari potest. *Idem.*

63 *Nutricem, &c.*] Supra act. iv. sc. 7. 'Ego eo ad Sophronam nutricem, ut eam adducam, et signa ostendam hæc.' *Farnabius.*

55 *Ego vero maneo*] Modo vero consentientis est adverbium: alias confirmantis: alias conjunctio: alias particula ironiam juvenis: ut, 'Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis Tuque puerque tuus.' *Donatus.*

56 *Domum opperiamur potius, quam hic ante ostium*] Non ignara illecebrarum Meretrix, non solum Chæream retinet: veram etiam vocat, ubi Virgo est. et satis callide interrogat an velit: quasi nesciat velle. *Idem.*

57 *Imo percipio*] Amatorie, non Volo, sed Percipio. *Idem.*

58 *Hunc tu in aedes*] Pronomen in his plus valet, quam accusatio. *Idem.*
Hunc tu in aedes cogitas] Mire: cum illa jam velit, *Cogitas* dixit, volens ut recogitet. *Idem.*

In aedes cogitas recipere posthac] Per ancillæ verba vult ostendere, quam sit tractandorum adolescentium perita Meretrix. *Idem.*

60 *Posthac*] Post hoc factum, post hanc audaciam. *Idem.*

Crede hoc mea fidei] Puellariter dixit, *Mea fidei.* *Idem.*

60 *Dabit hic aliquam pugnam denno*] Pro stupro: ut, 'At non in Venerem segues, nocturnaque bella.' Ut, 'Venereturque bella et ingens facinus.' Ut Lucilius, 'Vicimus o socii, et magnam pugnâvimus pugnam.' *Dabit*, autem proprie pro inducet: ut, 'Magnam dabit ille ruinam.' *Idem.*

Dabit hic pugnam aliq. den.] Gnyetum vide, et adde Plantum, Epid. 111.

4. 57. 'Frugi es, pugnasti.' Captiv. III. 4. 53. 'Hegio, vide sis, ne quid tu huic temere ipsis credere. Atque, ut perspicio, profecto jam aliquid pugnae edidit.' *Bacchus.*

Dabit, &c.] Inducet aliquod stuprum, ludificabitur, illudet nobis, ut antea. *Farnabius.*

An tace obscuro] An interjectio est perturbatæ mulieris: ut apud Græcos *loû.* *Donatus.*

61 *Parum perspexisse ejus videre audaciam*] *Parum* *alipovela* est. Et non *Sensisse*, sed *Perspexisse* dixit: ut jam non sit experienda illius audacia, quæ sit perfecte cognita. *Idem.*

62 *Non faciam, Pythias*] Bene et moraliter appositum, *Pythias.* *Donatus.*

Non pol credo, Charrea, nisi si commissum non eris] Joculariter, ut ille, *Pythias* dicit: ita hæc *Charrea.* *Idem.*

63 *Quin Pythias*] Iterum nomen vultuose est additum. *Quin.* pro imo. *Idem.*

64 *Tu me servato*] Plant. Bacchid. IV. 9. 142. 'Nolo inquam aurum concedi mihi, Vel da aliquem, qui me servet.' *Bacchus.*

Neque pol servandum tibi quidquam dare ausim] Totum garrule et gesticulose, ut puellam cum adolescentulo fabulari videas. *Donatus.*

66 *Adest optime ipse frater*] Optime, opportune. Et non est additum, cujus frater: utpote in re manifestata. *Idem.*

67 *Nolo me in via cum hac vesta videat*] Subtiliter adolescens, quia nihil profecerat, dicendo, *Percipio*, invenit causam, qua tandem ingredi possit. *Idem.*

68 *Quamobrem tandem*] Pro tamen. Interrogatio hæc increpationem continet impudentissimi facti. *Idem.*

An quia pudet] Hæc interrogatio irrisuonis plena est in eum quem nihil pudet. *Idem.*

69 *Id ipsum*] Hoc veluti molesto vultu dicitur: adeo ut imitetur dic-

tum vultumque ejus Pythias. *Idem.*

Virgo vero] *Vero εἰσενέκως*: nam *εἰσενέκως* est. ut, 'Egregiam vero laudem!' *Virgo*. Quasi qui minime pudicitiae statum ac verecundiae virginalis veneretur. *Idem.*

Virgo vero] Virginem vero vitare, vestes discindere, capillum ejus laniare; id tibi pudori non erat. ibi nulla pudicitiae nec verecundiae ratio. *Farnabius.*

I pra, sequor] Manifestum est, cur meretrix docta capiendorum juvenum, praere velit Chæream, et in consequendo ipsa sit tardior. vult enim liberum sine arbitris cum puella esse colloquium, et licitum amorem. Nisi forte putamus Terentium hæc sine causa fecisse, qui sit artificiosissimus Poëta. nam neque ipsa ingreditur cum Chærea, neque ingredi simul permittit Phædriam. *Donat.*

70 *Tu istic mane, ut Chremem introducas*] Relicta est Pythias ob multas causas: et in primis, ut possit per eam delusus Parmeno povere suo Senem compellere, ingredi ad Meretricem, et praesentem fieri ad confirmandas nuptias. *Idem.*

SCENA III. Senarii sunt. vs. 1. duo Mss. nostri, *quicquid*. sed in altero, secunda manu. erat enim: *quidquid*. vs. 6. unus: *at memoriter*. reliqui: *ac m.* vs. 10. omnes: *ut otiosus sit*. *Bæclerus.*

Quid? quid venire in mentem] In hoc loco cogitantis disputatio est apud se ipsam Pythiæ, quatenus Parmenonem dolo possit ulcisci. *Donatus.*

3 *Quidnam*] Sic Cicero, 'Sed eorum rerum artificem, quem? quemnam? recte admones, Polycletum esse dicebant.' *Idem.*

Qui referam] Qui, quomodo, vel ut. *Idem.*

Referam] Meditatur vindictam Pythias: quo pacto ulciscatur Parmenonem. 'Quippe minuti Semper et infirmi est animi exiguique voluptas

Ultio: continuo sic collige, quod vindicta Nemo magis gaudet quam femina.' Juvenal. Sat. 13. *Farnabius.*

3 *Qui hunc suppositis nobis*] Proprie supposit. nam ut subduci dicuntur, quæ nolumus amittere, ita supponi, quæ non desideramus. Sic Plautus, 'Et pro scorto supponetur hircus nactus nantea.' *Donatus.*

3 *Move vero ocus te, nutrix*] Vero pro interiectione posuit stomachantis. *Idem.*

3 *Move vero ocus*] Plaut. Trinum. III. 3. 73. 'Quid nunc stas? quin te hinc amoves, et te moves?' *Bæclerus.*

Move vero ocus] Nutricis gradum segnem increpat Chremes. *Farnabius.*

4 *Video sed nihil promotes*] Hinc est, illud Virgilianum, 'Illa gradum celerans' studio properabat anili.' Scilicet non re celerabat, sed studio. *Donatus.*

Promoves] Proficis. *Idem.*

6 *Amabo; quid ait? cognoscitne*] Exhibitum spectatori est, quid post scenam geratur, id est, agnitio puellæ. *Donatus.*

Ac memoriter] Plus intulit quam interrogabatur: nam magna sunt signa, in quibus anilis memoria non errat. *Idem.*

Ac memoriter] Responsionis brevitatis attulit compendium perquirenti, ne plura interrogaret. *Idem.*

Ac memoriter] Plaut. Asinar. III. 2. 38. 'Ut memoriter me Sauream vocabat ætinsenem!' Captiv. II. 1. 52. 'Hem, istuc si potes memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia.' similem *εὑρεσθαι* vide apud Non. Marcell. cap. 11. voc *memore*. *Bæclerus.*

7 *Nam illi faveo virginis*] Quasi dicat, illi faveo, non Chærea. et simul causa est, cur illum ulcisci cupiat: quia scilicet multum illi favet. *Donatus.*

9 *Virum bonum*] *Εἰσενέκως*. *Idem.*

Eccum Parmenonem incedere video] Res odio dignior, novitate scilicet

incessus. *Idem.*

Virum bonum eorum Parmen.] Dum ultionem meditatur et concupiscit, ulciscendus praesto adest, et quidem meriturns amplius iram Pythiadis eo sermone, cui scena sequenti egressa subito Pythias supervenit. ut congruant ad consilia et personas congressiones illae et adventus ac superventus, Poëtae student. idque compendio, ut alias dixi, ne moras nimis trahat fabula. *Baerlerus.*

10 *Vide ut otiosus is]* Invidit illi securitatem, quem sollicitum redditura est: non enim ulla alia erit vindicta post, praeter istam. *Donatus.*

Vide, ut otiosus is] Vultu dicit, et gestu, eum esse securum. Et mire Poëta laetum describit, ut repente ostendat esse commotum. *Idem.*

Si diis placet] Proprium est exclamantis propter indignitatem alicujus rei. *Idem.*

11 *Spero me habere]* Pro habituram. aut, *spero pro credo*, more suo. *Idem.*

Meo modo] Id est, ut volo. *Idem.*

Meo, &c.] Meo arbitrato. *Farnabius.*

12 *Ibo intro, de cognitione ut certum sciam]* Eleganter defatigare Parmenonem, non necessarium putat, sed ex occasione. Nam post eum dicit se ire intro: exitura autem, ut ipsum in timorem conjiciat. *Donatus.*

De cognitione] De agnitione Pamphilae. *Farnabius.*

SCENA IV. Iterum Senarii sunt. vs. 6. omnes Mss. nostri, *eam confeci*, ut potiretur sine mol. *Baerlerus.*

2 *Astu]* Pro astute, modo adverbium est. alias nomen: ut, *An in Astu venit?* *Donatus.*

Di vestram fidem] Modo non invocantis est, sed admirantis. et est figura *ἐννοη* per *ἀποφάνη* facta. *Id.*

4 *Nam ut omitam quod ei amorem difficillimum et carissimum]* Quam dicere deberet, quod ei amorem et difficillimum et carissimum confeci: primo quasi oblitus dicti superioris,

transit ad virginem, deinde addit causam ex abundanti. Quod si dixisset, *amorem confeci*, posset intelligi *confeci*, expedivi, perfeci. At vero *virginem confeci*, quid intelligemus, nisi hoc unum, quod insultat Parmeno confectam virginem, quasi dicat superatam atque devictam? Nam proprie hoc verbum convenit gladiatoribus iis, qui gravissimis vulneribus occubuerunt. Sic Cicero in Catilinam, 'Gladiator illi confecto et saucio.' Convenit ergo servilibus verbis, et velut jocosae vernilliterque jactanti, rem confectam esse in puella Virgine, et non exhibere Chæream damnum vel negotium. *Idem.*

5 *Ab meretrice avara: virginem quam amabat]* *Ἀποσύντροφος* secunda. *Difficillimum*, quia virginem quam amabat: *Carissimum*, quia a meretrice avara. *Idem.*

6 *Eam confeci sine molestia]* Nimium est, quam sibi placeant suo acumine Grammatici, in rebus obscaenis suspicandis. quo magis Terentius subterfugit talia, eo magis illi tanquam in scirpo nodum requirunt: longe cordatius Donato, Guyetus explicat, quem vide. Plantus simili loquendi genere usus est, *Pseudolo* l. 1. 110. 'Satin est, si hanc hodie mulierem efficiam tibi Tua ut sit?' *Baerlerus.*

8 *Id vero est]* Vero, nisi ornativum esset, nihil significaret. *Donatus.*

Palmarium] Palma dignum. *Idem.*

Palmarium] Insigne facinus, palma et triumpho dignum, *ἀξιδουρον*: propterea (inquit Plutarchus Sympos. 8.) in certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus opprimentibusque ponderibus non cedat. *Aristot.* 7. *Problematum.* *Agell.* l. III. c. 6. *Farnabius.*

10 *Meretricum ingenia]* Optime, non *meretricis* dixit, sed potius *meretricum*. *Donatus.*

11 *Mature]* Cito et ante tempus. *Idem.*

Ut cum cognorit] Snaviter non *Noverit*, sed *Cognorit*, dixit, quod est plenæ perspicaciae. *Idem*.

Mature ut cum cognorit] Bene addidit *Mature*. Fere enim cito cognovisse obfuit: sed id ad illerebram fuit quod * cognitus est cito. *Idem*.

12 Quæ dum foris sunt] Apud amantes scilicet. *Idem*.

Nihil videtur mundius] Bene *Videtur*: non enim sunt. *Idem*.

Nihil videtur mundius] Nam 'Munditia illecebra' est animo amantum. *Plant. Menæchm.* II. 3. 4. pertinetque huc illud *Lucretii* lib. IV. 'Nec divinitus interdum, Venerisque sagittis, Deteriore fit ut forma muliercula ametur: Nam facit ipsa suis interdum femina factis, Morigerisque modis et mundo corporis cultu, Ut facile inuascet secum vir degere vitam.' In duobus optimis *Mss.* codicibus, quos in *Serenissimæ Suecorum Regiæ Bibliotheca* contuli cum editis, legitur: 'Et munde corpore cultis.' *Bæclerus*.

Quæ dum, &c.] *Elegantiae meretricum*, foris amatoribus quando cœnant, in victu, vestitu, ornatu, opponit ingluviem, sordes, inopiam, domi ubi sunt. *Farnabius*.

13 Nec magis compositum quidquam] Bona varietas. nam hæc omnia per magis adverbium profert: nec omnia per comparativum gradum. *Donatus*.

Nec magis elegans] More suo, ne diceret compositius aut elegantius, ut supra, 'Hoc nemo fuit minus ineptus, magis severna.' *Idem*.

14 Quæ cum amatore suo quum cœnant] Unum *Cum* præpositio est: alterum conjunctio, et dicitur hæc figura *λοιπότης*. *Idem*.

Liguriunt] 'Αὐτὸ τοῦ λεγούσθ' quod secundum Græcos suave intelligitur. *Liguri* dicitur, qui eleganter et more senum multo fastidio suaviora quæque degustat. *Idem*.

14 Liguriunt] Exemplum probe descriptum vide in *Heautont.* III. 1. 48.

&c. *Bæclerus*.

Liguriunt] Delicate, cum delectu et fastidio suaviora quæque delibant, 'Tangentes male singula dente superbo.' *Horat.* I. II. Sat. 6. *Farnabius*.

15 Harum videre ingluviem] Ordo erat, *Harum videre ingluviem, sordes, inopiam, quam inhonestæ solæ sint domi*: id est, cum solæ sint, ut inhonestæ, atque avidæ cibi: quæ quum foris sunt, cœnant scilicet. *Donatus*.

Harum videre ingluviem] In antiquissimis libris positum legi, *inluviem*. Et id ipsum vidit *Færnus*. Ita et scribendum; alioqui bis idem diceret *Terentius*: addit enim, *atque avidæ cibi*. Dein et id postulat ratio oppositorum. *Faber*.

Harum videre ingluviem, sordes, inopiam] Paucissimos libros scriptos invenias, in quibus pro *ingluviem* non legatur *inluviem*, vel *inluviem*, ut in omnibus antiquis. et sane ita legendum esse etiam ipsa oppositorum ratio ordoque ostendit. duo attulit supra, quæ in meretricibus decora videantur; munditiem, et in capiendo cibo modestiam: illam quidem nbi dixit, 'nihil videtur mundius, nec magis compositum quicquam, nec magis elegans': hanc vero ibi: 'Quæ cum amatore cum cœnant liguriunt.' ad quæ nunc eodem ipso ordine quo posita sunt, respondet: mundicie quidem, inluviem, sordes, inopiam opponens; modestiæ vero in cibo capiendo, inhonestam voracitatem, quam duobus versibus his describit: 'Quam inhonestæ solæ sint domi atque avidæ cibi. Quo pacto ex jure besterno panem atrum vorent.' esse autem opposita mundiciem et inluviem ex eo liquet, quod per inluviem immundus quis dicitur. *Terentius* in *Heautont.* 'Neglecta immunda inluvie.' *Virgilius*: 'Fœda illuvies.' Quod si *ingluviem* legas, præterquam quod oppositorum ordo non servaretur, etiam in hoc poëta peccaret, quod nec in electo quidem ab se ordine per-

maneret: sed transeundo ab ingluvie ad sordes, et inopiam, deinde rursus ad ingluviem revertendo, confusione indecora, diversa inter se rerum genera permisceret. *Fuérnus.*

16 *Quam inhonestæ solæ sint domi]* Apud Plantum legas *Asinar.* i. 2. 16. 'sordido vitam oblectabas pane.' *Inhonestas domi*, eleganter dixit Terentius, quæ mundæ et compositæ et elegantes foris conspiciuntur. Itaque ipsis inter artes est, hæc *vita post-scenia* celare: ut Lucretium scripsisse (lib. iv.) eruditi existimant. hinc Parmenonem consilio palmam dat, in prodeniis quæ celabantur. *Bæclerus.*

17 *Quo pacto ex jure]* Ex pro cum positum est. aut deest *madidum*, aut *maceratatum*, aut *emollitum*; nam apparet et sordidum esse, et quasi atrum durumque panem, qui ex juve hesterno sit comedendus. Cui contrarium Sallustius posuit, de deliciis militum loquens, 'Panes enim in dies mercari,' inquit. *Donatus.*

Ex jure hesterno panem atrum vorent] Hoc est, ut quidam volunt, ex antiquitate mucidum: quasi dicat, panem mucidum hesterno jure accipientes deglutiant. *Idem.*

Ex jure hesterno panem atrum vorent] Ita loquebantur, quia interdum panem leviter in jus immersum esitabant, non ut hodie in Gallia. Ita apud Varronem, *panis ex aceto*; sic et Græci; nam ejus locutionis exempla duo sunt apud Aristophanem in edit. minore pag. 338. et 500. Est et aliud apud Hippocratem; quod me scio observasse. Iterum apud Varronem est, *brassica ex aceto*, lib. 1. de R. Rust. cap. 2. *Des choux au vinaigre.* Faber.

Panem, &c.] Τοῦ δὲ πυραυῖς ἔπρως φαεινὸς ἐμπυαυὸς Ἀλέξ. Athenæus. i. 111. c. 29. *Farnabius.*

18 *Ego pol te pro istis dictis et factis, acetus, ulciscar]* Miro artificio Poëtæ et ab initio non placatur Pythias, nec in gratiam redit Chærem. Et insuper

nunc mire a Parmenone irritatur magis, ut per eam Parmeno terreatur, et per Parmenonem ingredi ad Thaidem cogatur Senex: et demum per Senem nuptiæ confirmantur. Hæc ergo artificibus et eruditibus, cetera spectatoribus Poëta exhibet. *Donatus.*

Ego pol te pro istis dictis et factis, acetus, ulciscar] Ita Plantus Amphitrone i. 1. 29. 'Ego pol te istis tuis pro dictis et malefactis, furcifer, accipiam.' *Bæclerus.*

SCENA V. Trochaici tetrametri catalectici seu septenarii aunt. vs. 2. *Ms. nostr. unus: ut ne id viderem.* vs. 10. posterius, *esse*, unus, omittit. vs. 15. duo: *esse id facturum*. unus: *esse id facere*. pro *marchis* Argent. habet *Eunuchis*. vs. 17. duo: *facere tantum facinus audent*. mox Argent. *quid id tantum*. PA. an non hoc tibi maximum est? rō tibi etiam mei habent. in quorum uno personæ ita distinguuntur: PY. quid ait? PA. tantum. PY. an non tibi hoc maximum est? PA. quis homo, &c. in altero eadem distinctio in margine annotata est. vs. 20. duo: *dico et edico vobis*. vs. 23. duo omittunt rō ne. Argentor. *ne ut illi prosis*. et in margine: *al. nam nec illis prosis*. vs. 24. omnes: *a te esse orti*. Argent. *quicquid hoc fact. est a t.* vs. 28. omnes: *tu isti narrato omnem ordinem ut f. s.*

In hac scena per insignem astutiam Pythias Parmenonem exterret: ut specie muliebris vindictæ ad exitum promoveatur fabula; et ex magno strepitu, comica festivitate apud spectatores temperato, in tranquillum omnia subducantur. Pythias non minus gestu, quam verbis efficit: atque imprimis actuose periculi imaginem effingit. Illud egregia arte: quod invidiam in Parmenonem, misericordiam in Chæream concitat; ut pessimus videretur, qui adolescentulum ad sedum facinus impellendo, miserandum fecisset. unde ad vices

dramaticas opportunum fuit, illum qui modo magnam et veram laudem ex spe rei bene gestæ sibi otiose pollicebatur, in maximam perturbatio- nem conjici : in qua per moras quas- dam callida Pythias eum detinet. quam enim sunt apta illa ad torquen- dum paventis animus : ‘ Colligavit primum eum, miseris modis. Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.’ quanquam læsa, quamquam irascente ipsi. ‘ Nunc minatur porro, sese id quod mæchis solet’ fieri de- prehensis, facturum. et quæ seq. *Ber- clerus*.

1 *Proh Deum fidem*] Vim magnam ostendit, deorum implorans fidem : quasi in hoc negotio nihil possit hu- manum consilium. *Donatus*.

Proh Deum fidem] Simulata pertur- batione sui, Parmenonem terret Py- thias. *Idem*.

Proh Deum fidem] Hæc singula pron- tiandi sunt pavido et attonito vultu. *Idem*.

Fædum] Crudele. Sallustius, ‘ Fædi oculi.’ *Donatus*.

O infelicem adolescentulum] Plus est miseriam adolescentis dicere Pythi- am, quam irasci ei. *Idem*.

2 *O scelestum Parmenonem*] Ut ver- ba sunt, periit profecto miser adoles- cens, quum in eodem peccato irasci- tur Parmenoni Pythias, non Chæreæ. *Idem*.

3 *Miseret me*] Hæc omnia quasi secum loquitur : et fingit se nescire, quod assistat Parmeno. *Idem*.

4 *Quæ futura exempla dicunt in eum indigna*] Graves pœnæ, quæ possunt ceteris documento esse, *exempla* di- cuntur. *Idem*.

In eum indigna] Modo per *indigna*, fœda, crudeliaque significat. Ut Vir- gilius, ‘ Atque illi Misenum in littore sicco, Ut venerè, vident indigna mor- te peremptum.’ *Idem*.

Exempla, &c.] Tria pœnarum gene- ra statuit Plato in Gorgia; *κλάσις*, *τιμωρία*, *παράδειγμα*. Tertia hæc vin-

dicandi ratio est, cum punitio prop- ter exemplum esse necessaria, ut ce- teri similibus a peccatis metu cogni- tæ pœnæ deterreantur. Vide Agell. lib. vi. cap. 14. *Farnabius*.

5 *Quæ illic turba est*] Quæ loqui- tur : aut quam ostentat ex vultu ac dictis. sed apparet, vultum Pythiæ turbam dicere. ut in Andria, ‘ Sed quid Pamphilum exanimatum video? Vereor quid siet : opperiar ut aciam nunc, quidnam hæc turba tristitiæ adferat.’ *Donatus*.

6 *Rogitas, audacissime*] Totum hoc terribile est in gestu ac vultu Py- thæ, et nimis usitatum et fœmineum. *Idem*.

7 *Perdidisti istum, quem adduxti, &c.*] Artificiose non accusat, quid peccaverit adversus Thaidem, quasi ex pœna adolescentis plus doleat, quam irascatur Parmenoni. *Idem*.

8 *Dum studes dare verba nobis*] Be- ne, *Studes dare* : neque enim dedisti. *Idem*.

Quid ita] Deest dicis : ut sit, *Quid ita dicis?* *Idem*.

10 *Scis eam hinc civem esse*] *Eam* abundat : quemadmodum supra, ‘ Quam amabat virginem, eam con- feci sine molestia.’ *Idem*.

Et ejus fratrem apprime nobilem] Hæc ad terrorem et gratiam aucta sunt. Nam primo *Virginem* posuit, post *Civem*, ad ultimum *nobilis Soro- rem*. *Idem*.

Fratrem, &c.] Hæc ad terrorem omnia. *Farnabius*.

11 *Nescio*] Perturbatur Parmeno : nec negare potuit, nec consentire valebat : sed quasi defensionis loco dixit, *nescio*. *Donatus*.

Atqui sic inventa est] Facile est ut credat, qui dicit *nescio*. Ergo Py- thias non laborat, ut suadeat civem esse. *Idem*.

Atqui sic inventa est] Magnum hor- rorem incutit audienti, non accusan- do, sed miserando Chæream. *Idem*.

Frater violentissimus] Hoc inven-

tum est, quod daretur ad nobilem.
Idem.

13 *Colligavit primum cum*] Mira tarditas, ad torquendum Parmenonem: simul etiam relictus ad succurrendum locus. *Idem.*

14 *Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide*] Adeo violentissimus. et recte hoc additum, ne speret auxilium a Thaide. *Idem.*

15 *Nunc minatur*] *Minatur*, ut succurri possit ei, qui non sit passus. *Idem.*

Minatur porro, sese] Deest *facturum*. *Idem.*

Quod machis solet] Deest *ferri*. *Idem.*

Id quod machis solet] Ideo violentissimum dixit antea fratrem virginis, ne mirum esset, si pro adultero punire cuperet, qui inuptam violaverat. Quid deprehensis machis factum sit Athenis, vide apud Aristophanis Scholiastem in Plut. Plant. Mil. Glor. v. 27. Juv. Sat. 10. Muret. ad v. Eth. Aristot. adde Weitzio congesta. *Bæclerus.*

Quod machis solet] Atheniensibus, lege Draconis, capitale erat in adulterio deprehendi. usitatissima pœna *κατάκληψις, παρακλήψις, παρακλήσις*. Aristophanis interpres in Plato et Nubibus. Lucian. de Peregr. Caput, Ep. 15. Horat. lib. 1. Sat. 2. 'Ut cuiusdam testes eandemque salacem Demeterent ferro.' Juv. Sat. 10. 'Necat hic ferro, secat ille cruentis Verberibus, quosdam mœchos et mugillis intrat.' *Farnabius.*

16 *Quod ego nunquam vidi fieri, neque oculis*] Julii Scaligeri cogitatio de hoc loco (Pœt. 1. 7.) curiosior quam verior est. revera enim ad abominationem muliebriter factam pertinent hæc verba. *Bæclerus.*

17 *Quid ita tantum*] Nimis callide Pythias hunc dicit violentum: et tamen injustum, audacemque dici non patitur, sed defendit, ut magis terreat Parmenonem. *Donatus.*

Delph. et Var. Clas.

18 *Quis homo pro macho unquam*] Causa finalis. Virginem Civem apud Meretricem vitiauit: mercedem offert: petitur ad supplicium. *Idem.*

Quis homo pro macho unquam vidit in domo meretricia deprehendi quemquam] Donatus Controversiam proponit: 'Virginem civem,' &c. In quo genere controversiarum, multa adversus quæstum induci solent. unde jam ante Chærea vulgari illo colore usus erat, non fieri meretricibus injuriam, si illudantur. Et apud Quintilianum Declam. ccclxxxv. ubi *lenoni reus est qui meretrici amatorium dedit*, tentantur illæ quæstiones: 'An leno damni injuria dati agere possit, an impune illi injuria fieri? an eum suam injuriam vindicare non possit, mancipii possit,' &c. Apud Calpurnium autem Flaccum Declam. 32. 'amator meretricis dominæ' inde defenditur, quod amasset amari solitam: 'Esset meum crimen,' inquit, aut error, si te solus adamassem.' De Lege Solonis, videndus Sam. Petitus in Legibus Atticis. Jure civili Romano, 'Si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas,' (vide omnino etiam Declam. cccr. Quintil.) 'minus peccare videtur: multo minus, si meretricia veste fœminæ, non matrumfamilias vestitus fuissent,' l. xv. § 15. de Injur. In Institutionibus Oratoriis Quintilliani (vii. 3.) proponitur quæstio: 'Adulterium est, cum aliena uxore domo coire: an et in lupanari?' Pertinet hæc, quod Chærea dixerat: *conservam credidi*. *Bæclerus.*

Pro macho, &c.] Lege item Solonis cautum, 'Ne quis pro macho prehensor in ea quæ vel in lupanari, vel publice prostat.' Per lupanaria namque et ancillulas libido permittitur. Hieronymus in vita Fabiolæ. Augustin. de Civitate Dei l. xiv. c. 16. Lactant. l. vi. Divina Institut. c. 23. *Farnabius.*

Nescio] Quam astute dixit *Nescio*:

Terent.

4 M

ne laborans ad contradicendum, amitteret fidem supplicis personæ, ac vera dicentis. vult enim magis nuntii officio fungi, quam persuadentis: *Donatus*.

Nescio] Tollendum est iterum ex annotatione Donati vitium: 'Quam astute dixit,' &c. Quis non videt, legendum esse: *simplicis personæ*, non, *supplicis*? cum enim dolo omnem hanc scenam instruxisset Pythias, candorem et simplicitatem morum verbis vultuque præfert. *Bæclerus*.

20 *Dico, edico vobis*] *Ἀγγίζεις*, ut supra, 'Ubi quæram, ubi investigem?' *Donatus*.

Dico] Tibi, Pythias. *Idem*.

Edico] Omnibus tuis. Ergo ad universos utrumque refertur, et *Dico* et *edico*. *Idem*.

21 *Obsecro an is est*] Insultantis. ut in Phormione, 'Hic cine eras?' nam sciebat enim esse. *Idem*.

Obsecro an is est] Non bene Donatus comparavit hunc locum cum *ἐλπεύει* Phormionis, v. 7. 52. ibi enim vera insultatio erat, nec sine petulanti cavillo et illusione. hic autem Pythias, vultu attonito, in admirationem se miserabunda componit. quæ res tacite quidem vim insultandi habere potest, non palam. id enim agitur; ne insultari videatur. *Bæclerus*.

Ne quam in illum Thais vim fieri sinat] Quam bene providet Pythias! *Donatus*.

Ne quam in illum Thais vim fieri sinat] Hæc Donatus Pythiadi, non Parmenoni, tribuit, cum annotat: 'Quam bene,' &c. nec male congruit ad simulationem ejus. *Bæclerus*.

22 *Atque adeo autem cur non egomet intro eo?* *Py. vide, Parmeno, quid agas, ne neque illi prosis, et tu percas*] Totum hoc ad id addidit, ut senex intromittatur ad confirmandas nuptias: sed Poëta hoc agit, personæ nesciunt. *Donatus*.

Vide Parmeno, quid agas] *Οἰκονομῶς* detinetur Parmeno, et ne in-

troëat, absterretur: ut scilicet seni, ad promovendum exitum fabulæ sive ad solvendum erroris nodum adducto, suos metus et falsa Chærem pericula indicaret. *Bæclerus*.

25 *Quidve incipiam*] *Facimus mediocria, Incipimus ingentia. Donatus*.

Ece autem video rure redeuntem senem] Choraerii est administratio, ut opportune in proscenium. *Idem*.

26 *Dicam huic, an non*] Hoc non esset verisimile, nisi dubitasset. Quid enim ad Chæream pertinet, dubitat. *Idem*.

27 *Scio paratum: sed necesse est*] Hæc causa dubitandi fuit: quod hinc Parmenonis, illinc adolescentis periculum cernitur. *Idem*.

Sed necesse est] *Dicere*, subaudiendum est: ut sit, *Sed necesse est dicere*, et *ἀνυπόθετος* inferendum est quod sequitur. Deest enim *propterea*, vel quid tale. *Idem*.

Sapis] *Sapis* dicit, non videns. quid futurum sit: sed tantum derisisse contenta. *Idem*.

SCENA VI. Senarii sunt. vs. 5. *Ms.* unus: ante *Thaidis ostium*. duo: ante *ostium Thaidis*. vs. 6. duo: *advenisse*. vs. 8. omnes: *quid est? quid trepidas?* *Argent.* tu interponit. vs. 9. omnes: *id quod res est*. vs. 11. unus: *quid id est?* vs. 21. duo: *ad Thaidem hanc*. vs. 31. omnes: *is pro iis*. *Bæclerus*.
Annotandum, quod hujus *Senis* nomen apud Terentium non est: apud Menandrum *Simon* dicitur. *Donatus*.

Lachetis nomen Grammatici apposuerunt: Terentius tantum *Senis* usurpaverat, quod Donatus annotat. *Idem* qui securum hujus senis animum, perturbationi augendæ factum, bene observat. *Bæclerus*.

1 *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi*] Firmatur mentis status trepidantis Senis, ut appareat, quam inopinato malo amena fieri possit: quod ipsum superius et in Parmenone servatum est. Imparatis enim mentibus mala majora sunt. Ergo.

nunc tam otiosus incēdit senex, neque mores increpet, nec quidquam suspicetur mali: sed agat gratias proximæ villæ, cujus beneficio non scit, quid in urbe agerent filii. Et nunc adest, ubi opus est Poëtæ. Et vide hanc causam fuisse, cur non ad villam diverterit. Omnes villas comicas suburbanas esse, commoditatem ipsam nunc explicat et ostendit. *Donatus.*

2 *Neque agri, &c.*] Tragicus apparatus. Delicias memorat, qui pericula cogniturus est. *Idem.*

Odium me unquam percipit] Fastidium ex abundantia est. *Idem.*

8 *Ubi satias caput fieri*] Suffecerant ad hanc sententiam duo superiores ii versus: sed *ὁλῶρη* est senilis eloqui, faceti et garruli simul. *Idem.*

Ubi satietas est] Deest *Nam*: ut sit, *Nam ubi satietas caput fieri*. Et, *capit, pro-caperit*. *Satietas*, odium: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. *Id.*

Ubi satias fieri caput, commuto locum] Frustra annotat *Donatus*: 'Suffecerant,' &c. Si Grammaticus inspexisset locum penitus,prehendere potuit, non nisi abruptam indecore orationem statim illuc præcipitari: *sed estne ille noster Parmeno?* Animadvertere debuit amplius; institutam tam frequentibus verbis sententiam, non jam supervacua, sed necessaria *ἐκκρίσι* peragendam fuisse. *Bæclerus.*

Commuto locum] Mira brevitate duas res explicuit simul. *Donatus.*

4 *Sed est ne ille noster Parmeno? et certe ipse est*] Et dubitavit, et firmavit postea: utpote senex, visu jam languido, atque oculis ætate defessis. *Idem.*

5 *Quem præstolare, Parmeno, hic ante ostium*] Nove: non, Cui præstolare: sed, Quem dixit. Aliter *Tullius* in *Catilinam*: 'Qui tibi ad forum *Aurelium* præstolarentur.' *Præstolari*, est præsto esse et apparere, hoc est, obsequi. *Donatus.*

Quem, &c.] *Cic.* tamen cum *Dativo*, 2. *invektiva*. *Farnabius.*

6 *Quis homo est*] *Quare, Quis homo*, quum providerit venientem? Utrum non vult videri providisse, ne quid fallaciæ parasse videatur? Sic et in *Andria*, 'Quasi de improvviso respice ad eum.' Vel, quia perturbatur exanimatus, qui dum quid apud *Thaidem* geratur, auscultat, non videt *Senem* propius accedere, quem longe viderat? An vero idcirco hoc fingit, quia quod parabat dicere de *Chæreâ*, postquam cominus ventum est, non audent loqui? *Donatus.*

Quis homo est] Quasi de improvviso respicit ad herum, quem ante viderat. *Farnabius.*

7 *Lingua hæret metu*] *Virgilius*, 'Et vox faucibus hæsit.' *Donatus.*

8 *Quid est quod trepidas*] Instandum est seni ad audienda, quæ de facili nunquam fateretur *Parmeno*. *Idem.*

Satine salvæ] *Salve*, integre, recte, commode. *Plautus* in *Trinummio*, 'Benevolens tuus atque amicus't. *Lx. satini' salve?* *Idem.*

Satin' salvæ] *Al. Satini' salve?* utrumque rectum est. *Faber.*

Satine salvæ] Nunc adverbium est; producta est e litera. *Sallustius*, 'Inde ortus sermo, percontantibus utrimque, *satin' salve*, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis agerentur.' *Donatus.*

Satine salvæ] Vide *Chrestomath. voc. salvo*. *Bæclerus.*

Sati'ne salvæ] *Satine salvæ* sunt res nostræ? Legitur et *salve* Adverbialiter. quam lectionem astruit *Briassonius* l. 8. auctoritate *Livii*, *Salustii*, *Plauti*, *Ausonii*, *Apuleii*, &c. *Farnab.*

9 *Hæc, primum te arbitrari quod res est velim*] Quod ante narrationem confirmatio inducitur, contra morem et præcepta est: sed merito, quia perturbatus est, licet simul * ut non possit dicere. *Donatus.*

Hæc primum te arbitrari, quod res

est, velim, &c.] Donatus, ordinis immutati, ut confirmatio ante narrationem induceretur, causam a perturbatione repetit. Est autem arti potius tribuendum. Sic Heaut. (iv. 1. 10.) Sostrata incipit 'primum hoc te oro, ne quid credas me adversum edictum tuum facere esse ausam.' ubi Servus: 'Nescio quid peccati portat hæc purgatio.' *Bæclerus.*

Primum, &c.] Præmunio et excusatio præpostera male consilii animi, se purgantis, antequam accusetur. *Farnabius.*

10 *Quidquid hujus factum est*] Absolute. ut supra, 'Et quidquid hujus feci, causa virginis feci.' Ant deest rei: ut sit, *hujus rei.* Stomachose. *Donatus.*

11 *Quid*] *Quid*, interrogat. quis enim ante crimen, quam objiciatur, aut proponatur, neget? *Idem.*

Recte sane] Docte Terentius ipse se reprehendit. Nam ordine factum non est, præ timore et conscientia. *Idem.*

12 *Emit quandam Phædria Eunuchum*] Vide, narrationem a necessariis et urgentibus coeptam, non in se continere, nisi quod rei conditio cogit fateri. *Emit*, inquit, *quendam Eunuchum, quem dono huic daret.* Non dixit, *Cui dono daret.* Aliter ab amoris mentione cepisset. Deinde τὸ *quendam εὐνοχον* significat, et ἐν-τὴν αὐτῶν. *Donatus.*

13 *Huic*] *Huic*, more suo dixit potius, quam, *Meretrici.* Quinetiam interrogatus, Thaidi potius dicturus est, quam ut nomen dicat, quo offenditur Senex. Eunuchi autem solius mentio necessaria est: quia dicturus est, pro Eunucho deductum Chæream. *Idem.*

14 *Viginti minis*] Tantum dederat Phædria pro Eunucho et ancilla Æthiopica, ut ex act. i. sc. 2. vs. 89. constat. servus hic compendio agit: fatetur summam; et Eunuchum nominat solum, unde occasio periculi comici ad alterum filium, Chæream,

profecta est. *Bæclerus.*

15 *Actum est*] Desperantis verbum. *Donatus.*

Tum quandam fidicinam amat hic Chærea] Mire et necessario variavit. ille *Emit*, ut Eunuchum mittat ad Thaidem: hic *Amat*, ut deduci se pro Euncho velit. *Idem.*

Quandam fidicinam] Extenuatio criminis est: non quod Virginem, quod Civem vitiaverit. *Idem.*

Hic Chærea] Adverb. in hac urbe, vel, in ædibus Thaidis. *Farnabius.*

16 *Hem! quid? amat*] Hæc singula pronuntianda sunt, ut stuporem nimie indignationis ostendat. *Donatus.*

An scit jam ille quid meretrix siet] Quia fidicina, meretrix est. *Idem.*

17 *An in Astu venit*] In Astu, in urbem de Pæreo. sic Athenienses vocabant urbem suam: unde ipsi incolæ *ἀστυ* vocantur. *Idem.*

Aliud ex alio malum] Hoc separatim dixit Senex, fixis in Parmenonem oculis. *Idem.*

In astu, &c.] In urbem ex Pæreo. ὅς ἐστιν αἱ Ἀθήναι, ἀστυ καὶ ἀστυκοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὅς καὶ ἐν τῷ μὲν λέγεται. Stephan. de Urbibus: et Cic. l. ii. de Legib. 'Vestri Attici, priusquam eos Theseus demigrare ex agris, et in Astu, quod appellabatur, omnes se conferre jussit.' *Latomus* proverbium esse ait, dicique de callidis ex usu peritis. sed nullo fultus tibicine. adagiographi non agnoscunt. *Farnabius.*

18 *Here, ne me spectes*] Conscientia trepidus Parmeno heri vultum terrore et iracundia plenum non sustinet: et purgationem priorem repetit. *Bæclerus.*

Me impulsore hæc non facit] Ipsum accusat conscientia. non enim quod levius est, dixit, *me sciente*: quam plus inferat, *me impulsore.* *Donatus.*

19 *Ego te, furcifer, si vivo*] Modo omnis sævitia comica aut in comminatione est, aut in apparatu verborum. *Idem.*

20 *Si vivo*] Ἀποδείκνυσι: te ulcia-

car. quia necessario sequitur. *Idem.*

Sed istuc quidquid est] Inventa causa cur supplicia differantur, donec uxorem ducat Chærea, et ipse purget Parmenonem: secundum argumenta, quæ sibi ipse prospexit, jussu coactique fecisse, et imperio herillis filii sui, Chæream scilicet. *Idem.*

21 *Ad Thaidem deductus est]* Unde ductor ipse sceleratus. *Idem.*

22 *Pro Eunuchon]* Non interrogat, sed exhorrescit. *Idem.*

Hunc pro macho postea] Bene studuit Terentius, *pro*, bis numero dicere: et *pro* Eunuchō, et *pro* Mæcho. *Pro macho* autem quasi excusans dixit. Nam vere in Virginem Atticam, non *pro* macho, sed *mæchus* est. *Idem.*

Hunc pro macho postea] Bene utrumque *pro*, quia neque Eunuchus est, qui vitiauit virginem; neque *mæchus*, qui in domo meretricia. Et spectata quam oratorie transtulerit mentionem vitiatæ virginis. *Pro macho*, inquit, ut culpam Chæream sub meretricis accusatione cælaret. *Idem.*

Hunc pro macho] Bene totum *pro*: quia neque Eunuchus, qui Ephebus; neque Adulter, qui Amator. *Idem.*

23 *Comprehendere intus, et contrinere]* Quo dicto vim ingentem inferri significat Chæream. *Comprehendere*, significat strictim aliquem in facinore deprehensum. *Idem.*

24 *Audaciam meretricum specta]* Major *ἐπαφᾶς* accusationis est per plura numerum, quam singularem. Sic alibi: 'An potius ita me comparem Non perpeti meretricum contumelias?' *Idem.*

Audaciam meretricum] Oratorie avertit iram Senis a se, et a Chærea: atque derivat in Meretricem. *Idem.*

Namquid est aliud mali, damnaire] Bene interrogat: quia omnia invitus servus dicere videbatur. Et cum damnum, malum sit, de proximo collatum discernitur: et damnum ad

emptionem Eunuchi, malum ad comprehensum pertinet et constrictum Chæream. *Idem.*

24. 25 *Nunquid est aliud mali damnaire]* Damnum in sumtu; malum in corruptis filiorum moribus, et alterius periculo: quod ut depelleret, prætrepede festinat senex. *Bæclerus.*

26 *Cesso huc introrumpere]* In tantam formidinem conjectus est Senex, ut non miremur, quod tam cito nuptias firmet Ephebi et Virginis: et quamvis non honeste, tamen quia ex ingenti metu, vel indigno matrimonio, Filii vitam pacisci velit. *Donat.*

Tantum est, &c.] Nihil præterea. *Farnabius.*

27 *Non dubium est, quia mihi magnum ex hac re sit malum]* Suave est nescire personas, quid agat Poëta. Ita non periclitaturus Parmeno. *Donatus.*

28 *Nisi quia necesse fuit]* *Necessus*, est nomen. Nam *necessus*, *necessio*, et *necessitas*, et *necessum*, lectum est. *Idem.*

Quia, &c.] Ut filio suo Chæream succurreret. *Farnabius.*

Id gaudeo] Scilicet, ut succurratue Chæream periclitanti. *Donatus.*

29 *Propter me]* Plus dixit, quam si *per me* diceret. *Idem.*

Hicce aliquid] Meretricibus, non adolescentibus, et item pluraliter, suo more: Ut, 'Audaciam meretricum specta.' Et, Non perpeti meretricum contumelias.' *Idem.*

Propter me hicce aliquid esse coent] Mea opera. ita sæpe. Ego propter me illam decipi miseram sinam?' *Andr. l. 5. 26. Bæclerus.*

30 *Nam jam diu aliquam causam quærebat senex]* Nota causam, pro occasione. *Donatus.*

Nam jam diu aliq. caus.] Egregio invento suavitatem exitus comici cumulare voluit poëta; dum facit senem meretricibus et domui Thaidis infestum, quam mox in clientelam suscipit; servam gloriantem de vin-

tum, 'Doctus et callidus,' Epid. III. 3. 47. *Bæclerus*.

[*Callidum, &c.*] Video autem te stolidum esse, qui temere credideris; et futilem, qui falsa pro veris narra-veris. *Farnabius*.

11 [*Illicone credere*] Non ideo hoc dicit, quod personæ suæ fidem dero-get: sed quod res incredibilis fuerit, quam illi persuaserit. aut certe si credendum fuerit, non statim, neque examinata, neque facta rei cogni-tione. *Donatus*.

[*Illicone credere*] Objurgatio de tem-pore. *Idem*.

12 *An pœnitebat flagitiis*] Illud quod supra, a stulto: hoc quod nunc dicit, a malo fieri potuit. Illud, ab impru-dente: hoc, quod pejus est, a sciente. *Idem*.

An pœnitebat flagitiis] Parvum vide-batur. Ipse alibi, 'Quantum hic operæ fiat, pœnitet.' Plautus Trucu-lento, 'Pœnitetne te, quod ancillam solam nîmis erumpere?' *Idem*.

An pœnitebat flagitiis, te auctore quod fecisset Adolescens, ni miserum etiam patri indicares] Cave interpretes nos-trates audias, 'Pœnitet me hujus rei,' ubi de alio, non de me loquor, non significat, *je me repens*, esset enim ridiculum: sed id quod dicimus, *Je ne suis pas content de cela. Cela ne me satisfait pas. Cela n'est pas assez pour moy*. Quamobrem optime Baifus, etiamai sermone paulo obsoletiore: *N'estois tu content du délit, Qu'au jeune homme tu as fait faire, Sans aller encor à son pere Excuser le pauvre garçon?* Faber.

An pœnitebat flagitiis] An non satis videbatur, id flagitium adolescenti præmonstrasse? an non satis visus es tibi peccasse, quod flagitii auctorem adolescenti te præbuisi, nisi insuper proderes eum? *Donatus*: an 'par-vum videbatur?' nota Latinam éle-gantiam. *Bæclerus*.

13 *Ni miserum insuper etiam patri indicares*] Duo objicit. unum, quod

male consuluerit: alterum, quod male prodiderit consilia sua. Et bene *Indicares*, nam indicium dicitur ejus, qui una peccaverit. *Donatus*.

Ni miserum insuper etiam patri indi-cares] Ad invidiam Parmenonis, mi-serum dicit adolescentem: eo modo quo Juno accusans Venerem, ait, 'An miseros qui Troas Achivis Obje-cit.' Sic enim agimus, quum ab his, qui falso rei sunt, in auctores culpam sceleris removemus. *Idem*.

14 *Nam quid illi*] Adolescenti-ocil. *Idem*.

15 *Quid est? jam acis te peritiare*] Hoc non stupentibus, ac culpam pa-tientibus dicitur. *Idem*.

Quid est] Si Pythias hoc dicit, re-ferendum est ad vultum Parmeno-nis, verbis ancillæ consternati, et in eam *ῥιπαῖός ἐστις ὄφθαλμος*. *Bæclerus*.

16 *Hem, quid dixisti, pessuma*] Nunc demum intelligit Parmeno se esse de-luam. *Donatus*.

Etiā rides] Apparet eam ex hu-jus stomacho vehementius cachin-nare. *Idem*.

17 *Nos irridere*] Nos superbius dixit, quam si diceret *Me*. *Idem*.

Scelus, &c.] Scelasta. vide Andr. act. III. scen. 5. *Farnabius*.

Si quidem istuc impune habueris] Hic vel subaudiri potest: *peream si quidem ist.* ut sit directa comminationis for-mula. vel obliqua denuntiatione vin-dictæ: 'mirum fuerit si quidem ist-tuc impune habueris:' atque ita forte *Donatus* scripsit, ubi legitur: *Si quidem istuc impune habueris*, subau-ditur: *tum nimium. quid est, tum ni-mium?* quanto facilius? *tum mirum* fuerit. *Bæclerus*.

Verum] *Donatus*: 'Interrogatio irridentis.' q. d. credamne istuc tibi? itane vero ais? itane credam futu-rum? Bene Gallus Scholiastes: *dis tu vray! veux tu dire! ne te moques-tu point! parles-tu à bon escient!* vultus supplet verba in talibus. *Idem*.

Reddam hercle] Subaudi: vicem.

sicut in Mss. nostris et Palatin. apud Pareum additur. *Bæclerus.*

19 *Sed in diem istuc*] In longam dilationem, unde *dilatatio* est dicta, diei prolatio. *Donatus.*

20 *Tu jam pendebis*] *Jam*, nimiam velocitatem significat. *Idem.*

Pendebis, &c.] E trabe pendens vapulabam. *Farnabius.*

Nobilitas flagitiis, et eundem indicas] Duas res significat simul: et cogis flagitia facere, et facientem indicas. *Donatus.*

Et eundem indicas] Notum (notorium dicerent Juris consulti) facis. *Nobilitas* autem in utramque partem accipitur. ut, 'Testis est Phalaris, cuius præter ceteros nobilitata est crudelitas.' Cic. l. ii. de Offic. *Farnabius.*

21 *Uterque in te exempla edent*] Nova ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrentur, aut quæ documenta sint ceteris ne delinquant, *Exempla* dicantur. Et *edent*, et *edet* legitur. Si *edent*, figuratum est: si *edet*, recte. Et plus est *edet*, quam *dabit*. *Donatus.*

Exempla edet] Supra scen. 5. hujus actus. *Farnabius.*

22 *Nullus sum*] Hoc secum Parmeno. *Donatus.*

Hic pro illo munere tibi honos est habitus: ab eo] *Εἰρωνεύς* et *μεταφορικῶς*. *Idem.*

Pro munere] Et honos ramigerulis haberi solet. *Idem.*

Hic pro illo munere tibi honos est habitus. ab eo] Quam præclara et rebus consentanea clausula huic scenæ imponitur: Pythiadis *ἐπιφάνημα χλευαστικόν*, et Parmenonis *ἔδρυμπε μετανοητικόν*. *Bæclerus.*

23 *Egomēt meo indicio, miser, quasi sorex, hodie perii*] Proprium soricis est, vel stridere clarius quam mures, vel strepere magis, quum obrodunt frivola: ad quam vocem multi se intendentes, quamvis per tenebras noctis, transigunt eos. Plautus: 'Con-

fossiores te faciam soricina membra.' *Donatus.*

Egomēt meo indicio] Proverbium in eos, qui ipsi se produnt, quia sorix non facile caperetur, nisi emitteret vocem noctu. *Idem.*

Quasi sorex hodie perii] Quia latere potuit, nec occidi, si taceret. *Idem.*

Quasi, &c.] Sorices strepitu aut stridore vocis vel arrosionis se produnt, unde etiam noctu et per tenebras, ab iis qui attendunt, transiguntur, 'Tacite pasci si posset corvus, haberet Plus dapis, et rixæ multo minus invidiæque.' Horat. lib. l. Epist. 17. *Farnabius.*

SCENA VIII. Tetrametri Trochaici catalectici sunt. vs. l. unus Mss. memorum: *quid nunc? qua spe? quo consilio huc inus? quid captas Thraso?* et *captas* alter quoque habet. vs. 6. duo: *quidnam hic properans prosiit? tertius: etiam hic quidnam properans prosiit?* *Bæclerus.*

1 *Quid nunc? qua spe, aut quo consilio huc inus?* Reminiscere, hunc esse, qui supra Militi dixerit de Thaide, *Jamdudum te amat.* et rursus, *Jam tibi hæc aderit supplicans ultro.* et hinc videbis quos exitus habeat assentatio. nam idem Militi auctor est summæ desperationis. Et animadvertite, quod semper a mensa Gnatho invitatus abstrahatur: nam et supra quum ad li-tem venit, ex verbis Thasonis manifestum est, et Gnathonem invitum sequi, ubi dicit, 'Hancine ego ut contumeliam tantam, tam insignem in me accipiam, Gnatho? Mori me satius est.' Et bene, 'Qua spe, aut quo consilio?' tanquam omnia expertus, et nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. *Donatus.*

Qua spe? Parasitus intelligit quid agat miles: sed ad hoc inducitur interrogare ipsum militem, ut populus audiat, quo consilio veniat ad Thaidem. *Idem.*

Quid nunc? qua spe? Summa desperatio est apud Militem reconciliandæ

amicæ, ad hoc ut equo animo ferat admitti Phædriam, dum ipse quoque recipiatur. nam non in fine fabulæ contristandus est. *Idem.*

Quid nunc? Sub. agimus. quid nunc agimus? quæ spe aut quo consilio huc imus? comicæ figuræ genus, interrogatione multiplicare, et rem unam interrogando diffundere. *Bæclerus.*

Quid inceptas, Thrasso? Incipere, magnorum facinorum est, et audaciam. *Donatus:*

2 *Ut Thaidi me dedam*] Post indicationem belli, et instructionem pugnæ; quid sequatur, nisi deditio superatorum? *Idem.*

Et faciam quod jubeat] Proprie: nam in deditioe victores jubent, victi obsequuntur. *Idem.*

8 *Qui minus, quam Hercules servitit Omphala*] Hic Terentius exprimit consuetudinem in qua ignavis rationes criminum, et exempla suppeditant. nam sic et supra de Pyrrho. Omphale Lydiæ regina fuit, quæ Herculem sibi servientem etiam ad lanificium compulsi: quum ipsa calathum, et colum, cultusque fœmineos, sagittis et clava, leonisque tegmine mutasset. *Idem.*

Hercules servitit Omphala] Subauditur, et ego serviam Thaidi? *Idem.*

Qui minus huic] Supple: qui minus huic, i. e. Thaidi me dedam serviamque? *Bæclerus.*

Omphala] Lydiæ regina, cui servit Hercules, clava et leonis pelle exutus, muliebri ornatu purpuraque indutus colam tractavit, eique supplicium sui dedit, *ταύτην τῇ σαρδάρῃ.* Lucianus lib. de scribenda historia. 'solea puer objurgabere rubra.' Pers. Sat. et quæ nos ibi. *Farnabius.*

Exemplum placet] Potest hoc dictum videri militi, approbando applaudendoque, (quod mihi potius placeat,) vel ad spectatores æcorum, sequens certe versus spectatoribus, non militi dicitur. *Bæclerus.*

4 *Utinam tibi commitigari videam*

sandalio caput] *Commitigari*, est tangendo deprimi atque deponi. *Donat.*

Sandalio caput] Plus dixit *Caput*, quam si aliam partem corporis diceret verberari. Et mire, calceamento caput verberari. *Idem.*

5 *Perii! quid hoc autem est mali*] Eunuchi habitu Chærea, sed virili confidentia prosilit, et militem velut novi rivalis terret aspectu. *Donatus.*

6 *Hunc ego nunquam videram*] Ideo Chæream miratur. *Idem.*

Hunc ego, &c.] Chæream. *Farnab.*

Quidnam properans hinc prosilit] Poëta, non orationem modo Chæreae, scena sequenti; sed etiam gestum hic τῇ κραισσοπῳῃ præstantem denotare voluit. *Bæclerus.*

SCENA IX.] Tetrametris Iambicis acatalecticis et Trochaicis catalecticis constat scena. vs. 8. omnes Mss. nostri: *contigere.* vs. 7. unus meorum: *bene ita me dii bene ament, factum.* Argent. *bene ita me dii ament, bene factum.* mox unus: *audis tu hunc quid ait?* vs. 10. duo: *fratris ergo tota est Th.* vs. 11. duo: *quia miles pellitur foras.* vs. 25. τὸ ne omnes omittunt. mox duo: *aut me.* vs. 19. duo novam scenam incipiunt ab illis verbis: *Dii vestram fidem.* vs. 28. duo: *precibus aut pretio.* omnes: *tandem pro tamena.* vs. 36. omnes: *si quid tibi collibuit, facile est (est facile) novi te.* vs. 27. duo: *donum aut præm.* unus, *don.* et præm. vs. 29. unus: *te presente et te abs.* alter: *te præs. absenteque.* vs. 33. omnes: *scin quam fretus.* vs. 34. omnes: *nilil est quod dicas mihi.* vs. 36. duo addunt, *genus.* vs. 39. omnes: *colo.* vs. 41. duo: *vos non id facere.* vs. 48. omnes: *nemo potest esse.* vs. 52. omnes: *accipit hominem n. m. p. et vs. 53. nisi.* vs. 54. omnes omittunt τὸ hoc. vs. 59. duo: *sed mores postquam ostendi tuos.* etiam tertius addit: *sed.* vs. 63. omnes: *eloquentiam.* *Idem.*

1 *O populares, equis me vivit hodie fortunatior*] Hic persona Chærea est, fervens gaudio, ut adolescentuli est in

prosperis rebus. Donatus.

O populares] Non mirum si insane exultat nuptiis, qui iamdudum ob id solum, quod vitiaverat virginem, lætabatur. *Idem.*

O populares] Bene Poëta adolescentem, qui supra nimia levitate exultaverat, nunc honestiore lætitia delibutum reddit. Suntque hæc ἐκπαρθῆναι τῶν ἐχθαρσιστοῦντων ad catastrophē factæ. compara Phorm. v. 6. *Bæler.*

O populares] Cives. *Farnabius.*

2 Nemo hercle quisquam] Et interrogavit, et respondit sibi. *Donatus.*

Nemo hercle quisquam] Παράλκων tertium. *Idem.*

Nemo hercle quisquam] Respondet sibi eodem genere amplificandæ sententiæ, quod vices loquentium alibi habet. Heaut. iv. 3. 7. 'CLIN. cui æque audisti commodius quicquam evenisse? SY. nulli.' *Bælerus.*

3 Cui tam subito tot contigerint commoda] Tam qualitatis, Tot quantitatis est. *Donatus.*

Congruerint commoda] Confluxerint, simul deplerint. *Farnabius.*

4 Quid hic lætus est] Inventa persona est, ad quam gesta hæc narret Chærea, ut populus et miles instruat, quid intus gestum sit. *Donatus.*

5 Inventor, inceptor] Invenire sapientis est: incipere, audacis: perficere, constantis. Ergo plena laudatio est, et constat, hoc Chæream laudative dicere, nam in subditis solum consilium attributurus est Parmenoni. *Id.*

Scin' me in quibus sim gaudiis] Σόληψις. Et nota *Scin' me*: quum sufficeret *scin'*. Ergo *me* abundat: et est figura ἀρχαϊσμός. *Idem.*

6 Scis Pamphilam meam] Amatoris dixit meam: vel potius sponsam meam, vel quam amo. *Idem.*

Inventam] Cognitam. *Idem.*

Civem] Deest esse. *Idem.*

Scis sponsam mihi] Deest et esse, et est sponsa nunc participium. *Idem.*

7 Bene, &c.] Gratulationis formula. *Farnabius.*

Audin' tu illum quid ait] Hoc vultu mutato et turbato dicitur. *Donatus.*

8 Amorem esse omnem in tranquillo] Bene, in tranquillo, quia mari et tempestatibus, amicæ mobilitas et instabilitas comparatur. Sic Horat. 'Simplex munditiis: heu quoties fidem Mutatosque Deos flebit; et aspera Nigris æquora ventis Emirabitur insolens, Qui nunc te fruitur credulus aurea,' &c. *Idem.*

In tranquillo] Secutum. 'Omnis res jam in vado.' Andr. act. iv. sc. 2. 'Ego in portu navigo.' Andr. act. iiii. sc. 1. *Farnabius.*

Una est domus] Post Pamphilæ nuptias. *Donatus.*

9 Thais Patri se commendavit] Hoc est quod profuit Phædræ. *Idem.*

In clientelam et fidem] Clientelam, ut ametur: in fidem, ut defendatur. *Idem.*

In clientelam] Ex jure applicationis, cujus meminit Cicero i. de Oratore, peregrini se opulento alicui in clientelam dabant, quod Athenienses νέμειν προστάτην appellabant. ἀρποκρατοῦ δίκην, his contra eum qui sibi nullum patronum adoptarat. *Farnabius.*

10 Fratris igitur Thais tota est] Bene tota: ut ne ex parte quidem sit militis. *Donatus.*

11 Miles pellitur foras] Sunt gaudia ex nostris bonis: sunt gaudia ex aliorum malis, hostium aut inimicorum. Ergo utrumque genus gaudiorum complexus est. *Idem.*

12 Visam domum] Bene domi quæritur Amator exclusus: nam neque ruri, neque in foro est. *Idem.*

13 Perpetuo perierim] Quia illud periisse supra, temporale videbatur. *Idem.*

Quin ego nunc perpetuo perierim] Hic jam Militi neque serviendi Amicæ, ut apparet, præbetur locus. *Id.*

14 Sine dubio, opinor] Quia non quis dicitur perpetuo periisse. Quid enim opus hac exceptione est, quando nemo ita perit, ut temporaliter

pereat, et postea fiat non perditus? Correxerat Parasitus stulti dictum Militis: non illum perpetuo, sed sine dubio perisse, opusari respondens. non enim contrarium, 'Opinor te perisse sine dubio,' pro certo perisse. Confirmatur perisse Miles, ut post tanta munera ex desperato supplex, ex supplice patiens rivalis existat. *Idem.*

Sine dubio opinor] Πειπερῶν mera est Donati, quod de emendata militis locutione hoc loco disquiritur. *sine dubio, opinor*, perpetuo periisti. omnino ita esse opinor, ut dicis. *perpetuo perire*, comica locutio. *Bæclerus.*

Quid commemorem primum] Διακρίνω oratoria, familiaris laudantibus. Cicero: 'Unde igitur potius incipiam?' Hoc autem fit, ubi omnia et magna videntur et paria. *Donat.*

15 *Illumne qui mihi dedit consilium*] Attribuuntur Personis consilia, facta, casus, et orationes. Ergo hic laudatur consilium Parmenonis, factum Clæreæ, casus Fortunæ, id est, eventus: oratio Senis. *Idem.*

Illum, qui mihi dedit consilium] Tria sunt in vita hominum, consilia, facta, successus. Consilium, animi est: factum, corporis: successus, fortunæ. *Idem.*

Illum] Parmenonem scilicet. *Id.*

16 *Fortunam, &c.*] Quæ 'rerum humanarum domina,' &c. Cic. pro Marcello. Quæ in vita humana utramque facit paginam, rerum acceptarum, et expensarum. Plin. *Farnab.*

17 *Quæ tot res*] Bene, *Tot res*, quasi dicat, Eunuchum pro quo duceretur, commendationem virginis, absentiam meretricis, occasionem vitii inferendi, patris interventum in nuptias. *Donatus.*

18 *An mei patris festivitatem*] Etiam Patri laus impartienda est. nam non erat transeundum *Festivitatem*, quæ erat festivus Amatori non obstitit, quod ignoravit ut facilis: unde *festivitas* in dictis, *facilitas* vero in animo et fac-

tis. *Idem.*

Festivitatem] Lætitiam: ut, 'Festivus dies est.' *Idem.*

An mei patris festivitatem et facilitatem] Patris hujus personam solius καραορροφῆς causa poeta induxit. igitur, quæ intus peracta sunt, merito vocabulis καραορροφῆ quodammodo propriis celebrantur. *Bæclerus.*

O Jupiter, serva, obsecro, hæc nobis bona] Id est, Gallice, *Après cela je ne demande plus rien à Dieu.* Faber.

19 *Serva obsecro hæc nobis bona*] O. l. s. *hæc bona nobis.* Færnus.

DI vestram fidem] Cito intervenit Phædria, utpote qui domi erat. *Donatus.*

20 *Quæ narravi*] Nimius affectus in utramque partem defectus orationis amat: est ergo ἔλλειψις: deest enim *Gaudeo.* *Idem.*

21 *Satis credo*] Sic dici nota agentibus solet. Recte igitur huic dicitur, cui fiunt nuptiæ, *gaudeo*: et ille sic respondet, ut amicis gratulantibus decet, *Satis credo.* *Credo* autem ideo, quia multi se fingunt gratulari, quum invidiant: gaudere, quum doleant. *Idem.*

Nihil est Thaidæ hac frater tuæ dignius, quod ametur] Quæ possit delicatior esse verborum collocatio, etiam in soluto sermone? ita mox, 'cur te ergo in his ego conspicio regionibus?' Quod semel hic attingitur, exempla in nostro perpetua sunt. *Bæclerus.*

23 *Mihi illam laudas*] Scilicet amatori ejus. Et mihi pronuntiatione juvandum est. *Donatus.*

Perii: quanto minus spei est, tanto magis amo] Hic vero est ardor insanissimus: ut Virgilius, 'Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini.' Et profecto sic eat, Sapientes spe maxime ad amorem coguntur: stulti forma tantum. *Idem.*

Hui, mihi illam laudas] Eadem forma sententiæ in Adelphis III. 4. 35. 'Vigilantiam tuam tu mihi narras?' *Bæclerus.*

Quanto, &c.] Insani militis amor insanissimus. Amor spe intenditur, metu crecit et flagrat. *Farnabius.*

24 *Obsecro, Gnatho, in te spes est*] Mire, quasi desperatis omnibus auxiliis, abjecta nimis supplicatio inducitur. Nam et *obsecro*, et *Gnatho*, id significant, et *in te spes est*. *Donatus.*

Quid vis faciam] Non est hoc interrogantis, sed est ostendentis non esse quid faciat. *Idem.*

25 *Precibus, pretio*] Nihil Militi superest præter precem, ut victo: et pretium, ut diviti. Nihil aliud optat, quam sic res eant, ut persona Thaidis conveniri possit. *Idem.*

Precibus, pretio] Ἀσώδῃ, velut afflicta et lassæ, pronuntianda sunt. *Idem.*

Pretio] Varie: quia alibi dixit, *precario*. *Idem.*

Ut hæream] Τὸ hæream ultimum genus beneficii est. *Idem.*

In parte aliqua] Non enim *Parte* dixit, ut æqua intelligatur. *Idem.*

Tandem] Et desperantis est, et difficulter credentis. *Tandem* non est adverbium temporis: sed *Saltem* significat. *Idem.*

Ut hæream, in parte aliqua, tandem, apud Thaidem] Per singula momenta signavit abjectum militis animum. ad minuendum apta sunt: *hæere, in parte aliqua tandem. rō tandem* hic *Goyetus* explicat, *post tantum temporis*. *Donatus, saltem*. non vi vocis, sed supplemento sensus: *tandem* enim est hoc loco, ubi nil aliud impetrari poterit: quicquid id erit, qualescunque id erit, quod impetrabitur. *ὃς μὲν τὴν πρ.* *Bæclerus.*

26 *Difficile est*] Vultu et pronuntiatione, asseveratione firmandum est. *Donatus.*

Siquid collibuit] Ἐλλείψις: pro, *Si quid collibitum est, efficiis*. *Idem.*

Novi te] Deest *Perficio*. sed ubique plura gestu significat miles; utpote infantissimus. *Idem.*

27 *Quod vis donum, et præmium a*

me optato] *Donum*, præmium est: et *munus*, præmium est. Sed *donum*, præmium Diis datur: *munus*, præmium hominibus. nam separatim, *donum* Deorum est: præmium viro- rum est fortium: *munus* hominum. Et *donum* munusque, tam ante factum, quam post factum datur: præmium non nisi post factum est. *Donum*, voluntarium: præmium, debetur. Alii ergo ἀσώδῃ pronuntiant, primo *donum*, et sic *præmium*, quasi unam partem orationis. *Idem.*

Quodvis donum et præmium] *Donum*, ut a largo homine: *præmium*, ut a præclaro facinore. *Idem.*

Quodvis donum et præmium a me optato, id optatum feres] *Donum* optato, ob quod præmium accipias. *Idem.*

Præmium a me optato] Totum militariter: nam et *optatio* dicitur, et *optari* a militibus. ut alibi, 'Vir fortis optet quod volet præmium.' *Idem.*

Quodvis donum, præmium a me opt.] Copiose *Donatus. Bæclerus.*

Quodvis, &c.] Ἐξαι τὴν βούλει, πᾶντα σοὶ γερήσεται. *Menander. Farnabius.*

28 *Si hoc efficio, postulo ut mihi tua domus te præsentē absente pateat*] Proverbiale est, 'Præsentē absente,' ut 'sursum deorsum,' 'ultra citro,' et cetera hujusmodi: 'fanda nefanda,' 'justa injusta,' 'digna indigna,' 'velit nolit.' *Donatus.*

Postulo, &c.] Stat sibi et principiis suis parasitus; ut ventri sit bene, cavet. *Farnabius.*

29 *Invocato ut sit locus semper*] *Invocato*, non vocato significat. *In etenim* auget et minuit dictionem. *Donatus.*

Invocato] Male intelligitur *precibus* vocato, quum sit ἀσώδῃ, id est, etiam non invitando, quin ultro venire debeat suam domum. *Idem.*

Invocato ut sit locus] Non vocato, ex disciplina parasitica, quam signat ejusdem loci ac ordinis homo apud *Plautum Captiv.* 1. 1. 1. 2. 'Juventus nomen indidit scorto mihi, *eo*

quia invocatus soleo esse in convivio.' *Baelerus.*

Invocato, &c.] Crobylus apud Athenæum lib. 11. c. 1. parasitum ἀνέστωρ vocat. quod ipse ultro ad cibum veniat, et non invitatus. Dalecham. *Ανέστωρ* quod sponte venit. Hom. *Farnabius.*

30 *Do fidem*] Juro, confirmo, spondeo. *Donatus.*

Do fidem ita futurum] Delevimus dictionem *ita*, quæ in Bembino et aliquot aliis libris non est. sine qua et versus et sensus optime constant. *Faërnus.*

Accingar] Non quia facile est, quod negavit supra, sed suis votis Parasitus adductus est ad cœnandum: ideo et *Accingar* dixit: sic enim dicimus in magnis rebus suscipiendis, ut 'Accingunt omnes operi.' *Donatus.*

31 *Salvete*] Supplex sine gratia et sine timore, modo inimicus et infestus. *Idem.*

Tu fortasse quæ facta hic sint, nescis] Hoc totum superbe ac minaciter inquit Adollescens. *Idem.*

32 *Scis*] Compendium Poëtæ, ne rursus eadem dicerentur. *Idem.*

Conspicor] Commune verbum est *conspicor*. *Idem.*

In his, &c.] In hac parte urbis. dividebantur urbes in regiones, ut Roma in 14. regiones. Athenis hic scena. vide *Meursiam*. *Farnabius.*

33 *Vobis fretus*] Et hoc stulte: quis enim et rivalibus et inimicis fretum se esse dicat? Deinde ἀνακλόουτο, et vitiosa responsio est. nisi enim addideris *Sum*, erit solacismus conveniens loquenti, impolito homini et militi. *Donatus.*

Scin' quam fretus] Est ab * ea subaudiendum est. *Idem.*

Miles edico tibi] Hoc contumeliose, et proprie ut *Militi*: 'Miles,' inquit, 'edico tibi.' *Idem.*

34 *Si te in platea offendero hac*] Hoc est, Si vel casu invenero. Et in *platea*, inquit, non circa *Mœetricis*

forea. *Idem.*

Si te in platea hac offendero] Ennius *Medea*: 'Si te secundo lumine hic offendero.' apud Ciceronem in *Rabiriana*. *Baelerus.*

Nihil est quod dicas] *Nihil*, pro non: ut sit, non est quod dicas mihi: id est, nihil est quod dicas, pro ut dicas mihi. ut sit, *quod*, pro ut: aut *Quod*, pro, quid dicas mihi. Certum est autem, sic veteres locutos esse. *Donatus.*

35 *Alium quærebam*] Aut *aliud* pro *Quendam* posuit: ut sit, 'quendam quærebam,' id est, aliquem. aut *aliud*, hoc est, non quem tu putas: hoc est, aliud, non *Thalidem*. sed si *aliud* diceret, neque commode, neque *εὐπρόσως* loqueretur. prævalet enim masculinum genus. *Idem.*

Peristi] Ordo est, postquam in platea hac te offendero, *peristi*. *Idem.*

Si in platea hac te offendero post unquam, nihil quod dicas mihi Alium quærebam, iter hac habui, peristi] Hic adverbium *quod*, significat id, quod vulgo dicimus, quantum ad id. ac si dixisset, quantum ad id quod dicas mihi, *aliud* quærebam, iter hac habui, *peristi*. ut sit sensus: omnia hæc, quibus prætexere poteris adventum huc tuum, nihil proderunt tibi, quia statim pereas. eundem modum loquendi et in *Adelphis* poeta usurpavit, 'Ut id ostenderem, quod te isti facilem et festivum putant, id non fieri ex vera vita.' item scena supra dicta actus quarti septima: 'Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est.' Ita versus est trochaicus expeditissimus: pariter et sequens. in quo tamen in *peristi*, pænultimum i, in scansionem geminandum est. *Faërnus.*

Eia] Interdum hortantis est. ergo nunc *etia* correctionem significat. *Donatus.*

36 *Non cognosco vestrum tam superbum*] Locutio annotanda: mire laudavit, ut persuadere potuisset. *Ves-*

trum tam superbum. Non, *vestrum superbum.* Idem.

Vestrum tam superbum] Absolute: ut, 'Pol, Crito, antiquum obtines.' Ergo subaudiamus vel *ingenium*, vel *animum*, vel *morem*, vel *rem*, vel *institutum*. Idem.

37 *Prins audite paucis*] Mira insinuatione agit: qui non ut consentiant, sed ut audiant, paucis petit. Et bene *Prius*, quasi non obstat, quo minus faciant quod velint. Tum deinde quo attentiores existant, addidit *paucis*. deinde *si placuerit*. facilius enim flectitur, cum quo non pugnamus, ut consentiat. Idem.

Prius audite] Fiduciam ostendat persuasoriam rem dicturi. Idem.

38 *Audiamus*] Bene: non *Faciamus*, sed *Audiamus* dixit: nam prima oratoris impetratio in mala causa est, audiri mernisse. Idem.

Tu concede paululum istuc, Thraso] Thraso hoc in bonam partem accepit: et ideo paret: putat enim vel turpe esse, si humiliter precetur suo nomine, seque audiente, Parasitus: vel incongruum sibi, si in os præsens a Gnathone laudetur. Idem.

Istuc, Thraso] Non ad se vocat: sed locum ostendit, quo abeat atque concedat. Idem.

39 *Principio, ego vos*] Videt neque se odio haberi, neque offendi animos audientium in militis nomine. Hoc ergo oratorie: pro eo homine in quo offenditur, eum in quo non offenditur, posuit. Idem.

Principio, &c.] Advertenda subit assentatorum fides, qui sibi, suo commodo et gratiæ, in negotiis sibi delegatis, velificantur, imo prævaricantur; et destituta, quam in mandatis habuere, causam, adversam jurant. Ulpian. *Farnabius*.

40 *Me hujus quidquid facio, id facere maxime causa mea*] Deest rei, aut est: ut sit, 'Me hujus quidquid est quod facio, id facere maxime causa mea.' Hic a persona diacessit: et rem non

odiosam pro odiosa posuit, id est, parasiticam, pro æmuli amore et commodo. *Donatus*

41 *Verum idem si vobis prodest*] Multum attulit ad persuadendum: non esse commodum Militi admitti, et suum commodum ipsorum esse commodum. Idem.

Vos non facere, inscitia est] Oratorie, et secundum insinuationis præcepta sic dixit: nam remittendo et dubitando, magis flectit animos, quam si aperte ac pertinaciter asseveret. Id.

42 *Milem ego rivalem recipiendum censeo*] Artificiose satis, semel intulit omne quod durum dictu ad persuadendum erat. nam quod *Milem* et *Rivalem* dixit, ad eam rem valet, ut magis admittendus sit, quam excludendus: et simul fiducia sic dicentis parat animos ad audienda quæ dicet. Idem.

Milem ego rivalem recipiendum censeo] *Rivales* dicuntur æmuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris bestiis: quæ sitientes cum eodem rivulo haustam petunt, in prælium contra se invicem concitantur. Sic Cicero, pro Cælio, 'Sin erit ex illo fonte rivalis,' inquit. Idem.

Milem rivalem ego] Considera quo vultu hoc dicendum sit: et intelliges, et *milem*, et *rivalem*, et *recipiendum*, et *ego censeo*, quanta significet. Non enim dixit *Thrasonem*, sed *Milem*: quod nomen ad stultitiam valet. Non *Socium*, sed *Rivalem*: quo ostendit, quandoquidem rivalis in Meretrice capiendus est, hunc potius eligendum. Nec, non *Excludendum*, sed *Recipiendum* dixit: ut et ostendit, adeo prodesse, ut etiam de industria retinendus sit. 'Non, volo aut rogo, sed censeo: ut consiliarius, non Parasitus, videatur loqui. Nam quod ego addidit, eo dicto usus est, quo uti solent qui plus in negotio vident. Nam sic in Phormione Jurisconsulti: 'Ego quæ in rem tuam fuerint, ea velim facias. Ego sedulo hunc dix-

isse credo. Ego amplius deliberandum censeo.' *Idem.*

Censeo] Vide virtutem poetæ. non enim dixit *Peto*, sed *Censeo*: tanquam illis modo consulat, neque pro milite agat. *Idem.*

43 *Cogita modo*] *Modo*, aut tantummodo significat: aut temporis est adverbium, et simul incerta distinctio est. *Idem.*

44 *Et libenter vivis*] Id est, bonorum ciborum edax es. *Idem.*

Et libenter vivis, et enim bene libenter victitas] Guyetus ad strenua remedia confugit. quem vide. Potest alterum *δμῶλον*, s. convictum, alterum *δωρίαν* s. convivium notare. ut sit: *libenter cum illa vivis*, i. e. libenter apud illam versaris; *et enim bene libenter victitas*, i. e. atque tum quidem genio indulgere, convivari juvat, meretricum enim hæc consuetudo, quam Philotis tangit, Hecyra 1. 2. 17. 18. 'Antiqua ut consuetudine Agitare inter vos libere convivium.' *Libenter*, in ntroque membro, ad *ῥωπαίων* et stadium spectaret. *bene victitare*, esset, laute victitare, epulari; ut apud Plantum, ex diverso, 'Victitare suo succo,' i. e. parce ac duriter. *Bacclerus.*

Etenim, &c.] Usque laute et opipare frequens epulari vis. *Farnabius.*

45 *Et necesse, &c.*] Supra ad act. 11. scen. 1. 'Meretricem idem esse reor, mare ut est,' &c. *Idem.*

46 *Suppeditare possit sine sumptu tuo*] Aut *suppeditare*, pro *suppeditari*: aut deest *se*. Ut, 'Accingunt omnes operi.' *Donatus.*

Suppeditare, &c.] *Se*, sumptus. al. pro *suppetere*. *Farnabius.*

47 *Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est*] Locutio est ex negativis tertia: ut, 'Agrum in his regionibus meliorem nemo habet.' *Donatus.*

Magis ex usu] Pro utilior, et *Magis opportunus*, pro oportunior. *Idem.*

Nemo est] Hoc est, oportunus. *Id.*

48 *Habet quod det*] Ut dives. *Idem.*
Et dat nemo largius] Ut liberalis.

Idem.

49 *Fatuus*] Inepta loquens. A fando *fatuus* dicitur: inde *Fanni Fatui*: et nymphæ *Fatua* dictæ sunt. *Idem.*

Fatuus est] Hoc ex usu tuo. *Idem.*

Insulsus] Sine sale et sapientia: aut sine saltu et facilitate. *Idem.*

Fatuus est, insulsus] *Fatui* sunt, quibus verbis et dictis fatui sunt: *Insulsi* vere, corde et animo. *Idem.*

Fatuus est, insulsus] Sunt qui *fatum*, animo putant: *Insulsum*, dictis. sed male. Nam *Fatui* quoque Dii sunt, qui et *Fanni* dicuntur: et non stulti, sed multum santes, id est, loquentes. *Idem.*

Fatuus est, insulsus] Hæc quæ nunc addidit, non ex superioribus pendunt: sed cum superiora valeant plinimum, (nam quia dives et liberalis, potuit obesse rivalibus,) hæc omnia bona in Milite corrumpuntur, quod *fatuus*, quod *insulsus*, et cetera, quæ ipse persequitur. *Idem.*

Fatuus est, insulsus] Hæc bene adduntur: quia dixit, 'Et habet quod det, et dat nemo largius.' Ad rem eam valebat, ut amaretur Miles a Meretrice, et præponendus omnibus esset: sed ingrata sunt mulieribus, maximeque lascivis, hæc omnia quæ subjicit. *Idem.*

Fatuus est, insulsus] Hoc pro acervo vitiorum, cum quadam vultus improbitate prolatum est, quo magis res in medio posita esse videatur. *Idem.*

Fatuus est, insulsus] Insuper, a sapore ciborum sumptum. *Martial.* 'ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ.' l. XIII. Ep. 13. *Farnabius.*

Tardus] In Venerem scilicet. *Donatus.*

Tardus] Corpore et membris: quamquam et intellectu *tardos* vocamus, qui stulti sunt. Sed melius est sic intelligi, ut ea vitia videatur dicere, quæ inamabilem faciant etiam divi-

tem, largumque amatorem. Nam aut verba commendant: ut, 'Pendetque iterum narrantis ab ore.' hic fatuus. Aut sapientia gratum facit: ut 'Multa viri virtus animo.' hic insulsus est. Sed mihi videtur *fatuus* dicere, qui tantum gloriatur; et blandiri amicæ nesciat. *Insulsus*, qui non sit salax, et cupidus coitus. *Tardus*, qui non facile explicet Venerem: quæ res Meretricibus odiosa est. *Id.*

Tardus] Ingenio et sensu hebes. 'Elephanti corio circumtectus.' i. e. stupidus. Plaut. Mil. act. II. sc. 2. *Farnabius*.

Stertil] Plus dixit quam dormit. Donatus.

Noctesque et dies] Plus significat, quam si diceret, *diebus et noctibus*: ut hoc ipso nomine consiliarii auctoritas inesse videatur. *Idem*.

50 *Ubi velis*] Quando vel quum. *Idem*.

51 *Quid agimus*] Initium consensionis, dubitatio est ejus qui negaverit. *Idem*.

Hoc etiam] *Deest*, vel *abest*. *Idem*.

Quod ego] Parasitus scilicet. *Idem*.

Primum puto] *Primum puto*, quasi parasitus. *Idem*.

52 *Accipit hominem*] *Accipit*, pascit, invitat: ut, 'Illos porticibus rex accipiebat in amplis.' *Idem*.

Nemo melius prorsus, neque prolixius] Horum alterum apparatus indicat, alterum copiam. *Idem*.

Accipit homo, &c.] Invitat et excipit nemo liberalius ac benignius. 'Illos porticibus rex accipiebat in amplis.' Virg. *Æneid.* III. *Farnabius*.

53 *Mirum, ni illoc homine quoque pacto opus est*] Facete dixit Adolescenti rei parvus, et qui putet amorem sine damno esse oportere, quique fefellerit Meretricem; non solum ejiciendum non esse Militem, sed etiam quovis modo sustinendum ac perferendum. *Donatus*.

Mirum, ni illos homine] Obtinuit parasitus jam quod negabatur. Pri-

mo deliberatum: ut, 'Quid agimus?' Post concessum: ut, 'Mirum ni illoc homine quoque pacto opus est.' *Id.*

Mirum, ni illoc] Hic, inquit, ejusmodi est, ut etiam cum mala conditione patiendus sit. *Idem*.

Idem ego arbitror] Sane opus fuit consensione, præcipue Phædræ, cujus res agitur: nam ita et servata persona est tarde consentientis amatoris. *Idem*.

54 *Recte facitis*] Gratiarum actio est. *Idem*.

Unum etiam hoc vos oro] Subtiliter etiam Parasitus hic se adjungit, suasque partes circa hos agit. *Idem*.

Ut me in vestram gregem] Jam hos laudat: et nimis Parasitus est, si recorderis, eundem dixisse, 'Facete, lepide, laute, nihil supra.' *Idem*.

55 *Satis diu hoc jam saxum voleo*] Vide quemadmodum serpat paulatim etiam in eorum assentationem, ex vituperatione Militis. *Idem*.

Hoc saxum voleo] Proverbium in eos, qui inextricabili labore afflicti sunt. Et bene *Saxum* de stulto Milite ait: et se ipsum Sisyphum fecit. *Idem*.

Hoc saxum voleo] Velut Sisyphus apud inferos. *Idem*.

Satis, &c.] Jamdiu hoc ago ut militem ac me in vestram admittatis societatem. a saxo quod volvit Sisyphus, tractum. Ovid. Met. III. *Farnabius*.

56 *At ego pro istoc, Phædria*] Subaudiamus et *saxum* hic. aliter non, ut parasitus ait. *Donatus*.

Phædria, et tu Chærea] Ambos neminat, quasi legibus paciscantur. *Id.*

57 *Hunc comedendum*] Cum ceteris rebus, summus Poëta etiam fidem ostendit amicitiae parasiticæ, exemplo Gnathonis de Milite loquentis hoc modo. *Idem*.

Propino] Facete sic dixit, ut parasitus, et quasi de convivio loqueretur. *Id.*

Hunc comedendum et deridendum vobis propino] Hic vero, si uquam alibi,

placuit sibi Muretus, et rem operose ac ingenti molimine tractavit; sed profecto magno conatu nil egit. Ipse autem, qui eloquentissimi hominis gloriæ faveo, hoc dicam tantum: Falsus ex eo Muretus fuit, quod existimavit primam syllabam in *propino*, esse necessario longam; id quod non est. At Muretus, dices, in quatuor libris manu descriptis reperit *præbeo*, non *propino*, sed Faërnus, cujus apud me fides non minoris est, affirmat in optimis quibusque scriptum esse, *propino*. Dein et sic legerunt Donatus, et Nonius, quod ex interpretatione ipsorum constat. Præterea, si Terentius scripsisset, *præbeo*, ut vult Muretus, unde tandem in mentem cuiquam homini venisset, ut pro *præbeo*, poneret *propino*, quod ab illo altero verbo ita remotum est? Fateor equidem primam syllabam in *propino*, et ratione linguæ Græcæ brevem esse debere; sed et in *prologus*, prima itidem corripitur debet, et eam tamen Terentius produxit, quasi si vox mere Latina esset. Quid, *τὸ profero*, planissime Græcum est, et brevis in eo est prima syllaba apud Græcos; at illam Latini semper longam faciunt; cui exemplo longe plurima addi possunt. Sed et Martialis ipse nonne bis ant ter primam in *propino* longam fecit? Ex iis omnibus efficitur Muretum eo die, quo hæc scribebat, non sane valde nasutum fuisse. Debuerat enim facile olfescisse suum illud, *præbeo*, nihil esse aliud quam glossema appositum ab aliquo studioso, qui hoc parasiticum verbum interpretaretur. *Faber*.

Propino] Nostri Mss. omnes, *præbeo*, quod tanto studio Muretus et Fr. Fabricius reponunt. sed causæ non sunt huiusmodi, ut antiquissimi cujusque codicis lectionem, etiam Nonio ac Donato retentam, postferamus. vide Chrestom. voc. Comed. *Bacclerus*.

Præbeo] Sic Mss. plurimi. Sunt *Delph.* et *Var. Clas.*

tamen qui habent *propino* eodem sensu, quo nascitur ab illa qui se invitare ad pecula invitant. *προπεινῶντες*, inquit Suidas, ἀπὸ τοῦ παραπεινῶντες, &c. ab antiquorum consuetudine regum, qui phialas argenteas aut aureas compotoribus propinabant, quas illi secum auferrent. *προπίνων ἀπὸ τοῦ χαρίζεσθαι*. Philostratus in vita Apollonii, *προπίνω σοι ἄνδρα* "Ελλην. 'Veneatam partem fratri edendam propinans,' Spartian. in Antonino. *Farnabius*.

58 *Dignus est*] Hæc verba ultima longi sermonis, ejusmodi sunt, ut Miles hæc audiens, laudatum se esse, et approbatum existimet. *Donatus*.

Ubi vis] Honorifice revocat ablegatum cum injuria, dicendo *Ubi vis*: quia *accede* imperativum erat: et ubi, nisi quando intellexeris, vitium est. *Idem*.

59 *Isti te ignorabant*] Figura ἀκρολογία. Ad utrumque enim pertinet, et ad laudem, et ad mores. Et hoc ambiguum. *Idem*.

60 *Secundum facta et virtutes tuas*] Et hoc ἀμφιβολον. Nam *virtutes εἰρωνικῶς* pro vitiis posuit: ut, 'Nescis qui vir siet?' et 'Ornatus esses ex tuis virtutibus.' *Idem*.

Facta et virtutes] Proprie *facta* militibus adscribuntur. *Idem*.

Facta et virtutes] Amarior est *εἰρωνεία* in vitiosos homines, quam veritas. *Idem*.

62 *Numquam etiam fui usquam*] *Numquam* et locum, et tempus significat: *Usquam*, locum magis: *Numquam*, non. Et *numquam usquam*, τῷ ἀρχαϊσμοῦ, pro non usquam, id est, nusquam. *Idem*.

Quin me omnes amarent plurimum] Contrarium superiori. quid est enim quod bene non fecerit quicquam, si in illo est, ut ametur? *Idem*.

63 *Atticam eloquentiam*] Et hoc *εἰρωνικῶς*, ut illa quæ supra. *Atticam* dicit veram atque germanam, quia excultior eloquentia dicitur Attica:

Terent.

4 N

et summi oratores *Attici* appellati sunt. *Idem.*

Atticam elegantiam] Hoc quoque, quam *eloquentiam* malim: cuius hic significatio parum efficax est. Hunc locum in animo habuisse videtur Auctor libri de Tragœdia et Comœdia, cum scripsit: 'Athenienses namque Atticam custodientes elegantiam, cum vellent male viventes notare,' &c. Egregium specimen, scilicet, Atticæ morum in hoc milite elegantix est, quod homo ἀνδρῆς, et omnibus molestus, nunquam se usquam fuisse dicit, quin omnes enim amarent plurimum. Hanc *εὐπρεπείαν* qui non intellexerunt, *eloquentiam* substituerunt. *Bæclerus.*

Atticam elegantiam] Genuinam et

germanam, puram putam: Ironice, ut et quæ præcedebant. *Farnabius.*

64 *Prætermisum*] Et hoc anceps est, intellectu gemino ad utrumque. *Donatus.*

Ite hac] Quo vocat parasitus? an ad Meretricem? an ad cœnam Militis, ut promisit? 'Hunc ego comedendum et deridendum vobis propono.' *Idem.*

Ite hac] Comessatum ad militem, vel ad Thaidem. Si cœnæ interfuit meretrix, quomodo post acta sunt omnia, cum mentio noctis non facta sit? Omnia post cœnam gesta sunt: et non completa per rixam cœna, superfluit plurimum temporis ad agendum. *Idem.*

HEAUTONTIMORUMENOS.

[In VV. LL. nostris ad vs. ultimum Periochæ C. S. Apollinaris, lege 'Uxorem ducit Br.' pro 'Uxorem ducit Bent.']

Joach. Camerar. de nomine Fabulæ] Nomen fabulæ Græcum significat eum, qui de se ipse supplicium sumit. quemadmodum ait senex: ' Illi de me supplicium dabo.' hic est igitur ὁ αὐτὸν καλῶν, id est, puniens. Hoc docuit et Galenus commentatione prima in librum Hippocratis περὶ ἄρθρ. διαφέρει γὰρ τὸ τιμωρὸν τοῦ τιμωρομένου, ὃ μετὰ τῆς καλουμένης αἰτιατικῆς πτώσεως σημαίνει τὸ καλῶν. οὕτω γοῦν καὶ αὐτὸν τιμωροῦμενος ἐπιγράφεται τὸ Μενάνδρου δράμα. Etsi in Electra est, ἐμοῦ δὲ πάντα πατρὶ τιμωρουμένης, pro τιμωρούσης, i. e. ulciscente patris injuriam. sicut ait Electra, se eduxisse Orestem πατρὶ τιμωρὸν φόβου. nam τιμωρεῖν significat cum dativo auxilium et βοηθεῖαν, cum accusativo, pœnam.

Personæ] Omnes personas mutas, quæ in edit. Batavica majore apparent, et ex iis duas quasdam in editione Heinsii, hinc sustuli; nulla enim in hac Comœdia muta persona est. *Faber.*

IN ARGUMENTUM MURETI. Quod ita magis e re illius fore censeret Syrus, &c.] Errat hic Muretus, et historiam fidem violat; neque enim id factum a Syro est: sed a Clitipphone, act. 1. sc. 2. Ecce tibi illos versus: CL. Cave faxis, non opus est, pater. Et quæ ibi legas. *Idem.*

AD PROLOGUM.] Solebant, ut in libro de poetica Aristoteles scribit, ἐνδὲ μὲν πλοῦτον τοῦ ἥλιου absolvere opus suum Tragici et Comici actores. Sed istius fabulæ recitatio, Liberalibus ante cænæ tempus cæpta, et sub crepusculum media finita, altero demum die peracta est. un-

de in primo et secundo actu vespere cænæque mentio sit; et insequentis diei actum orditur hoc verbo senex, *Luciscit*. Hæc temporum mutatio actionisque tarditas ipsi argumento, quod statarium est, respondet. Si enim uno die accerseretur, eodemque ex una familia in alteram deduceretur muliebris pompa, et ancillarum grex, nimis turbarum fieret in scena, et nihil ab aliis comœdiis hæc differret. Quamobrem proprium Terentii est, non solum bonas meretrices facere, hoc est, mutare τὸ ἦθος, sed uti etiam novo agendi genere, et mutare ἑνὸς κρισεῖν. Hæc autem ex Terentianis sola stataria est atque integra: nam reliquæ motus plures habent, et non semper unius dramatis atque auctoris imitationem. *G. Fabricius.*

Senarii sunt. vs. 1. omnes Mss. nostri: ne cui vestrum sit mir. vs. 18. omnes: id esse factum hic non negat. vs. 30. duo: nec ille pro se d. e. vs. 43. omnes, mihi pro seni. et vs. 44. decurritur. Boeternus.

Omnes hæc comœdiæ de Græco translatae sunt, a Menandro quidem quatuor, duæ ab Apollodoro. Heautontimorumenos Menandri est, cujus prologus partitionem tenet, in qua docet, quid in questione sit, id ipsum ne populus miraretur, dissolvere. Eugraphius.

1 Ne cui sit vestrum mirum cur partes seni Poëta dederit, quæ sunt Adolescentium] Duas partes proponit, unam quod contra consuetudinem Senex Prologus processit in publicum: solet enim istud officium Adolescentibus dari. Ergo quoniam contra consuetudinem in prologum persona processit senex, idcirco hanc primam populo vult solvere quæstionem. *Idem.*

Nec cui sit vestrum mirum, cur partes seni poëta dederit] Partes prologi

intellige cum Eugraphio: aliter accepit Scaliger poet. vi. 3. *Bæclerus*.

Cur partes, &c.] Cur mihi seni poetæ dederit partes prologi. *Farnabius*.

3 *Deinde quod veni eloquar*] Altera hæc pars est, simile autem mihi videtur huic esse principium divinationis: namque et illic quod subito mutata voluntate ad accusandum descenderant, mirum dixit videri, vel iudicibus, vel circumstantibus: ac propterea se primum id velle dissolvere. *Si quis vestrum, Iudices, aut eorum qui adsunt, forte miratur.* Vides hic verbum *noverit* semper apponi: ita enim et hic dixit, *ne cui sit vestrum mirum*. Hanc igitur partitionem solvit, uti dicat cur partes seni Poeta dederit, quæ sunt adolescentium. Quod primo proposuerat, primo solvit. 'Oratorem me esse voluit, non prologum. Vestrum iudicium fecit, me actorem dedit.' Quod autem dixit, *quod veni, eloquar*, illud est: 'Nam quod rumores distulerunt malivoli, multas contaminasse Græcas, dum facit paucas Latinas, id esse factum hic non negat.' Ergo ut propositio collocata est, ita etiam solutionis est ordo servatus. Sed nunc ad interpretationem superiorum revertamur. *Eugraphius*.

Id primum dicam; deinde quod veni eloquar] An aliter poetæ hic proponat, quam exequatur, quod ei objectum est, disputat Scaliger, loco quem dixi. Goyetus transponit voces. *Bæclerus*.

4 *Ex integra Græca integram Comœdiam sum hodie acturus*] Quoniam Andria ex duabus comœdiis videtur esse confecta, quippe illic et Perinthia, et Andria continentur: quod quidem criminis loco adversarius dederat. Ideo hic ex integra, inquit, comœdia integram comœdiam acturus sum, ne videatur ab altera tacta, aut ipse alteram tetigisse, sed unam comœdiam, et integram, ad Latinum sermonem interpretatione mutasse.

Denique ideo adjecit: 'Duplex, quæ ex argumento facta est simplici:' ut simplex argumentum sit, duplex comœdia: dum et Latina eadem et Græca est. Novam esse ostendit propterea, cum a Græco tantum dicta est, et Latine nunc acta est. Nunc primum in scenam procedit, idcirco dicitur nova, et quæ esset, supra dixit, *Heautontimoramenon*.

Duplex quæ ex argumento facta est simplici] In libro P. Bembi, quo nullus melior, scriptum olim fuerat, *duplici*, non *simplici*, ut hodie scribitur. At ex illa scriptura, quamvis depravata, aliquando probabo, locum hunc corruptum esse, et legi debere, non *duplex quæ, &c.* sed *Simplex quæ ex argumento facta est duplici*. Omnia enim in hac fabula sunt duplicia: senes duo, Chremes et Menedemus; amatores duo, Clinia et Clitipho, amici duæ, Bacchis et Antiphila, servi li quoque duo, Syrus et Dromo, mulierculæ duæ denique, nutrix et Phrygia. Ergo Comœdia ipsa *simplex* est, argumentum autem *duplex*. Scio quid ab aliis dictum sit; sed nil tale ab iis animadversum fuisse, quale a me dictum est, et id scio. *Faber*.

4 *Ex integra Græca*] In libro Bembi, ut per omnes alias comœdias, antiquissima manu glossemata ex Donato in margine ascripta sunt ad locorum quæ incidunt expositionem: ita in hanc ipsam *Heautontimoramenon* multa visuntur, quæ Donati similiter putamus esse, cuius in hanc fabulam commentarii interciderunt. Sed sive Donati sint, sive cujuspiam alius, optima certe et eruditissima sunt. quorum aliqua ponere non gravabimur, ut in hunc locum: *Ex integra Græca: A nullo tacta*. Færnus.

Integram comœdiam] Integri dramaticæ, unius auctoris, e Menandri Græca versam, non mistam e duabus fab. uti Andriam calumniabatur Luscus ex Andria et Perinthia contaminatam. vide Prologum Andr. *Farnabius*.

6 *Duplex quæ ex argumento facta est simplici*] Duplici prius erat in libro Bembino, postea mutatum in *simplici*. sed si *duplici* legas, hic erit sensus: duo adolescentes in hac fabula introducti, cum sua uterque amica, patre, servo, argumentum duplex efficiunt, atque ita duplicem comœdiam, ut sunt omnes Terentianæ, excepta Hecyra. Eugraphius tamen legit, *simplici*; cujus expositionem in totum hunc locum vide. *Faërnus*.

Duplex quæ ex argumento facta est simplici] Nannius *duplicem* intelligit ex duplici argumento, sicut describitur ab Enanthio de Comœd. et Trag. Georgius Fabricius ad tempus refert: quia non simul, ut ceteræ, sed intervallo noctis interposito, peracta est. nam quæ de desperata agitione Antiphilæ adjicit, non debuerunt viro erudito excidere, inde enim nulla duplicatur fabula. Vera est sine dubio Nannii sententia. *Bæclerus*.

Duplex, &c.] Dimidium fabulæ actum vespri: nocte transacta ludis: alterum dimidium (ab illo Chremetis 'Lucescit' act. III. ac. 1.) sub lucem unam igitur quasi deas, ait Jul. Scal. 6. Poëtices c. 8. Ego, quod tanti viri pace dixerim, duplicem ex simplici dictam puto, quod in Menandri Heautontimorumeno cum unus fuerit senex, filius unicus, una amica, servus unus, in hac sua Terentius omnes conduplicaverit, atque mira arte Comœdiam ediderit *παλινπροσυνέγραψε*, adeoque venustiore. *Farnabius*.

8 *Et cuja Græca sit, ni partem maximam existimarem scire vestrum, id dicerem*] Duplex hic pronuntiatio est, qui scripserit, et cuja Græca sit, ni partem maximam existimarem scire id: ut post inferatur: *Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo*. Illud quod supra positum est, videtur adjectum: nunc redit ad partitionem supra collocatam, cur partes adolescentium senex sumpserit. *Eugraphius*.

11 *Oratorem me esse voluit, non prologum*] Ut apud vos agerem causam potius, non officio fungerer Prologorum. Prologi enim, sicuti jam dictum, aut argumentum narrant, aut Poëtæ personam commendant, aut audientiam postulant: nunc autem ego apud vos acturus sum causam, et defendam, si quid fuerit forte in Terentium ab adversario, loco criminis intentatum. Ideo enim dixit, 'Vestrum iudicium fecit, me actorem dedit, sed hic actor tantum poterit a facundia, quantum ille potuit cogitare commode, qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.' Poëta inquit, me auctorem esse voluit, qui tantum in facundia excellit, et prævalet ingenio, quantum et ego qui eandem comœdiam acturus sum, in agendo prævaleo: ita *hic actor*, hoc est, ego, tantum potero a facundia, hoc est, non degenerabo ab eo qui cogitavit. *Idem*.

Oratorem voluit esse me, non prologum] Scribe, ob metrum, ut apud Faërnium, nam hic mendosa est Mureti editio, *Oratorem esse voluit me, non prologum*. Alloqui erit Pæan quartus in Iambico. *Faber*.

13 *Sed hic actor tantum poterit a facund.*] Actorem, præsertim senem, jactantius quædam diasserere, non absurdum videtur poëta judicasse. Sed Guyetus non tolerat. *Bæclerus*.

Sed hic, &c.] Atque utinam hic actor (*δυστυχὴς* ego) tantum valeret eloquio, quantum inventionem poëta. *Farnabius*.

15 *Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum*] Sed ubi igitur illa oratio est? en illam tibi: 'Nam quod rumores,' &c. Dices, Incepta ne ea fuerit oratio ab illa particula? Nil mirum; aliquando enim abrupto sermone sic incipiebant: 'Quid enim? nam quod,' &c. Græci ad eundem modum, *τί γὰρ ἄλλο, καὶ γὰρ, &c.* *Faber*.

16 *Nam quod rumores malivoli*] Hic

jam incipit causam dicere cur venerit, sicut supra diximus, ut purget quæstiones ipsas, et objecta ab adversariis solvat. *Malivoli* autem, quod dixit, vel numero plurali, ut malivoli rumores ipsi: vel singulari, ut sit hujus malivoli, hoc est, Luscii Lanvini. *Eugraphius*.

Distulerunt] Id est, in diversum disseminarunt. *Idem*.

Nam quod rumores] Vide Prologos *Andriæ* et *Hecyræ*. *Farnabius*.

Distulerunt, &c.] Sparserunt, divulgaverunt. *Idem*.

17 *Multas contaminasse*] Hoc est illud quod diximus, quando hic prælocutus est, ut diceret, 'ex integra Græca integram comœdiam sum acturus hodie.' ita et hic hoc sibi crimen dicit objectum, quod Terentius multas Græcas contaminaverit comœdias, dum paucas Latinas facit. hoc autem crimen Terentius non negat factum, sed sibi licere demonstrat. et licere scilicet per aliorum exempla. Quemadmodum Tullius dixit: 'Adductus sum, iudices, fide, misericordia, multorum exemplo bonorum.' Et hic habet bonorum exemplum. *Facturum autumat*, facturum dicit et profitetur. *Eugraphius*.

19 *Neque se id pigere*] Liber Bembinus non habet dictionem *id*. *Faërus*.

20 *Bonorum, &c.*] Nævii, Planti, Ennii. *Farnabius*.

22 *Tum quod malevolus vetus dicit*] Aliud crimen est, quod objectum nunc proponit. quoniam Luscius Lanvinus dicit, Terentium non peritum artis musicæ, ad comœdias scribendas accessisse, præsumente potius ingenio amicorum, non suo. *Eugraphius*.

Malevolus, &c.] Luscus Lavinus. Prolog. Andr. *Farnabius*.

23 *Musicum*] Poëticum, ut daret operam Comœdiis scribendis: sic prologo *Hecyræ* atque *Phormionis*. *Id*.

24 *Amicum ingenio, &c.*] Lælii, Scipionis, nobilium, quorum familiari-

tate usus est. Prolog. *Adelphi*. et vita *Terentii*. *Idem*.

25 *Arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit*] Hoc locutionis genus satis mirum est, cum dicit, de hac re vos judicare poteritis: an id quod objicitur nobis, verum sit, ut Terentius non natura sua fretus, neque ingenio, sed amicorum potius, ad scribendas comœdias accesserit. Est namque rumor, quod Terentius cum Scipione Africano familiarissimus fuit, semper istas comœdias cogitavit: hoc igitur prologus nititur solvere. Et quoniam non est ernescendum, tali viro fuisse conjunctum, idcirco minus curat hoc crimen dissolvere: dicit tantummodo, vestrum iudicium est, et vestra existimatio. *Eugraphius*.

26 *Quare vos omnes oratos volo*] Hic jam sequitur officium prologi, ut benivolentiam petat: quæ benivolentia et in adversarios odium concitat. quod adjecit. *Idem*.

Quamobrem omnes vos oratos volo] In Bembino est *quare*: in Victoriano autem ascriptum in modum variae lectionis, *vel quare*. *Faërus*.

27 *Ne plus iniquum possit quam æquum oratio. date crescendi copiam novarum, qui spectandi faciunt copiam sine vitiiis*] Quoniam petitio generaliter fuerat collocata, uti novis Poëtis faverent auditores: adjecit *novis*, sed qui sine vitiiis comœdias dant: illis Luscus Lanvinus comœdias profert, sed cum vitio. Adjecit, *Ne ille pro se dictum existimet*. Et ne Luscus Lanvinus etiam pro se petitum arbitretur. *Eugraphius*.

Ne plus iniquum possit, quam æquum oratio] Guyetus *iniquum* genit. plur. *et æquum*, recto casu singul. Priscianus autem lib. vii. utrobique concisionem agnoscit, explicatque, *iniquorum et æquorum*. Bæclerus.

28 *Date, &c.*] Date crescendi (in gratia apud vos) copiam iis poëtis, qui faciunt vobis copiam spectandi

novarum fabularum, earumque quæ vitiiis carent. vide Prolog. Hecyræ. *καὶ δὲ ὁπάρτα. Farnabius.*

29 *Novarum qui spectandi faciunt copiam*] Hujus locationis multa apud optimos scriptores exempla extant, quasi quis suppleat: qui faciunt copiam spectandi spectaculi novarum fabularum: semper enim hic subaudiunt nomen verbi (seu verbum infinitum pro nomine acceptum) qui participia existimant illa, vulgo pro verbis Gerundis habita. Qua de re Scioppius in Paradoxis Literariis, Ep. 2. *Bæclerus.*

Spectandi novarum] Cum ita loquantur Latini, tum illud gerundivum pro verbali nomine est, ut *spectatio, visio, &c.* Exempla notavi apud Ciceronem, Lucretium, et Suetonium. *Faber.*

30 *Ne ille, &c.*] Neque enim hæc in suam defensionem dicta putet L. Lavinus, qui scurriles servorum discursiones, et insanas turbas nuper populo ostendit in fabula motoria. *Farnabius.*

31 *Qui nuper fecit servo currenti in via decessere populum*] Proponit vitium quod admiserit Poëta Luscus Lanvinus: quippe cum omnis comœdia aut errorem teneat ex amatoribus, aut injuriam meretricum, aut suppositionem filiorum, aut aliquid tale, quod ad moralitatem videtur esse conjunctum. Quod tale hic est: Cum servus currit, cum populus decessit, quod domino insano obediat servus: ne potius aliena a comœdiis sint, aperte, ait, ac breviter ea, quæ sunt comœdiarum, explicemus. Omnis comœdia aut amoris habet agnitionem, aut suppositionem amoris habet. Ut ex Andria, quam quidem in agnitionem esse cognoscimus: nam cognoscitur Glycerium quia civis sit. Suppositionem habet, ut apud Plantum qui est Truculentus: militi enim supponitur filius, ut exinde in meretricis affectum arctius

et strictius colligetur. Ergo cum videamus hæc esse necessaria in comœdiis teneri, vehementer erravit Lanvinus, qui extra hæc comœdiam instituit: et servum currere, populum per viam discedere, quod insano serviat domino. Unde apertissimum vitium in comœdia reprehendit Terentius. *Eugraphius.*

32 *Cur insano serviat*] Eugraphius multa hic movet, sed nihil promovet. Calphurnius, quem plerique sequuntur, de populo dictum accipit: *cur insano serviat?* sc. populus, *insano*, servo scil. de quo dixerat: Guyetus emendat, *serviam.* v. not. *Bæclerus.*

36 *Statariam*] Homines nostri statariam hoc loco Fabulam intelligi volunt, quæ ita dicebatur ad differentiam motorie. Quid sit autem Fabula stataria, quid motoria, prius in scholiis ad Æschylum et Aristophanem didiceram quam excerpta e Donato legissem; sed ad rem. Bis meo judicio peccant, qui statariam hoc loco Fabulam esse sentiunt. Nam, quod primum sit, hæc Fabula stataria non est: imo ex omnibus Terentianis Fabulis nullam magis motoriam scio. Alterum peccatum est, quod non viderunt statariam hic non de comœdia, sed de persona aliqua tantum dici; id quod facile probaverit oppositorum ratio. Quid autem opponitur statariæ, quam ego personam dico esse, nisi servus currens, iratus senex, parasitus, sycophanta, lena, &c. 'Ne semper servos currens, iratus senex, Edax parasitus, sycophanta autem impudens,' &c. Persona itaque cum persona comparatur, id est pars cum parte, non comœdia aliqua cum aliqua comœdia, id est totum cum alio toto. 'Id quisque dicet quod quisque volet dicere, At hoc scio, me certa et vera dicere.' Olim hæc fusius; nam ingens, copiosus ac verbosus argumentum est. Tamen jam nunc Ciceronis quemdam locum ex Bruto

preferre possim, ex quo id plane confirmetur: eos ille actores vocat statarios. 'Volo enim,' inquit, 'ut in scena, sic etiam in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili ntuntur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta.' Vides actores statarios: ergo et statarias personas. *Faber.*

Statariam agere ut liceat per silentium] Quidam *statariam* genus esse putant comœdiæ: alii in quibus stantes: unde hanc *statariam* nominant. *Mihi* enim videtur, *statariam agere ut liceat per silentium*, ideo dixisse, ut perpetuo et stabiliter agatur hæc comœdia, neque populi adversis suffragiis foras pellatur. Ideo adjicit, *ut liceat per silentium*. et subjungit: 'Ne semper servus currens, iratus senex, &c. assidue agendi sint mihi, clamore summo, cum labore maximo.' Hæc autem, quæ nunc nominantur, propria videntur esse personarum, nam servi officium est currere, senis irasci: parasitus autem edax est, impudens syncophanta, leno avarus est: ergo sunt hæc propria sermonis, quæ necesse habeo ex necessitate personarum complere. Debetis mihi potius favere, quam adverso suffragio conatus facere. *Eugraphius.*

Statariam agere ut liceat] Recte *Eugraphius*; 'Ut perpetuo et stabiliter agatur hæc comœdia, neque populi adversis suffragiis foras pellatur.' Frustra sunt, qui *statariam* hic capiant de illo genere fabulæ quod a *motoria* distinguitur. *Bæclerus.*

Statariam, &c.] Comœdiam, in qua non ita discurritur, ubi τὰ ἄσκη seria, sedatiora, et graviora, tanquam statarii militas, qui servant ordinem singuli. *Farnabius.*

38 *Parasitus*] Prolog. *Eunuch. Id.*

Sycophanta, &c.] *Andr. act. v. sc. 4. Idem.*

41 *Mea causa causam hanc justam esse animum inducite, Ut aliqua pars laboris minuatur mihi*] Quantum ad eum qui comœdiam scribit pertinet: potuit enim secundum morem ingenio universa complere: ergo quia hæc pronuntiaturus sum, necesse habeo silentium. Ideo, inquit, propter me hanc mihi operam exhibete, ut cum silentio attendatis. *Eugraphius.*

Mea causa, &c.] Qui senio confectus sum, cui parcendum erat. *Farnabius.*

Si quæ labor. est ad me curritur] Ex *Bembino* codice est τὰ quæ. In *Mss.* nostris omnibus: *si quæ laboriosa est, ad me decurritur.* *Bæclerus.*

Si quæ, &c.] Si quæ fabula gravis sit argumenti, ut quæ laboris multum desideret, ad me itur. *Farnabius.*

45 *Ad alium deferitur gregem*] *Calphurnius* hic *gregem* per contentum dici, siue causam, autumat. *Bæclerus.*

Gregem] *Scenicorum* ad alios actores. *Farnabius.*

46 *In hac pura est oratio*] Quoniam dixerat, laboriosas potius comœdias ad se deferri, leves ad alium; ne præjudicium huic comœdiæ fecisse videretur, adjecit, *in hac pura est oratio: experimini in utramque partem ingenium quid possit motum.* Modo utrumque possum: et levia perferre, et gravia complere. Ita ait *in utramque partem*: quoniam semper in asperioribus comprobatis, nunc quoque in levioribus nosse debetis. *Eugraphius.*

In hac est pura oratio] *Pura*, Scalligero, hic est *lecta*. *Poët. iv. l. Bæclerus.*

In hac, &c.] In hac fab. præter τὴν οὐκ ἐπιπλὴν τὰ ἄσκη, et venustatem, pura erit dictio. *Farnabius.*

51 *Ut adolescentuli vobis placere student potius quam sibi*] Si mihi nunc honorem per silentium dederitis, facile eos adolescentes compelletis, ut vobis placere potius velint, quam sibi.

quoniam efficiam Prologorum adolescentes sumunt, multa in comœdiis ipsi acturi sunt, ita factum cum mihi ex hac actione esse cognoverint, facile ipsi laborem hunc capere possint, ut vobis placeant. *Eugraphius.*

Ut adolescentuli] Ut adolesc. qui in comœdiis partes suas acturi sunt posthac, meo exemplo, vestris potius

commodis quam suis servire student, i. e. placere magis vobis, quam quæstui operam dare cupiant; iudicium vestrum ante lucrum suum ponant. *Engraphius* non expedit satis. *Gnyetus*, animosius medicina usus, delet. *Bæclerus.*

Adolescentuli] Poëtæ, actores, histriones. *Farnabius.*

ACTUS I.

SCENA I. Senariis constat scena. vs. 4. duo *Mas. vel virtus tua vel mea vicinitas.* vs. 9. 10. duo : *quid vis tibi, aut quid queris?* vs. 17. dno : *facere* : unus, *ferre.* vs. 19. omnes : *certe.* vs. 24. unus : *ea et quæ nihil ad.* alter : *ea quæ ad te nihil attinent.* atque ita etiam *Argentor.* prima manu. vs. 29. duo : *michi sic est.* tertius : *michi est.* vs. 36. duo : *dicetur tibi.* vs. 40. duo : *sic meritum meum.* vs. 45. omnes post *perdite*, addunt, *virginem.* vs. 47. omnes : *ubi rem acivi.* vs. 63. omnes, ut ed. vs. 66. omnes : *clam me est profectus.* vs. 69. omnes : *ex hiis.* duo : *consocii.* *Argent.* *consilii.* vs. 72. dno : *asideo.* vs. 84. omnes : *vit. ill. ticolet.* vs. 90. 91. unus, ut ed. alter, *exercent.* ut et *Argent.* vs. 93. omnes omittuat, ad. vs. 97. unus : *nefas esse, ulla me voluptate frui.* vs. 101. omnes : *neque.* vs. 102. unus : *hoc ibi fit ubi non vere vivitur.* alter : *hoc qui (super. scr. ibi) fit ubi non vere vivitur.* *Argentor.* *hoc quidem fit ibi* (hoc ibi ab alia manu est) *ubi non vere vivitur.* vs. 105. *Argent.* *fateor peccatum meum maximum esse.* Meorum unus : *f. peccatum maximum meum est.* alter : *fateor peccatum meum maximum est.* vs. 113. omnes : *impulerim.* vs. 116. duo : *ut dixi.* vs. 121. duo : *ibo hinc intro.* *Bæclerus.*

I *Quamquam hæc inter nos]* Hæc scena continet injustam accusationem, quod gravis senex de se exigit pœnas, defensionemque continet justam. memo-

rat quippe, ita se meritum, ut ipse de se exigit pœnas. Quare qualitatis esse intelligimus status, et non tam esse accusationem, quam objurgationem. Hujusmodi etenim in auctoribus, qui non apud iudicem controversiam dicunt, vim debemus potius intelligere, quam controversiam : non enim iudices præsent. Sed quoniam talis est actio, ut videatur vim controversiæ continere, idcirco status hic est, et secundum istum cuncta dicuntur. Ergo in hac scena status qualitatis est absolutæ, utrum justo fecerit, vel faciat, quod de se senex exigit pœnas. Quam rem docet juste fieri, ex eo quod se meritum dicit, propterea quia ipse filium suum, amantem adolescentum more, miserit in militiam duram, sæpius accusando : inde sibi juste imponi has ipsas, quas implet, gravissimas pœnas. *Eugraphius.*

Quamquam hæc] Chremes vicinus, cum conspiceret senem, eundemque olim divitem, graviter laborare ac tota die in opere consistere vehementer, accedit interrogans : et ut oportet apud ignotum, longa utitur oratione, simulque sibi etiam quæstionem facit, et quasi ipse sibi respondet. Quo pacto vim ostendit ejus qui interrogat, cum sit ignotus. Aliter enim senem in dolore positum, et calamitatibus pressum, ad loquendum provocare non posset, nisi secum in se interrogans illud ita loqueretur, uti adjiceret quæ ipse re-

spondere potnisset. Ac primo purgat personam: quamvis antea familiaritas nulla fuerit, audeat tamen hodie accedere, et eum alloqui, dicit * quod nimius labor, quem ipse de se exigit, ille, qui senex et dives est, in se taciturnitatem esse non permiserit, sed potius compulerit ad interrogandum, etiamsi parva amicitia fuisset atque notitia, ex hoc quod vicinum agrum non longe ante mercatus est. *Idem.*

Quamquam hæc, &c.] Exordium hoc adeo præclarum est, et oratorium, ut in gravioribus etiam argumentis exempli loco esse queat. considera partitionem rei, sententias, numeros; prorsus nihil accuratius reperiesset, neque facundius: *διδακτικὸς* animi in Chremete loquente notabiliter signatur a Cicerone de Fin. II. 4. Incipit autem a communi humanitate: 'Homo sum, humani nihil a me alienum puto.' hic sensus, ut ita dicam, humanitatis, subinde ad propositum officiosi animi proficit: 'Crede, inquam, mihi, Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.' testimonium sequitur duplex, nec exiguum: invitatio ad convivium, minuendæ ægritudini; et lacrymæ misericordia profusæ. mox opera, consilium, et quæ ab amico familiari possunt proficisci reliqua. *Bæclerus.*

3 *Nec rei sane amplius]* Nec aliquid inter nos fuit rei, ex quo facilius jungeremur. *Eugraphius.*

4 *Vel virtus tua me]* Quam honesto verbo usus! laborem et calamitatem virtutem potius nominavit. * *Idem.*

Vicinitas] *Εὐνοστοκία* τῇ, ad notitiam atque amicitiam arctiorem. *Farnab.*

5 *In propinqua parte]* Vicinitas agrorum et donorum quasi quædam pars amicitiae est. *Eugraphius.*

6 *Audacter moneam et familiariter]* *Audacter*, quod quædam dicturus est, veluti accusans. *Familiariter*, quod ita accedit, quasi ex notitia præterita. *Idem.*

7 *Quod mihi videre, &c.]* Ipse partitionem suam persequitur. Nam propter ætatem sic subjungit, *Annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut consilio: agrum in his regionibus meliorem, neque pretii majoris nemo habet. Meliorem*, ad usum refert: *pretii majoris*, ad opinionem populi de ipso agro. *Idem.*

Præter, &c.] *Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.* *Farnabius.*

9 *Quid vis tibi, aut quid quaeris]* Disjunctio aut a duobus antiquissimis libris abest, Bembino et Victoriano. *Færnus.*

14 *Officia fungere]* Archaismus. *Farnabius.*

15 *Numquam tam mane, &c.]* Hic est labor ille qui fit plurimus, quo cotidie... labore constitutus, quod aut fodere invenitur, aut aliquid facere. *Eugraphius.*

Nunquam, &c.] 'Terentianus Chremes, non inhumanus, novum vicinum non vult fodere aut arare, aut aliquid ferre denique: non ut illum ab industria, sed ab illiberali labore deterreat.' Cic. de Finibus I. I. *Farnabius.*

16. 17 *Quin te in fundo conspicer fodere, aut arare, aut aliquid f. d.]* Humanitati hanc dehortationem merito tribuit Cicero de Fin. I. I. 'Terentianus Chremes non inhumanus,' &c. *Bæclerus.*

18 *Denique nullum remittis]* Nullum remittis, ad illud pertinet quod dicit, *nunquam tam mane egredior, neque tam vespere domum revertor.* *Eugraphius.*

Neque te respicis] Ad illud, vel quod senex est, vel quod dives. *Idem.*

18 *Neque te respicis]* Non parcis tibi, non cogitas quid ætas et valetudo tua postulet. Ita in Phorm. II. 3. 87. 'Respice ætatem tuam.' *Bæclerus.*

19 *Hæc non voluptati esse satis certo scio]* In o. I. s. antiquis, recentibus, post voluptati est pronomen tibi:

quod et sensui necessarium videtur: superest ut versui consulatur; qui ita stabit, si ex *voluptati* p elidas: ita ut antepenultima correpta remaneat. et in *esse* priorem syllabam corripias, altero s abjecto, aut tibi monosyllabum efficiatur. *Faërnus*.

20 *At enim dices*] Optima ut diximus ratione, ipse sibi quæstionem facit, et utitur respondentis ratione, ut eum provocare possit ad loquendum, qui frequenter pressus dolore conticescit. Sed dices mihi, inquit, *paritet me quantum hic operis fiat*: cui respondet, tanquam hoc sibi propositum sit. Sed in opere faciendo quod consumis, si id consumas in exercendis servis, plus agas. *Eugraphius*.

At enim dices, me hic quantum operis fiat, paritet] In libro Bembino et Donato in Eunuchum actus v. scena 7. non est dictio *me*. et præterea, non *hic quantum*, sed *quantum hic* scriptum est. utroque modo necesse est, *fiat*, in unam syllabam contrahi. *Faërnus*.

At enim dices] Senatus est: Scio quid dicturus sis. non contentum te esse eo (non satis tibi videri) quantum hic (in tuo agro) operis fiat. at vero, si tu eum laborem, quem in opere rustico consumis, poneres in exercendis servis tuis, plus agas. plus tua præsentia, inspectio, cohortatio (vox enim *exercendi* notabiliter hic significat), proficiet, opera servorum, quam si manu opus facias. *Bæclerus*.

At enim me] At enim (dices) piget me videre quantum hic promoveant opus meum servi pigri et cessatores. *Farnabius*.

22 *Si sumas, &c.*] Respondet sibi. *Idem*.

23 *Tantum ne est ab re*] Bene tanquam alienum alloquitur Menedemus, ut illi et otium esse dicat, et tantum otium a rebus suis, ut aliena curet, et ea quæ ad se nihil attinent. *Eugraphius*.

Chreme, tantumne ab re tua est otii tibi] Cicero (Epist. ad Attic. xii. 6.)

proverbiali schemate induit hanc sententiam: ex familiari usu Terentianæ lectionis. *Bæclerus*.

Tantumne, &c.] *Tantumne ab re tua est otii tibi, ut, &c.* Cic. ad Attic. lib. xii. Epist. 6. *Farnabius*.

Homo sum, humani nihil a me alienum puto] Hic locus vulgo intelligitur pessime, et contra Terentii ipsius sententiam, aut Cicero non sapiebat in lib. de Officiis, cujus locus notissimus est. Hoc Terentii dictum bene intellexit impurissimus ille Satyricus, 'Quis enim bonus...Ulla aliena sibi videat mala?' Unde facile intelligere possis quid sit, *humanum*: mala scilicet, quæ unicuique homini in dies et horas aut accidunt, aut accidere possunt, vel a casu vel a fato. Addo et hoc: Cum hic versus in theatro recitaretur, universum populum exclamasse. Verba sunt Viri Sanctissimi. D. Augustinum dico. *Rectum est? ego ut faciam, Non? ego ut deterream*. Ego ita distinxī, ut sententia posset intelligi; aliter, non potest. *Faber*.

Homo sum, humani nihil a me alienum p.] Cicero hanc quoque sententiam, ut apprime probam, et quandam quasi naturæ vocem, ad societatem civilem colendam, accommodat i. de Legib. et i. de Off. *καὶ γὰρ διὰ τὸ τῆς αὐτῆς ἡμᾶς εἶναι φύσεως, ἀλλήλους ἐλευθέρη, καὶ διὰ τοῦτο δευῖσθαι εἶναι πρὸς τὰ πόλιν*. ut Scholiastes ad memorabilem locum Apollonii Argonaut. iv. 1015. et seq. *Bæclerus*.

Homo sum, &c.] 'Est enim difficilis cura rerum alienarum: quanquam Terentianus ille Chremes humani nihil a se alienum putet.' Cic. de Offic. l. i. 'Isti versus in pectore et ore sint: Homo sum, nihil humani a me alienum puto.' Senec. Epist. *Farnabius*.

26 *Vel me monere hoc vel percontari*] *Monere*, si sciam quod faciat: *percontari*, si nescit. *Eugraphius*.

27 *Rectum est, ego ut faciam*] Ad

superiora pertinet sensus, ut intelligi possit. Vel percontari puta si rectum est: ideo quæro ut faciam; si non est rectum, ut te deterream. *Idem.*

Non ut deterream] *Lege non est, te ut deterream.* Hunc locum, præterquam quod duarum dictionum defectus in omnibus impressis corruerat, etiam obscurabat confusa distinctio: sic enim distinguendum est; *Vel me monere hoc, vel percontari puta: Rectum est, ego ut faciam: non est, te ut deterream.* ita autem pronuntianda sunt ea verba *rectum est, et non est*, ac si diceremus, si rectum est, et si non est. ut sit sensus: puta me vel percontari hoc, vel monere: percontari quidem, ut si rectum est quod tu facis, cum tantum laboras, ego quoque cum id cognovero rectum esse, idem faciam: monere vero, ut si non est rectum, te ab ea re deterream. Huius loci intelligentiam Hieronymo Suritæ, doctissimo Hispano, debemus: emendationem vero omnibus l. s. *Faërnus.*

Rectum est, ego ut faciam: non est, te ut deterream] Bene explicat Guyetus studium hoc Chremetis æquitate mixtum, quod verbis Horatii extuleris ex Ep. 1. 14. 'Certemus, spinas animone ego fortius, an tu Evellas agro.' *Bæclerus.*

28 *Mihi est usus*] Mihi sic expedit. *Engraphius.*

Mihi sic est usus] Hæc explicantur ab ipso poëta vs. 40. 83. 95. 96. et amplius a Cicerone, qui ostendit, quomodo hic Terentianus senex decreverit se cruciari; et malo se dignum deputarit, nisi miser esset, Tuscul. 111. 27. idque ab affectus magnitudine proficisci, cum nemo sibi inimicus ipse sit, declarat de Fin. v. 10. *Bæclerus.*

Tibi ut opus est facto, face] Liber Bembinus et Victorianus, *tibi ut opus facto est, face*, et infra, *an quoquam*. et in eodem versu, in omnibus ferme

libris, *michi legitur sine verbo est.* *Faërnus.*

30 *Si quid laboris est, nollem*] Parum boni sensus hinc eliceretur. itaque interpretes more suo prætererunt, aut, quid dicant, ipsi nesciant. Guyetus expungit. *Bæclerus.*

Siquid laboris est nollem, sed istud quid mali est] Neque constat versus, inquit Muretus in edit. Mamutiana, neque sententia mihi quidem satis aperta est. Sed errat vir eloquentissimus; nam profecto trimeter comicus est, et optimus quidem; sic: *Siquid | labo | r'et nol | lem sed i | stud quid | mali'et?* Ita centies et amplius Poëta noster, et Plautus. Sententia autem est hæc Gall. *Quelle peine y-a-t-il a faire ce que je vous conseille?* Verum, dices, consilium illud, de quo loqueris, quod, et quale erat? Id superius paulo expositum est his versibus: 'Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ, Si sumas in illis exercendis, plus agas.' *Faber.*

31 *Quid de te tantum mernisti*] 'Male de se mereri,' Cicero in hoc ipso genere *πρόβου*, se excruciantium, describendo, dixit. Plautus alio sensu; 'videre commernisse in te aliquid mali' (Epid. 1. 1. 59. 60.) i. e. commernisti noxiam, adeoque pœnam, s. ob quam pœna te manet. *Idem.*

31 *Aut consolando, aut consilio, &c.*] Apponit causas cur aliena incommoda queri videatur. Hoc enim quod interrogo proderit tibi * ita boni amici ordinem custodivit, ut crederet se aliquo modo prodesse. * *Engraphius.*

Aut consolando, aut consilio, aut re juvero] Ex Planti Pseudolo. 1. 1. 17. 'Fac me certum, quid tibi est, Juva- bo aut re aut opera aut consilio bono.' Mutuatur nobilem, et quæ humanitatis officiosæ numeros explet, sententiam Cicero Ep. Famil. vii. 10. 'Quare omnibus de rebus, fac ut quam primum sciam; aut consolando, aut consilio, aut re juvero.' *Bæclerus.*

M. *Scire vis? Cui hac causa equidem qua dixi tibi?* O. l. s. *hac quidem causa.* sed ut versus stet, ex quidem in abijciatur. *Faërnus.*

35 *Hac quidem causa*] Non curiose se interrogare, ut ab initio suspicatus erat Menedemus, sed officiose et amanter, iterum homini morose misere inculcandum duxit. *Bæclerus.*

41 *Filium unicum adoleſc.*] Narratio hæc plane consentit argumento. atque, dum vult conficere, merito Menedemum se ipsum excruciare, inter narrandum, se excruciantis specimen præbet. Et quia magno affectu res geritur, prævertunt nomina desiderii et doloris, sequæ per causas singillatim indicant: *filium*, et *unicum*, et *adoleſcentulum*, quod felicitatis erat, *habeo*: nisi *πατρὺς ἐκτρέφους* in contrarium verteret, quod dictum est; *ah! quid dixi habere me?* augeri vult dolor tractatu vulneris, immo *habui*, *Chreme*. nec sufficit: *nunc habeam nec ne incertum est*. Ita affectus narrationem prævenit; cujus nunc demum, confecta rei summa, solita procedunt primordia: 'Est e Corintho hic advena anus paupercula,' &c. *Bæclerus.*

42 *Habui, Chreme*] Miserum istue verbum, et pessimum est; 'Habuisse, et nihil habere.' Plant. Ruden. act. v. sc. 2. *Farnabius.*

44 *Corintho, &c.*] Peloponesi, ad Isthmum inter Ionium et Ægeum maria, urbe celeberrima. h. *Corintho* et *Coranto*, Turcis *Gereme*. *Farnabius.*

46 *Prope jam uxoris in loco*] Liber Bembianus et alii antiqui, *prope jam in uxoris loco?* *Faërnus.*

Prope jam pro uxore] Ita in Andria. Sed observa accuratam Poëtæ nostri industriam. nunquam hoc genere loquendi utitur, nisi de ea, quæ vere uxor futura est ejus, qui pro uxore habuit: summam amoris familiaritatem non magis descriptione, quam præſagitione demonstrans. *Bæclerus.*

Uxore haberet] Res odiosa, matrimonium in re cum peregrinis mulie-

ribus, quæ præter egestatem atque civium contemptum male audiebant, tanquam meretrices. *Farnabius.*

47 *Cæpi non humanitus*] Hic jam se arguit, quod juste de se exigat pœnas: siquidem cum animadvertisset filium amare mulierem, non humano modo neque uti decuit adolescentuli animum, sic tractavit, sed aperta vi, et more patrum, cotidie accusavit. Subjungit deinde allocutionem, qua usus est cum accusaret filium: 'Ego te menim tantisper dici volo, Dum quod te dignum est, facies.' Dici te filium meum tam diu volo quam diu facis quod te dignum est. Sin autem non feceris, ego inveniam quod in te dignum sit facere. *Eugraphius.*

49 *Patrum*] Qui plerumque, ut et patrum et senes, sunt 'laudatores temporis acti, Se pueris.' Horat. Epist. ad Pisones. 'Censores castigatoresque minorum.' *Farnabius.*

50 *Cottidie accusabam: hem! tibi ne hæc diutius licere sp.*] Egregia oratio *ἐκτρέφους*, et digna, quæ comparetur per singula cum Plauti prorsus simili sed uberiore *πρωτονοῦν*q, Mercatore i. 1. 46. et seq. 'Objurgare pater hæc me noctes et dies,' &c. *Bæclerus.*

57 *Ex nimio otio*] Ovid. de Remedio Amoris, l. i. 'Fac monitis fugias otia prima meis. Hæc ut ames faciunt, hæc, ut fecere, teneant: Hæc sunt jucundi causa cibusque mali,' &c. *Farnabius.*

58 *Istuc ætatis, &c.*] Plant. Merc. Prolog. 'Sese extemplo, ex ephebis postquam excesserit, Non, ut ego, amoris neque desidii in otio operam dedisse.' *Idem.*

60 *Simul et rem, et gloriam*] Ut uno tempore militiæ labore proprio, et fortunas reperirem et dignitates. *Eugraphius.*

Feliciter, arbitror, correxit Guyetus, quamquam forte non finit, quod enim copia verborum offenderet: ar-

mis, belli, reperi. Plautus etiam uberior Epidico, III. 4. 6. 'Virtute, belli, armatus, promerui, ut.' *Belli* autem, ut et *militia*; tanquam, *belli tempore*, sive, *in bello*, significare, multis et magnis exemplis constat. *Bæclerus.*

62 *Sæpe eadem et graviter*] His onerat causam suam, quod frequenter dixerit, et graviter. Tandem adolescens victus discesserit in militiam. *Eugraphius.*

Sæpe eadem et graviter audiendo] Odiosius eadem sententia exprimitur in illo Hec. I. 2. 48. 'Tundendo atque odio denique effecit senex.' *Bæclerus.*

65 *In Asiam ad regem militatum*] Singula in pronuntiatione sunt collocanda. Nam in *Asiam*, quod dixit, intelligere debemus, in longinquum locum. *Ad Regem* vero, hoc est, quasi ad servitutem. *In militiam*, ubi scilicet durus labor ut periculum est. *Eugraphius.*

In Asiam ad regem militatum abiit Chreme] Recte Eugraphius hæc singula, et significanter dici vult: 'In Asiam ad regem militatum abiit' ut in unoquoque sit aliquid oueris. ipsaque appellatio, Chreme, affectum sive *ᾄδός* loquentis, ei, ad quem loquitur, demonstrat. *Bæclerus.*

Regem, &c.] *Regem Persarum*, quem Græci κατ' ἑσχλην βασιλέα et μέγαν βασιλέα dixerunt. *Farnabius.*

66 *Clam me est profectus*] Hic curavit quod facile illi poterat opponi: cur ergo non cum eum videres proficisci? *Eugraphius.*

Menses tres abest] Hic dolorem suum exprimit, temporis longinquitate. *Idem.*

67 *Ambo accusandi*] Necdum tota exposita est, idcirco æqualem partem accusationis suæ posuit Chremes, quod dixit, *ambo accusandi*. Quamquam inclinavit ut adolescentem defendere videatur, cum inquit, 'Etai illud inceptum videtur esse pudentis animi signum, et non minus obæquentis.' Hoc est enim quod dixit,

non instrenui. *Idem.*

Ambo accusandi] Libertati amici, humanitas erudite miscetur. reprehensio est, sed duplici solatio edulcata. nam nec solius esse patitur senis culpam, qui sibi soli tribuebat; et adolescentis ingenium in ipsa culpa liberale, gratissimo scilicet misero parenti acroamate, deprædicat. *Bæclerus.*

68 *Animi est pudentis signum, et non instrenui*] 'Liberum ingenium atque animum' intelligit, quem paterna correctio ab otio ad laborem reduxisset, ut huc conferamus illam sententiam in *Adelphis* v. 3. 42. 43. *pudentis*: Plautus *Asinaria* I. 1. 67. 'Me habere honorem ejus ingenio decet, Quum me adiit, ut pudentem gnatum æquum est, patrem.' hinc petenda est vocis explicatio. *Idem.*

70 *Domum revertor maustus, atque animo fere perturbato*] Vide quam non obiter describat suam miseriam. mœstitia, ægritudo animi, perturbatio, inopia consilii, ut singula, conflant cruciatum, quo se afficiat senex. Guyetus τῷ fere substituit *bene*. nisi tamen eodem pertinere potest lectio vulgata. *Idem.*

72 *Soccus detrahunt*] Dixi jam, comœdias istas esse palliatas: hoc est, ibi personæ sunt Græcæ: ideo ergo dixit, *soccus detrahunt*.** *Eugraphius.*

73 *Lectos sternere*] De more discumbendi, de lectis, et tricliniis, &c. videndi Alexander ab Alexandro, I. v. Genial. c. 21. Cœlius Rhodig. Stuckius, Lipsius, III. antiq. lection. Pet. Ciacconius, Rosinus, Dempsterus, alii. *Farnabius.*

76 *Ubi video, carpi cogitare: hem! tot mea solius solliciti sunt causa*] Figura comicis narrationibus perfamiliaris, insuper huc tendit, ut jure meritoque, i. e. non impetu, sed ratione, videatur Menedemus ἑαυτὸν τιμωρεῖν, se ipsum punire ac excruciare; et quasi supplicium de se nato absenti dare, quod postea ait. *Bæclerus.*

Hæc tot mei solliciti sunt causa, &c.] Ne dubita, error est. lege *sint*; id quod ratio probat debere esse in modo potentiali. Dein et emendationem meam confirmat verbum sequens, 'Ancillæ tot me vestiant? Victum exercerent suum.' Alias hunc locum examinabo, nam sunt qui legant, *Exsarcirent*. Hoc interim dicam, sic locutum esse Xenophontem, vol. 1. p. 30. (ἐκπορεύειν τὰ εἰσώδρια.) Plane idem, nam εἰσώδρια sunt cibi, seu victus. *Faber*.

77 *Solliciti, &c.*] Menander. *Βίος ὁστροπὸν ἐκαστοῦ*. *Farnabius*.

Eum ego hinc ejeci miserum injustitia mea] Frequentatio verborum vere πᾶσιν singula seorsum vim habent, nec præcipitanter exaudiri volunt: *eum, ego, hinc, ejeci, miserum, injustitia mea*. *Bæclerus*.

86 *Supplicium dabo*] 'Εμμενέω. *Farnabius*.

87 *Laborans, quærens, parcens, illi serviens*] Quæ possit esse absolutior descriptio laboriosi senis? confer alteram *Adelph. v. 3. 26. 27.* 'Eandem illam rationem antiquam obtine, Cousseva, quære, parce: fac quam plurimum illis relinquant.' *Bæclerus*.

Laborans, &c.] *Adelph. act. v. sc. 3.* imitatione Menandri, συλλέγει καὶ φεῖδεται in Leucasia. *Farnabius*.

89 *Nec vas nec vestimentum*] Vestimenta intellige quæ ad stratum pertinent, ut infra act. v. sc. 1. vs. 30. *Bæclerus*.

Conrasi omnia] Hoc est, collegi universa quæ venderem. *Eugraphius*.

91 *Opere faciundo facile sumptum*] Servos universos produxit et vendidit, exceptis his qui suo opere suos sumptus tolerare possent. *Idem*.

Facile sumtum exercet. s.] Guyetum vide. *Bæclerus*.

Exercerent suum] Festus, Lambinus, et codex Colonienſis præferunt *exercerent* a sarcio. Bembus, Muretus, alique retinent *exercerent*. Turnebus item l. iii. cap. 51. idque aucto-

ritate Divi Ambrosii ii. Officiorum: 'Sed direptione alicujus et amissione patrimonii in eam recedere injuriam ut sumptum exercere non queat.' V. *Βίος ἐργάζεσθαι, ἐργάζεσθαι τὰ κτήνη*: ut, quod in ipsos insumitur, ipsi labore suo acquirant. *Farnabius*.

92 *Produzi ac vendidi*] Venum exposui, quasi hasta posita. *Idem*.

Inscripsi illico ædes] Hoc est ædes meas locavi. *Eugraphius*.

Inscripsi illico ædes mercede] *Engraphius*, locationem hic non venditionem intelligit. *Bæclerus*.

Inscripsi illico] Deserta domus (inquit Plinius l. vii. Epist. 27.) proſcribatur tamen, seu quis emere illam aut conducere vellet. *Farnabius*.

94 *Hic me exerceo*] Non hic ad voluptatem positum *exerceo*, sed ad laborem. quemadmodum Virgil. 'Nate Iliaciſ exercite fatiſ.' *Eugraphius*.

95 *Decrevi tantisper me*] Hoc enim judicavi, me non tantam injuriam facere meo filio quem expuli, si et ipse miser sim. *Idem*.

Decrevi, &c.] 'Quid ille Terentianus ipse se puniens: Decrevi, tantisper me minus, &c. Hic decernit ut miser sit. Nam quis igitur quidquam decernit invitus! &c. Malo se dignum deputat, nisi miser sit. Vides ergo opinionis esse, non naturæ malum.' Cic. Tusc. Qu. iii. idem l. v. de Finibus. *Farnabius*.

98 *Meus particeps*] Quem sc. pariter uti his decuit, ut antea dixit. Sed et ibi jus respicit, quo filii, secundum spem, domini censentur. Ita et juris Romani conditores loquuntur: 'In suis hæredibus evidentius apparet continuationem domini eo rem perducere, ut nulla videatur hæreditas fuisse, quasi olim hi domini essent, qui etiam vivo patre quodammodo domini existimantur;' et quæ plura addit Paulus l. xi. de lib. et posth. *Bæclerus*.

99 *In liberos*] Liberos dixit multitudinis numero, cum Menedemus uni-

cum tantum haberet filium. *Farnabius*.

100 *Si quis recte aut commode*] Supra accusaverat utrumque, cum diceret, *ambo accusandi*: modo utrumque defendit, quod hunc ingenio levis dicit, et illum obsequentem, si aliquis recte et commode tractaret alterum; nam hoc factum esse dicit, quod neuter se noverit. *Eugraphius*.

Si quis recte aut commode] *Engraphius*, 'Supra accusaverat utrumque, cum diceret, ambo accusandi: modo utrumque defendit,' &c. Quod non est accurate dictum, absolvit enim hic, quod supra cœperat, atque iterum utrumque accusat, sed mitiorem facit accusationem mixta laude aliqua. laudat ingenium, accusat mores, ut supra. et hoc ipsum est *ὁρθότρεπος μωμολῆς*. hinc, inquam, tota *παιγμυρελα* comica deducitur: quod ingenium et maturam suam homines ad illud vivendi temperamentum, quo actiones inter nimium et parum cohiberi debebant, non assuefaciunt; indeque variis perturbationibus vitam atque mentem suam complent. *Bæclerus*.

Si quis, &c.] Severitas parentum animos filiorum dejecit et prostermit, indulgentia corrumpit. 'Inter utrumque' (monet Seneca) 'regendus est animus institutione liberorum, ut modo frenis utamur, modo stimulis.' l. 41. de Ira cap. 21. sed et 20. præcedens, et quod sequitur e. 22. lectione sunt dignissima, nec non 23. *Farnabius*.

102 *Ubi non vere vivitur*] Ubi non integre vita ostenditur, ubi non nudatur, ut quis qualis sit, agnosci queat. *Eugraphius*.

Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur] In aliquibus est *hoc qui fit*. in Bembino, *hocque fit*. *Færmus*.

Hocque fit ubi non vere vivitur] Genere loquendi inprimis elegante nititur etiam alibi poëta: 'Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo et bono.' Ad. v. 9. 30. 'Vere vivere,' et 'vera vita,' est τὸ ἀγαθὸν εἶναι, non

libidini, sed rationi obsequi, non affectu, sed consilio vivere. *Eugraphius* non assequitur mentem Poëtæ. *Bæclerus*.

103 *Quantum penderes*] Quantum diligeres. *Eugraphius*.

104 *Nec tibi illa est credere avarus, quæ est æquum patri*] Itaque pater ille Plautinus tantopere probat filii ingenium, quam is dignum, cui concederet, habuisset, loco quem ante cœpimus laudare, ex *Asinaria*. *Bæcl.*

105 *Quod si esset factum, hæc nunquam*] Si autem tu mores tuos, aut ille tibi qualis esset, ostenderet, facile ad hoc calamitatis genus non perveniretis. *Eugraphius*.

106 *Ita res est*] Quoniam utramque quodammodo accusaverat *Chremes*, quod nenter ibi mores ostendisset, omne crimen potius derivat senex, ac dicit, *fateor, peccatum a me maximum est*. Idem.

Peccatum a me maximum est] Ita liber *Bembinus* et *Vaticanus*. *Victorinus* vero, *maxime*. priore modo *peccatum* nomen est; ut sit sensus: a me, id est, a parte mea maximum peccatum invenitur. posteriore participium. *Færmus*.

107 *Menodeme*] Ad personam. Hoc ex illis quæ supra promisit: inveniet quod adferat, scilicet consolationem. aliquidem dicit: *filium adfuturum hic confido propediem*. *Confido*, hoc est, fiduciam gero. *Eugraphius*.

108 *Et illum tibi salvum adf. esse hic conf. propediem*] (Economizæ servit. prædicatur, quod mox futurum est. accidit, quo maxime expectatur tempore. itaque votum miseri parentis, utinam ita dii faciant, rudes theatro præparat in sequentia. *Bæclerus*.

109 *Utinam dii ita faciant*] *Bembinus* liber et *Victorinus*, *Utinam ita dii faciant*, meliore collocatione, nec versus repugnante, si vel in primam sedem proceleusmaticus admittatur, vel primam hujus verus syllabam finem præcedentis absumat. *Færmus*.

110 *Dionysia hic sunt*] Optime factum, ut post narratam calamitatem, cui quidem præter consolationem subvenire non poterat, tamen in eo quod ex ipso auxilio esse potuisset, vult eum ad cœnam vocare: quia dicit, *hodie Dionysia sunt*, quæ sunt sacra Liberi patris apud Athenas. *Eugraphius*.

Dionysia hic sunt] Quare hic? Quia Dionysia cum plures dies occuparent, apud Atticos, nunc in hoc pago, nunc in illo celebrabantur, ut quisque commodius vicinos convivas deinceps haberet. Hoc quæri oportuit. *Faber*.

Dionysia, &c.] Liberi patris festa, Liberalia, Bacchanalia, ludi annui in honorem Bacchi victoriam ex India deportantis, *ὁ κατ' ἑγροῦς*, ubi senes iatos habitasse verisimile est, acti autem post æquinoctium autumnale. Athen. l. xiv. c. 2. *Farnabius*.

113 *Non convenit qui illum ad laborem impellerim*] Quod verbum impello facere potuerit in præterito, non modo impuli secundum usum, sed et impelli secundum analogiam, iudicio sunt multa verba, quæ præteritum apud antiquos utroque modo habent, ut haurio hansi, et haurivi vel haurii. Varro ad Ciceronem, 'Quum deinde haurierint.' Neglego neglexi et neglegi. *Emilius Macer* xvi. *Annalium*, 'Omniun nostrum neglegerint auctoritatem.' Soleo solitus sum, et solui. *Salustius*, II. *historiarum*: 'Neque subsidii, uti soluerat, compositis.' pellicio pellexi et pellicui. Varro belli Sequanici libro II. 'Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis,' nemo ergo miretur ai et impello, impelli in præterito potuit facere, secundum analogiam. *Færnus*.

Impellerim] Præteritum antiquæ monetz, novæ namque *impulerim*, quod non fert lex *Podia*. *Farnabius*.

117 *Monere oportet me*] Jam ante invitatum. *Bæclerus*.

119 *Nihil opus fuit monere*] Jam *Delph. et Var. Clas.*

in domo inventus est ille, atque mire, cupiebat illum vocare ad cœnam; monitore ergo opus, inquit, non fuit, nunciatum illum in domo esse. *Eugraphius*.

Monitore, &c.] Vocatore, servo qui moneret convivas. *Plin.* l. xxxv. c. 10. *Apul.* l. III. videntur hi esse *δειπνοκλήτρος* Artemidori. *Farnabius*.

120 *Ajunt præsto apud me esse*] O. l. s. ita collocant, *Præsto apud me esse ajunt*. erit autem in prima sede dactylus, abjecto d ex apud. *Færnus*.

Jam dudum domi præsto apud me esse ajunt] Hæsitantem hic sine causa, quomodo *Chremes* scire hoc potuerit, ex novitiis interpretibus aliquem *Guyetus* expedit. *Bæclerus*.

Ajunt, &c.] Videtur hoc rescivisse a quodam ex famulia. *Farnabius*.

SCENA II. Satura est scena, ex Iambicis tetrametris et senariis, atque Trochaicis. v. *Guyet*. Antesign. et alios. vs. 4. duo ex *Mss.* nostris, *omittas*. vs. 7. duo: *audiv*. in *Asiæ esse*. vs. 9. omnes: *adduxi*. atque ita *Priscianus* legit lib. VII. vs. 12. omnes: *objicerem ei domi*. vs. 14. duo: *quia incertum est etiam, quid de se faciat*. vs. 19. omnes: *qua quidem esse in homine d. b.* vs. 21. omnes: *ut illius animus est*. vs. 22. duo: *ei bona sunt*. vs. 26. duo: *quid tu, tecum*. vs. 27. omnes: *propter*. vs. 28. 29. unus, *feret*, utrobique. vs. 32. *Argent.* *Scortari crebro non vult, crebro convivariet, præbet exigue suntum: et hæc s. ad v. meorum unus: Scort. crebro nolant, crebro convivariet, pr. ex. s. atque hæc, alter etiam vò atque habet*. vs. 37. *cornæ quid nobis siet*. *Bæclerus*.

1 *Nihil adhuc*] Hæc scena habet *Clinia* adolescentis suspicionem, quod amica sua se absente corrupta est. Sumit igitur per conjecturam argumenta, quæ suo loco plenius apertiusque narrabimus. Ac primum quasi quoddam argumentum, servum qui missus sit non redire, cui jam multum tem-

Terent.

4 O

poris videatur assumptum. Unde efficitur consolatio a Clitipho amico, cum dicit, 'Nihil quod videaris esse sollicitus, haudquaquam cessant,' hoc est, non diutissime tardant. Verum cum intus positum Cliniam allocutus esset, Clitipho egreditur, patrem prospicit, ei commendat officium suum, ne videatur nescio quem adolescentulum recepisse, ut merito hoc effecisse declaret. Sumit igitur exordium, quod commendat, adolescentem sibi olim jam fuisse cognitum, ac se coactum amicitia, eum recepisse: ideo adjecit, 'Nam mihi cum eo magna ex pueritia familiaritas.' *Eugraphius*.

Nihil adhuc est quod vereare Clinia: haudquaquam etiam cessant] Versus est trochaicus tetrameter acatalecticus. *Faërnus*.

Nihil adhuc] Intus relictum Cliniam alloquitur Clitipho, in prosecutionem egrediens. *Farnabius*.

Cessant] Syrus et Dromo servi in urbem missi ad accersendam Antiphilam: videtur hinc scena in suburbanum constituta, quo accersenda ex urbe Antiphila. *Idem*.

Et illam simul cum nuntio tibi hic ego adfuturam hodie scio] Versus hic novem pedum est: qui si ex eo deinas pronomen *ego*, quod neque in libro Bembino est, neque in plerisque aliis, adhuc tamen remanet impeditus, nisi tibi in unam syllabam contrahas, et, quod frequentius est, in dictione *illam* prima corripatur eliso uno l. hoc modo versus erit octonarius iambicus. *Faërnus*.

8 Proin tu sollicitudinem istam falsam, quæ te excruciat omittas] Plerique l. s. inter quos Bembinus, habent *mittas*; ita versus est trochaicus tetrameter acatalecticus, ut primus hujus scenæ. *Faërnus*.

4 Qui cum loquitur filius] Satis magna erat causa, quæ Chremetem ad convivæ properantem moraretur. argumenti enim intererat, sciri ad-

ventum Clinie, antequam ingrederetur. itaque Clitipho, ut hoc nuntiaret ei, egressus erat, neque potuit negligere occasionem Chremes, quin filium hoc exemplo ad virtutem cohortaretur: aliorum scilicet rebus intentas, suarum sedulo ignarus. quod ipsum est *οἰκονομικόν*. quid? quod ante cœnam omnia illa geri debebant, quæ actum ii. constituunt. quæ moræ, scilicet, plurimum rationis, adeoque necessitatis habent. quo enim differrentur ista? *Bæclerus*.

Qui cum loquitur filius] Versus trochaicus dimeter catalecticus. *Faërnus*.

6 Quid est] Plerique fere o. l. s. habent *quid id est*, ut ratio versus requirit. ita enim ordinandus est versus, qui est trochaicus, quemadmodum in libro Bembino est. ut dictio *probe* eum finiatur hoc modo: *Ch. Quid id est? Cl. hunc Menedemum nostrum nostrum vicinum? Ch. probe. Id.*

Advenientem e navî] Adventoria cœna amicos peregre redentes excipere moris erat. Martial. Epist. l. xii. 'Ut familiarissimas mihi aures tuas acciperem adventoria:' et quæ nos ibi. de libro tanquam cœna adventoria locutus, quam volebant, quam ex voto solvebant: passim apud Horatium, Martialem, alios. *Farnab.*

9 Adduxi ad cenam] Liber Bembinus et plerique alii *abduxi*: prima autem hujus versus syllaba pertinet ad præcedentem, ut hic sit octonarius iambicus, ut ceteri. *Faërnus*.

10 Voluptatem magnam] Scit enim Chremes, vehementer patrem esse sollicitum. Quod audit ergo reversum adolescentem, dicit sibi natam magnam voluptatem. Denique hujus voluptatis causam in animo habens, subiunxit: 'Quam vellem Menedemum invitatum amplius, ut hanc lætitiā nec opinanti prius objicerem domi!' Uti non suspicanti, amplius etiam quam speret, hanc lætitiā domi objiceret. *Eugraphius*.

Semper fuit familiaritas. Ch. voluptatem

latem magnam nuntias] O. l. s. *fuit semper.* quod parvi refert: octonarius stat eliso p ex *voluptatem*, ut et supra, *hæc non voluptas tibi esse.* *Faërn.*

11 *Esset hodie amplius]* *Hodie* dissyllabum faciendum est, ut stet octonarius. *Idem.*

Nec opinanti primus objicerem domi] Non paucis ex repentino atque inasperato aliquo casu in tantum ripas superans abundavit pectus lætitia, ut spiritus interclusi imaginatione, i. e. motu animæ, quem sensus in actu positus creat, subito exspirat. vide Liv. dec. iii. l. ii. de fœminis quæ conspectis filiis ex prælio reversa, quos cæcos fuisse audierant, nimio gaudio exanimatæ, &c. Val. Max. lib. ix. c. 12. et A. Gell. lib. iii. c. 15. *Farnabius.*

13 *Cave facias]* Cave facias, nec enim necesse est. Nescit namque a patre filium desiderari, ideo prohibet patrem suum aliquid facere, qua vindicetur adolescens reversus. *Eugraphius.*

Atque etiam nunc tempus est. Cl. cave facias, non est opus pater] Ex o. l. s. ita transpone hæc verba, *non opus est*, et, ut octonarius stet, non facies synalepham in *atque etiam*; aut si facias, erit trochaicus inter octonarios iambicos. *Faërnus.*

16 *Atque abito]* Hoc est, discessio. *Eugraphius.*

17 *Nunc servulum ad eam in urbem misit]* Ergo scena in suburbano. *Bæclerus.*

18 *Miserum? quem minus est]* Quoniam ille dixit, miserum esse adolescentem vel quod ipse se adolescens miserum putet, negat esse hic miserum, siquidem omnia habet, quæ quidem in homine dicuntur bona. Et subiungit: 'Atque hæc perinde sunt, ut illius animus est, qui ea possidet.' Atque hæc talia sunt qualis animus illius est, qui hæc tenet. Nam qui scit uti his omnibus, bona sunt; illi vero qui non utitur recte, utique

mala sunt. Simul et disjectionem collocavimus, et intellectum didicimus, 'Ne quid in illum plus satis faxit pater.' Hoc amplius vereor, ne aliquid amplius habeat. quidquid satis est faciat pater, ideo injustum est patri ostendere Siquidem Poëta negat esse contemptum * eacus ad hunc laboret filius. *Eugraph.*

19 *Quæ quidem in homine]* Ut vestes non adferunt calorem, ipsæ cum sint frigida; sed teporem qui a corpore provenit, stipant, et coërcent, ita vita beata, non est ab extra, non ab ædibus, possessionibus, amicis, &c. sed ab ipso animo, qui si sit rectus et bene compositus, cetera juvando, &c. Plutarch. de virtute et vitio. Bona quæ sunt, quæ dicuntur. Aristot. Ethic. Nicom. lib. i. cap. 4. 5. 6. &c. interpretes ipsius. Senec. Epist. 71. 74. 76. Boët. x. 3. l. Apul. de Deo Socratis, &c. *Farnabius.*

20 *Parentes, patriam incol. &c.]* Vide Chrestomath. voc. 'Bona fortunæ.' et adde Phorm. i. 3. 18. *Bæclerus.*

Parentes et divitias] Est octonarius perfectus: nil necesse est scribere divitias; nam in postrema syllaba, ut dictum alibi, synthesis est. *Faber.*

21 *Atque hæc perinde sunt]* Bona vel sunt ἀγαθὰ bona, et tum semper per se sunt et dicuntur bona; vel respectu hominum, in quorum usum creata sunt. tum vero neque bona sunt, neque mala, nisi quatenus homines bene vel male illa utuntur. Arist. Eth. Nic. lib. v. c. 1. Rex noster est animus. hoc incolumi, cetera manent in officio, &c. Sen. Epist. 114. *Farnabius.*

Importunus semper] Ansterus, acerbus, quasi portus, i. e. quiete carens, sibi et aliis molestus, inquietus. *Idem.*

25 *Illene]* Hoc utique intelligitur propterea dictum, quia scit Chremes animum Menedemi. Hæc ne proderet, represit se, et reliqua verba contexit, dicens hanc causam, quod in

metu esse filium, patri vehementer est utile. *Eugraphius*.

Sed reprimam me] Callide se reprimat senex, ne apud Clitiphonem speriat luctum, et dolore Menedemi, super discessu filii, simul ut suum celet filium animi teneritudinem, defendit auctoritatem patrum, exigitque filiorum officia. *Farnabius*.

26 *Ut ut erat, mansum*] Qualiscunque, inquit, fuit, tamen oportuit patrem sustinere. *Eugraphius*.

CL. *Quid tu tecum*] Liber Bembinus et aliquot alii: *quid tute tecum?* itaque octonarius exigit. *Færmus*.

27 *Fortasse aliquanto iniquior*] Liber Bembinus aliquantum. Idem.

Fortasse aliq. iniq.] Egregia p̄ors de parentum disciplina: non qualis esse debuit; sed qualis fuit Athenis, injuriæ parentum, hic dicuntur, ex opinione liberorum. *Bæclerus*.

30 *Durum, &c.*] Σκληρὸν πρὸς υἱὸν ἐν τῷ νοουμένῳ. Menander. *Farnabius*.

Nam parentum injuriæ, &c.] Præter hunc morem qui est innatus parentibus, hic ferme paulo est tolerabilis, præbent exigue sumptum et modice. *Eugraphius*.

31 *Paulo qui est homo tolerabilis*] In libro Bembimo hæc interpretatio adscripta est, 'Aut ei subanditur, aut eum: si ei, sic intelligimus, uniusmodi sunt ei, qui est homo tolerabilis, aut eum scortari crebro nolunt, ut sit, filium, qui sit tolerabilis. aut sin-

gularem numerum pro plurali ponit, id est, qui sunt tolerabiles.' *Færmus*.

33 *Exiguo sumptum*] Parce. *Farnabius*.

34. 35 *Verum ubi animus semel se cap.*] His duobus versibus omnis comici erroris origo demonstratur. *Bæclerus*.

36 *Scitum est*] Optima occasione senex, dum aliorum mores et facta demonstrat, occasionem filii corrigendi repperit, ut moneret. Scitum est, inquit, et perelegans, ex aliis periculum facere, hoc est, tentamentum, quod tibi vehementer expediat. *Eugraphius*.

Scitum est periculum ex aliis facere, tibi quod ex uno siet] Repetitur sententia *μνηστικῶς* act. II. sc. 1. vs. 9. et cum *ἔξερυσσῶ* memorabili *Adelphi*. III. 4. 52. 'Inspecere, tanquam in speculum, in vitas omnium Jæheo: atque ex aliis sumere exemplum sibi: Hoc facito,' &c. *Bæclerus*.

Periculum, &c.] Ἐλάττω πρὸς αὐτοῦ αἱ τὰ τῶν ἄλλων κατὰ. Menander. Felicitas sapit, qui alieno periculo sapit. 'Felix quicumque dolore alterius discit posse carere suo.' *Tibullus*, lib. III. Eleg. 6. *Farnabius*.

38 *Tu ut tempus est dici*] Tempus non solum summum est, sed et pars partis est; sicuti hic ponit, *dici tempus*, cum temporis dies esse videatur. *Eugraphius*.

ACTUS II.

SCENA I. Inabici Octonarii acatalectici sunt. vs. 5. unus *Mss.* meorum: *ne ille facili utetur patre*. Argent. certe *ne ille f.* vs. 6. duo: *peccatis*. vs. 8. Argent. *perii, is pater ut addibit*. vs. 10. omnes: *narrat*. *Bæclerus*.

1 *Quam iniqui*] Remansit solus *Clitipho*, et secum conqueritur de patris

hortatione. Ordo est: Quam iniqui sunt indices patres in omnes adulescentes! *Eugraphius*.

Quam iniqui sunt patres] De Clinii amore, hactenus satis multa Menedemus pater et postea Clitipho dixerunt: nunc indicanda est altera pars argumenti, ipsius Clitiphonis amor. *Bæclerus*.

2 *Nos a pueris illico*] Qui arbitrantur, iustum esse, in pueritia moribus senum nasci. *Eugraphius*.

Neque illarum affines rerum esse] O. l. a. esse rerum, versu non repugnante, si in illam abjecto l, primam corripias, ut saepe in hoc poeta. *Faërus*.

4 *Ex sua libidine, &c.*] Modum imponunt adolescentibus de moribus suis, quos nunc habent in senectate, non quos in adolescentia habuerunt. *Eugraphius*.

Ex sua libidine moderantur, quæ est nunc] O. l. a. nunc quæ est. *Faërus*.

5 *Mihi si unquam filius*] Si aliquando mihi filius contingat. *Eugraphius*.

Facili me utetur patre] Id est, valde me utetur bono et facili patre. *Idem*.

6 *Nam et cognoscendi, &c.*] Facile, inquit, filio meo hanc facultatem dabo, ut universa ejus facta cognoscam: tamen si peccarit, ignoscam. *Idem*.

Nam et cognosc. et ignoscendi dab. pecc. loc.] Vide Chrestomath. voc. 'æquus.' *Bæclerus*.

Cognoscendi, &c.] Cic. pro Cælio: 'Leni vero et dementi patri, cujusmodi ille est; Fores effregit? restituentur. Discidit vestem? resarciatur. Cæli causa est expeditissima.' *Faërus*.

7 *Per alium, &c.*] Sub Menedemi persona, cujus causam modo egit, atque invehebatur in Cliniam, adeoque omnes, me et in genere adolescentes. *Id.*

8 *Ubi adhibet plus paulo, sua qua narrat facia.*] Nullam occasionem prætermisit poeta, quin demonstraret corruptæ educationis Atticæ vitia, et ex suis causis atque originibus requireret: igitur nollem, Guyeto delendam videri hunc versum. quomodo enim sequens cum præcedentibus bene copularetur? *Bæclerus*.

Plus paulo, &c.] Largius æquo. *Faërus*.

Nunc ait, &c.] Μῦθος, recitantis sententiam patris sui. *Idem*.

10 *Næ ille, &c.*] Quanti a liberis

parentum sunt verba, docet pastor apud Theocritum Idyl. ix. quod τοῦ δὲ θίπου φρόνητος ἐγὼ τόσον μελεδάμεν, "Ὅσον ἐπὶ τῷ πατρὶς μῦθῳ καὶ μῦθος ἀκούειν. Neque enim 'amantes' (nt habet Afranius) 'quibus animi non sunt integri, surde audiunt,' sed et amantes. 'amor surdis auribus esse solet.' Prop. *Faërus*.

11 *Da mihi atque affer mihi*] Multum addidit sententiæ, ὄναρ πλεον. *Bæclerus*.

12 *Cui quid respondeam*] Expressit inopiam; siquidem non solum dixit, cui quidem nihil habeo, verum, ad respondendum verba desunt. *Eugraphius*.

13 *Suarum rerum satagit*] Etsi is quoque de suis rebus plurimum cogitat. *Idem*.

Nam Clinia hic, et si is suarum rerum] O. l. a. nam hic Clinia, et si is quoque suarum. utroque modo constante octonario. *Faërus*.

Etsi is quoque rerum suarum satagit] Optime Guyetus explicat. *Bæclerus*.

14 *Habet bene et pudice eductam*] Sæpe conjungi videas. Plaut. Cistellar. 1. 3. 24. 25. 'Educavit eam sibi pro filia, Bene ac pudice.' comparatio utriusque ad *ὁκνοῦσαν* refertur. *Idem*.

15 *Mea est potens*] Ad hoc positum, ut ex nobilitate plurimum audeat postulare. *Procaz* a petendo dictum est; unde et *proci* dicuntur nuptiarum petitores. *Eugraphius*.

Mea est potens, procaz] Prorsus non probare possum Guyeti τὸ πατens. Ceterum ad hanc descriptionem congruit Pomponii versus in Satyra, apud Priscianum, fine sexti: 'blanda, fallax, impotens, superba, discerdia.' *Bæclerus*.

Sumptuosa] Ut et necessitatem sibi petendi propter suos sumptus faciat. *Eugraphius*.

Nobilis] Ab omnibus nota. *Idem*.

Nobilis] Nota magis quam nobilitas. *Faërus*.

16 *Tum quod dem ei recte est*] Nihil omnino affertur ab interpretibus, quod probare queat eruditorum quicumque. omnium minime Parei explicatio admitti potest. An ita licet capere? *tum quod dem ei.* constituitur hic ἀποδείκνυσθαι. ut volnerit absolvere; *tum quod dem ei, nihil est mihi*; cum tamen necesse sit multum accipere talem meretricem, qualis nunc descripta est. Sed reprehendit sermonem nec absolvit: interjecta correctionis formula: *recte est.* q. diceret; sed quid dicere volui? religio mihi est ac vel omnis vitandi causa esse debet, *dicere, nihil mihi esse.* sperat enim, more talium amatorum se inventurum alicunde argentum. itaque timet dicere, nihil sibi esse. quod etsi re nihil esset, in spe tamen haberet, unde meretrici procaci suppeditari posset. Illud *recte est*, ita usurpari, ut dictum est, vel hæc exempla doceant: querenti matri, 'quid es tam tristis?' respondet Pamphilus: 'recte mater.' Hec. III. 2. 19. Interroganti perturbatum Æschinum Micioni, 'quid est?' respondet ille: 'nihil; recte.' Adelph. IV. 5. 10. Ad prius exemplum Donatus erudite: 'sic dicimus, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus:' neque quisquam facile dubitet, per suppressionem ibi dici τὸ *recte*. Bæcl.

Tum, quod dem ei, recte est] Cum nec præcise negarent, nec plane affirmarent, Romani dicebant, *Recte*. Faber.

Nam nihil esse mihi, religio est] Dicere, me hoc non habere, maxima mihi religio est. Ut Virgil. 'Religio est patrum multos servata per annos.' *Eugraphius*.

Religio est dicere] Dies religiosi, inquit Agellius, dicti, quos, propter omnis diritatem, relinquimus: idcirco Terentius in Heaut. 'Tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi, religio est dicere.' lib. IV. c. 3. h. e. Tum quod dem ei obsequii tan-

tum voces et blanditum, cujusmodi sunt, *Recte, benigne*. Nam nihil esse mihi, nefas dicere, non licet, non ausim dicere. *Farnabius*.

17 *Hoc ego mali non pridem inveni: neque etiam dum scit pater*] Utrumque ad *olcoropular* relatum est: et quod non inveteratus amor, (abducat enim inde animum et ad uxorem in finem fabulae applicabit,) et quod patri ignominiam hæc ignorantia præcipui erroris *πεπρωμένη* peperit. *Bæclerus*.

SCENA II. Iambici octonarii acatal. sunt. vs. 8. Mss. duo: *sub imperio cuius est.* vs. 6. omnes: *etiam cave ne vident forte hic te a patre al. ex.* vs. 8. duo: *quam scias.* unus: *quam acies.* vs. 10. omnes: *non cogitas hinc longius abesse.* vs. 11. duo: *dum conantur.* Argentorat. *conantur.* quod unus mssorum in margine adscriptum habet ad τὸ *conantur*: *al. conantur.*

Muretus et Goveanus hinc incipiunt actum secundum, sed ratio illa, quæ tam secure jactatur, quod Clitipho in proscenio remanserit, Chremete domum digresso, non est tanti ponderis. Non dicam de actus quarti initio, in hac fabula; nam et ibi Muretus corrigit. cujus auctoritatem si sequeremur, in omnibus Terentianis fabulis aliter ordinandi essent actus. id quod facile non erit ubique, nisi velimus dura quædam, et a consuetudine comica plurimum diversa, admittere. *Bæclerus*.

1 *Si mihi secunda*] *Hic illud est, quod supra diximus, quod per conjecturam Clinia credit, amicam se absente corruptam.* Ac primum argumentum fecit ex eo, quod missus servus nondum redit. Deinde proponit ipsam suspicionem, *Sed vereor, &c.* *Engraphius*.

Si mihi secunda res] Clinia plenus desiderii et curarum, ex domo Chremetis progreditur, si redeuntes servos et amicam adventantem posset conspicere. Clitipho (si hinc novum actum ordiri placet) egressum conse-

quitar, nomine vocat, monetque, ut caute apud hæc loca observetur, unde a familiaribus patris seu Menedemi conspici posset. Sin priore scena actum inchoamus, inter querelam Clitiphous egressus Clinia, nominatim ab eo inclamatur, atque cavere jubetur, sicut dictum est. Est autem oratio Cliniae, qualem gignit desiderium et suspicio; quæ omnia in pejorem partem conjectare solent. *Bacclerus*.

2 *Sed vereor, ne me absente hic corrupta sit, &c.*] Adjungit et opiniones et argumenta a tempore, quod est occasio: occasionem autem hic intelligimus, quod absens fuit ipse. Deinde ponit locum Athenas, ubi magna hominum multitudo est et civium, variis moribus viventium. Adjungitur ætas, hoc est, a persona, et a tempore, quod adolescentula; ac propterea vario ingenio. Deinde addidit, *Mater*. Hoc nomen parum est; ni adderetur *mala*. Sed ne rursus sum voluntatis et judicii ideo adjecit, 'Cujus sub imperio est: Cui nihil jam præter precium dulce est.' *Eugraphius*.

Animum exangeant] Sic scribendum, ut quibuscum visum est, non, *exangeant*, quod nihili est. Ita strideo, strideo; ferveo, ferveo: fulgo, fulgeo: abnuo, abnuo; congruo, congruo. Ita et ango, angeo. Vide Notium, et notulam quandam ad act. III. sc. 1. *Faber*.

Mulier me, &c.] Antiphila. Virginem viripotentem Ulpianus et Caius mulierem vocant. scen. sequente, idem. *Farnabius*.

3 *Quæ mi animum exangeant*] *Mihi* exigit octonarius, et ita habent o. l. s. est autem in libro Bembino ad hæc verba ascripta interpretatio, 'Quæ mihi animum exangeant, quæ me terreant. animum autem dicit, quam illi præsens efficit metus sollicitam cogitationem.' *Færnus*.

Quæ mihi animum exangeant] Magna

ratio movit Guyetum, ut Palmerio subscriberet, *exangeant* reponenti, pro *exangeant*; cujus significatio obscura est. *Bacclerus*.

Concurrunt, &c.] 'In cogitando, mœrore exangeor.' *Plant. Stich. act. 1. sc. 1.* Alii leg. *exangeat*, voluntque veteres usurpasse 2. conjugationis, pro *ango*. verum neque conjugatio neque compositio placet. *Farnabius*.

4 *Locus, occasio, atas, mater, sub imperio cujus est, mala*] Ex o. l. s. ita colloca, *occasio, locus*, item ex libro Bembino et Basilicano, et nonnullis aliis, teste Joanne Rivio, *cujus sub imperio, est mala*. aliter nullo modo stat octonarius. ita legit et *Eugraphius*, qui etiam ita sensum ordinat, ut sit *mater mala* sub cujus imperio est. *Færnus*.

Occasio, locus, atas, mater] Suspicioni argumenta in promptu sunt, explicat *Eugraphius*. in ultimo tamen argumento immoratur Clinia, inter ipsam suspicionem, amoris non oblitus. matris enim ingenium potius, quam ceteras illecebras a se timeri ostendit. reliqua invitare ad libidinem, mater cogere poterat, itaque non frustra adjecit, 'mater, sub cujus imperio est, mala.' *Bacclerus*.

Occasio, &c.] *Μακρὰ πρόφασις ἐς τὸ πρᾶξι κακῶς*. Menander. *Farnabius*.

8 *Pergin' istuc prius*] Perseveras ante hoc quasi certo judicio tenere, quam scias quod in vero sit. *Eugraphius*.

Pergin istuc prius dijudicare] Ex *istuc* s. elidendum: ut in prima sede hujus octonarii sit dactylus. *Færnus*.

Pergin istuc prius dijudicare, quam scis quid veri sit] Nihil est mutandum in hoc versu, satis bene se habet. *Bacclerus*.

9 *Si nihil mali esset*] Ad consequentiam argumentum cepit ex eo, quod non redit missus servus. Certa mihi, inquit, suspicio est, illam esse corruptam; nam hic adessent. *Eugraphius*.

Quando istuc erit? Illud enim quod dixit, *Jam aderant*, hoc amanti tardum est: ideo adjecit, 'Quando istuc erit?' *Idem*.

Quando istuc erit? Istuc *jam*, scilicet impatientis vox est, non sine exprobratione quadam ad prius solatium referenda; quod describebatur act. 1. sc. 2. princ. q. d. jam ante dixisti, mox adfuturam amicam meam; nunc iterum affirmas: equando istuc erit? *Bæclerus*.

10 *Non cogitas hinc longius abesse?* Liber Bembinus, *hinc longule esse*, id est, aliquantum longe. Plantus in *Menæchmis*: 'Ingressum fluvium rapidum ab urbe hant longule.' hoc modo optime stat octonarius, aliter impeditus. *Færmus*.

Non cogitas hinc longule esse? Bemini codicis auctoritate se tuetur hæc lectio: testanturque etiam Glareanus et Georgius Fabricius, se vidisse in quibusdam codicibus. Relinquam lectori arbitrandum, amore Plantinæ locutionis, an re vera hæc lectio obtinere debeat. *Bæclerus*.

11 *Dum moliantur?* Subaudi, quid rerum; i. e. dum moliantur seu cum quodam labore apparant, ea, quæ sibi ad eundem necessaria credunt. Petrus Marsus: I. e. 'dum se præparant multiplici cultu, ædificant formam variis rebus:' hæcenus sensum, non verba sequi, æstimari potest. Sed quod addit, quo referemus? 'Inde demoliri, est destrinere id quod ædificatum est.' Sic quoque putabimus, mellus eum sensisse, quam locutus est. Cur enim exagitare libeat viros, quorum studium non simplici nomine laudari debet? *Bæclerus*.

Dum moliantur? Dum surgunt, movent, promovent, apparant, ornant se. *Farnabius*.

Dum conantur? Nihil dubito hanc veram lectionem esse. cum præsertim *τὸ conari τῷ moliri ἐκ παραλλήλου* congruat; et Mss. auctoritas affirmet. *τὸ conantur* pauci habent; qui *conan-*

tur præferret, nullus est. quam iterum, ut sæpius, ex Plauto nobis vocem nonnulli substituerunt. apud illum enim legas, Stichus v. 4. 19. 'Sed amica mea dum comit, dumque se exornat,' &c. Georgius tamen Fabricius *τὸ conantur* defendit. *Bæclerus*.

12 *Respira?* Unico vocabulo poëta voluit sollicitudinem Cliniae, non tantum quæ in animo, sed quæ in vultu etiam erat, ostendere. *Idem*.

SCENA III. Satura est, Iambicis Octonariis et Senariis, tum Trochæicis septenariis constans. vs. 2. omnes Mss. nostri: *illæ relictæ sunt*. vs. 14. omnes: *quid bibent*. et vs. 17. *colloquetasti Antiphila te*. vs. 20. dno: *monuisse frustra dolet*. tertius: *dolet monuisse frustra*. vs. 29. unus omittit, *esse*. Argentor. pro *esse ei*, habet *ejus*. vs. 38. omnes: *hinc actri potui, hanc usquam atibi*. vs. 46. omnes: *quæ tum erat mortua*. vs. 48. omnes: *malam*. nisi quod in uno, *τὸ ἐν secunda manu* asperser. vs. 49. omnes: *capillus sparsum*. vs. 52. omnes: *subtegmen*. dno: *præteream*. vs. 54. et 55. unus: *si hæc vera sunt Clinia, ita ut credo*. alter: *si hæc vera sunt Clinia, ita ut hic dicat, quid te fortunatio?* Argentor. *si hæc v. s. Cl. ita ut dicit hic, q. t. f.* vs. 57. omnes: *noxam*. vs. 64. omnes, ut ed. vs. 71. dno: *quo illam adducis*. vs. 73. unus: *mirabile*. vs. 76. unus: *quid illo in tempore facias*, ex glossa. vs. 80. post *τὸ tace*, Argentor. habet: Clit. *quid est?* Syr. *vis am.* unus meorum geminat: Clit. *quid est. S. quid est?* *vis am.* vs. 85. dno: *vide, cogita, examina*, ex glossa. vs. 86. omnes: *etsi hoc consilium*. vs. 90. dno: *esper. hoc scies*. vs. 94. omnes: *deducetur*. vs. 98. omnes: *istiusmodi quæso aliq. rep.* vs. 99. duo: *ibo obviam his, d.* unus: *ibo obv. huius d. v. revertatur d.* vs. 102. duo: *quod bonum est*. vs. 112. unus: *ridiculum est, istuc te me monere Clit.* vs. 122. omnes: *quæ solet quoque spernere*. vs. 124. omnes: *nam miserum quæ-*

dam offendi ibi militem. vs. 123. omnes : *eandemque ut esset apud te ob hæc quam gratissimam.* vs. 138. omnes : *abeas si sapiis.* Bæclerus.

1 *Ain' tu]* *Hæc scena excolvit illam suspicionem, quam Clinia habuit.* Et hæc conjectura deinde rursus habet aliam causam, quod amicam Clitiphonis adduxerit servus, ita ut in domo patris esse possit. Quæ res an fieri possit, deliberationis vim tenet. Ita prior causa in controversia est, secunda in deliberativa: aut controversia est ex conjectura. Ergo partibus tractabitur, hoc est, uti dicta et affectus, quod *ῥόδος* Græce dicunt, suggerunt argumenta: sicut suis locis explanabimus. *Eugraphius.*

Ain' tu] Supplet Guyetus. quale hic *γελῶν* observatum, quod non nemo annotat, haud repereris. consuetudine comica personæ una ingredientes in theatrum, veluti continuant sermonem, e. g. hic inter vias agitatam. *Bæclerus.*

Dum sermones cadimus] *Cedere sermones* dicuntur, qui frequenter et plurimum loquuntur. *Eugraphius.*

Sermones cadimus] *Κόττειν λόγους* et *ἀνατρεῖν ῥήματα* dici a Græcis monet Priæcianus l. xviii. quod interpretatur Nonius, 'commiscere sermones.' qui *serere* legunt, non metiuntur verbum; quamquam 'serere sermones' habeatur apud Virgilium et Livium. *Farnab.*

2 *Mulier tibi adest]* Quia ita locutio sorvi fuerat, ut diceret, *relicta mulieres.* *Eugraphius.*

Mulier tibi adest, audin Clin.] Pergit consolari et gratulari, ut coeperat, Clitipho: *mulier tibi adest*, sc. illa, ἡ *ἐρωμένη*, cum quadam *ἐμψύχῃ*. *audin Clinia?* servos de mulieribus, ad quas accersendas missi erant, colloquentes. cui Clinia *ἐρωμένης* respondet: ego vero (utraque vox asseverationi apta) *audio nunc demum* (post anxiam et sollicitam expectationem) *et video et valeo Clitipho.* mire addi-

tum *ῥὸ video.* Conspectiorem autem voluit esse poëta affectum, respirantia ex ægritudine adolescentis, ut illustraretur fortuna amantium, quando statim, ex nova suspitione, in priorem sollicitudinem incidit. *Bæclerus.*

4 *Minime mirum adeo impedita]* Mirandum non est quod impeditæ sunt mulieres, quæ et ancillarum gregem ducunt secum, et plurima comportant. *Eugraphius.*

Minime mirum] Sc. quod relictæ sint, quod tardius consequantur nos. Dromoni potius volunt alii convenire hæc verba, quam Syro, cui in *Mss.* fere tribuntur. vide Guyet. *Bæcl.*

Ancillarum gregem] Indecorum nimirum olim visum matronis et inhonestum, sine comitatu ancillarum in publicum prodire. Præbant ex officio Anteambulatrices, subsequerantur Pedissequæ. Martianus Capella, l. ii. 'Periergia vero aliis comitata pedissequis dotalibusque mancipiis curiose universa perscrutans atque interrogans sequebatur.' *Farnabius.*

5 *Perii! unde illa sunt]* Crescit error Clinia: ut magis credat esse corruptam, quod ancillas habeat et anrum. Hæc omnia meretricis, non illius mulieris sunt. Sed adhuc ignorat adolescens. *Eugraphius.*

Perii, unde illi sunt ancilla] Hic error inductus est a poëta, sicut totus Bacchidis comitatus, ad demonstrandam ex comparatione Antiphilæ innocentiam, et utriusque amoris discrimen, Syro cæpti auctore. propagaturque egregia *olucropolis* arte per pleramque argumenti seriem: ut quæ juvenum primo animos tenuerat suspensos, apud senes majorem deinde turbam concitet, mulierum ignoratio. *Bæclerus.*

Men' rogas] Ex me quidem nihil horum sciri potest. *Idem.*

6 *Portant quid rerum]* Muretus interrogatione attollit et exemplis illustrat. i. e. multum rerum. *Idem.*

Portant, &c.] Quam multas res et magnas portant secum? Nannius Miscellan. l. i. c. 21. *Farnabius.*

7 Aurum, vestem] De ornamentis muliebribus, et paratu. erat enim Bacchis meretrix, ut ante dictum est, 'Magnifica,' 'sumptuosa.' Gallus interpres: *elles portent des d'aureures, comme sont chéines, carquans, couliers et bagues, et aussi elles portent des robes et ornements précieux.* Addi debet hic locus ad ea, quæ diximus in Eunuch. iv. 1. 13. *Bæclerus.*

Aurum, vestem] Aurea ornamenta, monilia. vide Eunuchi act. iv. scen. 1. infra, 'Sine auro tum ornatam.' *Farnabius.*

Et vesperscit] Hoc est, nox fit: a *vespere* factum verbum est. *Eugraphius.*

11 Viden' tu, ancillas, aurum, vestem] Vel ita distinguas: *viden' tu ancillas, aurum, vestes?* i. e. audin tu, animadvertis, intelligis, ancillas, aurum, vestes memorari a servis? unde ea esse censes, cum ego hic reliquerim eam cum una ancillula? unde ea esse censes, nisi quia interim inhoneste potius divitias parere hic optavit, quam redditum meum expectando pauper vivere? Sive augendo affectui malis dividere, audin' tu? *ancillas, aurum, vestem.* ut *προσώπῳ παθητῇ* præcidat sermonem. *ancillas, aurum, vestem* (repetit *ἐν προκρίσει*) memorant servi, de ea, quam ego hinc abiens cum una ancillula pauperem reliqui. unde ergo habet hæc nisi ab amatore novo? *Bæclerus.*

12 Viden tu ancillas, aurum, vestem, quam ego cum una ancillula Hic reliqui; unde ea esse censes] Liber Bembinus et Basilicanus non habent dictionem *ea.* in Victoriano sic erat, *unde esse ea censes?* sed deinde verbum *ea* deletum est, quod et in aliis libris varie collocatum est. quo sublato sic distinguemus: *Viden tu? ancillas, aurum, vestem, quam ego cum una ancillula Hic reliqui, unde esse censes?* Et subaudiendum

est ei, ut ait ei, quam ego reliqui. ut autem stet trochaicus, vel in *viden* fiet dialysis, ut sit anapæstus in prima, vel ex ea dictione n abjicietur: et erit pariter anapæstus in prima, sed in *quam ego*, synalepha non fiet. *Faërnus.*

Vah nunc demum intelligo] Producitur industria Poëtæ error, et increscit, ne Clitiphone quidem jam ad minnendam æquali suo suspicionem satis prompto; qui ante increpitaverat: 'pergin' istuc prius dijudicare, quam scis, quid siet?' nunc enim et ipse cedit argumentis, quibus Clinia volebat conficere, mulierem se absente corruptam esse. Estque hoc in Clitiphone eo suavis, quod non animadvertit aut divinat, suam amicam describi, non Clinia. *Bæclerus.*

13 Dii boni, quid turbæ est] Augendo errori, oratio in admirationem formata, servit; ut supra: 'portant, quid rerum? aurum, vestem:' coherent enim. *Idem.*

14 Quid seni erit nostro miserius] O. l. s. *sene.* *Faërnus.*

15 O Jupiter! ubinam est fides] Necdum soluta sibi auspicionem queritur adolescens se esse desertum, . . . omisso amore amatoris sui in meretricios mores esse delapsam. *Eugraphius.*

O Jupiter, ubinam est fides] Quid hac oratione absolutius, qua amoris et fati sui summam Clinia dequeritur? ad summum enim procedere debuit error, antequam finiretur. Adjiciuntur verbis gestus miserabiles. donec his conspectis auditisque, propior interea factus Syrus, quid errent, animadvertit, et suspicione Antiphilam accurata et longa narratione exsolvit. *Bæclerus.*

Ubinam est fides] Quonam abiit fides mihi data ab Antiphila, fore se amoris nostro constantem? Hæc sibi Clinia suspicatus amicam suam corruptam esse, ubi conspexisset tantum auri, gregem ancillarum, vestes sup,

petere illi quam pauperem abiens reliquisset. *Farnabius.*

16 *Dum ego propter te errans patria caros demens*] Frequentibus verbis et impletur et attollitur sententia, more Terentiano: id est, ubere copia, citra redundantiam. Hæc enim singula ita valent, ut pauciora sufficere videantur: ita conjunguntur, ut demere aliquid aut intercipere non auit, qui consertam momentorum seriem intelligit. *Bæclerus.*

Tu interea loci] In libro Bembino hic ascriptum est: *Loci*, pareleon: nam *loci* omni significationi addi solet. Ennius: 'Flamma loci postquam conclusast turbine sævo.' *Færnus.*

17 *Coniucupletasti*] Divitem fecisti. *Eugraphius.*

19 *Cujus nunc me pudet*] Patris me pudet et miseret, qui frequenter harum mores dixit mihi, et frustra monuit. *Idem.*

Cujus nunc pudet me] *Ἀμφιβολία* eleganter usus est: 'Pudet me patris,' id est, *αἰδοῦμαι τὸν πατέρα*. ut in *Hecyra*, v. 2. 27. 'pudet Philumenæ.' ita loquitur Bacchis meretrix, 'pudet' sc. 'conscientia communis viri et pellicatus,' quod Donatus annotat. 'Pudet' enim, ut amplius ibi notatur, 'duo significat: sive ille peccavit, quem pudet, sive ille, cujus pudet. pudet me patris et miseret: pudore afficior et misericordia, si parentem meum cogito: pudore quidem, quod inobediens illi factus sum, et admisi, quorum me poenitet: misericordia autem, quod multum laboris in me corrigendo et monendo frustra sumsit. Tali loquendi genere, 'pudor patris, et misericordia hujus,' in *Andria* dicuntur. *Bæclerus.*

Cantabat mihi] Sæpe repetens monabat. 'Hæc dies noctesque tibi canto nt caveas.' *Plaut. Trinum. Farnabius.*

20 *Monuisse frustra, neque eum pot.]* Hæc suspendunt aliqui ab illo quod

præcessit; *pudet et miseret me patris, monuisse frustra*: ut trajectio verborum admitteretur. alii *παθητικῶς*: hic novam ordiuntur sententiam: *monuisse frustra*, sc. oportetne? nonne indignum est, frustra monuisse? vide *Guyetum. Bæclerus.*

21 *Quod tamen nunc fac.]* Vide *Chrestomath. voc. Gratus. Idem.*

Cum gratum esse potuit, nolui] Circa istud *gratum*, satis sæpe errant Interpretes Gallici; credunt enim *gratum*, id significare quod dicimus, *agréable*, male, ut hoc loco. Vertendum: *Lors qu'on m'auroit en obligation*; Vel, *lors qu'on m'en auroit tenu bon gré*, quod a Latino est, &c. Vide *Notam paulo inferiore. Faber.*

24 *Nam et vita est*] Prima propositione volens servus solvere errorem suspitionis Cliniae, dicit, Et vita est eadem amicæ, et animus ille qui circa te fuit. verum meminisse debemus duas res esse propositas, ut et vita eadem probetur, et idem animus. Potuit enim in eadem muliere castitas perseverare, ut esset eadem vita, non tamen idem animus: potuit namque oblivisci amatoris sui, et non eum desiderare. Ideo adjecit: 'Et animus te erga idem ac fuit.' *Eugraphius.*

Nam et vita est eadem, et animus te erga] Bene partitur ubique poëta, quod conficiendum est. Duo suspicabatur Clinia: ne collocupletasset se interim *Antiphila*, et, commutata paræ pudicæque vitæ consuetudine, quæstum occepisset; tum adeo, ne deservisset amores pristinos, alioque animum contulisset. utrique errori respondetur. *Bæclerus.*

25 *Quantum ex re ipsa conjecturam cepimus*] Ut diligens est Poëta! Cliniae conjectura ita tractabatur, ut 'concurrerent multæ opiniones' (II. 2. 3.); ei opponitur *conjectura*, non ex opinionibus collecta, sed ex ipsa re capta. Alii Codices habent *fecimus*. sed *Rivius τὸ cepimus* tuetur. *Idem.*

26 *Quid est obsecro*] Aliqui omit-
tunt *quod est*. cupit Clinia audire, quam
ex ipsa re conjecturam ceperint, de
vita et animo Antiphilæ: dic mihi,
obsecro te, quid est illud, quo mihi
fidem facias, vitam animumque An-
tiphilæ manere, qualis fuit? *Idem*.

28 *Ne quid hujus rerum*] Quod nan-
ciet servus anum peritisse, quæ ei ma-
ter esse dicebatur, ad causam mini-
me pertinebat. ideo adjecit: Hoc
primum tibi dico, ne aliquid harum
rerum ignores. *Eugraphius*.

Ut ne quid hujus rerum] Vide Guyet.
Bæclerus.

30 *Alteræ dum narrat*] Hic jam
præmissio alterius narrationis effecta
est. Nata est suspicio ut quærere-
tur, quæ sit altera: cujus narratio-
nem differt: prior enim est de amica
Cliniæ narratio. *Eugraphius*.

In itinere alteræ dum narrat] Pris-
cianus hujus versus exemplo ἀρχαλο-
μύθον illum declarat lib. vi. et xiii.
Bæclerus.

Alteræ] Alteri. ut 'nulli' Andr.
act. iii. sc. 5. et 'soli' Eunuch. act.
v. sc. 6. Cic. l. ii. de Divin. 'aliæ pe-
cudis.' sed vide Grammat. nostram.
Farnabius.

31 *Quanam est illa altera*] Bene de-
siderat Clitipho hoc scire, et vix
æquo animo patitur, se differri; qua-
si præsagiret aliquid ad se pertinere.
Bæclerus.

33 *Jam primum omnium*] Vita An-
tiphilæ cognoscenda datur, accuratissi-
ma ac pæne curiosa descriptione, a
summo ad imum. *Idem*.

34 *Ubi ventum ad ædes*] Hic ergo
brevis omnia argumenta, quæ a
summo ad imum sunt, colligamus.
Ac primum collocetur. Casta est
mulier, et eadem quæ fuit ante, per-
severat: quod annus processit: quod
ostium aperuit: quod continuo in-
gressa est servus: quod postquam
ingressus, statim annus pessulum rur-
sum foribus obdit: quod ad lanam re-
dit: quod texentem telam studiosæ

ipsam invenerit: quod mediocriter
vestitam: quod sine auro: quod ita
ornatam, quemadmodum sibi orna-
tur: quod nulla mala re expolitam
muliebri: quod capillis ab ea rejectis
circum caput fuerat negligenter:
quod cum ancilla ea texebat, pannis
ipsa contexta. Hæc sunt quæ vitam
probant. Rursus subjungitur, an
idem animus circa Clisiam perseve-
ret. Ideo interrogavit: 'Quid ait
ubi me nominas?' Subjungit ille:
'Ubi dicimus redisse te,' &c. Ergo
et hic conjectura est, an idem ani-
mus perseveret. Probamus autem
quod perseveret, ex eo, quod ubi te
nominavimus, 'Mulier telam deserit
continuo, et lacrimis opplet os totam
sibi, ut facile scires, desiderio id fieri
tuo.' Completa igitur omni re, ad
alteram narrationem necessario cito
devolvitur, ut ostendat quæ illa al-
tera sit mulier, de qua ante dixerat.
Eugraphius.

Ædes] Servius in ii. *Æneid*. Omne
ædificium *ædes* dicuntur. Sed Varro
locum quatuor angulis conclusum æ-
dem vocari docet. revera *ædes* quæ
ab omni parte tecta est, non sub dio,
non oculo pervia, ἀσθη, ἀσθη. *Farna-
bius*.

40 *Mulieri*] Antiphilæ, virgini nu-
bili, ut sc. 2. hujus act. et supra hæc
ead. sc. *Idem*.

43 *Quæ cujuscunque ingenium ut sit*] E-
gregie tractatur hic locus in his-
toria Lucretiæ apud Livium l. 57.
Bæclerus.

44 *Texentem, &c.*] 'Ἐξ ἰστίου γὰρ ἀπέ-
ματο φιλοπόνηος πένυ. Menander. *Farna-
bius*.

45 *Vestitam, &c.*] Antiphilam. *Id.*

46 *Ejus annis causa*] Auctoritate
hujus loci Priscianus antiquum lo-
quendi morem probat lib. vi. et vii.
Bæclerus.

Annis causa] Veteres in quarta de-
clin. retinere gignendi casum in ia.
ut *annis, fructibus, Senatibus, testati* hu-
jus declinationis originem a tertia.

ante contractionem : adi Grammatic. nostram. *Farnabius.*

47 *Sine euro*] Ut statim intelligeret Clinia, illud aurum, quod portaretur, ad Antiphilam non pertinere. *Baelerus.*

Sine euro] Mundus nimius et cultus meretrici potius quam castæ convenit. 'Ad mœchum veniet lota cute, quando videri Vult formosa domi?' Juven. vi. sat. vide Phorm. act. i. sc. 2. *Farnabius.*

Ornatam ita uti qua ornantur sibi] Nollem ejectos hos duos versus, a Guyeto. exquisiti generis sententia est, *sibi ornari*; non ad aliorum oculos scilicet tenendos. Bene Gallus interpretas : *pour leur necessité, et usage de la maison tant seulement, sans vouloir entre regarder ny aimer des hommes.* Vide, quid sit non sibi, sed amatori ornari apud Plautum Mostellar. i. 3. 10. et 11. *Baelerus.*

48 *Nulla mala re esse expolitam muliebri*] Vide de hoc genere Plauti Pseud. i. 2. 10. &c. Mss. nostri, ut diximus, omnes habent : *nulla malam re.* sicut et de aliis Lindenbrogius in erudita annotatione testatur, nonnulli *malas* præferunt. vide Georgium et Franc. Fabricios, Færnus, et alios. *mala res muliebris*, an Latine dicatur, non immerito dubites. *Idem.*

Nulla mala, &c.] Non cernosa, stibio, purpurisso, aliisque offuciis et pigmentis fucatam. Nonnulli codd. habent *malam*, alii *malas*. *Farnabius.*

50 *Reiectus negliger, pax*] Dictioni *pax*, hæc verba in libri Bembini margine ascripta sunt; 'Transquillantis, admirantis, et sollicitudinem adimentis.' sic infra, 'Unus est dies, dum argentum erit: pax. nihil amplius.' Færnus.

Pax] Priscianus vocat adverbium comicum, Græcum; et explicat, *παρὰ*. lib. xiv. *Baelerus.*

Pax] Interjectio silentii, vel approbationis; Plauto frequens. Pseud. act. v. sc. 1. Mil. iii. 1. Stich. v. 6.

Huc respexit Ausonli Grammatico-mastix in Idyllio 12. 'Totum opus hoc sparsum; crinis velut Antiphilæ, pax.' ad quem locum vide Jos. Scalig. lectiones. ut infra act. iv. scen. 3. *Farnabius.*

52 *Subtegmen nebat*] Libri antiqui, inter quos Bembinus, *subtemen.* et huic dictioni in eo libro hæc adscripta sunt: 'Subtemen dictum ab eo quod subeat stamen.' Færnus.

Præterea una ancilla erat, Ea tenebat una pannis obrita] *Ancillula* legendum ex iisdem antiquis: præterea ex libro Bembino ita hi versus sunt ordinandi, ut *erat* pertineat ad inferiorem versum: aliter non stat ille senarius. *Idem.*

Præterea, &c.] Καὶ παραπρὸς ἦν μία. αὐτῇ συνήφαρε ἑνταῦρος διακείμενη. Menander. *Farnabius.*

53 *Pannis obrita*] Ut Eannch. act. ii. sc. 2. *Idem.*

56 *Scin tu hanc, quam dicit sordidam*] Rivius, ex Calphurnio, *sordidatam* refert ad illud, *pannis obrita: sordidam*, ad illud, *illuvie immunda.* et erudite explicat. Vel sola auctoritas Ciceronis, qui eodem genere loquendi utitur, efficere debuit, ne Guyetus deleret versum. *Baelerus.*

Sordidatam, &c.] *Sordidatam* referant ad vestitum, *sordidam* ad illuvie. *Farnabius.*

58 *Cum ejus tam negligeretur internuntii*] Hinc item adscriptum in libro Bembino: 'Internuntios pro servis posuit, sed sententia hæc ita est, qui non negligerentur, si essent internuntii.' Færnus.

Internuntii] Ministri et ministræ; internuntium, conciliatrices. *Farnabius.*

59 *Munerarier*] Ovid. de Arte Am. l. ii. v. 251. *Idem.*

62 *Quid ait, ubi me nominas*] Hactenus demonstratum est, quod vita Antiphilæ, sive consuetudo vitæ, a priori nihil immutata sit: nunc, quod animus erga Cliniam idem, qui

fuit, maneat, declarandum est. *Bacclerus.*

64 *Mulier telam deserit*] Non displicet mihi *deserit*, sed quod est in libro Bembino magis antiquum videtur, *telam desinit*, ut dicimus, desinere artem. *Faërnus.*

Mulier telam deserit] Ut apud summum poetam in diverso affectus genere (*Æn.* ix.), 'Excussi manibus radii, revolutaque pensa.' *Bacclerus.*

68 CLIT. *At ego nihil esse sciebam Clinia*] Verbo *sciebam* hæc in eo libro interpretatio adjecta est, 'Quod timebas.' *Faërnus.*

69 *Agedum vicissim, Syre, dic*] Nunc ad alteram argumenti partem transit narratio: et, quo pacto error fabulæ conseratur deinceps ostendit. *vicissim* bene explicat Guyetus. *Bacclerus.*

70 *Adducimus tuam*] Quo facilius blandiri adolescenti possit.* *Eugraphius.*

71 *Quo illam adducis*] In libro Bembino et aliquot aliis est, *ducis*. *Idem.*

73 *Non fit sine periculo*] Quoniam interrogatus servus, quo duceret Bacchidem, respondit, ad patrem. Quod ægre ferens adolescens, cum indignatione audacem servum pronuntiavit, continuo ille respondit, facinus magnum et memorabile fieri nunquam posse sine aliquo periculo. Ita in hoc quoque periculum est, cum patre præsentem in domo futura sit metretix. Tamen studet, ut nihilominus cæleri possit. *Eugraphius.*

Non fit, &c.] *Μέγα καὶ ἀπερίβητον ἔργον.* Menander, Plotio, Cui contrarium illud Juvenalis xiv. Sat. 'Nullus enim magni sceleris labor,' ad quem Scholiastes laudat hunc Terentii locum. *Farnabius.*

74 *Hoc vide; in mea vita*] Scelus, quam astutus ad gloriam! Siquidem meo periculo tu tibi comparare vis laudem. *Eugraphius.*

Hoc vide] Vide hoc factum! en

facinus! præmittitur reprehensionem admiratio, vi exaggerandi. *Bacclerus.*

In mea vita] Ut alibi, vita, non respos, *mes interets, ma fortune.* Faber.

75 *Modo quid sugeris*] In quo negotio si te fefellerit aliqua consilii pars, ego continuo perierim. *Eugraphius.*

76 *Quid illo facias*] Quid deinde facturum es. At enim pendens oratio hac intercessione efficitur adolescentis, qui non patitur eum ambagibus circuire. Ideo enim dicit, 'Quid enim?' *Idem.*

77 *Ita res est*] Hic nunc voluit servus quasi quandam similitudinem dare, ut sic ostenderet, quale sit illud consilium quod ipse disposuit. Sed quoniam similitudo cum datur, quidam est in oratione circuitus, idcirco adjecit, 'Quas, malum, mihi ambages narrare occipit!' Denique et alter adolescens hoc intellexit, unde adjecit: 'Syre, verum hic dicit; mitte ista quæso.' Scilicet externa et per similitudinem translata, unde admonuit eum quod dixit, 'atque ad rem redi.' *Idem.*

Quas, &c.] Aposiopesis, oratio imperfecta, ex Clitiphonia impatientia audiendi, dum interrumpit Syri quasi, confer Thrasonis quasi Eunuch. act. iii. sc. 1. *Farnabius.*

79 *Enimvero reticere nequeo*] Multimodis injuriosus Clitipho es: unde jam tacere non possum. Bene indignationem suam servus extulit, quo facilis sibi adolescentem per suam iracundiam præpararet. *Eugraphius.*

Multis modis injurius] Ex ratione versus legendum *multimodis*: ut in Andria emendavimus, ex fide libri Bembini. *Faërnus.*

80 *Audiendum hercle est, tace*] Non cogitavit negligenter Janus Gullielmus, cum suspectavit hunc versus Clitiphoni non interloquenti silentium imponentem. nisi ita velis accipere: quasi Clinia Syri incusationem, (*multis modis injurius es neque ferri potis es*) ad priorem Clitiphonis ira-

cundiam (*quas, nulum, ambages*) retulerit : atque adeo, ne iterum obloqueretur, prævenerit. medium enim se gerit Clinia : et sicut modo Syrum commonuerat, ut ambages vitaret, ita nunc Clitiphonem aliquid Syri orationi, cuius principium ægre ferebat, iracunde reponere parantem coërcere videtur. *Baclerus.*

81 *Vis amare, vis potiri, &c.*] Adolescentem *παρέρχουσιν*, et ad audendum adhuc rudem, per gradus præparat veterator : periculis voluptates emi ; quæ subterfugere, vel stulti vel segnis amatoris sit. Deinde illuc pervenit, ut metus periculi minuat adolescenti : tutum enim esse, rectis verisque rationibus ita provisum destinatumque consilium, ut ad finem votorum scilicet et statim perveniri queat. Sic accenso, et requirenti, consilii summam cum aperuisset, neque præbasset, ad illud ultimum servilis contumaciæ præsidium descendit, quo etiam in Andria Davus Pamphilum mitigaverat : ‘ Melius tute reperi ; me misum face.’ Tum demum Clitipho, inter spei metusque ancipitia destitutus, Syro se suasque omnia permittit. *Idem.*

82 *Haud stulte sapio*] Non stulte, inquit, sapio, et cum amas, et potiri desideres, et pecuniam dari, interea tu nullum periculum velis sustinere ; Hoc autem stultitiæ est, protinus velle id, quod non potest contingere. *Eugraphius.*

84 *Aut hæc cum illis sunt*] Ant enim debent fructum et potiundi utilitatem cum periculo sustinere ; aut pariter et commoditas omittenda est, si periculum devitatur. *Idem.*

Aut hæc, &c.] Aut pericula cum et pro emolumentis subeunda, aut emolumenta illa, amare, potiri, habere quod des illi cum periculis simul amittenda. *Farnabius.*

Aut illa cum his amittenda sunt] Mittenda versus exposcit, et ita etiam habet liber Bembinus. *Færnus.*

85 *Harum duarum nunc*] De duabus illis propositis conditionibus aut periculum, aut fructum capiat, aut, si periculum fingat, utilitatem etiam pariter contemnat. Ex his, inquit, quamlibet conditionem eligat. *Eugraphius.*

Harum, &c.] Periculi, aut fructus. *Farnabius.*

86 *Etsi consilium, &c.*] Incitare adolescentem cupit, ne frustra operam perdiderit, quod meretricem adduxit : itaque ostendit tutum consilium esse, quod suscepit ut apud patrem amica sit sine metu : et argentum, quod promissum est, inveniri possit. *Eugraphius.*

88 *Tum illi quod argentum es pollicitus*] O. l. s. tum quod illi : et stat trochæus, si vel ex quod d, vel ex illi unum l elidas. *Færnus.*

89 *Orando surdas jam aures reddideras mihi*] Me obtundere, aures meas obtundere, non destiteras. dictum, quasi quadam *παρέρχουσιν* dicitur. *Baclerus.*

90 *Siquidem hoc fit*] Quam cito est motus adolescens, quando utrumque esse dixit præparatum ? et ut amica in domo patris sine metu sit, et argentum ei quod debitum est, reddi possit. *Eugraphius.*

Experiundo scies] Ipsa actione expertus agnosces. *Idem.*

91 *Assimulabimus*] Protasis ex parte Clitiphonis. Bacchis simulabitur esse amica Clinia : Antiphila ducetur pro ancilla Bacchidis : extorquebitur argentum a sene quod Bacchidi Clitipho promiserat. *Farnabius.*

94 *Immo ad tuam matrem deducetur*] Liber Bembinus *abducetur*. et trochæus optime constat. *Færnus.*

95 *Fabula*] Nugæ sunt istæ, moræ gerræ. *Farnabius.*

96 *Nihil satis firmi*] Nullam rationem video firmitatis in consilio, ut debeam talem metum suscipere, ut apud patrem amica mea sit. *Eugraphius.*

97 *Mane habeo aliud*] Hoc irridens dicit. vult enim obvius ire meretrici, et dicere ut domum revertatur. Aliter enim incitari adolescentis animus non potest, qui fastidiosus coepit esse per copiam, nisi id quod cupit denegetur. *Idem.*

Mane habeo aliud] Augetur gratia ironiæ, quod Clitipho accipit, tanquam serio dicta: adeoque τὸ ἀποροδοχῆτε consequentis orationis percellitur. *Bæclerus.*

Mane, habeo aliud] Indignatus Syrus improbari a Clitiphone consilium suum, simulat se aliud invenisse, quod absque periculo fiet: obviam se iturum Bacchidi, dicturumque ut domum revertatur. *Farnabius.*

101 *In aurem utramvis otiose ut dormias*] Proverbiale est, sicut ex Plauti Pseudolo (i. l. 121. &c.) patet. ubi, cum servus δειστροφεύς extulisset captandi joci causa: 'De istac re in oculum utramvis conquiescito'; adulescens corrigit: 'Oculum utrum, anne in aurem?' respondet servus: 'At hoc pervulgatam est minus.' *Bæclerus.*

In aurem, &c.] Ex Menandri Plocio. 'Ἐν' ἀυφωρέαν ἰν' ἐπικλῆπος ἡ μάλα καθυδῆσεν. unde lusit Plautus Pseud. act. i. sc. 1. 'De istac re in oculum utramvis conquiescito. CA. oculum utrum, anne aurem? PSEUD. At hoc pervulgatam est nimis.' h. e. ut animo sis securo atque otioso. *Farnabius.*

102 *Quid ego sum? &c.*] Hujus loci explicationem Musæus reperit, Guyetus absolvit. *Bæclerus.*

Tunc? quod boni] Præcisa hæc oratio ordine tali: 'Tunc? quod boni est fruar, dum licet.' Rarus alia præcisa: 'Nam nescias.' cujus ordo est: Ejus sit potestas posthac nunquam. *Eugraphius.*

104 *Datur modo*] Delemus dictionem modo, quam in nullo l. s. invenimus. *Færnus.*

108 *Concaluit*] Calore subito con-

citatus est. *Eugraphius.*

Concaluit] Irane, an amore? ut Eunuch. act. i. sc. 2. hæc conversus ad spectatores. *Farnabius.*

113 *Quasi minor istic*] In hoc consilio magis mihi periculum propositum est, quam tibi. Nam si aliquid adversi contigerit, tibi verba sunt præparata, mihi vero verbera. Unde hanc rem negligere omnino non possum. *Eugraphius.*

Istic quasi minor] O. l. s. quasi istic minor. stat autem senarius, si ex istac s. elidas. *Færnus.*

115 *Verba, &c.*] Paronomasia. *Farnabius.*

116 *Quapropter neutiquam hæc res*] In o. l. s. hæc verba hunc ordinem habent: *quapropter hæc res neutiquam: in neutiquam autem sit dialysis, et remanet anapæstna. Færnus.*

Mihi] *Mihi δευκνῶς. Farnabius.*

118 *In eum jam res rediit*] Intelligit Clinia, cum apud illum sit hospes, necessitatem sibi impositam, uti hoc, quod ab eo petitur, negare possit, ut assumet amicum snam esse meretricem. *Eugraphius.*

119 *Ut sit necesse*] Liber Bembinus et hic et alibi habet *necessus, pro necesse. Færnus.*

Ut sit necesse] Ex Menandra. *Τῶτα γὰρ ἔστι δεικνῶς, δὲ ἐν ἡμέραις γήγεραι, ἡ κατὰ νόμους, ἡ ταῖς ἀνθρώποις, ἡ γὰρ τῶν ἑσθῶν τῶν. Farnabius.*

120 *Verum illa ne quid titubet*] Plant. Pseud. iv. l. 32. 'et vide ne titubet.' et cum explicatione: 'querabo meis præceptis Simiam, Quid agat, ne quid titubet, docte ut hanc ferat fallaciam.' *Bæclerus.*

122 *Quæ solet quos spernere*] Clitiphonis hæc verba sunt; quæ male in impressis codicibus Cliniz tribuntur. res ipsa expostulat, quod dixi: *quæ solet quos spernere: accipe quos? i. e. quales, quantos homines. Idem.*

Illis, &c.] Bacchidi, quæ solet alii quos amatores spernere. *Farnabius.*

125 *In tempore ad eam*] In occasione:

ut: 'Sola viri molles aditus et tem-
pora noras.' *Eugraphius*.

[In tempore, &c.] 'Romana sic est
vox, 'venito in tempore.' Vester quo-
que ille Comicus Terentius Rerum
omnium primum esse tempus autu-
mat, Ad Antiphilam,' &c. Ausonius
in Pittaco. *Furnabius*.

124 *Quendam offendi militem*] Hæc
fuit occasio, quod voluit miserum mili-
tem denegatione sua in amorem ampli-
us suscitare. *Eugraphius*.

[Nam misere quendam offendi militem]
Magis placet collocatio quæ est in
libro Bembino, nam *quendam misere*.
et erit ordo, misere orantem. hic quo-
que in eo libro ascriptum glossema
est, 'Misere, nimis: quia omne ni-
mium non bonum: alibi eam misere
amat.' *Færnus*.

[Misere, &c.] Valde, sollicite oran-
tem. *Furnabius*.

125 *Hæc arte tractabat virum*] Ut
alibi, 'astu tractare:' ita hic, *arte
tractavit virum*. Nimis animose Pal-
merius adverbium nobis pro nomine
obtrudit. *Bæclerus*.

127 *Eademque ut esset apud te ob hoc
quam gratissima*] *Eadem* adverbialiter
sumendum, quemadmodum et in an-
tiquo glossemate huius libri exponi-
tur, sic habente: 'Eademque anti-
que posuit pro una.' hæc ibi. Scau-
rus apud Charisium negans *obiter*
Latium esse, addit veteres consue-
visse dicere, *eadem*, non addentes,
via ut Plautus inquit: 'Eadem bibes,
eadem tibi dederò saviū.' Nos quo-
que apud eundem Plautum multa hu-
jus vocis in hac significatione reperi-
mus exempla, quorum hic aliqua sub-
jiciemus. In Menæchmis: 'Hercle
qui tu recte dicis; eadem ignorabi-
tur, Ne-uxor cognoscat te habere, si
in via conspexerit.' In Captivis:
'Ad fratrem modo captivos alios in-
viso meos: Eadem percontabor, ec-
quis hunc adolescentem noverit.' In
Milite glorioso: 'Eadem insidias da-
bo. Quam mox ad stabulum junix

Delph. et Var. Clas.

recipiat se pabulo.' *Færnus*.

*Eademque ut esset apud te hoc quam
gratissimum*] Ita legitur in editione
Fæрни, ex codice P. Bemb. An. 1572.
apud Juntas. At in editione Manu-
tii, *Eademque ut apud te esset ob hoc
quam-gratissima*. Quod plane inter-
polatitium est, ut multa sæpe apud
Muretum. Nam *eadem* est adver-
bium millies apud Plautum. Dein si
rò *eadem* esset pronomen, tunc in
oratione esset improprietas; nam di-
cendum fuit *ipsa*, non *eadem*, quod
sentire debuit Muretus. Gallice ven-
tendum: *Et que par même moiien elle
vous obligeast encore plus*. Faber.

130 *Impotens*] Ad affectus mode-
randos coram patre perspicaci, et
verba tua, nutus, gestus advertente.
Furnabius.

131 *Eversas cervices*] Quod jactan-
tia et superbi est penitus. *Eugraphius*.

[*Inversa verba, eversas cervices tuas*]
Hic ascriptum, *Inversa, ambigua, figu-
rata, eversas, dejectas*. at Eugraphius ita
exponit, 'Inversa verba quod adule-
scentuli faciunt, ut syllabarum ordi-
nem mutant, et intellectum confun-
dant. eversas cervices, jactantia et
superbia est.' *Færnus*.

[*Inversa verba, &c.*] Guyetus duos
hos versus delet. atqui priorem laudat
Nonius Marcellus. neque sane tan-
tum est incommodi in his vocibus, sic-
ut nonnullis visum est. *Inversa verba*
facile possunt explicari. sed *eversas
cervices* qui explanari, eum ego puta-
bo non vulgariter sapere. hoc unum
est, ubi Grammaticos pudere debuit.
An absurdum fuerit, legere *eversas
cervices*? nam *πληθυντικός* efferrī anti-
quitus, notius est, quam ut hoc loco
repeti debeat. *avertendi* causa, non
absurde; *covertendi*, nulla dari potest.
sed hæc attinguntur nunc, non expli-
cantur. *Bæclerus*.

132 *Gemitus, screatus*] Hæc omnia
adolescentuli faciunt, quotiescunque
videre, aut videri volunt ab his, quos
desiderant; ita sub quodam metu, ut

Terent.

4 P

quasi dum aliud necessitate conficiunt, sic impleant voluntatem. *Eugraphius*.

Gemitus, screpatus, tussis] 'Hæc adulescentuli faciunt,' &c. hæc ex *Eugraphio*. *Færnus*.

Abetine] Cohibe. 'Apage, potin' ut abstineas manum?' 'Sermonem,' 'Culpam,' &c. *Plaut. Farnabius*.

136 *Apud patrem, &c.*] Coram patre non erit. *Idem*.

139 *Itic? &c.*] *Clinia. Idem*.

SCENA IV. Trochaicis tetrametris catalecticis, Iambicis tetram. acatal. et Senariis constat scena. vs. 6. Mss. nostri omnes, ut edidimus. quid non permittunt sibi, qui graviter Mss. auctoritatem insuper habere in animum inducant suum? vs. 11. omnes: nisi prospectum interea aliquid nobis est. vs. 12. omnes: simul pro semel. vs. 17. omnes: vah. vs. 21. omnes: ingenio. et vs. 23. intuetur. vs. 24. disporii misera. B. quid stup. A. vs. 27. omnes: advenisse. duo, te, addunt. vs. 28. unus: expectata. quæ vox sæpius cum exopt. permutatur. *Bæclerus*.

Clitiph.] Hinc scenæ personam Clitiphonis addidi, idque necessario. Nam versu 20. ubi hæc verba leguntur, 'CL. Syre, vix suffero. Hoccine me miserum non licere meo modo ingenium frui?' Existimavere hæc a Clinia dici. Quid ita? Quia dictum superius Clitiphoni a Syro fuerat, *ambula*; sed in eo errare, quod non animadverterint id quod fit in theatro. Nam mox ad velum, quod scenam determinat, præ amoris impatientia, auscultaturus, osculatrus Thaidem, cujus ipse vocem audiebat, redit Clitiphio. Hæc cum ita sint, hoc possum affirmare, jamdum esse cum nemo hunc locum intellexit. Dein, quod haud præteriri oporteat, Clinia favebat Syrus; neque adeo mirum; nam absque ejus opera nil poterat fieri. Itaque de illo cum interrogasset Clitiphio, *quid ithic?* respondit Syrus, *Manebit*, et verum fuit: nam in scena perpetuo mansit, et cum Antiphila,

nemine prohibente, collocatus est. Quod dico, igitur, id certum est; atque, uti spero, qui Terentium amant, mihi ob hanc animadversionem favebunt. *Faber*.

1 *Ædepol te, mea*] *Hæc scena comparationem continet earum mulierum quæ amicæ sunt, ita ut uni serviant, et earum quæ plurimis sui corporis exhibent potestatem. Et ne videantur meretrices injustæ, defensio est, et quasi forma quædam hic controversiæ continetur. Res enim sunt meretricis, quum injustæ sunt amatoribus suis et adversæ, dum plurimum petant. Quam rem purgans meretrix, dicit se hoc quod faciunt facere necessitate, ne cum ætas abierit, et senectute extincta pulchritudo discesserit, inopia maneat, nisi antea quæsierint lucrum, quo possint sustentare decrepitam ac miseram senectutem. Eugraphius.*

Laudo, et fortunatam judico] Vehementer te beatam felicemque judico, cum id egisti, ut mores tuæ formæ convenirent. Ut oportuit, jam defensionem suam videtur meretrix exorsa. Siquidem scit quod oporteat fieri, et laudat eam quæ cum pulchritudine tenet integram castitatem. *Idem*.

Ædepol te, mea Antiph. laudo] Oratio hæc meretricis, quia ad honestam et pudicam virginem fit, nullam habet licentiam meretriciam: sed potius, quod poëta machinari solet, laudat conjugium et matronarum virtutem, probat Antiphilæ ingenium, fatetur diversos meretricum mores, et quodammodo excusat. *Bæclerus*.

2 *Mores ut consimiles forent*] O. 1. s. ut mores, ita melius habet trochaicus. *Færnus*.

Iti formæ, &c.] "Ὅταν φέσκει τὸ κάλλος ἐπικουμῇ τῶνος Χρησίδος, διαπλάσας δὲ προσὶον ἀλλοτρεῖται. Menander apud Stobæum. Socratis præceptum de speculo consulendo vide apud Diog. Laërtium, et Plutarch. Conj. præcept. Senec. Natur. quæst. l. i. Apul.

Apolog. *Farnabius.*

3 *Minimeque, ita me DI]* Etenim non valde miror, si cum his moribus et hac sis pulchritudine, ne non sit aliquis qui te diligat, et te sibi petat. *Eugraphius.*

Si te sibi quisque expetit] Vide Chrestomath. voc. 'expet.' Eugraphius videtur legisse, *quisquam*. quod et Argenteratensis codex præfert, et ex Palatino aliquo Pareus affert. ita enim interpretatur: *etenim non valde miror, si cum his moribus et hac sis pulchritudine, ne non sit aliquis, qui te diligat, et te sibi petat.* Quæ *παρδπαρς* tota minuit sententiam, quam Poëta auctum ivit. *Bæclerus.*

4 *Nam mihi quale]* Namque mores tuos mihi sermonibus indicasti. *Eugraphius.*

Quale, &c.] Sermo est animi *χαπαρ-ρhp*. Viva animi imago. Solon apud Lærtium. 'Loquere, ut te videam.' Plato. *Farnabius.*

5 *Et cum egomet]* Hic jam reparat accusationis defensionem, quæ in se esse possit: dicitque merito huiusmodi mulieres, quæ uni serviunt, hoc est, quæ se separant a vulgo, recte scilicet et bene facere. Nec minus mirabile esse, quod meretrices malæ sunt. Hoc enim dixit: 'Et vos esse istiusmodi, et nos non esse, haud mirabile est.' Vobis enim cum sit voluntas cum uno viro semper esse, debetis servare bonitatem: nos autem bonas esse non sinunt hi, cum quibus rem habemus. Nam propter pulchritudinem nostram amatores esse volunt, qui continuo mutant voluntatem, si fuerit forma mutata. Ergo nisi prospectum ante fuerit, desertæ et cum inopia in senectute vivimus. Unde sic purgatum, quod male audire potuisset, non iuste malas esse meretrices. *Eugraphius.*

6 *Vestrarum, &c.]* Vestri similium. *Farnabius.*

8 *Nam expedit vobis esse bonas]* In o. l. s. ita est, *bonas esse vobis.* et sta-

bit trochaicus, si, ex *bonas* eliso s, synalœpha sequatur. *Færnus.*

Expedit, &c.] Bene verit. utile est. *Farnabius.*

Non sinunt] Tales esse. 'Ipsa merces est autoramentum servitutis.' Cic. de Officiis 1. *Idem.*

9 *Quippe forma impulsu nostra, nos amant]* Hunc locum tractavit uberius Plautus Mostellar. 1. 3. 33. ubi ancilla annus ad meretricem iuvenulam: 'Tu ecaster erras, quæ quidem illum expectes unum, atque illi Morem præcipue sic geras, atque alios asperneris. Matronæ, non meretricium est, unum inservire amantem.' et cum illa exciperet: 'nolo ego mihi male te, Scapha, præcipere;' Scapha sic prosequitur, quod cœptaverat: 'stulta es plane, quæ Illum tibi æternum putes fore amicum et benevolentem. Moneo ego te; te deseret ille ætate et satietate.' adjicit suum exemplum: 'Postremo, si dictis nequis perduc, ut vera hæc credas, Mea dicta ex factis nosce. rem vides: quæ sim, et quæ fui ante. Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum, atque uni modo gessi morem: Qui pol me, ubi ætate hoc caput colorem mutavit, Reliquit deseruitque me. tibi idem futurum crede.' Repetit et divinat: 'At hoc unum facito cogites, si illum inservibis solum, Dum tibi nunc hæc ætatula est, in senecta male querere.' Hæc Terentius omnia, expedita *phœæ*, rotunde complexus est. *Bæclerus.*

10 *Hæc ubi immutata est]* Liber Bembinus *immutata*; quod et aptius videtur. nam immutari quid et in melius potest. *Færnus.*

11 *Nisi prospectum interea aliquid nobis est, desertæ vivimus]* Legendo *nisi si*, ut in libro Bemmino, et dictionem *nobis* delendo, quæ nec in eo libro, nec in Victoriano et Decurtato est, stat trochaicus, nec quicquam sensui deperit; procul dubio enim intelligitur, prospectum nobis. *Idem.*

12 *Vobis cum uno simul ubi aetatem agere decretum est viro]* Pro *simul*, scribimus *semel*, ex libro Bembino; ut sit ordo, *semel decretum est*. Idem.

Vobis cum uno semel ubi aetatem agere decretum est viro] Eadem descriptione et contentione utitur Plautus Cistellaria i. 1. 79. &c. 'Quia ego illum unum mihi exoptavi, quicquid aetatem degerem. Gy. Matronæ magis conducibile est istuc, mea Silemium, Unum amare, et cum eo aetatem exigere, cui nupta est semel. Verum enim meretrix fortunati est oppidi simillima, Non potest suam rem obtinere sola, sine multis viris.' Bæclerus.

Viro, hi, &c.] Adverte Syntaxin. *Viro hi.* Farnabius.

13 *Cujus mos maxime est]* Verum his moribus se sociant vobis, qui habent hunc morem, et similem voluntatem. Eugraphius.

Cujus mos maxime est consimilis vestrum] Quam honeste et sententiose de matrimonio loquitur! repetitur sententia, novaque elegantia vestitur Phormione i. 2. 94. 95. de adolescente marito; 'huc transtulit Amorem, postquam par ingenium nactus est.' Bæclerus.

14 *Hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini]* Ut hunc versum insititium ac delendum putaret Guyetus, vox vero effecit: quæ se approbare ei non potuit. Argentoratensis Codex habet: *atque hoc beneficio utrique ab utrisque vestrum devincimini*. Sane quin *τὸ vero* mutandum sit, vix dubitem. cetera sententia bona est et elegans, constabitque si vel, *ultra*, *legas*, vel, *beneficio uterque utrique vestrum devincimini*. s. *utrique utrisque vestrum*. quamquam illud elegantius est, si libri astipularentur. certe in memorum Mss. uno, *τῷ utrique* superscriptum est: *al. uterque*. nescio an malit aliquis tali remedio perfungi, quam recidere. In Phormione (v. 3. 17.) *legas*: 'quia uterque utrique est cor-

di.' Bæclerus.

15 *Ut nunquam ulla amoris vestro incidere possit calamitas]* Ut semper inter vos amor valeat, neque senectute aut ullo morbo discidium possit existere. Eugraphius.

Ut nunquam, &c.] Ut 'Quos irrupta tenet copula, non malis Divulsus querimoniis Suprema citius solvat amor die.' Horat. l. i. od. 13. Farnabius.

16 *Nescio alias; me quidem]* Quid agam, vehementer ignoro: illud certum est, nunquam meum me commodum sine illius comodo comparasse. Eugraphius.

Nescio alias: me scio quidem semper fecisse sedulo ut] Aliqui libri, inter quos Bembinus et Basilicanus, ita collocant: *me quidem semper scio*. quo modo oportebit ex *quidem* m. elidere: quamvis sequente consonante. vel forte *me quidem* erit, *me equidem*, elisa e ex *me*, quod et in scriptura, non solum in scansione fiebat antiquitus. dictionem vero ut libri Bembinus et Victorianus sequenti versui attribuunt. qui hoc modo fit octonarius ut sequentes. *Færnus*.

Nescio alias: me quidem s. scio f.] Quid Engraph. sibi vult, cum annotat 'Quid agam,' &c. ? corrupta hæc videntur. *nescio alias*: τὰ τῶν ἑλλαν γυναικῶν μὴ πολυπραγμονῶν. honesta, et apta virgini domi conclusæ oratio. alteram quoque partem Engraphii interpretatio facit elanguescere, quæ attollenda est in vigorem sententiæ destinatum: ego semper operam dedi, ut ex illius (amici mei Cliniae) comodo meum compararem commodum. illius longe efficacius est hoc loco, quam *alius*, quod Guyetus substituit. perpetua consuetudo stili Comici monstrat, et Interpretes monent, τὰ illa, ille, amatorie de nota persona usurpari, et τὴν ἐρωμένην aut τὸν ἐρώμενον notare. comparandi vox hic eleganter significat, ac si dixisset, ut meum commodum æstimarem ex ipsius comodo. exi-

gendo scilicet et comparando ad illius commodum. quam significationem proponit ac commendat Donatus, ad illud in Andria IV. 1. 3. 'Ex incommodis alterius, sua ut comparent comoda.' *Bæclerus.*

17 *Vah*] In libro Bembino est, *ah*. ut et exigit versus. *Faërnus.*

ÅÅ] Libri fere, *vah*, ex quo metri causa *τδ ah* fecerunt. Quod si spectatoribus, affectu Cliniae *κλολιδιώττος*, seu contentis ac tumentibus oculis, in Antiphilam adventantem conversi, animique motus vultu præferentis, cum admiratione acclamantibus, tribuimus hanc particulam, nihil erit, quod metro timeatur. *Bæclerus.*

ÅÅ] Clinia Antiphilam venientem prospiciens hæc secum. *Farnabius.*

18 *Ergo, mea Antiphila*] Adolescens venientem amicam intuetur, et secum loquitur, quod ejus amore factum sit, ut in patriam reverteretur. *Eugraphius.*

Ergo mea Antiphila] Semel sibi permisit Terentius, nec sæpius, ut induceret spectaculum, quod in theatro non facile exhibetur. Alias enim studiosæ abstinuit. Invenit tamen verba affectui paria, in quibus *ἐμπάβης* inprimis est hoc principium: *ergo mea Antiphila*. incomparabilis est vis in voce *ergo*, cum incipit orationem. *Bæclerus.*

19 *Num dum abs te absum, omnes mihi*] Cum enim abs te discessi, universos labores leves arbitratus sum, excepto hoc, quod te carebam. *Eugraphius.*

Omnes mihi labores] Quicquid durum, triste, molestum accidit: miseriæ, ærumnæ. *Bæclerus.*

20 *Tui carendum quod erat*] Ita magno consensu Mss. codices, nec ignotus est archaismus. *Bæclerus.*

Syre, vix suffero] Plus in sensu est, quam in verbo. *Idem.*

21 *Hocine me miserum*] * Hoc ingenio bono amicæ meo modo frui non licere vehementer ingemisco. *Eugra-*

phius.

Ingenio frui] Bembinus liber, *ingenium*. et erit ordo, *hoccine ingenium me frui non licere*: fruor enim, ut et alia verba usum significantia, amabant antiqui etiam accusativo jungere. Terentius in Phormione: 'Ut mihi tamdiu liceat quod amo frui.' Plautus in Asinaria: 'Ut sinat sese alternas cum illo noctes hanc frui.' *Faërnus.*

Hoccine me mis. &c.] Ordo est: *hoccine ingenium* (Antiphilæ scilicet tam honestum, tam cordatum) *non licere me miserum frui, meo modo?* meo arbitrato. deplorat, se non videre amoris sui exitum. *Bæclerus.*

Ingenium frui] Archaismus. ingenio. *Farnabius.*

22 *Ut patrem tuum vidi, &c.*] In quantum patris tui affectum et dispositionem perspexi, diu duras etiamdum partes dabit. sunt qui *puras* legi volunt, et *noctes* exponunt. mihi hic alta nox. *Idem.*

Diu etiam duras dabit] Palmerius legi vellet, *puras*, id est, ut ipse accipit, noctes sine puella; at id de patre dici non potest. Fr. Guyetus hunc versum plane delet, ut sæpe alios alibi; neque tamen ullam rationem cur debeat profert. Ego quidem loquendi modum e vulgari sermone Romano petittum puto, in quo subintelligebatur *plagas*, ut sæpe fit in ejusmodi dictis usitatoribus et e genere Comico, ubi nomen substantivum reticetur. *Plagas* autem *dure* phrasis Latina est, ut, 'dare ictus,' 'dare vulnera,' Ovidius. Virg. Lucret. Nos Gallice sæpe in comminando dicimus, *je t'en donneray*, ubi intelligimus ictus, scuticas, colaphos, &c. At, qui apud Terentium velint subaudiri *partes*, non vident metaphoram illam nullum hic locum habere posse. *Faber.*

Diu etiam duras dabit] Diu etiam durus...existet. *Eugraphius.*

Diu etiam duras dabit] Hic in libri

Bembini margine adscripta hæc interpretatio, 'H. e. durum se præbebit, vel absolute, duras, ut dicitur bonas ei dedit, vel dabit pœnas.' Cicero: 'Quam primum adveniens dedisti.' et in Verriis: 'Verum illa est præ.'* *Færnus*.

Diu etiam duras dabit] Sub plagas i. e. diu te satis cruciabit, te differet, suspensumque animi tenebit, antequam matrimonio Antiphilæ potiri queas. Calphurnius voluit subaudiri *partes* aut *lites*, quod merito equidem reprehendit Palmerius; sed infelicissime *paras* substituit. *Bæclerus*.

23 Qui intuetur nos] Multum fecit, in exprimendo affectu Clinix. nunc Antiphilæ animum concursione magnorum motuum liquescentem inducit; apta sexui et negotio commentus, quæ vix explicari verbis possunt. Estque hic locus totus actuosus. aguntur enim plura et demonstrantur, quam exhibentur. *Idem*.

Retine me obsecro] Deficit exanimis præ lætitia deliquio. *Farnabius*.

24 An. Disperii. BA. *perii misera quid stupes*] Sicut Guyetus corrigit, ita unus habet meorum Mss. codicum. alter eodem tendit in hunc modum: A. *disperii misera*. B. *quid stupes*? *Bæclerus*.

Quid stupes] Hoc loco, *stupere*, est deliquio animi tentari, *tomber en pas-*

moison ou en foiblesse. Vertendum igitur est, *d'où vous vient cette foiblesse?* vel, &c. Non autem, *pourquoi vous estonnez-vous?* Prius dixerat Antiphila, *Ah, retine me*. Gall. *Ah, je n'en puis plus, soutenez moi*; quia jam labebatur; nam *labi* idem sæpe est quod deliquium animi pati. Virgil. 'Labitur, et longo vix tandem tempore fatur.' *Faber*.

25 Cliniam, &c.] Etiam præ inopinato gaudio dubitat. 'Verane te facies, verus mihi nuntius adfers,' &c. *Andromache*. Virg. *Æn.* III. *Farnab.*

28 Antiphila maxime animo exoptata meo] Optime staret senarius, si *exoptatam* legeretur. et ita scripserat Terentium existimo. quod ut facilius credam, facit alibi quoque perversus mos, errorque librariorum a nobis observatus, qui finiente priore dictionem una littera, a qua posterior dictio inciperet, alteram earum litterarum sæpe omittebant. idque etiam in syllabis, atque aliquando in integris dictionibus factum est. *Færnus*.

28 Animo expectata meo] Ita Mss. meorum unus. adi. *Færn.* et *Guyet*. Sed qui addunt, *sc. ad cenam*, enervant sententiam, et rō *Æros* non intelligunt. *Bæclerus*.

29 Nam vos jamdudum expectat senex] Hic versus dividit fabulam: et eadem rationem moræ reddit. *Idem*.

ACTUS III.

SCENA I. Senariis constat. vs. 1. Mss. nostri omnes: *lucescit*. duo addunt *cur*: *cur jam cesso. jam cur cesso*. vs. 7. omnes: *nam quantum potero, adjuvabo senem*. vs. 11. duo: *ad miseriam*. vs. 21. omnes: *hic apud me domi*. vs. 37. duo: *perterrituisti*. unus etiam, *hunc*. et mox duo: *ea re coacta ingratus*. vs. 43. omnes: *veste et auro*. vs. 47. unus: *quod si iterum sit dandum*. vs. 53. duo: *facturum*. vs. 54.

Argent. sic me dii ament. vs. 64. omnes: *consurrant*. vs. 67. ut ed. vs. 89. omnes: *apprehendendus*. vs. 92. omnes: *paul. hoc negotii*. vs. 98. omnes: *judicent*. *Bæclerus*.

1 Luciscit hoc jam] Notandum ex hac comœdia, quod in nulla alia licet reperiri, ut biduum tempus in comœdia sit. Omnes enim uno die actus suos explicant, ex eo ipso quo cuncta effici possunt, ut aut nuptiæ cele-

brentur, aut cognitio fiat expo...aliquid. at hic bidui rationem versari intelligimus. Ergo dixit, 'Luciscit hoc. Habet hæc scena allocutionem, in qua ostendit se properare uti Menedemo nunciet filium rediisse: quamquam hoc nolit adolescens, cum patris sui nesciat voluntatem.' *Eugraphius*.

Luciscit hoc jam] Hemistichium Plautinum in Amphitruone, ubi *hoc* absolute pro cælo ponitur. ut et in Gurgulione: 'Nam hoc quidem edepol haut multo post luce lucebit.' et apud Lucretium libro quinto: 'Denique jam tuere hoc, circum supràque, quod omnem Continet amplexu terram:' putamus tamen ex gestu motusque dicentis addi aliquam demonstrationem: ut manus elatione, in cælumque suspectu. *Faërus*.

Hoc jam] Fabulæ hujus datæ actusque in ludis Megalensibus, duo actus priores acti sunt vesperi. curabatur nempe cœna, intermissa per noctem ludis transactam. reliqui tres actus sub lucem agebantur. vide prologum, et Jul. Scal. Poëtic. lib. vi. c. 3. *Farnabius*.

2 *Primum ex me ut sciat*] Erratum puto. Legerem, *primo ex me*, in casu sexto. Probatur ex act. i. sc. 2. 'Ut hanc lætitiâ nec-opinanti primus objicerem domi;' qui locus est huic parallelus. *Faber*.

Primum ex me ut sciat] Ratiocinator hic inducitur officii sui Chremes: et præparatur vices mutæ opis ac consilii. dum enim amicitiam modo cœptam tanto studio ac humanitate colit, dignum se ostendit cui Menedemus se committat, atque subinde, ubi usus erit, vicissim inserviat. *Bæclerus*.

6 *Cum illi nihil periculi*] Ut celem tam iusperatum gaudium, cum ipsi adolescenti nihil periculi sit, ex eo quod indicatur. *Eugraphius*.

8 *Ita ut filium meum amico, atque æquali suo*] In iisdem duobus antiquissimis libris est *item ut*. utroque mo-

do prima hujus versus syllaba ad præcedentem pertinet versum. *Faërus*.

10 *Est æquum, &c.*] Ex Menandro. *Γέρον γέροντι γλώσσαν ἡδίστην ἔχει. Παιὶς παιδί, καὶ γυναῖκα πρόσφορον γυνή, Νοσῶν τ' ἀγῆρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραγίᾳ ληφθεὶς ἐκφῶδες ἐστὶ τῷ πειρωμένῳ.* *Farnabius*.

11 *Aut ego profecto*] Hæc scena persuasionem habet, quemadmodum pater filium suscipiat, et falli se per servos sinat. Neque tanta facilitate utatur, ne corruptus filius moribus vivat, si semel facilitatem erga se patris agnoscat. Tenebit ergo divisiones, ut omnis deliberativa ab utili et honesto similiter fieri possit. quæ omnia suo loco plenius explicabimus, ne tantum ea quæ obscura sunt dicamus. *Eugraphius*.

Aut ego profecto ingen.] Quid aliud loqueretur, qui decreverat se cruciare? id est, dolori suo indulgere, remedia detrectare. Amplificatur ægritudo, cum fortunæ adversanti ingenium miserum sua ad dolendum mœrendumque proclive accedit, quod eo vehementius, scilicet, quo diutius suas ærumnas commentatur ac interpretatur. ita venit ad opus; ita discedit. hic in labore labor est. De phrasi dubitatur inter eruditos. Palmerius emendat; *Aut ego profecto genio egregio ad miseriam natus sum*. Acidalius et hic et in Plautino loco, quem Palmerius itidem correxit, *ingenium* tuetur. Uterque alias ingenio sæpe ad corrigendum plus satis prompto fuit. Sed ego malim hic auctoritatem librorum cum Acidalio sequi. videtur poëta quæsisse novitatem locutionis, ad exprimendam efficacius sententiam. ut sit, *egregio ingenio natus sum, περιφφδοει ἀδηνρῶν*: omnino præter ceteros natus sum, prorsus natus sum ad ferendas misérias. quid? quod *genius*, si pertenderes Palmerii opinionem, nihil posset aliud quam *ingenium* notare, si quidem Latine loquendi consuetudinem

velimus tutari. *Bæclerus.*

Ingenio] Al. *genio*, qui sc. infantibus, cum nascerentur, præficebatur. *Farnabius.*

13 *Adimere agritudinem hominibus*] Πάσαν λατρός τῶν ἀναγκαίων χρόνος ἐστίν. οὗτος καὶ σε νῦν ἰάσεται. Menander. Τοὺς ἔφρονες ὁ χρόνος, τοὺς καὶ φρονίμους ὁ λόγος τῆς λύπης ἀπᾶλλᾶττει. Epictet. apud Stobæum. *Idem.*

14 *Nam mihi quidem augescit magis*] Seneca (consol. ad Marc. 1.) ἡγορηκότερον: 'Illud ipsum naturale remedium temporis, quod maximas ærumnas quoque componit, in te una vim suam perdidit.' Sed hæc talia non congerimus. *Bæclerus.*

17 *Adibo, adloquar*] Liber Bembinus et Basilicanus ibo; quod magis versui servit. eoque magis id recepimus, quod particula *ad* mox sequitur in, *adloquar*. ut infra, 'Syrus est prendendus, atque adhortandus mihi.' cui loco ascriptum in libro Bembino glossema, quia ad hanc rem facit, hic ponere libnit: '*Prehendendus*: deest *ad*: sed ideo prætermisit, quia dicturus erat, adhortandus.' *Færnus.*

18 *Nuntium adporto*] Bene generaliter in nuntio votum futurum esse promisit, ut animus cupidus probari possit, cum non aliud suspicatur, quam quod in desiderio fuerat collocatum. Deinde jungit: *Numquid nunc de gnato meo audisti, Chremes?* *Eugraphius.*

18 *Nuntium apporto tibi, cujus maxime te pertii.*] Expectatam facit rem tali principio, et officio pretium conciliat mora. itaque primum de filio hoc tantum nuntiat; *valet atque vivit*. quod ad illud congruit, *habui filium, nunc habeam nec ne incertum est*. Sequitur plenum et solidum gaudium: rediit filius, *apud me est*. ut Menedemus Chremetem non consolatorem modo, sed fortunæ melioris interpretem et quasi conciliatorem sibi oblatum animadverteret. Tum vero senex, vix capiens gaudii sui modum,

admiratur, respiscit, frui cupit hoc nuntio: *meus gnatus! venit? Clinia meus venit?* per singula momenta animi commotionem signavit Poëta. et mox: *eamus, duc me ad eum, obsecro.* *Bæclerus.*

21 *Valet*] Temperavit primo nuntium, ut cresceret gaudium. Nam primo *valet, atque vivit*, inquit. quod utique diversum esse manifestum est. Nam *valemus* cum spiritum ducimus. *Eugraphius.*

Ubinam est] Parnm credit gaudii, quod sibi salus filii nuntiatur. Nunc de loco quærit. Ipse quippe qui ejus absentiam dolere videatur. * *Idem.*

Atque vivit, &c.] Vivit, atque valet. dicendum illud potuit absque hoc: contra, non hoc sine illo. *Farnabius.*

22 *Meus gnatus*] Cum iterum quod cupiebat senex audisset, tanquam parum credat, interrogationem repetit. Denique percussis omnibus cum confirmationem nuntii audisset, perseverat gaudium: ideoque adjecit, 'Duc me ad eum, obsecro.' *Eugraphius.*

27 *Non tu ei dixisti ut essem*] Non tu ei dixisti, quemadmodum nunc essem? *Idem.*

Non tu ei dixisti, ut essem. CH. non] *Consolando* hactenus juit Menedemum Chremes: nunc *consilii* tempus adest. quod ex omni parte egregium fecit poëta, ut prodesset ei, cui daretur; ut ei, de quo agebatur, conduceret; ut sene et amico consultore dignum esset. Hoc unum ad singularem *οἰκονομίαν* pertinet, quod, qui tanta aedulitate suadet, et de filiorum disciplina tam *πατρικῶς*, atque ut prudentia patria dignum est, disserit, sua se tractare mala, dum aliena in oculis habet, non sentit. Itaque non facile speciosius atque exquisitius tractatum invenias exemplum, quomodo ad aliena acuti, ad sua hebetes persæpe sint homines. *Bæclerus.*

Non tu ei dixisti ut essem] Quantum ab antiqua duritia illa immutatus, et ex acerrimo patre lenissimus

sim factus, qui nihil magis in votis habeat, quam fillo obsequi, largiri.
Idem.

28 *Quia pessume in te]* Hic jam incipit suasoria illa quæ animum patris componit, ut circa filium temperet lenitatem, aut largitatem nimiam, aut parcitatem. Utroque genere peccas, dum aut nimium largus es, aut ut ante nimium parcus. ex hoc, ut in unum malum ex diversis moribus venias. *Eugraphius.*

In te atque illum] O. l. s. *in te atque in illum.* eliditur autem unum l, ex *illum*, ut sit dactylus in quarta sede senarii. *Færnus.*

29 *Si te tam leni et victo animo esse ostenderis]* Patria auctoritas remitti aliquando, nunquam solvi debet, nisi velit pater, non sibi tantum, sed iis etiam, quibus gratificari studet, perversam gratiam vehementer officere. Temperavit Chremes reprehensionem, et ad mitiora vocabula transtulit, *animo tam leni*, inquit, *et victo* (quod proba admodum sententia additur) esse non decet. in hoc enim genere certaminis, filios patribus æquum est concedere, non patres filios. quod jam ante extulerat Chremes: *huncine* (patrem) *erat æquum ex illius more, an illum* (filium) *ex huius vivere?* *Bæclerus.*

30 *Non possum, satis jam, satis pater durus fui]* *Non possum* aliter facere, non possum contineri, quin faciam quod decrevi, ut antiquam illam duritiam in contrarium mutem. video, quantum peccaverim illa duritia; quantum mihi ærumnæ consciverim, quas gnato hactenus pœnas dederim. tanta igitur nunc mihi facilitate utendum intelligo, quanta ante sævitia filium coercui. *Idem.*

Satis pater, &c.] Quantum mutatus ab illo. *Farnabius.*

31 *Ah vehementer in utramque partem es]* Hic jam tempus fuit, nominatim reprehendere in Menedemo animum a vera vivendi ratione satis alienum.

Atque hic est cardo, ut sic dicam; totius argumenti: in Patrum nimia largitate, et nimia duritia. vel ubi in diversis considerantur personis; vel ubi in uno, hic quidem vere, in Adelphis non absque simulatione, conspiciuntur. Singulare est, in Menedemo exemplo, quod duritia nimia penitentiam, ægritudinem, miseriam peperit; et exinde præcipitem in contrarium defectionem. Neque futurum erat, ut duraret in illa quoque parte moris intemperanter demissi habitus: id quod prædicit Chremes, fore ut Menedemo non suare sit vivere, si videat rem et filium una perire. sed hoc periculum a Menedemo in alium transivit, nuptiisque filii, mutationibus novis adempta via est. *Bæclerus.*

In utramque partem, &c.] Sanum consilium monentis ut medium inter severitatem et indulgentiam teneat, nec incideret in Scyllam 'cupiens vitare Charybdim.' redi ad ea quæ supra adnotavi ad scen. 1. sub fine. et lege Senec. de Ira l. II. capp. 20. 21. 22. 23. *Farnabius.*

33 *In eandem fraudem]* Crimen: pœnam. Ulp. 'Capitalem fraudem admittere.' *Idem.*

34 *Primum, olim potius]* Hic tibi initium mali fuit, quod non filium permisisti ad mulierculam commeariquod tunc paulo videbatur esse contenta, cum omnia grata esse potuerunt, quæ filius faceret. At tu iniustitia cum adolescentem tuis sermonibus terruisti, exinde illa, coacta necessitate, ingratias coepit victum sibi querere. *Eugraphius.*

Primum, olim potius quam pat.] Exequitur, quod proposuerat: et nunc nimiam parcimoniam simul, et nimiam largitatem, sententiis ad disciplinæ Atticæ ingenium factis, demonstrat. in quo ad commendationem Clinicæ tendit, quod honestum tamen amore, non meretricium ab initio elegerit. Antiphilam ipsa injuria

commendabit: cui nunc Bacchidis mores per errorem aptantur. ut posset procedere hæc reprehensio, olim non sivist filium, dum honesta mulier fuit, amare; nunc, postquam inopia quæstum concepit, meretricem sumtuosam ei concedis. *Bæclerus.*

35 *Commecare ad mulierculam quæ paululo*] Hic versus stat, contractis in unam duabus mediis syllabis verbi *commecare*; ultima vero per synalæphen non elisa. aut forte senarius est generis confusi, admittens in principio trochæos, in fine iambos. *Færnus.*

Quæ paululo] Quam putavit Bacchidem, procacem, magnificam, sumptuosam, nobilem, cuiusmodi laudavit illam Clitipho, act. 1. sc. 2. *Farnab.*

36 *Cuique grata erant omnia*] Parce quippe et tenuiter vivere assueta, modicis muneribus gaudebat. opponitur hæc descriptio fastidio meretricum, quibus cum semper datur, semper affertur, nihil tamen satis pretiosum est. Hinc illud intertrimentum, illa fraus, in amatores, et eorum parentes. Plautinæ Comædiæ abundant exemplis. *Bæclerus.*

37 *Ea coacta ingratis post illa caput cictum vulgo quærere*] Ita per suspicionem et errorem personæ. conjectura tamen modestius utitur, tanquam de ea, cui præter peregrinitatem in oratione Menedemi nihil antea objici meminerat. *Idem.*

39 *Nunc cum sine magno intertrimento*] Unde modo sine magno dampno haberi non potest. *Intertrimenta* autem sunt, quæ intus terendo damna perficiunt. *Eugraphius.*

Nunc sine magno intertrimento, non potest] Hic adscriptum est in libro Bembino: 'Inter et de tantundem significant ad augmentum ostendendum. hinc dicitur, interfectus.' *Færnus.*

40 *Quidois dare cupis*] Scio enim quodcumque desideras dare. *Eugraphius.*

41 *Quam ea nunc instructa*] Verum ut possis intelligere, quemadmodum nunc illa meretrix instructa sit adversus filium tuum, et ad quam perniciem adjecta. *Idem.*

Instructa pulcre ad perniciem] Suavitatem comici sermonis arguit illa: pulcre, probe, præclare, egregie, cum quadam elegantiore ironia, provalde. *Bæclerus.*

43 *Oneratas veste atque auro*] Parum dixerat, ancillas decem, quæ res tantum in numero collocata videbatur: adjecit *oneratas veste atque auro*, ut pudori sit ancillas tales ita vestitas levi cibo pascere, aut certe servilli. *Eugraphius.*

Satrapes si siet, &c.] In iis notis quæ nuper Lutetiæ editæ sunt sub nomine J. Peyraredi, hoc legi: *il se sert de ce mot à cause que cette Comédie ayant été tirée de Menandre, les Rois de Perse regnoient lors en Asie.* sunt ipsa hominis verba, nihil in iis mutatum. Itaque, siqua illi fides, Menander ante mortem Darii Codomanni scripserit: mirabilem vero Chronologiam! Reges Persarum qui tandem illa tempestate Asiæ imperitassent, cum essent nulli! In Eunucho Terentii, quæ de Menandro versa est, Pyrrhi mentio fit; an ideo dicas eo tempore bellasse, quo Persarum Reges Asiæ dominabantur? Error sit pudendus. Nam Menander floruit sub finem Ptolemæi Lagidæ, et sub initia Philadelphii, temporibus Demetrii Poliorcetæ, et Demetrii Phalerei; quod ex veteri historia certissimum est, et tale aliquid apud Phædrum etiam legas. *Faber.*

Satrapes siet] Apud Babylonios satrapæ appellantur ditissimi, et satellites regum. *Eugraphius.*

Oneratas veste atque auro] *Eugraphius* ad vestitum ancillarum hoc refert. an oblitus est, quod supra posuit Poëta act. v. sc. 3. vs. 6. 7. 'Portant, quid rerum? aurum, vestem.' Mundum et supellectilem

meretricis gerebant scilicet illas ancillæ. unde hic senex: *adduxit secum ancillas, oneratas veste atque auro*, seu portantes vestem atque aurum, pompam enim meretricis voluit describere. *Bæclerus.*

Satrapes si siet amator] Receperunt Latini vocem peregrinam, de qua Brissonius, et alii hic ad modum proverbiî usurpatur, *Satrapes si siet amator, non queat sufferre nuntius*. Eugegraphius annotat: 'Apud Babylo-nios Satrapæ appellantur ditissimi, et satellites regum.' Græcis *σατραπεία* (nam et hi retinuerunt vocem Persicam) est *ἐναρχία*. *Idem.*

Satrapes si siet] Præfectus provincie apud Persas, quorum imperium in provincias CCCLX. quas Satrapias vocabant, a totidem Satrapis sub Magno Rege imperatas, a *מלך* *שטר* 'apparitor faciei.' *Farnabius.*

45 *Sit regas? sensi*] Rogas an sit intus? si sit? satis ego sensi. *Bæclerus.*

46 *Sensi: nam ei unam cenam*] O. l. s. *nam unam ei cenam*. et hic in libro Bembino adjectum est vetustissimum glossema: '*Sensi* cum gemitu pronuntia.' versus autem stat si spondens sit in *ei*, quemadmodum a Lucretio ponitur. *Fuërnus.*

48 *Pytissando modo mihi*] Quantum vini absumpserit vide, dum pytissat. Proprie autem *pytissare* dicitur, quod gustare, quasi cum quadam probatione expnere. Denique adjecit: '*Sic hoc dicens, Asperum pater hoc est, aliud lenius sodes vide.*' *Eugegraphius.*

Pitissando] Ita scriptum in editionibus Mureti et aliorum male. Sed bene in *Fuërnina*, *pytissando*, per y. Ibi ex codice Bembi longe optima nota est, his verbis concepta: '*Expressis labris spuendo, dum saporem vini probat.*' Ita me Deus amet isthuc Latinissimum est; et quod illius notæ scriptor dicit, id verissimum, nam *pytisso* fit a Græco *πυτίζω*,

at *πυτίζω* a *πύον*, quod est *spuo* Latino-rum. Unde *ἀποπυτίζω* apud Aristotelem, id est expno, respuo. *Pitisso* autem non potest e Græco fieri. posset *pipisso*, seu *pipizo*, sed alia esset significatio. neque enim bibitare seu potitare significaret, sed potum aliis præbere; quod ad hunc locum, ut-cunque sumas, minime aptum est. *Faber.*

Pytissando] Vide Chrestomath. *Bæclerus.*

Pytissando] Leviter quasi primoribus labris delibando: quid igitur bibendo tibi absumtum iri putas? *Farnabius.*

49 *Sic hoc dicens*] Dnrum hoc videatur. sed *μυσσοι* convenit, eamque evidentius signat. Egregie describitur illud delicatum fastidium, quo meretrices alienam apud mensam ligniunt, cum domi atrum panem ex hesterno jure avide deglutiant. *Bæclerus.*

Sic hoc dicens: asperum pater hoc est. aliud lenius] Dictioni *pater*, hæc adscripta sunt, '*Et hoc ei displicet, quod eum meretrix patrem appellet.*' Ceterum ordo horum verborum hic est, *dicens* scilicet Bacchis, *sic hoc*, subaudi, est. ut sit, hoc est, quod dicere solemus, cum quid vel impro-bamus vel mediocre esse ostendimus. *Fuërnus.*

Asperum] Austerum. *Farnabius.*

50 *Pater, &c.*] Honoris et reverentiae appellatio. *Idem.*

51 *Relivi dolia omnia*] *Linire* est contegere et operire: contrarium est *relivi*, id est, aperui. *Eugegraphius.*

Relevi dolia omnia] Vide omnino Guyetum. *Bæclerus.*

Serias] Vasa fictilia, in quibus vinum recondebatur, obturabant pice, calce, et resina. quod ego ipse testa conditum *levi*. hinc *relevi*, aperui. *Farnabius.*

52 *Omnes sollicitos habui*] Hoc est, ebrios. Significat enim *sollicitos*, id est, solo citatos, quod ebriis con-

tingit, quibus non sunt firma vestigia, sed motu corporis citi sunt. *Eugraphius.*

Omnes, &c.] Omnes habui servos variis officiis occupatos ac distractos dum iis ministrarent. *Farnabius.*

53 *Quem assidue exedent*] Quem quotidie comedent, vel certe frequenter. *Eugraphius.*

54 *Ut me tuarum fortunarum*] In meo damno magis misericordiam pro te passus sum, et pro fortunis tuis. *Idem.*

Ita me di amabunt, ut tuarum miserritum est] Non *ita*, sed *sic* est in o. l. s. et post *ut*, additur *me*. verbum autem *amabunt*, in libro Bembino exponitur pro *ament*. *Faërnus.*

Sic me di amabunt] Guyetus, *amassint* substituit. quanquam et Plautus ita loquitur Menæchm. II. 2. 6. 'Dii te amabunt.' id est, dii te ament. Quod sequitur, *ut me tuarum miserritum est fortunarum!* nondum pœnitet ita explicasse: ut me miseret tuarum fortunarum! nam et contextui aptius, et moratum magis est. *Bœclerus.*

55 *Faciât quod lubet*] Indulgentissimus Pater, et qui vehementissime Filium desiderabat, licet damna audisset, tamen omnia se dicit filio permittere velle, dummodo ipsum habeat in potestate. *Eugraphius.*

Faciât quod lubet; sumat, consumat, perdat] Ecce imaginem ejus, qui jam in alteram partem vehemens nimis est. qui antea parsimonia et severitate proterruerat filium, sive, ut profugeret, effecerat: nunc vel omnium fortunarum periculo et jactura domi retinere eum concupiscit. τὸ *sumat*, esse hic, fœnori sumat, vix persuadetur mihi. incremento notabili, *sumere, consumere, perdere, &c.* παραλλήλου posuit. *sumat* de meis, id est, sumptus faciât, &c. hoc enim impendio vult sibi stare præsentiam filii, cujus absentiam diutius ferre nequiverat. *Bœclerus.*

57 *Si certum est tibi*] Hic jam persuadet, ut illud quod supra diximus, velit adolescentis animo veluti nesciens dare, cum artibus servi inductam pecuniam dat, et ad luxuriam ministrat. Denique ipsum consilium suum, quod sit, proponit: 'Falli te sinas technis per servum.' An fieri possit adjungit: 'Subsensi illos hoc quoque agere.' Ex eo enim quod jam agunt et præparant, fieri potest. Deinde ab utili adjunxit, 'Et tibi perdere talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.' Melius est veluti nesciens plurimum perdas, quam sciens minimum: cum ex hoc filius quod licentiam agnoverit, jam ei lubebit majora committere. Dein adjungit ab honesto, 'Nunc non de pecunia,' &c. *Eugraphius.*

Si certum est tibi sic facere] Dixerat enim: *decretum est pati*. Nunc ergo consilii nova ratio nascitur: ut damnis quam minimo dedecore et noxa defungatur Menedemus, cui non minus jam decretum est, damnosum esse, quam antea miserum. Damnis ergo saltem moram aliquam interjiciendam; tum inprimis, ne etiam turpitudine filii ea cumulentur, providendum, egregius consultor monet. *Bœclerus.*

59 *Ut nescientem sentiat te id sibi dare*] Optima est Guyeti emendatio: *ut ne scientem sentiat te id sibi dare.* *Idem.*

Sentiat] Id est, credat. *Faber.*

62 *Etsi subsensi id quoque illos ibi esse*] Opportune hoc adjicitur: ne Menedemus, obsequi jam cupiditatis filii certus, moleste ferat ambages, et moras itaque etiam ἐγγήφου asseverata inculcat: *subsensi, illos ibi esse, atque id agere clanculum.* nimirum Syrus noster cum illo vestro servo consurrat: et ipsi conferunt consilia adolescentes, meus Clitipho cum tuo Clinia. jamjam ad te fallendum instruantur doli, mox argento te emungere parabunt. *Bœclerus.*

Illos ibi, &c.] In ea officina, in qua fabricant dolum aliquem quo te argento emungant. *Farnabius.*

Illo vestro, &c.] Dromone. *Idem.*

65. *Consilia adolescentes*] Suspiciatur Muretus scriptum a veteribus fuisse per geminum oo, *adolescens*; male, nam illa syllaba semper brevis est; nil variat. Sed pronuntiari debet sustinendo syllabam adjecta littera D, *consiliad adolescentes, &c.* ut *med* pro *me*, *ted* pro *te*, &c. ita in compositionibus verborum redigo, redamo, redhibeo, redintegro, &c. Ita et sensisse Lolgium apud Faërnium video; nam librum ipsius Lolgii nunquam vidi. Is ante Muretum scripsit, ut et Goveanus, (nam utriusque meminit Muretus,) quo etiam miror magis nullam hic ab eo Lolgii factam fuisse mentionem, aut ejus sententiam non sequi. *Faber.*

Et tibi perdere talentum hoc pacto satius est] Honestissimi generis sententia; ut et quæ sequitur: 'Non nunc de pecunia agitur: sed illud, quomodo Minimo periculo id demus adolescentulo.' Tam accurate, aliis sapit, qui sibi desipit! *Bacclerus.*

66. *Talentum, &c.*] Talentum minus seu profanum erat minarum Atticarum LX. majus seu sacrum CXX. minarum seu librarum Atticæ. *Farnabius.*

Minam] Mina major fuit drachmarum C. minor LXXV. *Idem.*

67. *Nunc non de pecunia agitur*] Ostendit honestum, et utile declaravit. Denique perseverat circa id ipsum, ut dicat: Cum enim intellexerit animum tuum, te prius vitam tuam proditurum et omnem pecuniam, quam abs te filium dimittas; vide quam fenestram ad turpitudinem, ad luxuriam, nequitiamque patefeceris, hoc est, quantam januam dederis, peccatorem perire. *Eugraphius.*

69. *Is intellexerit*] O. 1. s. ille intellexerit. *Faërnus.*

70. *Prius proditurum te tuam vitam,*

et prius pecuniam omnem] In libro Bembino scitissime atque appositissime adscriptum est, *Minor est pecunia quam vita; sed in oratione potiora nobis sunt, de quibus agitur.* *Idem.*

Prius proditurum te tuam vitam et pecuniam.] Gravi censura, sed citra offensionem, dum sermo ad Menedemi decretum accommodatur, indulgentia illa et lenitas prava notatur. Simul iterum exquisitum illud loquendi genus, quo ad vitam referuntur, quæ homini maxima sunt, in scenam venit. mox eodem pertinet: *Ut tibi porro non sit suave vivere.* Simplicissime: si intellexerit, te ita animatum esse, ut te ipse tuamque rem familiarem prodere velis potius, quam filium abs te amittere. *filium* significanter hic posuit. Guyetus ita exponit: 'Proditurum tuam vitam, i. e. potius amissuram vitam, vitæ jacturam facturum, quam abs te amittas filium.' Simplicius hoc fuerit, et nihil incommodi habuerit, si velis ad hunc modum interpretari. vide tamen an potius vita hic ea phrasi ponatur, de qua dictum: atque ut in *Andria* v. 1. 3. 'Dum studeo obsequi tibi, pene illius vitam filiæ?' quod idem est ac si dixisset, prodidi vitam filiæ. *Phorm.* 1. 4. 41. 'Vobis commendo Phanium, et vitam meam.' 'Vitamne tuam intandam aliis dedisse?' *Ph.* III. 1. 2. iterum *Andriæ* 1. 5. 37. 'Quæ mihi suum animum atque omnem vitam credidit.' In *Heaut.* II. 3. 74. 'In mea vita tu tibi laudem quæsitum is.' in quibus, ni fallor, τὸ τῆς φιλίας ἱκετεύειν eruditi satis agnoscunt. *Bacclerus.*

71. *Te amittas, &c.*] Dimittas, a te segrege. *Farnabius.*

74. *Licentia*] Maxima et pessima peccandi illecebra et lenocinio. *Farnabius.*

75. *Neque id putabit, pravum an rectum sit*] *Putabit*, ut alias reputabit, nihil pensi habebit, pravum an rectum sit. *Pravum an rectum.* Sic

Phorm. v. 2. 6. 'Qui recta, prava faciunt.' Horatius: 'Ædibus in nostris quæ prava aut recta gerantur.' *Bæclerus.*

77 *Ipsam non poteris pati*] Statim tu interire bona, et filium vivere luxuriose et malis operibus non patieris. *Eugraphius.*

78 *Dare denegaris*] Si denegaveris dare, quantum postulaverit, continuo eo decurret, ut minitetur, se hinc a te abiturum: qua scilicet una re animum se tuum expugnare posse, probe intelligit. *Eugraphius* enarravit sententiam illa annotatione: 'Sibi veluti remedium suscipiet,' &c. quasi legisset, 'Quod maxime apud te se valere sentiet.' *Bæclerus.*

Ibit illico ad illud] Sibi veluti remedium suscipiet, ut abiturum se esse minitetur, maxime cum scit apud te se plurimum valere. *Eugraphius.*

81 *Videre verum atque ita*] Videre mihi verum dicere, et ita quemadmodum res est. *Idem.*

Videre verum] Liber Bembinus, vera, et expositionem habet adscriptam; *Vera, utilia: Salustius.* Verba Salustii antiquitate detrita sunt. *Faërus.*

Videre verum, atque ita uti res est, dicere] Lucta animi exprimitur, videtur vera probantisque, sed lubidine et affectu in alteram partem allicefacti. *Bæclerus.*

82 *Somnum oculis non vidi*] Somnum oculis meis non cepi, quærens quemadmodum filium reddam. *Eugraphius.*

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis] Prudentiam consilii luculentis rationibus explicatam, fidei studique, i. e. animi vere amici, testimonio obsignat, atque adeo mensuram boni consultoris implet, cui proposito servit asseveratio, ipsa frequentatione verborum, in hoc versu, conspicua. *Bæclerus.*

Somnum, &c.] Somnum non admiserunt hac nocte, non senserunt oculi

mei. nam *videre somnum* Hebraismus est, ut *videre mortem.* et Aristophanes in *Vespis.* *πρὸς δ' ὁρᾷ τῆς νεκρῆς οὐδὲ παρῶν.* *Farnabius.*

83 *Tibi qui filium restitueram*] Scilicet ita dispositis provisique rationibus, ne te atque se perditum ire velit. talem, qui possit a te sine periculo, de quo dictum, suscipi. Itaque Menedemus dextram amici tam fidelis amplexus, ut pergat facere, quod cepit, orat; ac præsertim maturet rem effectam dare: neque enim desiderium filii posse se diutius ferre. *Bæclerus.*

84 *Crdo dexteram: porro te idem oro ut facias Chreme*] Liber Bembinus, *dextram.* ita stat versus, si tamen in te idem non fiat elisio. *Faërus.*

86 *Quod sensisti, &c.*] *Ἦθος,* animi per indulgentiam impotentis. *Farnabius.*

91 *Ne nos inter nos congruere sentiant*] Nisi congruere penultimam producat, ut quod forte sit secundæ declinationis, deducaturque a congrueo congrues, non stat versus, et necesse est aliquid deesse. *Faërus.*

Congruere] A congrueo, neque aliter scribere per metrum licet, ut Docti animadverterunt. Isthuc autem ab imitatione Græcorum profectum est: *τὸν αὐτὸν, τὴν αὐτὴν: γράφω, γράφω:* et quæ alia istius generis sunt pæne infinita. sic a *ῥέω, ῥέω, ῥέω;* unde *σὺ ῥέω,* Latine conrueo. *Faber.*

Congruere sentiant] Penultima ut longa sit exigit modulus, tanquam a congrueo secundæ Conjug. ut apud veteres viveo, claudio, diceo. Nonius ex Nævio. *Farnabius.*

93 *Vicini nostri hic ambigunt de finibus*] Litem vicini habent de limitibus. *Eugraphius.*

94 *Me copere arbitram*] Me iudicem esse voluerunt. *Idem.*

96 *Dii vestram fidem, ita comparat. esse hom.*] Auget iucunditatem hujus *ἥθους,* quod in utrumque senem invicem quadrat. sicut principio actus

ultimi. Simul et semel ea res exhibebitur. Ad sententiam convenit illud Plauti Persa iv. 4. 46. 'Quantum est adhibere hominem amicum, ubi quid geras?' *Baerlerus.*

97 *Itan' comparatam esse, &c.*] Sensus hic est: Satis miror cur prudentius sapit Chremes. An ita natura hominum comparata est, ut mellius videant ea quæ aliena sunt, quam quæ sunt sua? An hoc ideo fit, quia, dum nos in re nostra sumus, aut gaudio impedimur, aut ægritudine, animum occupatum adprehendendas vel respuendas res adhibere non possumus? *Eugraphius.*

98 *Aliena, &c.*] Οὐδὲς ἐν' αὐτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ, Πάμφιλε, Σαφῶς, ἑτέρου δ' ἀσχημονούντος βίβεται. Menandri sententias solet Terentius variare, alias per interrogationem, modo per admirationem, nonnunquam per contrarium. 'Nemo potest de se recte iudicare, quod nobilis Poëta testatur: Itane comparatam esse hominum naturam,' &c. Lactantius de falsa sap. iv. cap. 4. *Farnabius.*

102 *Dissolvi me ocus*] Clito reverens ab eo quo iverat Chremes, dicit, se ex eo negotio solutum, et amico operam traditurum. *Eugraphius.*

Dissolvi me, otiosus operam ut tibi darem] Barlando, qui hic hæsit, jam responsum est. vereor autem ne Guyetus quoque properantius, hunc versum sibi addititium videri, pronuntiaverit. Nisi enim Chremetem modo digressum, aliquo indicio Poëta reduxerit, valde ex abrupto, et inopinato, sequente scena audientur illa: *num me fefellit, &c.* non enim solet ita Poëta. Dixerit itaque Chremes ad Menedemum, jamjam domum suam ingressurum. *otiosus* legendum esse, *Faërnus* et *Muretus* ostendunt. *Mss.* nostri omnes habent *ocus*. Si legeretur, *dissolvi me, otiosus operam ut huic darem*, sequentis scenæ initio constituendus videretur hic versus *Baerlerus.*

Dissolvi me, &c.] Expedivi me ceteris negotiis, ut tibi vacem. *Farnabius.*

SCENA II. Senarii sunt. vs. 7. *Mss.* nostri omnes: *recte quidem.* mox duo: *sed te demiror.* unus: *admiror.* Arg. ad τὸ mane addit surrexisse. glossam scilicet. vs. 11. omnes: *hæc est meretr.* vs. 16. unus: *quasi si is.* vs. 18. duo: *scis ne factum esse.* vs. 19. omnes: *istum serv.* vs. 24. unus: τὸ invitum omittit. vs. 32. duo: *at nuncquid exp.* vs. 33. opines: *illius pro hujus.* vs. 43. duo: *in illum.* vs. 48. unus: *numquam commodius quam nunc h. a. l.* *Baerlerus.*

1 *Hac illac circumcursa*] *Servus*, argentum desiderans, quod dare meretrici possit, tamen hoc quod loquitur, non videtur domino præsentī esse suspectum. Quoniam enim supra dixerat *servus*, *Syrus* quasi in *Menedemum* dolos tendere, uti argentum meretrici per fallacias quæreret, ideo in senem generaliter dictum. Denique hoc suspicatus *Chremes*, quod si in *Menedemum* ita fiat, dixit: Num me fefellit hosce id struere? fortasse ille *Cliniæ servus* tardus est, ideo noster *Syrus* hanc provinciam sumpsit, hoc est, istud officium suscepit, ut ipse quærat argentum. *Eugraphius.*

Circumcursa, &c.] Apostrophe ad seipsum. *Farnabius.*

2 *Intendenda in senem est fallax.*] Pro *Clitiphone* inveniendum erat argentum: itaque in ejus patrem *Chremetem* intendendam esse fallaciam, *Syrus* intelligit. Sed *Chremes* *Menedemo* hæc parari autumat. πρὸς τὸ θυμῆpes τῆς κομῶδίας. *Baerlerus.*

Senem, &c.] *Chremetem*, quod tamen *Chremes* de *Menedemo* intelligit. *Farnabius.*

3 *Num me fefellit hosce id struere*] Cum prædixi scilicet *Menedemo*, scena præced. vs. 62. et seq. Quo enim magis decipitur bonus ille *Chremes*, eo magis sua sagacitate sibi placet. sicut in *Andria* *Simo*. *Baerlerus.*

Num me, &c.] Num me latuit? *Farnabius.*

4 *Est ille Clinix servus tardiusculus*] Omnes quotquot sunt l. s. verbum est habent post *tardiusculus*. nos tamen scribimus *tardiusculust*, ut versus stet, diphthongo in verbo *Clinix* dissoluta, et ex ille uno l. eliso. *Faërnus*.

Tardiusculus est] Infra v. 34. stolidus est. sc. ad fabricam aliquam fingendam, ad intendendam fallaciam, ad instruendam fraudem. comparatur servorum hinc calliditas, inde hebetudo; sicut in Andria Davi et Byrriæ exemplum habuimus. *Bæclerus*.

Ille servus tardiusculus] Dromo. *Farnabius*.

5 *Provincia*] Negotium, munus quærendi per technas argenti. Metaph. a provinciis Rom. *Idem*.

7 *Te miror, Chreme*] Te valde miror mane vigilare, qui heri tantum biberis. *Eugraphius*.

Sv. *Recte equidem te demiror Chreme*] Aliter habetur in libro Bembino, *recte equidem, sed te miror Chreme*: ut non post *recte*, sed post *equidem* distinguatur, quæ lectio non dubito quin vera sit. *Faërnus*.

Recte equidem] V. Gnyet. adjuvatur hæc reticentia vultu, quasi ad negligentiam composito. *Bæclerus*.

Recte, &c.] Nihil. Adelp. act. iv. sc. 5. *Æ. perii. Mi. quid est? Æ. Nihil. recte: perge.* *Farnabius*.

8 *Nihil nimis*] Non multum. *Eugraphius*.

Hæc tantum biberis, &c.] Heri. *Farnabius*.

9 *Nihil narras, &c.*] Gnyetus bene explicat. In annotatione Engraphii ad illud, *forma luculenta*, repetuntur verba Poëtæ, *ita non ut olim, sed uti nunc*. quæ fœde corrupta diligenter transcribunt editores. *Bæclerus*.

10 *Aquila senectus*] Aiunt aquilam in senectute, quod ei rostri superior pars vetustate et incremento curvata foramen includat, ad cadavera accedere, et sic sanguinem in potum sumere, et quodammodo bibendo vivere. Hoc igitur ait servus domino,

quasi bibendo totum tempus hesternæ cœna exegerit; visa vero est quasi 'aquilæ senectus.' *Eugraphius*.

Aquila senectus] Adulatorie gratulatur hero hilaritatem a vino, quod Plato ii. de Legib. interdictum pueris ad annum usque 18. indulsit senibus, ut redire ad juventutem videantur, molestiarum obliti. Interpretes ad bibacitatem senum referunt, ut qui potu magis alantur quam cibo, non secus atque aquilæ, quæ, rostro per senium adunco, prædæ carnibus vesci cum nequeant, sanguine epoto vicitant. Aristot. lib. ix. nat. animal. Plin. l. x. c. 3. Alex. Aphrodis. l. ii. probl. 127. *Farnabius*.

12 *Forma luculenta*] Non solum commoda et faceta mulier, et speciosa forma: ita enim ut olim seduci nunc sane bona. Hic intelligi datur, quod senex sciat eandem ante fuisse castam, ante pauperem, nunc vero, meretricio more viventem. Ideo adiecit servus, non quemadmodum antea bona, sed uti nunc sibi ipsi compararetur, sane bona. *Eugraphius*.

13 *Non ut olim, &c.*] Non ut in flore ætatis. *Farnabius*.

Clinia, &c.] Persuadere vult Chremetem, hanc Amasiam esse Cl. *Idem*.

15 *Avidum miser. atque arid.*] Vide Chrestomathi. *Bæclerus*.

16 *Vicinum hunc, nostin'? at quasi is non divitiis*] Postrema syllaba in divitiis vanescit per synizesin. *Faber*.

At quasi is non divitiis abundet] Ex more inopiam male meritis adjecit. *Eugraphius*.

Quid? ego nesciam] Ut facilius servum dominus incitare posset, quod cupiebat servo adjutore eum esse, ad tendendam in Menedemum fallaciam propter argentum, fingit se irasci servo Clinix, *Hominem, inquit, pitrino dignum*. Cui jungitur, *qui passus id fieri*? Callide servum, tanquam ignoret quid fieri debnisset, incusat, ut majorem suscipiat voluntatem. Qui

fallendi dominum hunc ipsum cum *
denique sibi hoc preparans, sic post-
ea dixit: 'Laudas qui heros fallunt.'
Idem.

19 *Pistrino dignum*] Servorum sup-
plicio. Andr. act. III. sc. 4. *Farnabius.*

Intum serrulum] Liber Bembinus
istunc servorum. Faërnus.

Servulum] Dromonem. *Farnabius.*

20 *Syre tibi timui male*] Ad specta-
tores versus, secum hæc, more Comi-
co. *Bacclerus.*

Syre tibi, &c.] Aversus, apud se
hæc Syrus. *Farnabius.*

21. 22 *Quid faceret? aliquid reperi-
ret, fingeret fallacias*] Quid facere de-
bebat? debebat aliquid reperire, de-
bebat fallacias fingere. *Bacclerus.*

24 *Atque hunc difficilem invitum ser-
varet senem*] Hic enim color adjicien-
dus fuit, qui mox amplius tractatur;
ne improbius loqui senex videretur.
quasi, quicquid in talibus peccatur,
utilitate ejus, qui decipitur rependeretur.
sive: non posse aliter nonnullis,
quam decipiendo juvari. *Bacclerus.*

25 *Garris*] Vernili libertate in spe-
ciem assumpta. Plautus plene: *nugas
garris*, Cnrcul. v. 2. 6. contradicentis:
non enim audebat Syrus credere al-
ter, quam deludi se ab hero. captat
uterque et captatur in hac scena.
Idem.

Garris] Nugavis, aliud atque loque-
ris sentiens. *Farnabius.*

Oportebant Syre] *Qua assolent, que-
que oportent.* Andr. act. III. sc. 2.
Idem.

26 *In loco vero laudo*] Bene adjecit,
ne perpetuam male faciendi licentiam
servis daret. *Eugraphius.*

In loco] Non semper et in omnibus;
verum quandoque et circumstantia-
rum opportunitate observata. *Far-
nabius.*

27 *Quippe quia magnarum*] Nam
quia fallunt tempore, maximum sæpe
remedium est, ne gravior ægritudo
videatur. *Eugraphius.*

Quippe quia] In libris antiquis est,
Delph. et Var. Clas. Terent.

quippe qui; et hæc dictioni hæc ad-
scripta sunt in Bembino: *Parelen:*
abundat qui. nos vero eam dictionem
etiam aibi invenimus, idem signifi-
cantem quod *quippe*. Plautus in Au-
lularia: 'Horum tibi istic mihi even-
niet, quippe qui ubi quod surripias
nihil est.' *Faërnus.*

28 *Magnarum sæpe remedium ægri-
tudinum est*] O. l. n. id remedium. Id.

30 *Jocone an serio illa*] An consilio
isthæc dicat, an joco, intelligere non
possum: unum tantummodo intelli-
go, quod mihi ad hoc, quod disposui,
cumulat voluntatem. *Eugraphius.*

Jocon' an serio illæc dicat nescio] Ite-
rum ad spectatores conversus, secum
loquitur. *Bacclerus.*

Jocone an serio illa] Hæc aversus,
apud se et spectatores. *Farnabius.*

31 *Nisi mihi quidem addit animum,
quo lubeat magis*] Tò quidem totum sen-
tentiae habitum componit. *nisi*; pro,
nisi quod. quo lubeat magis. hic *Diæsis*
plus significationi addit, quam verbis
demit. quomodo enim allubescat Sy-
ro consilium fallendi heros, quodam
reticentiae hujus genio signatur. *Bac-
clerus.*

32 *Et nunc quid expectat*] Hic jam
dñm accusat adolescentis servum,
hortatur suum dominus, qui ipse hos
dolos tendat. Denique adjecit, 'At
te adjutare oportet adolescentuli
causa.' *Eugraphius.*

Et nunc quid expectat] Hoc illud
erat, cujus causa colorem istum in-
dixit. volebat decipi Menedemus; at-
que ut mature deciperetur, negotium
Chremeti dederat. isprehendit Sy-
rum, i. e. ambit, demulcet hactenus;
et mox palam exhortatur, ut fiat
quod ante dictum est: 'Syrus est
prehendendus, atque adhortandus
mihi;' id est, comiter inducendus, et
sublucide cohortatione firmandus, ut
subserviat nostro consilio. *Bacclerus.*

Expectat] Dromo. *Farnabius.*

33 *Abat*] Clinia. *Idem.*

Cum tolerare hujus sumptus non queat]

Cum amicæ sumtuosæ non habebit quod det: si pater avidus et durus nihil suppeditat. ea enim res amatores ad consilium profugiendi aliquo solet adigere, si non est quod dent amicæ. *Bæclerus.*

Huius, &c.] Bacchidis. *Farnabius.*

34 *Nonne ad senem aliquem fabric.]* Festive hoc auditur, quod senex fallendi senis consilia suggerit, eo tempore, quo ipse decipitur maxime: et quasi alienam causam contra se agit. *Bæclerus.*

35 *At te adjuvare oportet adolescentuli causâ.]* Bene additum: *adolescentuli causâ.* ut antea, *servandi senis causâ.* ut detraheretur facto pravitas, si eo pertineret. *Idem.*

36 *Facile equidem facere possum, si jubes.]* Peritiam suam circa huiusmodi rem declaravit servus: sed dixit, metere domini voluntatem, et posse se facile, si ipse voluerit imperare. *Eugraphius.*

Facile equidem facere poss.] In occasionem joci comici vertit confessionem suæ nequitiae: atque ita porro tentat animum heri, jocon' an serio agat. ita enim composita est hæc oratio, ut vel agnoscere vel abnuere posset, quod de fallendis heris dictum est. atque ita propius acceditur ad efficienda destinata. cum enim Chremes laudaret ejus peritiam, (*tanto hercle melior es, quod calles vias ad decipiendum Menedemum et juvandum Cliniam*) Syrus denno experturus heri animum, *non est mentiri meum*, inquit. dixi quod res est, cum callere me rationem fingendi aliquam fabricam dixi. illa ipsa tamen magnifica asseverationis species, *mentiri non est meum*, cum subrisu infertur; ut in figuram verti possit, si usus veniat, quicquid libertatis et asseverationis ostentatur. pergit senex consilio imperium addere, quod expectaverat Syrus: *fac ergo.* tum demum propius tangit senis animum exploratque, sed elegantissima *οκνοῦντά;* ut prædicere,

et denuntiare videatur nihil intelligenti fraudem, quæ nunc ut cum maxime agitabatur. hic nimirum Syrus poterat deinde vere et merito dicere, quod in Andria Davus, cum quid aliud diceret non haberet, hero obnuntiavit: 'Quasi non tibi renuntiata sint hæc, sic fore.' et quod sequitur: 'Eho an tute intellexti hoc assimularier?' Iterum autem Syrus τὸ παρρησιαστικὸν pro larva est: 'At hens tu, facito ut memineras.' et ne quid ad ornandum mimum desit, etiam sententias loquitur carnifex: 'Ut sunt humana.' quod alii nunc accidit, tibi accidere potest. more hominum evenit, si adolescens aliquis amori dat operam, &c. Quæ insequentibus, sub specie futuri, revera per accuratam apologiam eorum, quæ jam evenerant, tractantur. *Bæclerus.*

37 *Calleo.]* Peritus et doctus sum. *Eugraphius.*

38 *Non est mentiri meum.]* Infra act. iv. sc. 4. 'Non mea est simulatio.' *Farnabius.*

39 *Facito dum eadem hæc.]* Jam præparat sibi dominum: monetque ut meminerit, si quando hæc omnia evenerint, sicut humana sunt omnia, ut et filius ejus possit ista perficere. *Eugraphius.*

Ut sunt humana.] Syrus apud Senecam: 'Nam cuivis accidere potest, quod cuiquam potest.' *Farnabius.*

42 *Non usus veniet.]* Non hoc continget, neque fieri potest. *Eugraphius.*

Non usus veniet, spero.] Ordinario schemate affectibus theatri vel ad irrisum, vel ad miserationem offeruntur isti errores: quando qui splendide decipitur, sagacem se ostentat; qui periculo proximus est, otiosum se gerit. Chremes hic quam se irrisui obnoxium præbet, cum oculatus in alienis, sibi nihil videt, ne dicam, prævidet? de alieno filio curam suscipit, qui sui mores ignorat. *Bæclerus.*

Non usus veniet.] I. e. non eveniet, spero. *Farnabius.*

43 *Neque eo nunc dico*] Bene purgat id, quas immiserat suspiciones, ne vero jam credat adolescentem filium pater talia vel facere vel cogitare. Dixitque se servum ex suspicione ista metuere, quod ejus ætas jam talis, uti, si necessitas ut Chremetem ita ducat et tractet, quemadmodum nunc senex videtur hortari. *Eugraphius.*

Neque eo nunc dico quod quicquam illum senserim] Liber Bembinus, quo quicquam. *Faërnus.*

Quo quicquam illum senserim] Callicide utitur ἑλλειψις. etiam in sequentibus: *sed, si quid, ne quid.* ubi oratio vultu et actione suppletur, non sine specie fiduciæ et securitatis assumta. non eo nomine, ea causa hoc dico, quasi quicquam senserim filium tuum hujusmodi rerum cogitare, aut tales sibi in animo parare cupiditates: sed ideo tantum, ut, si quid forte ejus generis præter spem nostram eveniret unquam, ne quid ægre feras tum, aut mireris, filio tuo me adiutorem esse, sicut nunc Cliniae amori subservire me jubes. si legatur: in illum, subintelligit Nannius: in illum competeret. *Bæclerus.*

Illum senserim] Quo quidquam tale in illo senserim. *Farnabius.*

44 *Sed si quid, ne quid*] Sed si quid tale evenierit, ne quid gravius feras. quam obnoxia istis rebus sit illius ætas, vides. *Idem.*

45 *Et næ ego te, si usus veniat, magnifice, Chreme, tractare possim*] Joco diluit, in quibus tam serio videri potuit διαπρατολογεῖσθαι. Nannius magnifice in Calphurnium invectus, sensum tantum hujus loci, phrasin non magis quam ille explicat. *tractare*, est διαχειρῆσαι, ψηλαφῆσαι. ita figulus lutum, plastes ceram tractat et inter manus versat. hinc transferitur ad ea, quæ consilio, et ratione versantur sive agitantur: et in utramque partem significat. optimus nobis interpres Terentius ipse: *Heaut. i. 1.*

101. 'Puto illum obsequentem, si quis recte aut commodè tractaret.' et vs. 49. 'Cæpi animum ægrotum adolescentuli, non ut decult, tractare sed ut.' act. III. sc. 3. vs. 125. 'hæc arte tractabat virum.' Ita hic: *possim te magnifice tractare.* non sine quadam ironia. præclare calleo, quo pacto animum tuum tractare debeam, ut decipiaris scilicet. nam ipsum, *tractare*, non significat illudere aut fallere: sed a consequenti, qui perite tractat animos hominum, facile fallit. *magnifice tractare*, id est quod, arte tractare. quo scopo id fiat, ex contextu intelligitur. itaque frustra sunt, qui *magnificam* nescio quam tractationem hic requirunt. quis enim nescit, *magnifice, splendide, præclare, luculente*, non infrequente figura in iis rebus dici, quæ perite fiunt, atque ut opus est, ex arte aut regula. Plautinus locus in *Milite* II. 6. 10. 30. nullo modo huc comparari potest. servus ibi *tractavit* mulierem, i. e. manu injecta arripuit in ædes tracturus: ut ex scena præcedente constat. *tractata* ergo *hospita* est ibi, quasi raptata, vi arrepta, tracta. nullus circumventioni locus. nam quod additur, *ludificata*, descriptionem injuriæ significat. *Bæclerus.*

Et næ ego te, &c.] Neque indignetur, si, ubi tale quid evenierit, ego te magnifica aliqua et insigni techna excipiam. *Farnabius.*

46 *De isthoc cum usus*] Si quid tale contigerit, tunc videbimus, quod necessitas coget facere. *Eugraphius.*

48 *Nunquam commodius unquam*] Observandum, *nunquam unquam.* *Fab.*

49 *Ne quem male facerem*] Nisi cum me senex adhortatur. *Idem.*

Nec cum malefacerem, cred.] Muretus detraxit literam, facilioremque fecit sententiam, legendo, *malefacere.* Sed libri scripti constantissime præferunt *quod malefacerem.* Constat sic quoque sensus, si subaudias *quod ubi*, aut aliquid simile. nam et illa Mureti

lectio opus habet aliquo supplemento, in ellipsi comica. Integra oratio ordine ad mentem Mureti hæc esset: *nunquam commodius unquam herum audivi loqui, nec unquam fuit tempus cum crederem, mihi licere impunitus malefacere.* juxta lectionem Codicum: *nec unquam fuit tempus, quo (vel, ubi) crederem impunitus mihi licere id facere, cum male facerem.* Bœclerus.

SCENA III. Satura est, ex metris Trochaicis et Iambicis tetrametris acatalecticis et catalecticis, et dim. Iamb. vs. 4. Mss. nostr. unus: *qui nisi abstinet. man.* vs. 10. unus, *putat, pro pater.* vs. 11. *7d hinc omnes* emittunt. vs. 15. omnes: *piget.* vs. 19. omnes: *hominis frugi et temperantis sis functus officio.* vs. 21. duo: *quin etiam mihi mol. est.* mox omnes: *pergin' h.* vs. 23. omnes: *effero.* vs. 27. omnes: *dicis.* et vs. 20. *isthinc.* vs. 31. duo: *dent.* vs. 32. duo: *ob-servandus est.* unus: *servandus est.* vs. 33. duo: *si sapio.* vs. 36. *dicis inventi.* q. n. unus: *dicis ehem ino q. n.* vs. 39. duo: *hoc vide q. i. f.* vs. 40. duo: *mutuo.* vs. 43. duo: *ad ux. t.* vs. 44. omnes: *Clinia erat sibi u. n. d. ill.* vs. 45. duo: *et poscet quidem.* vs. 46. omnes: *dubiumne id est?* vs. 48. omnes: *esse pro inesse.* collocatio verborum variat. Bœclerus.

1 Quid istuc] *Hæc scena locum commune tenet in eum, qui hospitis sui amicum corrumpt. Pater tamen non sicuti cur tanquam communi * at ita respondet filius tanquam negans, ut magis conjectura causa sit, quam communis locus. Verum patrem tanquam communem locum dicentem accipiamus hoc primum generaliter cum invidia: deinde cum interrogatus esset, quidnam fecisset, ille continus non factum sed vere factum protulit, dicendo, Vidine ego? ut a probatione exordiretur, et post ostenderet crimen, quod munum adolescens in sinum meretricis iniecerat.* Eugraphius.

CH. Quid istuc quæso] Duo primi versus hujus scenæ sunt trochaici

tetrametri acatalectici; item sextus, septimus, octavus, undecimus, tertius decimus, decimus nonus, et vigesimus primus. quintus vero dimeter iambicus, eliso ex quidem m, quamvis sequente consonante. ceteri his intermixti, trochaici catalectici. sequentes vero, partim iambici octonarii, et unus dimeter: partim trochaici catalectici, ut quidem hi omnes versus in libro Bembino, et aliis ordinati sunt, nam hucusque in impressis aliter habent. *Færnus.*

Quid istuc] Senex a sermone Syri digressus, cum primo ingressi in ædes suas deprehendisset Clitiphonem licentins se gerentem apud Bacchidem, quam adhuc Clinia amicam esse credebat, regreditur, eumque se vocat, atque cum eo injuriam hanc, quasi amico et hospiti factam, exposulat. Bœclerus.

2 Munum in sinum hanc meretrici inserere] Liber Bembinus ingerere, quod mihi æque placet. *Færnus.*

Munum in, &c.] ἡμετέραν πορνῆν. Aristænet. Kb. r. Epist. 9. *Farnabius.*

3 Inserere] In Ma. ingerere, apud Færnium. *Faber.*

Acta hæc res est] Syrus servus credit senem invenisse filium amare meretricem, quæ res antea per dolum colabatur: ideo vehementer metuit. *Eugraphius.*

Acta est, &c.] De me actum est, adeoque re tota inquit Syrus, metuens ne compertum haberet, ex salaci illa manu, Chremes, filii sui amasiam esse Bacchidem. *Farnabius.*

4. 5 Facis adeo indigne injuriam illi, nam istæ quidem contumelia est] Accusando amplificavit crimen, injuriam indignitate et contumelia describens: et postea singillatim explicans, quod amico, quod hospiti, quod præ-senti facta esset. Nam isthæ quidem contumelia est, ad formulas solennes accedit. sic: ista quidem vis est. Hoc unicum est licentins factum ab amatore meretricis, quod sibi perni-

ait Terentius in scena, non tamen ostendere, quod Plautus fecit, sed narrare : non quidem eo sensu, quem Engraphius et ex eo alii, quam libidine obscœna requirendi, arripuerunt, sed quo rectissime Guyetus explicat. Alias pudentius etiam : ‘Cœpit ad scortum alludere.’ in Eun. *Bœclerus.*

6 *Isthac quidem contumelia est*] Supra quidem injuria dixerat, verum adjecit *contumelia sunt*. Est enim injuria, quasi cum violentia aliquid in corpus efficitur : contumelia vero, cum præter violationem corporis est. Et violatio opinionis, *ejus amicam subagitare*. Hoc est crimen quod supra posuit. *Subagitare* autem perfectionem ipsam libidinis intelligimus. *Engraphius.*

Hominem, &c.] Contra jus hospitii. *Farnabius.*

7 *Vel heri in vino*] Hoc ex antecedentibus argumentum colligens dicit : ‘Novi ego amantium animos, advertunt graviter quæ non censeas.’ Ita enim mos est amatoribus : ampliora suspicantur, quam tu haud poteris suspicari. *Engraphius.*

Vel heri in vino] Omnes nostri Mss. ita habent. in Argent. ascribitur in margine : *al. in comotio*. *Bœclerus.*

Factum est] Testatur et hoc contra herilem fillam ipse Syrus, quo se insonet magis in gratiam heri : ‘Quam suspiciosi sint, neque æmulum ferre possint.’ *Farnabius.*

8 *Ut equidem metui quid fut.*] Facit consensans codicum Mss. ut tueamur, præ Guyeti emendatione, hanc lectionem. ut hic est *quantum quam* : sicut recte Calphurnius explicat. Interpunctio talis esse debet : *Vel heri in vino, quam immodestus fuisti ! S. factum. quam molestus ! Ut equidem, ita me Dii ament, metui, quid futurum denique esset !* continuatione *roû wdous* in oratione Chremetis. ut *metui* / *quantus me metus incessit ! Bœcl.*

At mihi fides, &c.] At mihi tantum

habet fidei Clinia, ut nihil a me hac in re metuat. *Farnabius.*

11 *Eto. at certe*] Hic mandat pater, ut discedat a domo filius : aliter enim negat fieri posse, ut impudentia adolescentis comprimi possit. Dicit enim multa libidinem velle, eamque sub cujusque præsentia se minus audere complere. *Engraphius.*

At certe, &c.] Utinque volo ut ex domo mea secedas ad tempus. Visu læditur tua castitas ; tui conspectus illius libido. *Farnabius.*

13 *Ego de me facio*] Hoc est, ita ex me suspicor : nam nemo est amicorum, apud quem universa velim exponere, atque narrare ea, quæ occulta habeo. quippe aut in summa honestate amicos, et id quodcumque cogito, ejus dignitate deterreor ne indicem : aut ipsa certe res, propter sui turpitudinem, eam narrationem comprimit. Hoc est quod dicit, ipsius facti pudet ; ne ineptus ; ne protervus videar, si cum eo loquar, qui habet maximam dignitatem. *Engraphius.*

Ego de me facio conjectur. &c.] Huic *phœu*, ad diligentiam cottidianæ consuetudinis et familiaritatis in vita commendandam, Poëta quæsiuit locum. pervulgatus enim error, quasi inter familiares et æquales nihil pensi aut moderati habendum sit, quid fiat dicaturne, revincendus fuit. sine verecundia et modestia nihil rectam esse potest, in quocunque convictionis genere, aut tempore. cavendam ergo, non tantum, ne Cynicus videaris, sed, quod electiori loquendi sentiendique formula præscribit Poëta, ‘ne ineptus, ne protervus habeare.’ *Bœclerus.*

Apud alium, &c.] Apud alium prohibet gravitas, et auctoritas, ne protervus videar, apud alium pudor, ne videar ineptus. *Farnabius.*

16 *Quod illum facere credito*] Hic locus ex iis esse potest, qui de figura comica, totam aliquam orationem

uno pronominis complexu includente, abunde testari potest. *quod illum facere credito*, i. e. ut tua præsentia impediatur libertas ejus. ut abstineat iis, quæ animus fert. *hoc ille facit*. i. e. non audet omnia sua occulta expromere. *Bacclerus*.

17 *Utcunque, &c.*] Pro re, loco, tempore, personis morem gerere. *Obsequium amicos*, adversari aliis, odium parit. Farnabius.

18 *Quid istic narrat*] Quæ Syrus huic jurgio patris adversus filium interfat, parum in expedito sunt. vs. 8. 'acta hæc res est, perii,' æcum loquebatur, metuens consilio suo et instructæ fraudi. Nunc, *quid isthic narrat*? ita videntur accipi debere, ut venditet Syrus suum officium seni, et increpationem ejus adjuvet: sicut sequentia amplius ostendunt. quasi diceret: *quid istic* (Clitipho) *narrat*? quid respondet ad hæc? quid habet quod dicat? unde Clitipho: *perii*. i. e. etiam hic me urget? etiam hic contra me stat? cumque nihilominus Syrus pergeret, rogat enim ut taceat: *tace sodes*. Alii ad Clitiphonem ista dici putant: *quid istic narrat*? ut ait, cum vultu *ὄρουμυροντος*: audis, *quid istic* (pater tuus) *narrat*? an non dixi, hoc esse futurum? Rursus alii, Syrum loqui æcum, volunt. Quod quidem minimam *ἐμπειρίαν* videtur habere. certe quæ sequuntur, clare dici, et Chremete audiente, nihil est quod dubites. ita autem acceperim: *Clitipho, hæc ego præcipio tibi? hominis frugi et temperantis functus officium!* i. e. an hæc ego præcepi tibi? ita ne memor es præceptorum meorum? jactat enim Syrus sua officia, ut cognominis ille in Adelphis v. 9. 6. *docui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia*. Subjicit nunc exprobratione *ἐμπειρίαν*: *hominis frugi scilicet et temperantis functus es officium*. q. d. minime tu quidem fecisti, quod hominem frugi et temperantem, ad quod exemplum te semper formare studui,

par erat facere. Sequitur Clitiphonis oratio: *tace sodes*, quia ad Syrum versus, ne angeat molestias, precatur. Respondet Syrus: *recte sane*. quod quidam ironice accipiunt, sicut dicere solemus, *heia vero*. Alii: *recte sane*, scilicet a me dictum est. merito te reprehendi. placet prius. Jam Chremes, Syrum appellat, satis familiariter: *Syre pudet me*. filii causa scilicet. Prompte Syrus reponit: *credo, neque id injuria: quin* (sub. etiam) *mihi molestum est*. q. d. ego juxta tecum hoc ægre fero. ad quem iterum Clitipho conversus dolenter: *pergis hercle*. ubi *perdis* alii legunt. præferam tamen *pergis*, quod in plerisque est libris Mss. ita melius quadrabit, quod sequitur Syri responsum: *verum; dico quod videtur*. i. e. omnino pergo, et dico quod videtur. loquor, ut sentio. Syrus enim, ut mimo serviret, per totam hanc scenam adversari videtur Clitiphoni. *Bacclerus*.

19 *Hominis, &c.*] Ut hominis frugi et temperantis functus officio. sed interruptum illius sermonem Clitipho, nec audire vult ipsius consilium, quo velificare voluit mandato patris, ut e domo aliquantis per concederet aliquo. Farnabius.

22 *Hercle verum dico, quod videtur*] Aliter lego, *Hercle vero, dico quod videtur*. ut mox in fine hujus scenæ. *Fab.*

Una, &c.] An hæc tantum via est accedendi ad eos, ut te immisceas ipsorum amoribus? Farnabius.

23 *Actum est; hic prius se indicavit quam ego argentum effero*. Chreme] Liber Bembinus pro *effero* habet *effecero*. quod quanto melius sit, neminem arbitror non videre. nam *effero* nullo modo quadrat, cum necdum argentum esset in promptu, ut posset efferi. *effecero* autem exponendum, confectum reddidero. præterea idem liber Bembinus et aliquot alii ita digesserunt hos versus: *Actum est: hic prius se indicavit, quam ego argentum effecero*. Faërnus.

34 *Vin' tu homini stulto auscultare mihi*] Quemadmodum in proverbio est: mihi si vis, stulto homini auscultare licet, hoc est, obaudire. *Eugraphius.*

Chreme vin tu homini stulto mihi auscultare? CH. *quid faciam?* SY. *jube hunc*] Sed in quam ego non fiet elisio: et in *Chreme* posterior syllaba corripitur. *mihi* vero monosyllabum erit. *Faërus.*

Vin' tu homini stulto mihi auscultare] Obedire, consilium meum sequi. *Veteres* distinxerunt ita. *Cæcilius*: 'Audire, ignoti quod imperant, soleo, non auscultare.' *Pacuvius*: 'His Magis audiendum, quam auscultandum censeo.' *Bæclerus.*

35 *Dii te, &c.*] Et cum dicto exit *Clitipho*, *Syrus* exsecratus; hic illam prosequitur monitum ut exinde manus libidinales comprimat. *Farnabius.*

36 *Istas Posthac comprimito*] Quoniam pater dixerat, vidi ego te manus modo meretrici huic in sinum inserere, ideo servus ait, istas ergo manus comprimito tibi. *Eugraphius.*

37 *Censen' vero*] Subblanditur domino per obsequium servus, cum de adolescente quasi quendam metum habere se dicit: Vide jam, inquit, qualis sit: qualem futurum putas, nisi eum, quantum tibi facultatis numina concedunt, servas, mones, atque castigas? *Idem.*

Censen' vero] *Eugraphius* de blandimento servi ad herum, et quadam quasi *προδραματι* ejus quod dicit, accipit. *Guyetus* feliciter, ut arbitrator, personas distinguit. *Bæclerus.*

38 *Castigas, mones*] Increpas, reprehendis. *Farnabius.*

39 *Atqui nunc, here*] Bene præsens tempus in metum ponit, ut ille sciat, jam filium, nescio quid, moliri. *Eugraphius.*

40 *Minus minusque*] Et hoc pulchre videtur adjectum, quo si qua in culpa inventus fuerit filius, continuo jam

videatur servus purgatus, quod ejus imperium filius contemnat. *Idem.*

Mihi jam, &c.] Videtur *Syrus* paedagogus, i. pueri custos et ductor, fuisse *Clitiphoni*. *Farnabius.*

41 *De fallacia dicis? st. invent q. n.*] Vide omnino *Franc. Fabricium* et *Guyetum*. *Bæclerus.*

42 *Quandam nuper, &c.*] Fingit veterator succurrisse sibi fallaciam, nondum tamen certam et compositam. *Farnabius.*

43 *Verum ut aliud ex alio*] Hoc videtur obscurum quidam sit, sed ex his quæ consequuntur, manifestum fiet. Nam interrogatus a domino quid esset, respondit: *pestima hæc est meretrix*. Ita quod hic pessime de meretrice pronunciatum est, supra contrario dictum, *commoda et faceta hæc est meretrix*. Ergo jure dictum, *aliud ex alio incidit*. *Eugraphius.*

Verum, ut aliud ex alio incidit] Id est, non conserto ordine narrationis, sed ut quidque in mentem venerit, dum enim metuit, senem admissurum omnia, quæ parabat loqui, non vult videri meditato agere. Notæ sunt artes tergiversationis servilis in hoc genere: longum esse; non posse omnia simul dicere; et similia. *Eugraphius* magna diligentia hic nihil agit. *Bæclerus.*

44 *Immo si scias*] Vidit dominum servus quasi consensum commodasse, non quo verum iudicium de meretrice ideo adjecit, 'Vide quod inceptet facinus.' *Eugraphius.*

Immo si scias] Hanc *ἐλλειψιν* non aliunde debemus supplere, quam ex ipso Terentio: immo magis dicas, (quod dixisti sc.) si scias. *Bæclerus.*

45 *Fuit quædam anus*] Hoc consilium dicit se servus adversus *Menedemum* sumpsisse, quo possit pecuniam ab eo exprimere, quæ meretrici daretur. Verum hoc consilium in hoc provenit, ut prosit vehementer *Clitiphoni*. Namque fingit nunc *Antiphilam*, quæ amica sit *Cliniæ*, apud

meretricem ac quandam anam Corinthiam arrhabonis nomine collocatam: et nunc velle ad Menedemum pergere, ut ab eo pecuniam accipiat, quæ data sit pro puella: ut si eandem redimeret, maxima inde lucra possit accipere. Sed hoc displicet domino consilium. Vnum provenit ad adventum futurum. Nam cum cognita fuerit, quod filia sit Chremetis, jam fiet necessarium, ut meretrici hoc sine Chremete debeatur argentum. *Eugraphius.*

40 *Huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.* Aliqui *mutuo.* Sed antiquos dixisse, mutuum dare, accipere, erudite disputat Cl. Gronovius de Sesterziis lib. III. cap. 1. *Bæclerus.*

42 *Arrhaboni*] Pignori. *Eugraphius.* *Arrhaboni, &c.*] Arrhabo est particula pretii, quæ velat in antecessum datur, ut sit pignus eruptionis an *earnest-penny.* Agel. lib. XVII. c. 2. *pignori* exponunt interpretes: quibus non subscribo; neque enim convenit summa. *Farnabius.*

43 *Ad uxorem tuam*] Apud uxorem tuam. *Idem.*

44 *Ch.* *Quid tum?* *Sy.* *Cliniam orat, sibi uti nunc det; illam illi tamen Post daturam mille numum poscit*] Sensus: hæc meretrix Cliniam orat, ut sibi nunc det id argentum, quod ipsa mutuum dederat anui illi Corinthiæ: illam enim puellam, quæ relicta est arraboni, post daturam illi, id est, Clinix, mille numum. Quid vero hic significet verbum *poscit*, non sane ex grammaticis liquet, ratio tamen sensusque cogit, id intelligi pro, pollicetur, aut offert. *Færnus.*

Quid tum? *S.* *Cliniam, &c.*] *V. Færnus* p. 96. editionis Juntinæ. *Faber.*

Ch. Et poscit quidem] Alii *poscet*, legunt. Sed utroque modo hoc mihi non satis clarum. *Færnus.*

Cliniam orat, sibi uti id n. d.] Cui Gnyeti annotatio non satisfaciet in

obscurissimo hoc loco, illi de ceteris nihil est quod sperem approbari posse. Interpunctio hæc est facienda: *Cliniam orat, sibi uti id nunc det; illam illi tamen Post daturam. mille numum poscit.* *Ch. et poscet quidem.* *S. hui. Dubium id est?* *Ch. ego sic putavi. quid nunc facere cogitas?* Ad hunc modum corrigenda est nostra editio, in qua Typographorum incuria distinctio turbata est. *Id poscet* etiam in *Ms.* vide supra. *Bæclerus.*

Cliniam orat, &c.] Meretrix Cliniam orat, ut sibi nunc, i. e. præsentis pecuniæ, det id argentum, quod ipsa mutuum dederat anui illi Corinthiæ: illam autem puellam, quæ arrhaboni relicta est, post daturam illi. i. e. Clinix mille numum poscit. h. e. promittit, spondet. sic *Færnus.* aliter *Nannius Miscel. II. c. 2.* *Fr. Fabricius* legit, *illi tamen post daturam mille numum, poscit*: hoc sensu: nam cum Clinia sibi filiam, arrhaboni relictam, ita dari peteret, ut diceret, se meretrici tamen, ne omnino gratuitum donum foret, post mille numum daturam; Syrus fingit, meretricem id jam poscere. *Farnabius.*

49 *Erras. quid ita? pro Mened.]* Hoc versus quatuor Gnyetus delet. Sed certum est, scenam hanc ita abrupti non posse. Itaque saltem ultimus versus erat relinquendus, quo significaretur, colloquium Chremetis et Syri interventu personæ egredientis abruptum. Qui volunt et ceteros retinere, illi aliter sane accipiant, quam Gnyetus putavit, ab interpolatore acceptor. id enim, aicut recte monet, *oleographus* argumenti confunderet. Sententia Chremetis plane fuerit incerta; quæ ne divinari quidem posset. cum enim se ad dicendum is composuisset, abruptum colloquium. quidvis ergo potius, quam de Antiphilæ agnitione loqui voluisse Chremetem, existimes. *Id mane*, est sermonem comprimentis. *Bæclerus.*

50 *Optata loquere, &c.]* *Elophus.* bo-

na verba: *Farnabius.*

51 *Non opus est?* Id quamobrem? Hoc ad illud consilium referri debet, de quo superius: 'Cautim et paulatim dabis.' at hæc summa nimia erat. *Faber.*

Non opus est? non hercle vero? Ita act. iv. sc. 4. 'Non hercle vero.' Notabis, qui Terentium amas. *Idem.*

52 *Mane mane. quid est quod tam a nobis graviter crepuere fores?* O. l. s. *crepuerunt.* ita optime stat trochaicus, correpta priore syllaba verbi *mane*, ut sæpe alibi: vel ex *quid* d. eliso. *Færnus.*

Mane, mane, &c.] Andr. act. iv. sc. 1. *Farnabius.*

ACTUS IV.

SCENA I. Tetrametris constat, primum Iambicis Acatalecticis; postea Trochaicis catalecticis. vs. 3. *Mss. nostri omnes: ubi mihi ostendisti.* vs. 4. omnes: *at vide ut sat.* vs. 6. duo: *hic ego virum jam interea opperibor.* vs. 9. omnes, *hem*, bis. vs. 11. omnes: *vis.* vs. 12. *portet.* vs. 13. omnes: *et mihi te maxime opere interminatum.* vs. 17. omnes, *tantamne.* unus, *inscientiam.* vs. 18. omnes addunt *et at.* duo: *at regitas?* unus: *at regas?* vs. 31. duo: *nunc te obsecro.* vs. 32. duo: *tanto ignoscentior.* unus: *ignoscentior tanto.* vs. 33. *et in omnes* omittunt. vs. 38. unus: *extraho.* vs. 41. omnes: *adolescuntula.* vs. 43. omnes, *anulum*, pro *animum.* vs. 46. unus: *pre gaudio intarsi.* *Bæclerus.*

1 *Nisi me animus?* Hæc scena tenet maximam controvertiam; quippe maritus, dum gravidam videret uxorem, mandavit, ut puellam si peperisset, extingueret. Mater puellam peperit, et exposuit: quæ cum exponeretur, anulum dedit. Invenit eam apud quandam puellam anulus; interrogatur unde sit: illa respondit ipsum esse cum quo esset exposita. Hoc cum cognovisset senex, agnitam puellam quam extinguere jussuerat, ream facit uxorem, quod adversus edictum suum fecisset. His primo venialis est status. Feci: sed pietate feci. Ergo primo inter se loquuntur, an ipse anulus sit, cum quo exposita sit filia. *Eugraphius.*

Anulus, quem ego suspicor? Porten-

tosos fœtus abjicere aut necare, tanquam prodigia, intererat Reipublicæ. mox etiam mutilos aut illegitimos. eo tandem processerunt *æropyas*, ut et liberos nec multos nec illegitimos exponerent, vel mortui, vel misericordiæ. ut dictum ad act. iv. sc. 6. *Euanuch.* Ita expositis apponebantur una *ἐντομια*, unde agnoscere possent, si qua gratior iis arderet fortuna: hæc *γυροπαρα* vocabant. erant vero aurum, monilia, annuli, pretiosa quædam, ut si quis eos tolleret, suppetet educationis præmium; si moreretur, sepulture sumptus. *Farnab.*

2 *Is qui cum exposita est gnata?* Vide *Chrestomath.* voc. *Expon. Bæclerus.*

3 *Quid est? is ne tibi videtur?* *N. dixi equidem ubi mihi ostendisti illico?* Versus hic hoc modo stat, ut mihi in unam syllabam contracto, et per synalæphen eliso, item eliso s. ex prima syllaba dictionis ostendisti, in sede sexta sit anapæstus. *Færnus.*

4 *At ut satis contemplata?* Sed ut satis integre pleneque perspexeris, nutrix mea. *Eugraphius.*

At ut satis contempl.] Sub. vide. quod *Mss. nostri* addant. *Bæclerus.*

5 *Abi jam nunc intro?* O. l. s. *abi nunc jam intro.* ita erit iambus, qui aliter esset pyrrichius. *Færnus.*

6 *Magno cum conatu?* Magno cum impetu unaquæque pronunciat. *Eugraphius.*

Ehem! mi vir] Hinc exordium sumptum, quod ab obsequio cepit,

ut benevolentiam comparare possit. Deinde adjectum quod purgationis loco ponitur, quæ res ad veniam pertinet, quod tamen adhuc principium ait, 'Primum hoc te oro, ne quid credas, me adversus edictum tuum.' Denique sic adjunctum ex persona servi: 'Nescio quid peccati portet hæc purgatio.' Finit principium: narratio supponitur: 'Meministin' me esse gravidam, et mihi te maxum-opere dicere, Si puellam parerem, nolle tolli,' &c. *Idem.*

10 *Primum hoc te oro*] Timentis est hoc exordium. sicut in fine scenæ ostenditur. *Bæclerus.*

Primum hoc te oro] Præmuntillo causæ et animi male conscii. sic Parmeno, Eunuch. act. v. sc. 6. *Farnab.*

11 *Etsi incredibile est*] Liber Bembinus, et incredibile est. quod si admittimus, per parenthesis legetur. ita trochaicus optime constat. aliter tibi in unam syllabam contrahendum: vel ex ut t elidendum. *Færnus.*

12 *Nescio quid peccati portat hæc purg.*] Purgatio ante accusationem arguit malefacti conscientiam. *Farnabius.*

13 *Maximo opere dicere*] Hanc lectionem et sensus admittit, et ratio versus; qui trochaicus est, ut ceteri; habens proceleusmaticum in pænultima sede. *Færnus.*

14 *Puellam parerem*] Filias exponabant potius quam filios, ne damno augerentur parentes in educandis iis, elocandis, atque dotandis. *Farnab.*

Tolli] Nutrir, educari. *Idem.*

15 *So. sic est factum. Sy. domina ergo erus damno auctus est*] Hæc lectio non videtur procedere, cum infra Sostrata dicat, 'minime.' hoc enim dicendo aut negat se sustulisse, quod cum præcedentibus pugnat; aut negat Chremetem damno auctum; quod probabile non videtur, ea dicere, cum ipsa de damno nullam infra mentionem faciat. *Færnus.*

Ergo herus damno auctus] Nove

positum *auctus damno*, quod ei cohæres puella venerit, quam dedit exponendam. Quia supra dixerat senex, 'Sustulisti.' idcirco ait, 'exponendam dedi,' quo minus videatur esse delictum. Hic jam immutatus vehementer senex, quod exposita puella esset, et exposita adversus edictum. Ita cum impetum generalis accusationis sumpsisset, statim illa ad questionem descendit, et statim apertissime collocavit venialem, cum dixit, 'Si peccavi, mi Chremes, Insciens feci.' Deinde supponitur plenior accusatio: 'Id quidem ego, et si tu neges, certum scio, Te imprudentem dicere aut facere omnia.' Deinde post principium accusationis, subjunguntur omnia crimina, quæ a summo ad imum dicuntur: 'Tot peccata in hac re ostendis.' Et proponit sibi quasi quandam questionem mulier, quæ contra imperium mariti fecisset, et dicit se hoc pietate et materno egisse animo. *Eugraphus.*

Sic est factum, &c.] Alii, si sic est f. v. Franc. Fabric. et Guyet. Casaubonus hunc Poëtæ locum bene comparavit cum illo Theophrasti in characteribus *μυθώπλας*, sicut Weitzius jam monuit. *Bæclerus.*

16 *Minime. sed hic erat anus Corinthia haud impura: ei dedi Exponendam. Ch. o Jupiter tantam esse in animo inscitiam*] O. l. s. tantam habent; sed nos Bembinum sequimur, in quo est vulgata lectio. in ceteris omnes in hanc lectionem consentiant, quæ et optime versibus servit, qui aliter impediti sunt: 'Minime. sed erat hic Corinthia anus haud impura: ei dedi Exponendam. Ch. o Jupiter, tantam esse in animo inscitiam.' *Færnus.*

Minime. sed erat hic Corinthia anus] Eadem absolvit purgationem, quam inceperat; nihil se contra imperium mariti fecisse; et suspicioni mariti, quæ ponitur vs. 26. et 27. viam præcludere parat. *Bæclerus.*

Haud impura] Pudica et proba.

Farnabius.

Et dedi] Non sustuli puellam, sed dedi anni exponendam. *Idem.*

17 *O Jupiter tantamne esse in animo inscitiam*] Impetus hic est iracundiæ senilis, ob spretum edictum. *ἔρως τὸ πάθος ἐκφωρῆσαι.* longeque plus dicit; *tantam in animo esse inscitiam*, quam si posuisset: *tantamne esse tuam inscitiam.* scil. credibile est, fas est, decet. Inscitiam hanc describit subinde, neglectu juris, et socordia futuri. *Bæclerus.*

19 *Insciens feci*] Snaviter poeta, inscitiam s. inscientiam hic distinguit: quatenus alterum genus ad ventiam valet, et propositum peccandi negat; alterum supinæ negligentiae culpam significat. quæ comice et apposite hic commutantur: quando senex, arrepta occasione vocis, uxorem ait, 'Inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia.' *περιφρονεῖ τῆς ἀβελήας αὐτῆς.* *Idem.*

21 *Tot peccata in hac re ostendis*] Admirari hic licet exemplum copiae Terentianæ, in amplificando augendoque. duæ accusationis partes sunt: quod non satis obsecuta esset Sostrata, et quod non satis providisset. at ille multiplicat: 'Tot peccata in hac re ostendis:' quasi per singula crimen, et quidem in una re, proderet ac 'ostenderet,' sive spectandum omnibus exhiberet, quæ peccasse dicitur. et jam cum apparatu, ut in longa partitione: 'Nam, jam primum, si,' &c. ut multa enumeraturus videatur, qui 'primum' tam asseverate signat. inde imperia loquitur, quæ ad mentem jubentis obsequi, non interpretando imminuere, opus sit. Admit præsidia excusationis in utraque accusationis parte. Primum, quod potentius erat, favore animi materni, ingruente alterius criminis accusatione, veluti convolvit; non sine oratorio artificio; tum quod iterum dici poterat, de vita quovis pretio redimenda servandaque, constantissime

negat: non ausus tamen, quod ipsam inter artes est, causas tractare; sed, amplificata thesi, frequentibus et affirmantibus verbis: imperitos non capere discrimina rerum expetendarum et fugiendarum; neque eas, uti oportet, comparare. *Idem.*

25 *Spem vitæ*] Scilicet non oportuit simulare re ipsa, sed verbis. Huic respondetur: 'Quam bene abs te prospectum est,' &c. Unde epilogorum loco adjunctum est, quantum incommodi consecutum sit. *Eugraphius.*

24 *Misericordia, &c.*] Verum te ad misericordiam movit credo animus maternus. Matrum autem affectus major quam patrum. Quod cum labore fit, magis diligitur, ut habet Aristoteles, *Ethic. Nicom. lib. ix.* atque ideo matres filios magis amant, quia partus labores iis sunt graves, et certius sciunt prolem esse suam. *Farnabius.*

25 *Quam bene vero abs te prospectum est? quid voluisti? cogita*] Instantius agit, et ironiam interrogationibus cumulat. *Bæclerus.*

26 *Nempe anni, &c.*] Nempe tua atque anus illius prodizione reservata est, ut quæstum faceret corpore, vel venialis exponeretur in gravem servitutem. *Farnabius.*

29 *Quid cum illis*] Sensus hic obscuritatem habet, qui talis est: Exposita tibi est filia, suscepta ab ea quæ pudorem filiae tuæ venderet: sed tu cogitasti, satis esse, dummodo viveret. Ego nunc cogor eam suscipere, sed defendere ejus pudorem non possum. *Eugraphius.*

Quid cum illis agas] Sibi dicit violata filia nullam esse posse vindictam. *Idem.*

Quid cum illis agas, qui neque jus] Hæc ad descriptionem inscitiae pertinent, quam Sostratæ Chremes tribuit, ut cæpimus dicere; et *πληθυντικὸς* efferuntur, amplificationis causa. q. d. non potest cum illis disputa-

ri, non possunt erudiri, quorum peccatori tanta inscitia inest, quique affectu seu lubricitatis animi, non ratione et consilio ducuntur. Ita in Ennucho iv. 2. 25. 'Quid cum illo agas?' scilicet, qui talis est. ubi Donatum vide. Eugraphius hunc locum ad eos refert, qui violassent pudorem filiarum; si forte. i. e. magno conatu magnas nugae dicit. *Bæclerus*.

Quid cum, &c.] Quid agat quis cum hisce viris et foeminis, qui neque, &c. *Farnabius*.

30 *Melius, pejus, prosit, obis*] Donatus hujus generis locutiones proverbiales vocat. *Bæclerus*.

31 *Chreme, peccasti*] Hic jam deprecantis veniam supponitur, cum dicit, 'Obsecro: quanto tuus animus,' &c. Quod tuus enim animus ætate major est, pietate, et clementia, stultitiam meae debet in tua justitia esse praesidium: id est, aliquid defensionis et auxilii. *Eugraphius*.

Mi Chreme peccasti, fateor, vincor. nunc hoc te obsecro] Singula ad veniam valent, et verbis ac sententiis probe consequentibus dicuntur. Sed qui sequitur versus, 'Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior,' neque explicari commode, neque connecti potest. etiam si cum Cantero legas, *innocentior*. Bene usus est una libertate Guyetus; qui non agnoscit pro genuino. *Bæclerus*.

Nunc te obsecro] Post 'nunc,' aliqui libri, inter quos Bembinus, habent pronomen *hoc*, ita etiam versus exposcens. *Faërnus*.

32 *Quanto tuus, &c.*] Quanto tuus est animus annis et experientia prudentior, tanto sit ad ignoscendum prior. *Farnabius*.

34 *Istuc factum ignoscam*] Hanc quidem veniam tibi dabo. Verum mea clementia multum ad peccata compelleris. *Eugraphius*.

35 *Sed istuc quicquid*] Perempta controversia ad originem rea ducitur, facta a generali ad speciale argumen-

to. *Idem*.

Sed istuc quicquid] De exponenda puella dictum; verum qua occasione, quibus iudiciis sit inventa, dic tandem. *Farnabius*.

36 *Qua hoc exceptum est causa, loquere*] Qua causa hanc narrationem de exposita filia accepisti. que tendant illi sermones tui. quid factum sit ergo. *Bæclerus*.

37 *Religiosa*] Superstitiosae sollicitudinis. *Farnabius*.

Quam exponendam de] Cum dedissem puellam exponendam, annulum de digito mihi detraho, ut una cum puella exponeretur. Et subiungit causam, si moreretur, ne aliena esse a nostris bonis potuisset. Neque enim liberos etiam mortuos fas erat fraudari bonis. *Eugraphius*.

39 *Ne expers partis esset de nostris bonis*] Ad superstitionem qui referunt, ipsius Poëtæ auctoritatem in interpretando sequuntur: quem prima nobis esse debet. Eugraphius irritum conatu laborat, quando annotat: 'Neque enim liberos etiam mortuos fas erat fraudari bonis.' itaque nec opus est leges Atticas de hereditate filiorum, et dote filiarum huc afferre. sicut nec ex diverso *disco* hic pro 'dedico,' 'consecro,' fas est capere. ordo totius loci est: *cum exponendam de filiam illi anni Corinthiæ, detraho annulum de digito, et dico, ut cum una cum puella exponeret; ne expers partis esset de nostris bonis.* quod ego quidem superstitione feci; 'ut mulieres nos omnes sumus stultæ et misere religiosæ.' *Bæclerus*.

Ne expers partis esse de nostris bonis] Hereditatem Athenis non adibant filiarum, si essent filii. in dotem tamen dari debebat decima bonorum patrum pars. *Isæus*. *Farnabius*.

40 *Istuc recte. conservasti te atque illam*] *Elporuûs* dictum Calphurnius accipit. *Bæclerus*.

41 *Quam Bacchis secum adduxit adolescentulam*] Ab illa adolescentula,

quam Bacchis addaxit secum. *Farnabius.*

43 *Animum non adverti prim.]* Muretus cum præcedentibus ita jungit: *ea servandum mihi dedit anulum. non adverti primum. ut in nostris etiam Mss. est. Bæclerus.*

44 *Cognosce]* Mire suo genio indulgit, qui hic annotavit: 'Mirari certe subito sterilitatem Terentii, cuius fabulæ exitum inveniunt per filiarum deperditarum agnitionem, et bis indicio annuunt. In hac scena et in Hecyra act. v. sc. 2.' nec sufficit: additur: 'Sed rarum proreus, quemquam in inveniundo facilem, et in iudicando esse.' Rogo, ut, qui Terentium familiaris noverunt, respondeant, quid iudicent de hoc iudicio. *Idem.*

45 *Nescio, nisi ut ex ipso quæras]* Solius Bemini codicis auctoritate Farnabius delevit rō ut, quod in omnibus Mss. codicibus legitur, *nescio, nisi quod censeo consultum esse, ut ex ipso quæras, si potest reperiri, unde hæc habuerit.* *Idem.*

46 *Plus spei video]* Hoc servus cum gemitu dicit: aliquid fieri potest, ut cognoscatur hæc Antiphila, quod filia domini sit. Quo facto vehementer metuit, ne incipiat Clinia amicam suam confiteri, et cognoscat pater quod meretrix amica Clitiphonis sit. Denique ideo dicit, cum nomen dictum esset ejus, cui data esset puella ut exponeretur, 'Mirum ni illa salva est, et ego perii.' *Eugraphius.*

Interii] Syrus hæc propterea dicit, quod videt interiisse spem Menedemi decipiendo, adeoque suum consilium interverti. Sequentia verba, *plus spei video, quem volo*, imperite Calpurnius Sostratæ tribuenda putat: dum non intellexit ἀμφιβολία κωμική. melius Eugraphius interpretatur. et mox ipse Poëta scen. seq. vs. 4. 'nostra est, si ita est,' sc. ut navrat hera mea Sostrata. *Bæclerus.*

Interii] Non vult Syrus agnosci

Antiphilam, priusquam interceperit argentum quod detur Bæcbidi. *Farnabius.*

50 *Mirum ni illa salva est, et ego perii]* Antiphila scilicet. *Bæclerus.*

53 *Non licet hominem]* Non licet nobis perpetuam gerere voluntatem, maxime cum res non permittat: ita mutamus cum tempore voluntatem. *Eugraphius.*

54 *Nunc ita tempus est mihi]* Olim in tenni fortuna nolui filiam alere, nunc 'in tanta et bene aucta,' ut 5. scen. hujus actus, gaudeo mihi esse filiam. pro re, pro tempore mutantur hominum animi. *Farnabius.*

SCENA II. Iambici octonarii sunt. vs. 1. duo ex Mss. nostris: *abierit.* vs. 3. duo: *videro.* vs. 5. omnes: *triumpho scilicet me latere tecto et abscondere.* duo ante rō triumpho ista verba ut glossam inserunt: *qui olim magnas sperassem ex ingenio meo prædus, nunc omnem in latetris spem reponens triumpho.* vs. 6. omnes: *mihi esse crept. tam subito.* vs. 10. duo: *optime est. unus, optimum est.* *Bæclerus.*

1 *Nisi me animus]* Servus hic vehementer æstuat, quod animadvertit fieri posse ut puella agnoscat: et ingemit quod sibi nullum infortunium adfuturum sit. *Eugraphius.*

Nisi fallit me animus] Hinc in plebisque lib. nova incipit scena. *Farnabius.*

2 *Id angustum oppido]* Translatio facta est ab illo, cum periclitatur exercitus, in angustum coactus. *Oppido*, valde significat. *Eugraphius.*

In angustum oppido nunc mea copie] Duo cod. Mss. ex nostris habent, *angusto.* melius est, *angustum.* videturque a sciolo quodam immutata scriptura, qui vocem *oppido* non intellexit. phrasin interproverbia explicat Erasmus. adde Fr. Fabricium. *Bæclerus.*

In angusto, &c.] Translatio a re militari, ubi exercitus in angustias coactus non sine magno periculo se

expedire valeat. *Farnabius.*

4 *Nam quod sperem de argento*] Liber Bembinus, Victorianus, et Basilicanus, *nān quod de argento sperem.* *Faërnus.*

Argento] Quo senem ferire et circumducere cogitarem. *Farnabius.*

5 *Triumpho, si licet*] Summum gaudium est, si tutus sine vulnere discedam : hoc est, latere tecto et custodito. Non ergo de argento cogitare debeo, quemadmodum id eripiam, sed quemadmodum tutus ipse discedam. *Engraphius.*

Triumpho si licet me latere tecto abscedere] Quid vult sibi Calphurnius, cum annotat ? 'verba proprie servorum, quotiens vident, se quod inceperant, perpetrare non posse.' quid potest hic servis proprium esse ? itaque merito reprehenditur etiam a Nannio. Qui glossam in codicibus Mss. nostris, quam præmisi, adiecerunt, *latere*, ut verbum accepere ; unde et copulam ante *τὸ abscedere* infercire illis placuit. Sed nomen est, *latere tecto. abscedere tecto et custodito latere*, sumta a militari re locutio : quod recte Engraphius, cum sensum hujus loci explicaret, animadvertit. Secuti sunt Nannius, Fabricius, et alii : ad quorum mentem opportuna sunt loca scriptorum, quæ apud Weitzium annotantur. Muretus a re gladiatoria deducere maluit. *Bæclerus.*

Si licet latere tecto abscedere] Continuat in Metaphora a re militari, ubi agmen iniquitate loci vel numero hostium oppresse ab alterutro latere vel tergo, in hastam aut scutum se inclinare solet, quasi frontem hosti obvertere, adeoque tuto ac honesto receptu discedere. *Farnabius.*

6 *Bolum*] Prædam. *Engraphius.*

Crucior bolum tantum mihi ereptum tam desub. e faucibus.] V. Guyet. et Paræmiographos. Engraphius erudit : 'Bolum : prædam.' unde Calphurnius : 'translatio ab animalibus,

quibus aufertur præda.' Apud Plautum legas, 'tangere bolo' aliquem. ubi interpretes vide. *Bæclerus.*

Bolum] Metaph. ab alitibus, canibus, aut feris prædam captantibus. *Farnabius.*

7 *Quid comminiscor*] Quid argumenti capiam. et est *comminiscor*, invenio vel recordor, cujus simplex in usu non est. *Engraphius.*

8 *Nihil tam difficile*] Adde verbum, *est*, ex o. l. s. *Faërnus.*

Nil tam difficile est] 'Ἄλυσθ' ἡννεῖται ἐπιμελεῖα καὶ πόνη ἔργα. Menander. τὸ δὲ ζητούμενον Ἄλυσθ' ἐκφεύγει δέ τ' ἀμελούμενον. Sophocl. *Œdip. T. Farnabius.*

Quid si hoc] Cogitantis animo, quasi dum multa deliberando quærit, invenit quædam, non placita repudiat. Post id quod sit optimum, invenisse se dicit, ut ad se illud argumentum revocare possit, quod omiserat. *Engraphius.*

Quid si hoc sic incipiam nunc] Aliqui libri, recentes tamen, non habent dictionem *nunc*, qua sublata procedit octonarius. aliter est trochaicus hypercatalecticus. Bembinus ita collocat, *quid si hoc nunc sic incipiam* ? ita et Basilicanus et Victorianus, in quo tamen *nunc* expunctum est. *Faërnus.*

Quid si hoc] Engraphii verba ab editoribus emendari debuerant in manifesto vitio. Ita enim scripsit hand dubie Engraphius, cum præmisisset, eum, dum multa deliberando quærit, quædam invenisse, non placita repudiasset : 'post, id quod sit optimum invenisse se dicit, ut ad se illud argumentum revocare possit, quod amiserat.' Scilicet, quantum ad prius consilium, quod in irritum nunc recidebat. nullus hic *argumento* locus. *Bæclerus.*

11 *Illud idem fugitivum argentum tamen*] Omnes fere l. s. *idem illud.* *Faërnus.*

Fugitivum, &c.] Metaph. dominata. a servo scilicet fugitivo. 'quem re-

tractum ex itinere parens necari iussit.' Salust. *Farnabius*.

Retraham fugitivum argentum] De hoc loco in vol. II. Epistolarum actum est. *Faber*.

SCENA III. Iambici et Trochaici Tetrametri Catalectici sunt, cum senario horizonte. vs. 14. omnes Mss. nostri: *quid faciam mi Syre?* vs. 19. omnes: *noster resc. il.* vs. 35. omnes interponunt *mihī ante rō eripis.* vs. 37. uas, ut edidimus, nisi quod addit de. duo: *parui curas.* vs. 38. omnes, *tandem pro atatem.*

Confer hoc exemplum Cliniae lætantis, cum Chærea in Euncho: et vide, quam illa Chæream lætitia sit proterva et levis, quippe ob facinus: hæc Cliniae sincera et honesta, spe innocua exoptati matrimonii. Utraque immodica: sed altera invidiæ exposita; altera favori et indulgentiæ propior. *Bæclerus*.

1 *Nulla jam mihi res*] *Allocutio est Cliniae exultantis gaudio, quod sua amica sit cognita.* Ita dicit mentem suam oneratam gaudio, ut nulla res possit intercedere, quæ adferat ægritudinem. *Ægriudinem* dixit, pro ægritudine, id est, tristitia vel infirmitate. *Eugraphius*.

3 *Dedo patri me*] Uti frugalitatem, id est, parcitatem, quam in me voluit, compleam; quippe cum velit eam me habere uxorem, quæ sit honestis moribus, scilicet Chremetis filiam. Unde non mea causa lætor, sed potius ipsius puellæ, quam diligo. *Id.*

Dedo patri me] Patris me imperio et voluntati dehinc submitto. 'Tibi, pater, me dedo, quidvis oneris impone; impera.' Andr. act. v. sc. 3. 'Dare' est quod repetas. 'Dedere' est ad perpetuum. 'Damus' amicis, 'Dedimus' tantum hostibus. *Farnabius*.

4 *Nihil me fefellit*] Hæc quoque pertinent ad explicandum versum 46. sc. 1. hujus actus. *Bæclerus*.

6 *O mi Syre, audistin obsecro*] Liber

Bembinus, *audisti.* Ita erit Iambus in quarta. *Færnus*.

Qui usque una adfuerim] Scilicet, cum Sostrata marito commemoraret, quæ ad agnitionem Antiphilæ spectant. *Bæclerus*.

9 *Quam ego scio esse honore quotis dignam*] Quid Calphurnio accidit, ut annotaret? 'Amica, etsi impudica est, dum modo amatori placeat, ab eo commendatur, amore eum impellente.' Scilicet opportunum erat, hic de impudicis mulieribus loqui, ubi de Antiphila agitur, cujus pudicitia et honestati Poëta tanto studio cautum abique et prospectum voluit. *Idem*.

Illius, &c.] Antiphilæ. *Farnabius*.

10 *Da te mihi vicissim*] Id est quemadmodum nunc ego verba tua audiui, ita vicissim te mihi da; uti quod necessarium est facias, ne resciscat pater amicam filii sui esse meretricem. *Eugraphius*.

Da te mihi vicissim] Ut modo, in distinctione usitata verborum, 'Do' et 'Dedo.' *Farnabius*.

11 *Amici quoque*] Clitiphonis. *Idem*.

12 *Ne quid de amica nunc senex*] Argentoratensis codex glossam adjicit: *aliud suspicetur.* i. e. ne senex noster de amica Clitiphonis, quæ hactenus dicta est tua, aliud quam dictum est suspicetur. vide, quomodo Guyetus suppleat *ἄλλω* decore usurpatam. *Bæclerus*.

Ne quid, &c.] Ne quid de Bacchide resciscat Chremes. *Farnabius*.

O Juppiter] Per *προσφώνου* omisis vocibus servi, secum Clinia gaudet. Parum credit sibi contigisse, quod efficitur in gaudio repentino, nisi aliquid procreatur. *Eugraphius*.

O Juppiter! &c.] Suavem hunc fecit ludum Poëta, inter adolescentem, lætitia, et servum sollicitudine, correptos. Clinia, qui vix apud se esset inperato ac repentino gaudio, ut Syri orationi operam daret, ægre, et postquam iterasset affectum suum,

quodam quasi jurgio et convitio adigitur. *Bæclerus.*

13 *Antiphila mea, &c.*] Exsultat immodice Clinia. nondum constabat de Chremetis voluntate super nuptiis. namque is mox scen. 5. 'At ego illi neque do, neque despondeo.' *Farnabius.*

15 *Deorum vitam apti*] Πάριον sen παρὰ πολλή, quæ sunt species θυμωσέως. se quasi Deum esse asserit, ut in Andria, 'Deorum vitam propterea esse sempiternam arbitror.' *Apti* significat, adepti. *Eugraphius.*

Deorum vitam] Vide Andr. act. v. sc. 5. quæ ad illa Pamphili: 'Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror,' &c. *Farnabius.*

Adepti sumus] Al. *apti sumus*, ab antiquo 'apiscor.' ut procedat octonarius iambicus catalecticus sine licentia. *Idem.*

16 *Videndum est, inquam*] Persuadet servus Clinia, uti secum ducat meretricem ad domum patris, ne si remanserit in domo, facile senex filii amicam possit agnoscere. *Eugraphius.*

19 *Noster rescidet ilico*] Liber Bembinus, senex rescidet il. *Færmus.*

Senex rescidet ilico, esse amicam hanc Clit.] Consilium servi novum, ad augendas turbas, quibus adhuc catastrophe differtur, comparatum, quod priore scena et excogitaverat, et laudaverat, nunc persuadere instituit. *Bæclerus.*

21 *At enim isthoc*] Hæc res mihi videtur esse vehementer contraria. nam quomodo rogabo patrem ut mihi filiam det, si sciat meam amicam esse meretricem? *Eugraphius.*

At enim isthoc nihil est magis, &c.] *Eugraphii* annotatio mutila est, et supplenda: *Hæc res mihi videtur esse vehementer contraria meis nuptiis. nam quomodo rogabo patrem, ut mihi filiam Chremetis det, si sciat, meam amicam esse meretricem?* *Bæclerus.*

22 *Quo ore*] Qua fronte. *Farnab.*

Tenes, quid dicam? quid nō? quid dicam?] Quidam sic accipiunt: *tenes, quid dicam?* i. e. teneane, quid debeam dicere? Sed melius est ita: teneane, quid velim dicere? scilicet de pudore patris, si ante oculos ipsi addncam meretricem. respondet Syrus: *quid nō?* quidni intelligerem metum tuum? statim ingeminat Clinia: *quid enim dicam, quam causam adferam?* quid causæ dicam? Repetitio τοῦ dicam a more comico non aliena est; et significatu novatur. *Bæclerus.*

23 *Quin nolo mentiare*] Hoc ex consilio dicit servus uti non mentatur, sed continuo dicat, illam filiam Chremetis se uxorem velle, et esse hanc amicam Clitiphonis. Sic enim persuasurus est postea domino servus, tale repperisse se consilium, uti a Menedemo filius petat pecuniam, quo quasi dicat, se velle filiam Chremetis uxorem ducere, uti ad nuptias habeat necessaria. Et hoc credit senex propterea adolescentulum petere, quo per fallaciam dari possit: ita ut cum utrumque dixerit adolescens, per fallaciam dicere credatur. *Eugraphius.*

25 *Illam*] Antiphilam. *Farnabius.*

Hanc] Bacchidem. *Idem.*

26 *Bonam atque justam rem oppido imperas*] Bene Calphurnius, *εὖ πορεύεις* dici notat. Nihil facilius fuerit, quam hoc facere quod imperas, sive postulas. Sed quid deinde futurum est? scilicet tam hoc jabebis, ut, &c. *Bæclerus.*

27 *Ut colet senem nostrum*] Nesciens adolescens hoc consilium adjecit. Et fortasse hoc velis, ut colet patrem Clitiphonis noster senex, quod ipsius amica sit meretrix. *Eugraphius.*

28 *Senem vostrum.* Sy. immo ut recta via rem narret ordine. CLIN. hem] O. l. s. præter Bembinum, habent, rem narret ordine omnem, quemadmodum exigit versus, qui est iambicus tetra-

meter catalecticis, ut ceteri, si ex *senem* m elidatur, quamvis sequente consonante; aut utique ea dictio in unam syllabam contrahatur. potest et aliis rationibus versus hic sustentari. *Faërus.*

29 *Satin senus es, et sobrius? tu quidem illum plane prodis*] Liber Bembinus pro *produs* habet *perdis*: quod magis videtur convenire cum eo, quod mox sequitur: 'nam qui ille poterit esse in tuto.' *Idem.*

Tu quidem illum plane perdīs] Tò *perdis* est ex libro Bembino. Quod *Faërus* placet. Debebat autem editio nostra retinere τὸ *produs*, quod etiam *Mes.* nostri habent: et Terentio familiare est illo eleganti significato, quo idem est, ac perdere. *Baëlerus.*

30 *Qui ille poterit esse in tuto*] Vis est in repetitione verbi, quod antea dixerat *Syrus*: rem *Clitiphonis* in *tuto collocandam* esse. *Idem.*

31 *Consilio palmam dō*] Id est, maximam victoriam et gloriam mihi concedo, ut verum dicendo ambos fallam. Secundum hoc quod supra diximus, ut non credat *senex* noster amicam filii sui esse meretricem, etiamsi audierit. Quod fit per figuram *διαρρηξιν*, quæ est elevatio, quando auditorem vera dicendo in errorem inducit. *Eugraphius.*

Huic equidem consilio palm.] Non frustra commendatur paulo operosius novi ac singularis commenti genus, quo fabula intricanda denuo erat. Hoc ex instituto *Poëtæ*: quod non dedecet interim *περιεργία* servilis jactantiæ in his versibus. *Baëlerus.*

Palmam dō] Tanquam palmariam sit, vincat et magnifice triumphet. *Farnabius.*

Istam amicam gnati] Narret *Chremes* Menedemo *Bacchidem* istam esse amicam *Clitiphonis*, quam domum ad se per dies aliquot recipiat. Inter ea aliquid fiet. Vide Argumentum hujus fabulæ, ab Antonio Mureto scriptum. *Idem.*

Delph. et Var. Clus.

Terent.

35 *At enim spes*] Si enim crediderit *senex* amicam filii sui esse meretricem, filiam suam mihi non dabit. *Eugraphius.*

36 *Nam dum amicam*] Qui potuerunt non animadvertere editores mendum in annotatione *Eugraphii*: 'Si enim crediderit *senex*, amicam filii sui esse meretricem, filiam suam mihi non dabit.' Legendum: *si enim non credid.* *sen.* nam dum illud non credet, putabit, meam esse amicam. *Bac.*

37 *Tu fortasse quid me fiat parvipendis, dum illi consulis*] Versus trochæus hypercatalecticis, vel etiam catalecticis, ut ceteri, si ex *quid* d elisso, eaque syllaba brevi remanente, sit dactylus in secunda. *Fiat* vero in unam syllabam contrahatur. *Faërus.*

Parvi curas] *Al. parvi pendis.* *Farnabius.*

38 *Quid malum*] Credis hoc me velle simulare. *Malum* autem interjectio nihil significat, sed exclamationis continet locum. Quomodo *Cicero* pro *Scauro*: 'Quæ malum est ista ratio.' *Eugraph.*

Ætatem] *Diu*, in longinquum, sive perpetuum. *Farnabius.*

39 *Pax! nihil, &c.*] Tantum est. sat est. *basta* Hispan. vide act. II. sc. 2. supra. unde *Clinia* repetit. 'Etiamne? tantum est? sat habes.' *Idem.*

40 *Tantum sat habes*] Repetitur ex oratione *Syri*, qui dixerat: 'Unus est dies. pax. nihil amplius.' q. d. tantum est. Repetit *Clinia*: *tantum sat habes?* Sufficit ne tibi hoc? Nondum plane annuit: sed nova dubitatione moras nequit: 'Quid tum quæso, si hoc pater resciverit?' Quam sollicitudinem curiosam *Syrus* proverbio irridet: cumque ne sic quidem *Cliniæ* satis persuaderet, tandem, 'Metuis?' inquit. i. e. dubitas, incertus es? Quasi vero ullum tibi periculum sit: cui licebit simulationem exuere, quoadcunque videbitur. *Cunctatio* *Cliniæ* partim honestati,

4 R

partim affectus est: pudori est ei meretrix; et simul concupitis tantopere nuptiis aliquam moram metuit. *Bæclerus.*

41 *Quid si nunc cælum ruat*] Stultus metus est de cœlestibus metuere. Ergo stulte id in metu et sic ponis, quod fieri omnino non potest. Ut sit argumentum ab impossibili. *Eugraphius.*

Illos, &c.] Qui, tutissimis in rebus, omnia timent, etiam, ne ruat cælum. Aristoteles Phys. l. v. scribit, praeis illis et rudibus mortalibus persuasum fuisse, Cælum Atlanticis humeris sustineri, quod si ille subduxisset, fore, ut in terram decideret. Prudentiores illi Scytharum legati ad Alexandrum, qui ab eo rogati nunc quid illam non timerent, respondebant, nos certe nihil omnino timeamus, 'nisi ne cælum ruat.' De Phenace quodam videatur Plutarchus lib. de facie quæ apparet in orbe Lunæ. *Farnabius.*

42 *Quasi ea potestas non sit*] Pulchre persuadet ut faciat hoc quod moneatur, cum dicit in potestate ejus futurum, quo velit tempore, ut se exsolvat. *Eugraphius.*

SCENA IV. Iambici sunt tetrametri Catalectici. vs. 7. unns Mss. nostrorum: *satis Syre promitt. tibi.* In altero eadem lectio adscripta margini visitur. vs. 9. omnes: *homo iste.* et vs. 10. *dexteram.* et vs. 15. *quin ego hic maneo.* et vs. 16. *at scin quid sodes facias?* vs. 17. omnes omittunt *et nunc.* vs. 21. duo: *sequere me hæc.* vs. 25. omnes: *hoc paululum lucri.* *Bæclerus.*

1 *Satis pol protervæ*] Satis aspere. *Eugraphius.*

2 *Decem minas*] Propter decem minas. *Farnabius.*

Quod si is nunc me decep.] Ordinem hujus orationis descripsit Guyetus. Snavitatem, quæ ex specie simplicitatis, et repetitione ejusdem verbi nascitur, singularem commentatus

est Scaliger Poët. iv. 29. *Bæclerus.*

4 *Aut cum venturam*] Immo potius vero, me esse venturam. *Eugraphius.*

5 *Clitipho cum spe pendebit animi*] Plenior videtur lectio libri Bembini, *cum in spe*, ut sit ordo, cum Clitipho pendebit animi in spe. Plantus in Mercatore: 'Obsecro dissolve jam me: nimis diu animi pendeo.' *Færnus.*

Clitipho cum spe pendebit animi] Ita Mss. nostri. Videtur autem ita accipiendum: *cum Clitipho spe pendebit animi.* Quod et Calphurnius putavit. Ut integra oratio sit: *cum venturam dixerò et constituerò, cum is certo jam renuntiavit Clitiphoni, cum Clitipho spe pendebit animi, tum ego decipiam ac non veniam.* *Bæclerus.*

Animi] Vide Grammaticam nostram, pag. 74. reg. Syntaxeos. 46. *Farnabius.*

6 *Tergo panas*] Tergo, id est, dorso. Siquidem *tergum tergi*, dorsum: *Tergus* vero *tergoris*, corium dicitur. *Eugraphius.*

Syrus mihi tergo panas pendet] Ita nunciscar Syrum. Verberabitur enim, si hero renuntiaverit pro certo, me venturam, et ego tamen non venero, adeoque spem ejus fefellerò. Putabit enim Syri negligentia factum. *Bæclerus.*

Panas pendet] 'Vindicta Nemo magis gaudet quam femina.' Juvenal. Sat. 13. præcipue, mala merx, meretrix. *Farnabius.*

7 *Satis scite promittis*] Id est, valde eleganter promissa tibi dabit, per utrique por... intelligitur. *Eugraphius.*

Satis scite] Ex alieno corio abunde liberalis. Minatur. *Farnabius.*

8 *Dormiant: ego pol*] Vult excitare eos, qui sibi pecuniam promiserant, nec dederunt: uti fingat se evocatum esse a nescio quo, et velle discedere. Itaque consentiente ancilla fingit mendacium. *Eugraphius.*

Dormiant] Otiose agunt, mei negli-

gentes. *Farnabius.*

11 *Curriculo percurrere*] *Propera et festina. Eugraphius.*

Curriculo percurrere] *Propera quasi cissio celeriter vecta. Farnabius.*

Apud eum miles Dionysia agit] *Meretrix argentum extorquere cupiens, alterius amatoris mentionem injicit, de quo ante act. II. sc. 3. vs. 124. fingens, se constituisse, ut ad convivium illuc veniret. Baclerus.*

Dionysia agit] *De Dionysiis, vide quæ supra ad sc. 1. sub exitu. Farnabius.*

12 *Invitam*] *Ex arte, fastu, et protervia meretricia. Idem.*

Atque servari] *Omnes fere l. s. atque asseverari, ut versus exposcit. Faërnus.*

13 *Verba his me*] *Hoc est, me daturam aliquid, unde decipiam illos. Eugraphius.*

Verba his me daturam] *O. l. s. verba me his daturam. Quæ collocatio iam-bani constituit in quarta. Faërnus.*

15 *Jube maneat.* BA. abi] *Liber Bembinus, i. quo quidem modo melius habet versus. Idem.*

Quin est paratum] *Intellexit servus callidus, quod idcirco se adcersiri diceret, quod argentum quæreret. Et hac ratione ei pollicetur. Eugraphius.*

Quin ego hic maneo] *Qui argentum dari posset, et nihilominus illud fieri, quod dispositum est. Itaque et de tempore adjecit, 'Atqui jam dabitur.' Idem.*

17 *Quid? Sy. transeundum est nunc tibi ad Menedemum*] *O. l. s. præter Bembinum, non post transeundum, sed post Menedemum habent verbum est, etiam ex ratione versus. Faërnus.*

Tua pompa] *Id est, nobilis comitatus, scilicet ancillæ decem, et ceteri comites qui venerunt. Eugraphius.*

Et tua pompa] *Comitatum ancillarum ante descriptum eleganter notat. Ita Plautus de servili comitatu, Curcul. I. I. 1. et 2. 'Quo ted hoc noctis dicam proficisci foras Cum isthoc or-*

natu, cumque hac pompa, Phædro-me?' Baclerus.

Tua pompa] *Comitatus ancillarum, aurum, vestes, mundus muliebris. Farnabius.*

18 *Egone? argentum cudo*] *Quæris cur te ad Cliniam transire volo? argentum cudo: id est, procudo quod tibi dem. Cudo proprie est componere vel tundo. Unde 'Incus,' ubi tunditur ferrum. Eugraphius.*

Sy. Egon? argentum cudo] *Liber Bembinus, ego. et melior est numerus. Faërnus.*

Argentum cudo] *Quod tibi promissum est argentum. Farnabius.*

19 *Quam illudas*] *Per accusativum casum dictum est. Virgilius, 'Certantque illudere capto,' per dativum. Item ipse: 'Virtutem illude superbis.' Eugraphius.*

Non est temere] *I. e. non illudo te: Vera causa est. Vera ratio est, ob quam volo te ad Menedemum transire. Baclerus.*

20 *Etiamne tecum hic res mihi est*] *Non dubito, quin hæc continent illam insolentiam meretricis, ironia mixta: num ego insulo? quam rem agis scelus? dignam me putas, quam illudas? etiamne tecum hic res mihi est? aspernatur enim, quod petebat Syrus; nec ad rationem consilii ejus vult accedere donec mox, subito flexu, annuit: eatur. Idem.*

23 *Efferunt*] *Innuat meretrices habere viscatas manus. Farnabius.*

24 *Sumptum sibi levatum*] *Cum discesserit tanta ancillarum multitudo, dominus credet sibi allevatum sumptum, id est, impensam. Sed nescit ex ea re damnum ad se esse venturum, dum hac re maxime ab eo extorquebitur argentum. Eugraphius.*

25 *Næ ille haud scit*] *Verum decolabit ea spes. Major illi imminet sumptus. Damnum gravius. Emungendus est argento. Farnabius.*

26 *Tu nescis*] *Id age, ut nescisse videaris; et ille per υπερβολην, mu-*

tum me dices. Eugraphius.

Te nescis quod scis Dromo] Hic quoque ex versus ratione, et ex o. fere l. 4. post nescis, adde dictionem *id*. *Farnabius*.

Tu nescis, id quod scis Dromo] Hunc versum bene Eugraphius explicat: 'Id age,' &c. Guyetus ejicit, tanquam ex Eunuchio interpolatum. *Bæclerus*.

Tu nescis, &c.] Vide quæ ad act. iv. sc. 4. Eunuch. ibi: 'Pol, sisapis, quod scis, nescis.' *Farnabius*.

SCENA V. Senarii. vs. 1. Argentor. ut edidimus. in margine adscrib. *al. vitam. meorum unus: ita me dii ament.* alter: *ita me dii bene ament.* vs. 10. omnes: *exoptabam.* vs. 12. duo: *dictum et factum.* unus, ut ed. vs. 13. duo: *bona fide.* vs. 17. duo: *vah gloriare istuc evenisse ex sententia.* vs. 22. omnes: *immo sic satis.* vs. 26. omnes: *hanc se cupere ux. et: modon q. imp. e. va.* 30. uterque meorum: *aurum atque vestem qui comparet. tene-ne?* CHR. *comparet?* Argent. ad eundem modum, nisi quod, *vestes*, habet. vs. 31. duo: *non do. unus: spondeo.* vs. 33. duo: *perpetuo.* unus, *pro perpetuo.* vs. 40. Argent. *æqui bonique causa facio.* ex glossa. vs. 50. omnes: *bene acta parte.* vs. 52. omnes: *in hunc.* vs. 56. duo: *offer, et affero.*

. 1 *Ita me DI*] *Discedentibus ancillis senex ingemiscit, quod tanta ad Menedem multitudo centura sit: quam et ipse cum unam diem sustineret, magno se dixit affectum damno. Nam et modo pyttisando, id est, leviter gustando et apuendo multum vini absumit, et reliqua familia. Siquidem per χαπαρτησιων, id est, futura rei descriptionem, argumentatur quid sit consequens: videlicet filii discessio. Et est ἡδονοτα, quæ fit, quando loquentem introducimus quamlibet personam.* Eugraphius.

Ita me dii am.] Argumento servit Poëta, cum iterum inducit Chremetem alienis malis dolentem, quæ sua esse ignorat. Ut conspectur fiat re-

rum commutatio, quæ consequetur. *Bæclerus*.

Ut nunc] *Μέγιστος ἐστὶν ἔρα τοῖς δα- ταῖσι τὸ παρόντας ἔγγις τοῖς συναλ- γούσιν βλάνειν.* Menander. *Farnabius*. *Vicem*] Ellipsis. *Ob vel propter vicem.* V. Syntaxin nostram. *Idem*.

. 5 *Magno desiderio fuit*] *Tantum desiderium filii absentis pater habuit, ut primis diebus damna a meretrice non sentiat.* *Eugraphius*.

. 7 *Nec fieri modum*] Cum gratia repetitur verbum: sumtus fieri, nec fieri modum sumtum. *Bæclerus*.

. 8 *Optabit rursum*] Hos versus ita ordina ex libro Bembino et aliquibus aliis: *Optabit rursum ut abeat ab se filius.* *Syrum optime eccum.* SY. *cesso hunc adoriri.* CH. *Syre.* SY. *hem.* *Færnus*.

. 9 *Syrum optime eccum.* S. *cesso hunc adoriri*] Mira suavitate error comicus designatur. Chremes gratulatur sibi de conspectu Syri, ex quo cognoscere cupit, quemadmodum techna ad fallendum Menedem, falli desiderantem scilicet, instructa sit. Syrus gaudet, offerri sibi Chremetem, egregie scilicet, sub alienis nominibus decipiendum, quo tempore nihil tale suspicabatur. *Bæclerus*.

. 11 *Videre egisse*] De eo quod tecum locutus sum, videris jam aliquid fecisse. Nam supra ait, 'Huic nostro tradita est provincia.' *Eugraphius*.
. 12 *Dictum et factum*] Hoc est, cum dixisses, factum continuo reddidi. *Idem*.

Dictum factum, &c.] Quod dixi, expedivi. Simul cum dicto, celeriter. *ἀμ' ἔπος ἀμ' ἔργον.* Legitur et, *dictum ac factum reddidi*. Nihil hac in re omisi. Nihil intentatum aut infectum reliqui. *Farnabius*.

. 14 *Tibi caput demulcetum*] Quod solet fieri his qui placent, ut manus per caput tractu ducta, quasi quædam videatur esse landatio. *Eugraphius*.

Quia tibi, &c.] Quod pueris fieri solet per blanditiarum delicias ab iis

qui eos collaudant: *stroke his head.* Farnabius.

15 *Faciam boni tibi aliquid pro ista re ac lubens*] Blande dicere et benigne facere cupiunt, qui indulgent, aut assentantur. Induxit hoc *hos* etiam in Adelphis v. 5. 5. 6. 'Tibi lubens bene faxim.' et v. 6. 7. 8. 'Et tibi ob eam rem, si quid usus venerit, lubens bene faxim.' *Bacclerus.*

17 *Gloriare evenisse*] Hoc tibi pro voluntate contigisse gloriaris? *Eugraphius.*

Gloriare evenisse, &c.] Quia Menedemus nondum circumductus erat argento, sed dolus tantum struebatur. Nannius conjicit legendum *hariolare*. Id est, inani divinatione jactas. *Miscell.* l. ii. c. 5. *Farnabius.*

19 *Tui Clitiphonis*] Hoc est, illud consilium quod supra significatum est, ut veritas dicta nihilominus implicare possit errorem. Quippe cum dicit Clinia patri, Clitiphonis amicam esse hanc: ut hoc dnm indicat servus, nihilominus dominus filii sui amicam meretricem esse non credat. *Eugraphius.*

22 S. *Dic sodes. C. nimium inquam*] Affectibus theatri hoc gratificatur Poëta, ut senex fraudes adversus se paratas laudet, auctori gratias agat, misera ignorantia alens augensque mala sua. *Bacclerus.*

Immo sic satis] Liber Bembinus, et Vaticanus, *si scias, et infra, se se ipse dicit, non dicit.* *Faërnus.*

25 *Postquam aspexerit*] Geminavit sententiam, ut vis pulcritudinis amare cogentis exprimeretur. *Bacclerus.*

27 *Et quidem jubebit posci*] Et volet ut filiam tuam pater suus postulet. Quam rem cum non intellexisset, cum simulata videretur, respondit ille, uti argentum filio dari possit ad nuptias necessarium. *Eugraphius.*

Posci] Peti in uxorem, quod facit Menedemus. sc. 7. *Farnabius.*

28 *Nam prorsum nihil intellego*] Parvi hoc refert, liber tamen Bembinus

habet, *prorsum.* *Faërnus.*

Nam prorsum nihil intellego] Apte, primum dabitur senex, in re quam denegaturus est: et per gradus veterator depellitur. *Bacclerus.*

30 *Aurum*] Quo argento aurea ornamenta, vestes, &c. per Aposiopesis (supplet Chremes) comparet. *Farnabius.*

Neque despondeo] Id est, non promitto: unde sponsa dicitur. Nam et sponsio et dos a patre puellæ dabatur. *Eugraphius.*

Despondeo] *Spondeo* legendum putat G. Fabricius, quod Donatus dicit, *spondet puellæ pater, despondet adolescentis.* Promiscue tamen usurpantur a probatissimis autoribus. *Farnabius.*

32 *Me rogas? homini*] Ex Andria v. 1. 'Homini adolescentulo, in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria.' Ei ego filiam darem in seditonem atque incertas nuptias? *Bacclerus.*

Homini] Aposiopesis. Subaudi, fugitivo, qui a patre an fugerat, meretrici superbæ et sumptuosæ addicto. *Farnabius.*

33 *Non ego in perpetuum dicebam ut illam illi dares*] Liber Bembinus, *Non ego dicebam, in perpetuum ut illam illi dares.* *Faërnus.*

34 *Non mea est simulatio*] Boni et sapientis viri hic sensus est, ut nunquam audeat, quod nunquam sit facturus, polliceri. *Eugraphius.*

Non mea, &c.] Supra dixerat Syrus, 'mentiri non est meum.' Reddit illi Chremes: 'non est mea simulatio.' Tu tibi habe consarcinatas tuas technas; neque me iis admisceas. *Farnabius.*

35 *Ita tu isthæc*] Ita igitur hæc efficit, ut sine mea persona hæc compleas. *Eugraphius.*

37 *Credebam*] Scilicet, tibi persuaderi hoc posse, ut assimules interim. Nota, hæc ad epitasin machinatum esse Poëtam: et ad differendam catastrophem. Quando enim ante dixerat Clinia, 'Antiphila mea nubes

mibi; spes erat sola; res adhuc differebatur. Nondum enim Antiphilæ pater Chremes auctor his rebus factus erat. Quod ideo monendum est, quia eruditorum aliquos in συντάξει τῶν πραγμάτων obhæsisse video. *Bæclerus*.

42 *Sed illud quod tibi dixi de argento*] Depulsus eo, quod agitaverat, consilio Syrus, alio vertit. Voluit enim Poëta in hoc præcipue servo, extemporalitatem comminiscendi ac fraudandi ostendere. Sed in nova hac fraude, exceptiones juris, quibus uti poterat Chremes, occupat Syrus, atque adeo in hoc etiam calliditatis suæ specimen edit. Comparavit illa cum jure civili Romano eximius Schroterus noster, in hunc modum: 'Poterat Chremes dicere, 1. quod factum alienum sibi, non deberet damnum inferre, l. xxv. § 1. ad SC. Trebell. cum nihil commodi exinde ad se redundarit, ideoque sua non intersit. 2. Multo minus dici posse, se ex illo contractu teneri, cum sibi nihil datum sit, quod tamen in mutuo, utpote in contractu reali, requiritur. 3. Nec se mandante id factum fuisse. Quin imo 4. invito potius et ignorante. Adeoque ipsam oppignorationem invalidam esse; cum res aliena sine consensu domini non possit obligari, l. 1. C. si res aliena pign. et præterea liber homo sit ex iis rebus, quæ nexum non recipiunt. l. vi. C. quæ res pignor. obt.' Adde Engraphii annotationem.

Ad hæc omnia opponit Syrus vulgatum istud: 'Jus summum sæpe summa est malitia.' Ad quod multa concessit Weitzius. i. e. a jure summo ad æquitatem invitat Chremetem, quæ est propria bonorum virorum laus. Æquitatem autem designat Aristoteles Ethic. v. summi juris remissione: et virum æquum, τὸν μὴ ἀκριβοδικαὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον. Ubi Michaël Ephesius: 'Ἐπὶ τὸ χεῖρον ἔστιν ἀκριβοδικαὸς ὁ τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς νόμοις

πάντα φιλάσσειν. Βονόδωμος, κατὰ τὸ χεῖρον ἐξηγούμενος. *Idem*.

43 *Quod tibi dixi de argento*] Quod supra nos diximus, ut eventus imple-ret consilium, hic nunc conficit: aliquidem postea puella cognita est, pro qua jam debitor Chremes factus est, cum constet eam arrabonis nomine apud meretricem collocatam. *Eugraphius*.

44 *Neque tu, &c.*] Occurrit veterator servus iis, quæ poterat Chremes objicere et respondere. *Farnabius*.

45 *Quid mea*] Quid mea refert? *Id.* *Nam mihi datum*] Sane dominus hac responsione uti posset, ut non redderet argentum. Sed servus callidus occurrit: non potes dicere istud, non te accepisse, neque jussisse, neque invito filiam oppignorare potuisse. *Eugraphius*.

46 *Summum jus*] Id enim quod datum est, utique reddendum est. Sed jure cautum est, ut filia quidquid accepit, vel filix nomine datum fuerit, quæ in familia est, non recte datum videatur. Itaque æquitas est, ut debitum solvi debeat; jus est ut sic datum reddatur. Sed ille renititur a causa quod non debeat, et fit controversia ex negotio. *Idem*.

Summum jus] Vulgo dicitur, 'Qui plus potest, pejus facit.' *Idem*.

Jus summum] Rigor, ut vocant; ex verbis juris, non ex mente et sensu ejus qui scripsit. 'Summum jus summa est injuria.' Citat Cic. l. 1. de Offic. 'Nam summum jus antiqui putabant summam cruce.' Columell. Prolog. l. vii. 'Ὁ δ' ὅρων τοὺς νόμους ἅλιν ἀκριβῆς, σικοφάντης φάινται. Menander. *Farnabius*.

Jus summum sæpe summa est malitia] Gall. *Chicane, injustice*. Cicero in de Officiis 'Malitiosam juris interpretationem' vocat. Jurisperiti Calumniam interdum vocant.

50 *Oranes te in lauda*] Hoc a persona persuadet, potius reddere quam negare. *Eugraphius*.

Omnes in lauta et bene aucta parte putant] Palmerius *uncta* inallet. Frustra autem hic explicant hoc vocabulum. Satis bene dicitur, *aucta*. Sed an pars, hoc loco satis recte dicatur, id debebat ostendi; esse in *lauta parte*. Bæclerus.

Bene parte, &c.] Al. *bene parte uncta*. Alii, *uncta*. Al. *parti auctæ*. Farnabius.

53. 54 *Quia videbitur, magis verisimile id esse*] Se. quod Bacchis sit amica Clitiphonis, si argentum ad eam deferet. Bæclerus.

56 *Effero*] Mox elaturus sum. ut: *mox huc revertor*, et similia. *Idem*.

SCENA VI. Iterum senarii sunt. vs. 2. unus Mss. nostr. *quam tu inuit*. f. vs. 6. duo omittunt, *quidem*. vs. 7. omnes: *perdant*. vs. 10. unus, *prodidit*. vs. 19. omnes: *unde id?* vs. 21. et sequenti omnes ordinem servant, quo edidimus. Bæclerus.

1 *Nulla est tam facilis*] Nunc adolescens Clitipho redit, graviter ferens quod ab amica sit exclusus. Eugraphius.

2 *Quam invitus facias*] Etiam si facilis sit, ex animo facientia, habet maximam difficultatem. *Idem*.

Invitus facias] Voluntas numeratur inter actionum principia, qua propensa vel aversa reddunt labores graves vel leves. Farnabius.

3 *Quam non, &c.*] Quamvis non admodum laboriosa. *Idem*.

4 *Nec quicquam magis metuo*] Reducit Poëta Clitiphonem, quo tempore opus erat: amatorie conquerentem desiderium amicæ; et, ne quid hujus generis iterum accidat, metuentem. Bæclerus.

6 *Ut te quid.*] Ad jurgium excitandum hæc facta sunt. Hæc enim Clitiphonem, dum ingreditur, dicentem Syrus audit, et mox invicem incusat. *Idem*.

Ut te quidem, &c.] Quantum est Deorum, Dearumque, quicumque, quodcumque. Farnabius.

9 *Excaruifices*] Minutim excrucies. *Idem*.

I tu hinc, &c.] Non excusat se Syrus: sed recriminatur, fiducia argenti jam parati fretus. Quæ clavis conciliationis. *Idem*.

10 *Protervitas*] Asperitas vel superbia. Eugraphius.

Quam pane tua me perdidit protervo.] Vocem Eugraphio non intellectam explicat Guyetus. i. e. quam pane protervitas tua et incontinentes illæ manus mea consilia disturbassent, meque periculo et iræ patris tui obtulissent! Bæclerus.

11 *Vellem hercle factum. Ita meritum*] Defendit Clitipho suam iracundiam. Cui Syrus *μνηστικός*, *meritus?* Egone meritis sum ut perirem, ut malo mactarer? vultu auctur sententia. Loquitur, qui conscius sibi est magnorum in Clitiphonem meritorum. Itaque mox de mutando in posterum animo minas jactat: quasi beneficium, interea Clitiphoni paratum, intercepturus ingrato. *Idem*.

12 *Ex te prius audisse*] Gandeo quod istuc ex te prius audivi, unde me læsisti, antequam tibi argentum dedi, quod daturus fui. Eugraphius.

14 *Quid igitur dicam*] Quid enim possum tibi dicere, cum mihi amicam adduxeris, quam non liceat tangere? Bene . . . longe factus est adolescens ab injuria, postquam compertit argentum jam paratum. *Idem*.

Quid igitur dicam tibi vis] Minus hæc contumaciter, vultuque remissiore, per speciem tamen defensionis, dicit: quomodo igitur vis me loqui tecum, qui tantam mihi molestiam confeceris, dum eadem ostentas amicam, et interdicias, meque ne præsentibus quidem bonis frui permittis? Bæclerus.

16 *Jam non sum iratus*] Mittamus ista. Facile ignosco tibi. Lubido tua, non seria aliqua indignatio, talia tibi verba dictavit. Poteris voto. Quod indicat interrogatione, pluri-

munum spei demonstrante: *sed acin ubi nunc sit tibi tua Bacchis?* Interponitur aliqua spei mora, comico invento, ut augeatur beneficii gratia. Sed abruptum mox familiariter illa mora: 'Bono animo es: jam argentum ad eam deferes.' Hoc enim est primum istud consilium Syri, cujus causa Bacchidem adduxerat: cuique difficultates comicæ hactenus intercesserant, sicut ex scena 4. hujus actus intelligi potuit. *Idem.*

17 *CL. Ubi igitur*] Omnes fere l. s. *ubi ergo?* quod expeditiorem versum facit. *Færnus.*

Garris] Nugaris. Metaph. ab avi-
bus. *Farnabius.*

20 *Ipsa re experibere*] Hunc versum aliter legit Priscianus lib. viii. Terent. in Heant. 'Cur ego gratificor, ipsa re experibere.' Unde intelligitur, antiquam esse perturbationem hujus loci. Quomodo autem sequentes versus ordinet, et personas distinguat Muretus, vide in ejus not. et adde Fr. Fabric. et Guyet. qui explicat. *Bæclerus.*

Experibere] Archaismus. Experiere. *Farnabius.*

21 *Deamo te*] Id est, valde amo. *Eugraphius.*

22 *Qua causa id fiat*] Qua causa fiat noli quærere, tantum obtempera et obsequere. *Idem.*

23 *Cave quidquam admiratus*] Id vide, ne præ nimio gaudio admireris, id tibi patrem præcipere: sed quasi nescius suspicionem ejus a te dolo amove. *Idem.*

Cave quicquam admiratus sies] Omnes quidem libri ita, sed ratio versus exigit *sia*, ut sit iambus in fine senarii, eliso ex *admiratus* s. *Færnus.*

24 *Quod imperabit facito*] Cum quadam dignitate ita loquuntur: quæ in antiqua formula retinetur: 'factum est quod imperasti?' *Bæclerus.*

Loquitur paucula] Ne ex sermonibus tuis nascatur ulla suspicio. *Eugraphius*

Sc. vii. Senaril: vs. 2. omnes *Msa.* nostri: *dixisti.* duo addunt, *Syre,* ante *τὸ huic.* vs. 3. omnes: *Hei quid stas* l. vs. 4. duo: *sequere me huc nunc ocyus.* unus: *sequere me nunc hac oc.* vs. 8. omnes: *dico.* vs. 10. omnes: *apposcent.* *Bæclerus.*

1 *Ubi Clitipho nunc est*] Qui argentum ad Bacchidem deferat. Hinc apparet, quam opportune Poëta, nom modo præsentem, sed et præparatum Clitiphonem huc sistat. *Idem.*

Eccum hic tibi] Ecce eum tibi, quem quæris. Comice circumloquitur, quod brevius modo; *ecum me.* i. e. adsum. *Idem.*

2 *Quid rei esset dixisti huic*] Ob quam illum requiro. Quam illum volo facere. Seu plenius: quid, aut cur, ad Bacchidem deberet deferre. *Idem.*

Dixi pleraque omnia] Supra diximus in Andria, omnia abundare; et pleraque significationem suam propriam continere. *Eugraphius.*

Dixi pleraque omnia] Adjectio hæc ad Andr. i. 1. 28. a Donato explicatur; sive potius a diversis Grammaticis. Alius enim ibi vult *τὸ plerique* abundare; alius *τὸ omnes*, ut hic *Eugraphius.* *Bæclerus.*

3 *Hei, quid stas lapis*] Liber Bembinus, pro *hei*, ii habet, quam lectionem, per unicum tamen i, recipio. *Færnus.*

1, *quid stas, lapis*] V. Franc. Fabric. Hæc verba Chremeti Guyetus tribuit, adempta Syro: cui tamen ideo debere potius videntur, ut admiratione cunctantem adolescentem impellat, memor præcepti sui; 'Cave quicquam admiratus sies.' Nunc enim defixum quodammodo adolescentem admiratione urget, ne seni fraus suboleat. *Bæclerus.*

Hei, quid, &c.] Accelerare jubet, ne mora trahat periculum. Ignavum et brutum, instar lapidis, stupidum insimulans. *Farnabius.*

4 *Sequere me*] Posteaquam argentum traditum est, continuo hunc

adolēscētem vocat servus, ne aliquid aut ex admiratione, aut locutione auspicionis pater possit accipere. *Eugraphius.*

Sequere hac me ocyus: tu hic nos, dum eximus] Syrus callide festinat: ut seni quidem industriam suam approbare videatur; re vera autem, ut Clitiphonem, non satis idoneum docte ferre fallaciam, amoveat. Addit etiam: 'Nam nihil est illic, quod moremur diutius.' Ne Chremes suspicetur, causam quæsitam apud Bacchidem manendi. Sero tandem agnoscit Chremes, sibi fucum esse factum, quando act. v. sc. 1. vs. 9. miratur: 'Sed interim quid illic jamdudum gnatus cessat cum Syro?' qui tamen dixerat, nihil esse illic quod morentur diutius. *Bæclerus.*

5 *Tu*] Chreme. *Farnabius.*

Opperberere] Archæice opperiere. *Idem.*

6 *Nam nihil est illic*] Pulchre adjectum, ut omnino suspicio tolleretur, non esse amicam Clitiphonis: siquidem non diu illic moraturus est. *Eugraphius.*

Illic] Apud Menedemum, ubi jam Bacchis. *Farnabius.*

7 *Minas quidem decem*] Consuetudo patris semper est, ut de damnis cogitet, tametsi filius det. *Eugraphius.*

Minas quidem, &c.] Computat quasi digitis senex; quot quantisque auctus sit damnis, inventa filia, ad alimenta, ornamenta, dotem. *Farnabius.*

8 *Quas pro alimentis*] *Eugraphius* legit, *hortamentis*. Hoc est, nutrimentis. *Hortatores* enim dicuntur, qui equos nutriunt. Denique alia hortamentis, alia ornamentis contulit. *Eugraphius.*

Quas pro alimentis esse nunc duco datas] Vide *Chrestomath.* voc. 'Expon.' *Eugraphius* legit *hortamentis*: alia *hortamentis*, alia *ornamentis* contulit. et addit, *hortatores* dici, qui equos nutriunt. In altero meorum *Mss.* in

marginē adscribitur: *al. augmentis*. Sed, *alimentis*, retinendum. *Bæclerus.*

10 *Porro hæc talenta*] *Talentum* genus est ponderis, quod habet in se *LXII.* aut *LXX.* libras. *Eugraphius.*

11 *Quam nulla justo, injusta*] Si quidem nunc relictis omnibus rebus quærendus mihi est aliquis, cui meo labore inventa dare possim, ut filiam meam ducat uxorem. *Idem.*

Quam nulla injusta ac prava f. m.] Vide *Guyetum*. Ceterum hæc sententia inducta est, ut haberet *οὐκ ἐν δόλῳ* ad illud supra positum: 'Hæc damno auctus est.' *Hippolytus* apud *Euripidem* itidem inter damna dotem deputat: ex vulgari scilicet sensu, atque, ibi quidem, *οὐκ ἐν δόλῳ*. *Bæclerus.*

12 *Mihi nunc relictis omnibus*] O. i. s. relictis rebus. *Færnus.*

13 *Labore, &c.*] Cui rem meo partam labore dem cum filia dotata. *Farnabius.*

SCENA VIII. Senarii. vs. 3. *Mss.* nostr. unus: *resipisse*. alter vitiose: *recepisse*. *Argent. resipiscere.* vs. 10. et seq. omnes: *quod dixi* (unus, dixisti) *Chreme.* *CR.* erravi sic res acta est, *MEN.* quanta de spe decidi. *CR.* et quidem hæc quæ apud te est (unus, et equidem quæ apud te est). Unus in margine: *al. Mx. quid dixi Chreme? erravi.* *CR.* sic res acta est. vs. 13. omnes *Menedemo* tribuunt illud: *ita aiunt.* vs. 14. omnes, *desponderim.* vs. 15. unus: *tu des ei aliquid*, qui. vs. 30. omnes: *sed hæc ista ut sunt.* et vs. 31. *postulent.* *Bæclerus.*

1 *Malto omnium*] *Soena* hæc actionem tenet: quippe *Menedemus* gaudet plurimum, quod filium videt et integris moribus, et uxorem eam velle ducere, quæ honestissimi viri filia sit. Et quod dixit, quum te intelligo resipisse, quasi hoc nesciat, quod eadem puella sit quam amaverat, quæ nunc filia sit *Chremetis*: aut dissimulat, quod quasi a meretrice animum filii ad nuptias transtulerit: aut errat ex dolis serci. *Credit*

Chremes interpellatum Menedemum esse a filio, non vero ut uxorem duceret, sed ut, nuptiarum gratia, argentum a patre susciperet. Eugraphius.

Multo omnium nunc me fortun.] Hæc egrediens domq; senex intro ad filium loquitur, more comico, ut statim intelligant spectatores, quæ agenda deinceps in scena sint. *Bæclerus.*

Multo omnium, &c.] Apostrophe ad filium absentem, vel domi residentem; cum ipse fores egreditur. *Farnabius.*

3 *Respicere*] Codices fere, *resipiase*. Quem *ἀρχαῖον* etiam Priscianus notat. Apud Plantum Rudente iv. 1. 8. legas: 'Pol magis sapisset, si dormivisset domi.' *Bæclerus.*

Resipiase] E vitiorum gurgite ad sanam mentem et rectam vivendi rationem emeruisse. *Farnabius.*

Ut erras] Sc. quod putat, cum a Bacchide amorem contulisse ad aliam; cum nuptias obtentui sumat, ad emungendum argento parentem. Hoc autem dicit ille, qui per totam fabulam sollennia errat. *Bæclerus.*

Erras] Uterque, Chremes præcipue, qui Menedemum credit decipi, cum ipse decipitur. *Farnabius.*

4 *Serva quod in te est*] Petens nuptias filio suo, posteritatem respicit totam. *Eugraphius.*

7 *Quæso quid hominis*] Redigere vult in memoriam Chremes Menedemo * Arguit igitur quod veluti stultus non intelligat, quod de dolo nunc agatur. *Idem.*

CH. *Quæso quid tu hominis es? ME. quid?* Plenior videtur lectio libri Bombini. M. *quid est?* nec versus repugnat, eliso ex verbo *es* a littera. *Fuérnus.*

Quæso, quid tu hominis es] Ut paulo post stultior appareat, ubique nunc suæ sapientiæ plaudit. Hæc enim liberior castigatio cum arrogantia conjuncta est. Hecyr. iv. 4. 21. 'Sed quid mulieris uxorem habes?' cum quodam contentu. Continuan-

tur autem ista: *quæso, quid tu hominis es? janne oblitus es, inter nos quid sit dictum de fall. peremphor* ei objicit. Quod vitium Latini non possunt aliter fere, quam per oblivionem, efferre. Vide Sueton. Claud. 32. *Bæclerus.*

10 *Et seq. quid dixti Chreme? erravi*] Si hæc distinctio personarum servatur, tum, accommodata moribus Menedemi oratione, ostenditur, quomodo se is in quamcunque partem trahi passus sit: quando et statim Chremetis suspitioni credidit; et cum subinde recordatus esset, quod de Clitiphonis amica Bacchide cognovisset, levi contradictione ceavit cognitæ possessione veritatis. Guyeti lectionem et distinctionem vas. 13. 14. 15. juvant Mss. nostri, de quibus ante: ita esset: *sic res acta est*, i. e. actum est. Quod in re perditum aut mala dicitur. Alii ita distinguunt: CH. *Ea res nunc agitur ipsa.* M. *quid dixti Chreme?* CH. *Erravi: sic res acta est.* M. *quanta spe decidi?* CH. *Immo hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est Amica.* M. *ita aiunt.* CH. *et tu credis?* M. *omnia.* CH. *Et illum aiunt velle uxorem, ut cum desponderim, Des, qui aurum ac vestem, &c.* Ita illa verba, *erravi, sic res acta est, ἐναποθέσθαι δίδουαι* haberent: *ea res nunc agitur ipsa*, et, quid dica, agitur? *erravi: jam sic res acta est.* Jam facta, transacta omnia. Jam reliqua *μυκτηρίζας*, figura ad sagacitatis opinionem aptissima, proferuntur a Chremete: *Immo hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est amica.* Tum: *et illum aiunt velle uxorem.* Seriem enim doli *ἔνδραμτοι* exhibet. *Idem.*

11 *Erravi. Sic res acta est. Quanta spe decidi*] In contextu libri Vaticanani non esse nisi primam dictionem, *erravi*, in Bombino vero illum verbum omnino non esse, et sane eam esse subditicium ex insequentibus, patet, ubi Menedemus, tam denique errorem suum agnoscens, in hæc verba prorumpit, id est: *profesto id*

amica dabitur. Et interposito Chremetis assensu, *vah, frustra igitur gavius miser.* Ita liquido apparet, quidquid ante hæc est, dissensionem esse Menedemi et Chremetis, hoc contendente, Bacchidem amicam esse Clinia, illo Clitiphonis. Quid ergo opus fuit Menedemum hic dicere *erravi*, et cetera quæ sequuntur, paulo post eadem illa dicturum? quare cum verum omnino delendum arbitramur. *Faërus.*

12 *Nempe hæc quæ apud te*] Ut facile docere possit senem, non vero ad nuptias peti filiam suam, sed uti nuptiarum gratia adolescenti dari possit argentum, commemorat nempe, *Hæc quæ apud te est, Clitiphonis est amica*: uti ex his quæ apud eam gesta sunt, sciat Menedemus esse fallaciam. *Eugraphius.*

13 *Ita aiunt*] Clinia, Syrus, Dromo. *Farnabius.*

14 *Cum desponderis*] Vide scen. 4. 'Nec do, nec despondeo.' *Idem.*

16 *ME. Id est profecto*] Hic primo negat Menedemus, id quod asserit Chremes, scilicet per speciem desiderii nuptiarum fallaciam in se a Clinia filio intendi, ad extorquendum argentum, quod Bacchidi detur: non enim hanc ejus amicam esse, sed Clitiphonis. Contra asseverante Chremete id esse compositum inter adolescentes, ut Bacchis amica Clitiphonis esse dicatur, atque ut Clinia uxorem velle se fingat, ut per speciem uxoris ornandæ, et nuptiarum apparandarum, argentum a patre accipiat, quod det Bacchidi. Tandem Menedemus in opinionem Chremetis inducitur; actum demum dicit, *id est profecto*, et quæ sequuntur. *Faërus.*

Id amica dabitur] Vel confirmantia pronuntiatione accipi potest, vel quasi cum affirmatione interrogantis, . . . Nam interrogatio interdum ad negationem, interdum ad affirmationem dirigitur. *Eugraphius.*

Scilicet daturum] Licet damnum

intelligat senex, et deceptus de gaudio sit, tamen memor doloris pristini et calamitatis, omnia vult sustinere, quam id quod passus est, rursus pati. *Idem.*

Id est profecto: id amica dabitur] Si cum interrogatione accipitur, tarditas Menedemi major intelligitur. Si absque interrogatione, jam sensus monitus fallaciam. *Engraphius*: 'Vel confirmantis,' &c. Ceterum omnis difficultas hujus loci, quem variis remediis et sæpe valde accessit tentarunt eruditi, in expedito erit, si hæc tota oratio Menedemo tribuatur, neque Chremes illa dicat, *scilicet daturum*, sed Menedemus. Ut sit: *id est profecto, id amica dabitur. Scilicet daturum.* i. e. intelligo jam quid agatur. Quod obtentu nuptiarum a me potent, id amicæ (meretrici. Nam hic error senem adhuc tenet) dabitur. Sed quid agam? *scilicet daturum* me decrevi; vel daturum me esse dicam, quod postulabit filius. 'Vah! frustra sum igitur gavius miser,' quasi filius animum revera ad nuptias adjecisset. 'Quidvis tamen jam malo, quam hunc amittere.' Hæc unica est ratio explicandi loci, si hariolari velle desinemus. *Eugraphius* vidit et monuit, imo in suis codicibus ita reperit. Sic enim annotat: 'Scilicet daturum. Licet damnum,' &c. Quis non videt, de Menedemo hæc dici, non de Chremete? *Bacchius.*

17 *Daturum*] *Al. Datum.* *Farnabius.*

Frustra igitur, &c.] Frustra gavius sum, siquidem filius non respuerit, neque tu daturus filiam in uxerem, uti poscebat ipse, sperabam ego, tu visus promittere. *Idem.*

19 *Quid nunc renunciem*] Quid ergo vis renunciem filio ab te esse responsum, ne intelligat, me hoc intellexisse, quod non vere nuptias petit? *Eugraphius.*

22 *Perfice hoc mihi perpetuo*] Elegantia et vis est in sententia: sicut

semel cœpisti mihi operam dare, ita porro etiam des rogo; neque defatigeris continuandis officiis. Tò *persevere*, possit *παράσπον* accipere ex illis in Andria v. 1. 5. 'Ut beneficium verbis ininitum dudum, nunc re comprobēs.' Additur *perpetuo*. Bœclerus.

24. 26 *Quid deinde?* et: *hem, istuc volueram*] Chremes tractatu operosius fecit suum officium, apud desiderantem et singillatim elicientem: subiecta etiam absolute totius consilii: 'Tanto ocyus te ut poscat, et tu id, quod cupis, Quam ocyssime ut des.' Alii distinguunt: *et tu, id quod cupis, quam ocyssime ut des.* Ut confessio sit *ἐμψόχου* et *πρόβου* adiuncta: cupio. Idem.

Desponsam quoque esse] Petitionis uxorum nomina hæc sunt. Nam primum *inventa* dicitur, deinde *pacta*; tertio *desponsata*, quarto *uxor*. Ita, ut vicinum nomen jam petitionis ostenderet circa nuptias, dixit, 'Postremo desponsam quoque esse dicito.' Hoc enim vicinum ad uxorem. Nam supra *pacta* dicitur. Ut est apud Virgilium: 'Et pactæ conjugis os-

tro.' Denique primo Menædemus; cum audisset Chremetem, *Dic, convenisse, egisse te de nuptiis.* Quoniam conventæ nomen dixerat, quod longe est positum, quæsiuit, *Quid deinde?* Quasi hoc parum est: et pervenit usque ad appellationem prope uxoris. *Eugraphius.*

Desponsam quoque esse dicito] Ex *esse* unum s. elidendum, vel ex *desponsam* m. *Faërnus.*

27 *Poscat*] *Argentum. Farnabius.*

29 *Istius obœaturabere*] Facile ejus fastidium habere poteris. *Eugraphius.*

Istius obœaturabere] Quantum video sumptum quem es factururus, brevi satias te illius capiet usque ad tædium et fastidium. *Farnabius.*

31 *Abi intro, vide quid postulent*] Liber Bembinus, et Victorianus, *postulet*, et Clinia subauditur; de quo jam dictum est, *tanto ocyus te ut poscat.* *Faërnus.*

Nam te sciente faciam] Ita Engraphius legit: et Mss. nostri omnes; *Bœclerus.*

Te scientem faciam] Te consilium, te certiorē faciam. Al. leg. *te sciente.* *Farnabius.*

ACTUS V.

SCENA I. Septenarii Trochaici, et in medio Senarii Iambici sunt. vs. 1. omnes Mss. nostri: *id certo scio.* vs. 6. duo: *congratulando.* vs. 8. duo: *dictum sit c.* vs. 15. omnes: *itidem istuc mihi v.* vs. 18. 19. unus: *nam ubi desp. nunt. scio contin. inje.* alter: *nam ubi desponsam nuntiasti filio tuo scio contin.* ita etiam Argent. vs. 20. omnes omittunt *rd atque.* vs. 25. unus: *sed ille tuus quoque Syrus itidem m. f.* alter: *sed ille tuus quoque servus idem m. f. f.* Argent. *Sed ille quoque tuus Syrus itidem mire fluxit filium.* vs. 30. unus: *et vestimentis stratus est.* vs. 33. unus: *ubi abiire intro, operire ostium.* vs. 39. omnes omittunt *ne,*

duo habent *communis pro comi.* vs. 51. Argent. ut edidimus. In margin. adscrib. glossa, *paulo ante.* Quam unus meorum in textum recepit: *id quod me fecisse aiebas paulo ante.* omisso *rd* parum alter: *id quod me fecisse aiebas parumper.* vs. 55. duo: *immo abeat multo malo q. g. tertius: malo multo.* vs. 57. omnes, *pergam.* Argent. *illius.* vs. 60. duo: *ostendis.* vs. 61. duo: *et id erit ingratum.* Argent. *et ingratum id erit.* vs. 68. duo: *et filium et rem.* vs. 70. duo: *id emirari te sim.* tertius: *id amirari te assim.* vs. 72. duo: *ut illius animum,* tertius, *ut illi an.* vs. 73. omnes: *defluit.* vs. 74. duo: *quid ais?* mox omnes: *mitte ac sine me i. h. r.*

vs. 75. omnes: *præparet*. Argent. addit *te*. Bæclerus.

1 *Ego me non tam*] *Hæc scena conjecturalq̃ statum continet: quoniam argumentis collectum est, Clitiphonem amicam habere meretricem. Hoc ut probari possit, argumenta dicuntur.* Snmpsit exordium a persona sua et Chremetis. *Ego me non tam astutum:* hoc est, acutum et perspectorem rerum. *Eugraphius.*

Ego me non tam ast.] Jucunda vice, exsoluto nunc suis erroribus Menedemo, Epitasis in Chremetem fortius incumbit. Cujus quo senior est perturbatio, eo vehementior. Sed temperatur, ut ante, *διασπυρκοῖς τισὶ πλάσμασι*. Vide, quot res, quam apta consecutione, quo artificio, una eademque opera poëta in hanc scenam conduxit. Senex a lacrymis, et summa ægritudine ankni, ad lætiora vix, nec aliter adductus, quam ut satagere rerum anarum perseveraret, nunc eo usque expedit se, ut jocari et ridere vacet. Ridetur, et perturbatur ille alter, qui alienæ hactenus stultitiæ irrisorem se præbuerat, et miserim auxiliatorem. Miscentur joci seria; ironiæ veritas; dictis officia. *Bæclerus.*

Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse id scio] *Ἀναλόουθον*. Supplendum enim est: sicut opus est, sicut debebam esse, et sim. Idem.

2 *Sed hic adjutor meus et monitor et præmonstrator Chremes*] Cumulavit nomina, ut insigniretur *τὸ δουτεῖον τῆς ἐλπίδας*. Quin et in ipsa significatione inest lepos. Magistri et rectoris elogio Chremetem honestat, quod is sibi tantum hactenus tribuisset, sive, tantum sibi præ Menedemo sapere visus esset, *δοτε παραγωγεῖν αὐτὸν ἱκανὸς*, ut regere ipsum et moderari se posse putaret. *Præmonstrandi* voce etiam Plautus ita usus est. Guyeto laudatis adde, Trinummo i. 2. 61. 'Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, præmonstro tibi.'

Ut et monstrandi. Bacchid. i. 2. 25. 'Jam perdidisti te atque me atque operam meam, Qui tibi nequicquam sæpe monstravi bene.' Idem.

Sed hic adjutor meus] Hoc vocabulum est comicum, uti et 'monitor'; quod ad Phædrum multis annis prius monueram quam Notæ Parisienses in lucem prodissent. Gallice, *C'est celui qui se tient derrière la tapisserie, et qui suggère aux Acteurs, quand la mémoire leur manque*. Quamobrem hic metaphoricum est, nec sine magna elegantia positum. *Faber.*

Monitor, adjutor, &c.] Ironice ista. *Farnabius.*

3 *Hoc mihi præstat*] In hoc me antecedit. *Sed hic.* * *ἰταπαῖς ποκαογέτα*... ponis eum tractat, in se multa male dicta. *Eugraphius.*

Hoc mihi præstat] *Hoc*, i. e. τὸ non esse astutum et perspicacem, i. e. stultitia, stupiditate. Guyetus adscripsit suo codici. *Bæclerus.*

4 *Caudex, stipes, &c.*] *Caudex* est truncus arboris, conversa o in *ax*, fit pro *codex caudex*, sicut pro *cote cautia*. *Stipes* similiter est truncus cujuslibet ligni, et declinatur *stipes stipitis*. *Stipes* vero *stipis* est præbenda militum. Hæc singula pronuntianda sunt per *δοτελάρων*, ut stulti vis exprimi possit. *Eugraphius.*

Stipes] Ita Plauto *frutex* inter ea, quæ in stultum dicuntur, *Mostellaria* i. 1. 12. *Bæclerus.*

Caudex, stipes, &c.] Plaut. Bacch. act. v. sc. 1. 'Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, bienni, buccones; hos solus ego omnes longe anteeo stultitia.' *Farnabius.*

5 *In illum nihil*] Hoc est quod supra dixi, contra opinionem dictum: nam adjecit, 'Exuperat stultitia ejus hæc omnia.' *Eugraphius.*

In illum nil potest: nam exsuperat ejus stultitia hæc omnia] Pro nil o. l. s. habent *nihil*: quæ tamen dictio in scansione est contrahenda. Bembinus vero adverbium *nam* in contextu

non habet. Sine quo sermo consuetudini accommodatior videtur. Ut vero versus sit trochaicus, ut ceteri, eliso ex *illum* l, prior syllaba corripienda; dictio vero *ejus* monosyllaba facienda. *Faërnus*.

Nam exsuperat ejus stultitia hæc omnia] Non dubito $\tau\delta$ *astutia*, quod in nonnullis codicibus repertum est, a manu interpolatoris esse, qui ad principium scenæ referendum putavit. Et quæ Latinitas prodibit, *astutia ejus hæc exsuperat omnia*? *Stultitia* vox hic apta fuit ad absolvendum inexpectata interpretatione $\delta\iota\alpha\sigma\upsilon\mu\acute{o}\nu$. *Bæclerus*.

6 *Ohe jam desine deos uxor grat. obt.*] Severa satis sapientia; domo egrediens uxorem castigat is, qui mox experietur, se longe fuisse uxore insipientiorem, quæ filia recuperata gaudet, dum ipse de recuperando filio nullam cogitationem suscipit. *Idem*.

Ohe, jam desine, &c.] Egrediens Chremes, conversus ad ædes hæc uxori quæ est intus: v. Andr. act. 11. sc. 2. *Farnabius*.

Gratulando] Diis agendo gratias, tibi que gratulando, super inventa filia. *Idem*.

7 *Nisi illos ex tuo, &c.*] Nisi Deos tui similes judices, ut nil, &c. *Idem*.

9 *Sed quid interim illic*] O. l. s. *sed interim quid illic*. Et versus constat rationibus sæpe repetitis. *Faërnus*.

Quid illic jamdudum gnatus cessat cum] *Jamdudum cessat*. *Jamdudum* est, quod rediisse debuerunt. Cessant enim, qui hærent in loco, ubi jam nihil est quod agant. Ubi nulla morandi causa est. Promiserat enim celerem reditum Syrus: *Nam nihil est illic quod moremur diutius*. *Bæclerus*.

14 *Vultus quoque hominem*] Adbuc perseverat Chremes, ut credat a Syro ad Menedemum compositam esse fallaciam, ita ut et vultus hominem sceleratissimum fingat. *Eugraphius*.

Vultus quoque hominum fingit scelus] Vide Chrestomath. et Jo. Riv. *Bæclerus*.

Vultus quoque, &c.] Scelestus ille Syrus non se tantum, sed et alios instruit omnem induere personam, vultum fingere et componere ad omnem animi habitum, mox versu abhinc 12. *Farnabius*.

16 *Veterator*] Versutissimus veterator est Syrus iste. Vid. Andr. act. 11. sc. 6. *Idem*.

Si magis noris, putes] Hic jam aperit veritatem Menedemus. Magis qualis sit Syrus intelligas, si magis quæ fecerit cognoscas. *Eugraphius*.

17 *Mane. Hoc prius*] Cum narrare vellet Menedemus, ut crederet Syrum adversus Chremetem potius insidias tetendisse, intercedit, et dicit, quidnam perdidit. Quod negatum a Menedemo est. Unde se mirari vehementer dicit, quod hæc non fuerit suspicatus. *Idem*.

Mane: hoc prius scire expeto] Cupiditas sciendi aliena damna, cum quadam lubricine ignoraandi propria, jucunde hic depinguntur, in ipso articulo manifestandæ fraudis, in quam Chremetem solertia præpostera, et curiosus in alienis, socors suarum rerum animus præcipitabat. *Bæclerus*.

18 *Quid perdidieris*] Quantum argenti tibi extorserit Syrus. *Farnab.*

19 *Continuo injecisse verba tibi Dromonem scilicet*] Calphurnius subaudit: *an non verum est?* Manuscripti nostri omnes explent per, *scio*. Unus etiam ante, *scilicet*, addit, *comperi*. Quod absurde fieri, palam est. Liqueat tamen hinc $\tau\delta$ *scilicet* particulam illis habitam, $\delta\eta\lambda\alpha\theta\acute{\eta}$. Alii ut verbum capiunt, *scire licet*. Quod alibi Donatus etiam notat. *Bæclerus*.

Dromonem scil.] Voluit Chremes celare autorem, et transferre in Dromonem, deinde in Cliniam, demque in Syrum, unde habuit ista, act. 14. sc. 4. *Farnabius*.

Aurum, &c.] $\lambda\omicron\upsilon\tau\upsilon\rho\acute{o}\nu$, $\theta\epsilon\rho\pi\mu\alpha\upsilon\alpha$, *kal*

ἀγρυπώματα. Menander apud Athenæum, l. vi. *Idem*.

21 Quid non?] Melius et significantius distinxeris: quid? non? Bæclerus.

24 Sed te miror, qui alia tam plane scias] Vide Guyetum. Menedemus propius accedit ad errorem Chremetis, ipsi velut in speculo ostendendum, facete et urbane assimolata simplicitate narrationem exorsus, ejus singula membra ad conficiendum id, quod agebatur, valida sunt. *Idem*.

Sed te miror, qui, &c.] Miror interrim te, qui Lynceus alter tam acutum cernis aliena arcana, ut scias quam filii mei vultum finxerit Syrus, in rebus propriis in tantum esse talpam, ut non videas eundem Syrum tuum quoque filium tam mire finxisse, ut tibi glaucomam ob oculos objiceret, ne discernas Bacchidem hanc simulari amicam Cliniae, esse revera Clitiphonius. *Farnabius*.

25 Sed ille tuum quoque] Hic jam prorumpit in narrationem. Ille, inquit, Syrus mire tuum finxit filium, ut amicam ejus tu Bacchidem suspicari non possis. Hæc argumenta colligit a factis. Mitto jam osculari, et amplexari. Deinde a loco, quod in ultimis ædibus retro conclave positum sit, quo eis introitus est lectus. Utique disceasio hæc, longe a conspectu multorum posita, ideo sumpta conspicitur, ut magis facinus cœlaret. Deinde quod ingressi sunt solus Clitipho et sola Bacchis. Hæc dicens, a præcedentibus argumentatur, quid consecutum sit, scilicet concubitus. Unde quia rem conjecturaliter collegerat, addit, 'Opernere ostium, et Clinia hæc fieri videbat.' Fieri enim non potest, ut si amica Cliniae esset meretrix, ipso præsentē cum altero adolescente concluderetur. Qua re probata, Chremes vehementer exclamat, memor cœnæ datæ, 'Decem dierum vix mihi est familia.' Ut dicat, haud esse uude familiam susten-

tet. *Eugraphius*.

Sed ille tuus quoque Syrus idem mire finxit filium] Liber Bembinus, et Victorianus, sed ille tuum, ut sit, tuum filium. *Færnus*.

25. 26 Ironia est satis lepida in his duobus versibus, quam agnovit et explicat, cum sequentibus, Eugraphius. 'Ut ne paululum quidem suboleat,' sc. cuiquam homini. *Bæclerus*.

Ut ne paululum quidem suboleat] Hujus versus secundus pes est trochæus, tertius anapæstus, eliso m ex paululum, quamvis sequente consonante. *Færnus*.

27 Mitto jam, &c.] Omitto oscula, amplexus, manus salaces. Levia sunt illa, prænt quod jam audies. *Farnabius*.

28 Vah] Sive Guyeti distinctionem hic accipias, sive vulgarem refines, τὸ vah risu Menedemi attollitur. Sive apud hanc particulam oratio Menedemi risu interciditur. *Bæclerus*.

Est mihi in ultimis conclave æd.] Seriam speciem narrationis initio accommodavit: quæ subinde διαλογισμοῖς figuratur, πάρεσσι adaugetur, absolute perfititur. Singulare prorsus hoc exemplum dixeris narrationis comicæ, quæ rem statim et totam accurata demonstratione conficit. *Id.*

30 Huc est intro latus lectus] Exemplares olim lectos et portatiles habere moris erat, quos hinc inde deportabant. Hom. Odyss. xxiii. Ἄλλ' ἔγε οἱ στρόφον πυκινὸν λέχος ἐκτός, &c. *Farnabius*.

31 Dictum factum] Πρὸν καὶ παρὰ ὅλῳ. Supra act. iv. sc. 4. *Idem*.

35 Filii est amica Bacchis Menedeme! occidi] Tandem ergo Chremes, veluti somno excussus, se et filium et suam fortunam sapientiamque agnoscit. Εὐραδὴς hæc pronuntianda sunt. *Bæclerus*.

36 Quamobrem? et 37. Quid? istuc times quod ille operam amico dat suo] Ignorantiam rei, quam tam designate depinxerat, assimulat: πρὸς τὸ

θυμῆρες τοῦ διασυρμοῦ κωμικοῦ. Quo etiam spectat vs. 38. si dat. Crescit urbanitas, quod Chremetem sua simulatione eo adigit, ut argumentis agere incipiat: 'An dubium id tibi est? quemquamne animo tam comi esse, et leni putas, qui,' &c. *Idem*.

Decem dierum, &c.] Res mea familiaris intra 10. dies tota exhanrietur. Ut in re militari dicitur, 'Trium dierum commeatus.' *Farnabius*.

37 *Quid? istuc times*] Inscitia se rem probatam habere Menedemus illudit faceta satis urbanitate. *Eugraphius*.

Tam comi] Tam patienti, miti. Legitur et *communis*, utrumque a *Mss. cōi*. *Farnabius*.

40 *Me. Ah ah eh*] Hæc non sunt in libro Bembino, et certe risus non videtur habere hic locum. Sed nec versus hæc recipit. *Færnus*.

Me. Ha, ha, hæ] Verecunda et honesta Aposiopesis. *Farnabius*.

41 *Ut facilius mihi verba dentur*] Hæc facta sunt. *Eugraphius*.

42 *Derides*] Tam diu irridendus erat scilicet, donec se irrideri animadverteret. *Bæclerus*.

Merito mihi nunc ego succenseo] Hic jam ab argumentis, quæ a Menedemo dicta sunt, alia colligit Chremes de præterito, quod illum in sinum meretricis viderit manum inserere. *Eugraphius*.

43 *Dedere*] Sc. occasionem. *Farnabius*.

46 *Nam jam*] Affectio est illa irascentis, de qua sæpe diximus. Ut quod ait Virgilius, *Quos ego*. *Eugraphius*.

Non tu te cohibes] Aposiopesis, ex ira effervescente. *Farnabius*.

47 *Non ego tibi exempli*] Παράδειγμα est, ad deterrendum dictum. *Eugraphius*.

Non tibi ego exempli sentis sum] Ne sc. irascendo nimium amoribus filii, aliquid facias, unde tibi cruciatum ipse parias. Sicut mihi accidit. *Bæ-*

clerus.

48 *Non sum apud me*] Non sum mei compos. Iræ sc. motu incalecit cor, inflammantur spiritus et sanguis, mens de cardine tollitur. *Farnabius*.

49 *Te aliis consilium dare*] Euripides. Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ' αὐτὸν σοφός. *Idem*.

50 *Foris sapere, &c.*] Chremeti regegit Menedemus sua ipsius verba, et consilium in ipsum retorquet, non sine tacita curiositatis exprobratione. Confer act. 1. sc. 1. *Idem*.

52 *Fac te patrem*] Comædiarum vice versa sunt omnia. Nam ille qui accipiebat ante consilium, nunc dare cœpit. Mores enim per comædiam expressit, et qualis humana hominum vita declaratur. *Eugraphius*.

Fac te esse patrem sentiat] Antiqua collocatio, *Fac te patrem esse*. *Færnus*.

Fac te patrem esse sentiat] Totus hic locus fabulæ vices permutatas χαρακτήρις: et conferendus est cum oratione Chremetis, act. 1. sc. 1. vs. 101. &c. *Bæclerus*.

54 *Ne quam aliam quærat copiam*] Vide Guyet. *Idem*.

57 *Nam si illi pergam*] Liber Bembinus *pergo*. Ita habuit et Victorianus. *Færnus*.

Nam si illi pergo suppeditare sumtibus] Plautus: 'Suppeditare clamori.' *Bæclerus*.

58 *Mihi illæc vere*] Vero liber Bembinus. *Færnus*.

Ad rastros res] Ad rastros sum, non dolore, sed paupertate rediturus. *Eugraphius*.

Ad rastros res redit] Allusum ad rastros Menedemi, act. 1. sc. 1. et Emphatice: mihi illæc vere præinopia ad rastros res redit, non ut tibi modo obstinato dolore. Idque proverbialiter, ut; *ad restim res rediit*, *Ad incitas redactus sum*. *Farnabius*.

Quot incommoda] Ita etiam Més. nostri, Guyeti emendationem confirmantes. *Baelerus*.

60 *Difficilem ostendis*] Aliqui libri, inter quos Bembinus et Victorianus, habent *ostendes*: ut referatur ad id tempus, quo venia petetur per Clitiphonem a Chremete. *Faërnus*.

61 *Et id ingratum*] Gall. *Et on ne vous en saura aucun gré*. Faber.

Ut lubet] Hæc quoque respondent superioribus i. 1. 114. 115. 'CH. nicine est sententia? M. Sic. CH. bene vale.' Menedemus hic cum ratione ad suum negotium, de Clivim matrimonio, properat reverti. *Baelerus*.

64 *Quid dotis diu te dixisse*] Proprium juris est verbum, cum dicitur dos, quod exprimitur. *Eugraphius*.

65 *Quid obtinueris*] Postea quod dos petita est, Chremes diu deliberavit consilium querens, non quo summam quereret dotis, quod intelligi datur ex sequentibus. Compromissa dote adjungit, *si me vis saluum*: aliter enim filium corrigi non posse credit, nisi dotis nomine omnia bona filius promissæ videatur, unde crederet filius exheredem se. Denique, *id*, inquit, *mirari te simulato*, ut ad ejus notitiam veniat. Quam quidem rem cum intellexisset Menedemus, explanat, se idcirco promissæ, ut animum adolescentia luxuria et lascivia diffluentem inopia retunderet, et ad integram frugem necessitate revocaret. *Idem*.

CH. *ah*] Deliberationem significat hæc cunctatio, non tam de dote, quam de ratione emendandi et ad frugem revocandi filii. Hic enim consilium illud ad *okovopu* unice factum, veluti ex re præsentī arripitur: ut, dum turbæ in Clitiphonem augeri videntur, ad *καταρροφῆ* pareretur via. Differt enim hæc ira Chremetis patris ab aliorum patrum indignatione, ubi plus affectus quam ratio dominatur. Hic in rationem

Delph. et Var. Clas.

se composuit affectus, nec impeditur sed tegitur iracundia consilium. Quod ut conspectus esset, adjecit Poëta et comparavit sensis in servam indignationem: quæ ultionem et minas spirat. Filius dictis *confutabitur*, ad emendationem: servus verberibus male multabitur, ob vindictam factorum. *Baelerus*.

66 *Nihil dos nos movet*] O. l. s. *nihil nos dos movet*. *Faërnus*.

67 *Pro re nostra*] Pro facultatibus meis. *Farnabius*.

70 *Et illum rogitate simul*] Liber Bembinus, et illam *hæc rogitate simul*. *Faërnus*.

71 *Quin ego vero, quamobrem id facias nescio*] Duo egit poëta; tum, ut eliceretur consilium, de quo modo dictum est, atque expressus signaretur: tum ut discrimen ingenii ac morum sensis consignaretur; de quo in præfatione. *Baelerus*.

74 *Gerere mihi morem*] Animo meo satis facere, arbitrio meo facere. *Farnabius*.

75 *Age jam, uxorem ut accersat parat*] Tò age huc probe quadrat et Mss. auctoritate defenditur. Ut fortasse alio remedio opus non sit. *Baelerus*.

Uxorem ut accersat] Deductio uxoris vesperi adeo et nocte fiebat. *Farnabius*.

76 *Dictis confutabitur*] Solis sermonibus male tractabitur. *Eugraphius*.

Ut liberos est æquum, &c.] Clitipho convictus dictis castigabitur, sc. 4. infra 'gerro, iners,' &c. servilli multabitur supplicio. *Eugraphius*.

77 *Sed Syrum*] Cum utique majora tormenta servo minatus sit, irascentis more, quod esset facturum, exprimere non potuit. *Eugraphius*.

Sed Syrum] Erudite Eugraphius: 'Cum utique,' &c. *Baelerus*.

Sed Syrum] Aposiopesis ex ira. *Farnabius*.

Adeo exornatum] Id est, comptum,

Terent.

4 S

per *elapulas*. *Eugraphius*.

Adeo exornatum dabo] Verberibus et cruciatu carminatum. *I'll so trim him*. Farnabius.

78 *Adeo depezum*] Hoc est, compositum pœnis et tormentis. *Eugraphius*.

Depezum] Flagris. Plaut. Menæch. 'Pecte pugnīs:' act. v. sc. 7. Pœn. act. i. sc. 2. 'Leno pugnīs pectitur.' Rud. act. iiii. sc. 2. Farnabius.

80 *Vidua mulieri*] Facilis enim illusio est in eam, quæ et mulier et vidua est. *Eugraphius*.

Vidua mulieri] In quam injuria plerumque impunita. Quintil. Declam. 'Imbecilla res est fœmina, et affert infirmitati naturali non leve pondus, quod vidua est.' Farnabius.

SCENA II. Satura est, ex Trochaicis catalecticis et Iambicis acatalecticis. vs. 2. unus *Mis*. omittit *de me*. vs. 7. omnes, ut ed. vs. 11. omnes: *ut neque tu egeres*. vs. 18. Argent. *prius Clitipho disce*. vs. 19. Idem ex glossa: *istoc voto*. vs. 22. duo: *nemo te accusat Syre*. vs. 25. omnes: *quid Syre?* vs. 33. omnes: *quod in mente mihi est*. vs. 43. duo: *cujus sis filius*, cum glossa. vs. 44. unus omittit *rd in*. vs. 46. omnes: *anne*. vs. 47. duo: *ob hoc pro adhuc*. vs. 48. omnes: *hinc nunc ad Mened. pergam*. Bæclerus.

1 *Itane tandem*] Ad satisfaciendum valet hæc scena, et veniam petit. *Eugraphius*.

1. 2 *Ut pater tam in brevi spatio omnem de me ejec. anim. patris*] *Ἐκπύρεα* singularis in verbis, quæ frequentia voluit esse poëta: *pater ejecit animum patris*, et in *tam brevi spatio*. Hoc cine est credibile aut memorabile: *itane tandem, quæso, est, Menedeme?* Nota, quam significet graviter *rd tandem*. Bæclerus.

4 *Pulgo faciens*] Quod meretrices omnes amant adolescentes. Et argumentatur: quia quod omnibus licet, uni licet. *Eugraphius*.

Volgo id faciunt] Purgatio popula-

ris, exemplum. 'Nam quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant. Atque aliquid, atque adeo multa afferunt de suo.' Cic. l. iv. Epist. 3. Farnabius.

6 *Nescio, nec rationem capio*] Dissimulat Menedemus se scire, quod ex Chremete audiverat. Ita enim erat juvandus Clitipho solatio et officio, ut parenti constaret auctoritas, neque corrumpetur consilii fructus. Bæclerus.

Hic patrem astare aiebas] Menedemus, negotio Clinix nuptiarum apud Chremetem confecto, propere ingressus, ut filium parare juberet ad nuptias, eadem opera Clitiphoni exposuit, quemadmodum pater ipsum exheredem velit esse; magnæque permotus iracundia, omnia sua bona doti dixerit filix, Clinii sponsæ. Hoc nuntio percussus Clitipho, properat ad satisfaciendum patri; qui interea subliterat; meditabundus et cogitationis multæ manifestus. Subsequitur Clitiphonem Syrus consternationis particeps, ut ante consiliorum. Menedemus autem paululum officii causa cum Clitiphone egressus regreditur mox: neque interest jurgio. Nondum enim tempus deprecandi pro adolescente aderat. *Idem*.

8 *Quidquid ego hujus*] Quidquid ego tale feci. *Eugraphius*.

Quicquid ego hujus feci, tibi prospexi, et stultitia tua] Dictis jam confutat filium, ut ante constituerat. In qua objurgatione poëta exemplum dedit notabile, quanto sit major vis in rationibus, quam in vehementia et tumultu castigantis. Dissolutos filii mores, turpitudine præteritorum, noxa futuri, graphice describit pater; ut inferatur potentius necessitas coercitionis, et descendat in animum gravius. Inter Demæ asperitatem et Micionis indulgentiam, meditatam temperamenti genus. Sententiose autem *ἡ δούρις* stultitiam nomine Poëta describit. Itaque apud Aristophanem Plutus conqueritur;

‘Se, ut primum in hominem stultum inciderit, in meretrices et aleam projici, minimoque temporis nudum domo expelli.’ ‘*Ἦν δ' εἰς παραπλήγ' ἀνθρώπων εἰσελθὼν τύχῃ, Πόρνοι καὶ κόβῃσι παραβλημένος, Γυμνὸς θύραξ*’ *ἔξέρεσαν ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ.* Ubi Scholiastes vetus erudite: ‘*Ἀλλήως γὰρ ἡ ἀσωτία παραπληγμένη ἐστὶ διδούα.*’ *Bacclerus.*

9 *Esse animo omissio*] Negligenti, non in futurum prospicienti, sed voluptates præsentes habere potiores quam utilia in posterum et honesta. Adelph. act. v. sc. 3. ‘Omissiores paulo.’ *Farnabius.*

Et suavia in præsentia] Ut tantum præsentia cogitares, neque de futuris curam gereres. *Eugraphius.*

12 *Ubi decuit*] Quia primo tibi non licuit dare. Hoc enim optimum est parentibus, semper filiis bona tradere. Sed hoc cum mihi non licuerit, proximo tibi qui erat tradidi, hoc est, leviro, qui sororem tuam ducit uxorem. *Idem.*

Cui decuit primo, tibi] Comico genere loquendi per frequentia pronomina: ubi per te non licuit mihi dare tibi, cui primo decuit sc. me dare, aut decuit dari. *Bacclerus.*

Per te] Tua ipsius culpa. *Farnab.*

13 *Abi ad proximos tibi qui erant: eis commisi et credidi*] Ordinem juris accurate exprimit hic versus. Vult enim Chremes justissime videri hoc facere, quod filio minabatur: postquam illi non potuerit dare, qui in suis hæredibus primus erat, sibi progrediendum fuisse ad proximos, i. e. ad sororem, sicut postea vs. 26. explicatur: illis commississe se et credidisse. In quibus verbis non simplex vis inest: primum quidem, *commisi et credidi*, ut tutanda, ne profusione intereant, quod in Clitiphone verendum erat; deinde, ut dispensanda, quantum ad necessitates vitæ attinet, etiam in Clitiphonem. Quin et consulto, ut de pluribus locutus est, quia

dotis tutandæ ac dispensandæ cura ad maritum datatæ pertinet: quo eleganter etiam valet τὸ *committere et credere.* Engraphius non videtur satis cepisse vim ordinis, cum *proximos* explicat. *Bacclerus.*

Proximos] Hæredes, sororem tuam et maritum ejus, levirum. *Farnabius.*

14 *Ibi tua stultitia sit præsidium*] Circa victum atque vestitum: et tectum habeas quo te recipias. *Eugraphius.*

Ibi] Apud illos. *Farnabius.*

18 *Quid sit vivere*] Vere vivere, ut act. i. sc. 1. *Bacclerus.*

Quid sit vivere] Secundum rationem et virtutem, quæ vera est vita. Lactantius l. iii. c. 18. ‘Noone igitur verus ille et communis omnium pater Terentianum illud jure increpaverit, ‘Prius discere quid sit vivere.’’ *Farnabius.*

19 *Istoc*] Moriendi voto atque consilio. *Idem.*

20 *Quæ isthæc est*] Servus iram domini in personam suam inclinare cupiens, ut adolescenti possit succurrere; interponit hæc verba. *Eugraphius.*

20. 21 *Quæ ista est pravitas? quæve amentia est*] Comica *αἰθέρα* usurpata sunt hæc vocabula, de ordine juris perverso, de præpostera ratione factorum. *Bacclerus.*

Quæve amentia] O. l. a. hic addunt verbum *est.* *Færnus.*

22 *Aram*] Athenis, urbe media, fuit ara, Misericordiæ sacra, asylum, ad quod confugerent cives miseri, nec non servi. ‘*Ἐχει γὰρ καταφυγὴν δοῦλος βαμποῦς Θεῶν.*’ Enrip. Andromach. Plutarch. lib. de Superstitione dicitur *φεδύμος βαμύς.* ‘Hæc ara tuebitur omnes.’ Hecuba apud Virg. *Æn.* ii. *Farnabius.*

23 *Nec precatorem pararis*] Ne, inquit, ut adsolent servi, velis et tu habere precatorem, qui pro te roget. Vobis enim non irascor, cum multa feceritis: ita æquum est et mihi vos

ne irascamini. Post iracundiam apta sententia est. *Eugraphius*.

Precatorem] Deprecatorem, qui pro te intercedat. Plaut. *Asin. act. 11*. 'Precator adfuisse, malam rem effugies nunquam.' *Farnabius*.

23. 24 *Nihil succensco nec tibi, nec huic: nec vos est æquum, quod facio, mihi*] Custodit modum sui consilii senex; qui hanc castigationem non iræ, sed rationis esse; nec litigando, sed convincendo; adeoque plus rerum quam verborum argumentis constare voluit. Dissimulat ergo iram in servum, et in occasionem ultionis differt. Cum præsertim meminisset, quomodo huic ipsi servo nequam animum ad peccandum addiderit. Quæ demum jactari, inter pudorem erroris sui, non vult. *Nec vos est æquum*, ob id *quod facio, mihi succensere*. Ita supplet Ms. Argent. codex, cum Guyeto. De ara et precatoribus Barlandus, (in cujus annotatione editores diligenter scilicet Lactantium pro Luctatio reponunt,) et melius Weitzius. *Bæclerus*.

24 *Nec vos est æquum*] *Nec vos æquum est mihi succensere. Farnabius*.

25 *Abiit*] Quo facilius terreret senex discessit. *Eugraphius*.

Abiit. vāh rogasse vellem] Nullo modo debnit ejicere hos versus duos Guyetus. Quam necessarium est indicari, senem, abrupto colloquio, abiisse? et quæ potest esse opportunitas orationis vs. 27. cæptæ, si sermoni Chremetis statim subjiciatur? Durius videatur illa *ἔλλαψς*, tibi jam esse ad sororem intelligo. Sed prope est, unde suppleatur. Dixerat servus, unde mihi peterem cibum, et interposuerat *πρόβους* causa; ita nos alienavit: continuatur præcedentibus oratio: tibi jam esse, sub. cibum, ad sororem, i. e. apud sororem, intelligo. *Bæclerus*.

Abiit] Senex, Chremes. *Farnabius*.

26 *Ita nos abalienavit*] *Lego, alienavit*, ut sit Trochaicus, quales sunt ceteri. Vide *Færrum. Faber*.

Ad sororem] Apud sororem. *Farnabius*.

27 *Adeone rem*] Optimum equidem sensum ex necessitate collectum in dolore adolescens collocavit. Quippe cum postremum omnium malorum fames sit. Denique, 'Obscænamque famem, quæ prima pericula, vito.' *Eugraphius*.

Fame] A fame. Vel genitivus antiquus 5. declin. Vid. Agell. lib. ix. c. 14. *Farnabius*.

Syre] Hic trochaicus ita sustentandus est, ut prima syllaba in præcedentem versum rejiciatur; et *periculum* in *periculum* contrahatur. Ut prius pes sit spondeus: secundus anapæstus: nam *redisse* scribebat Terentius, quod nos *redisse*: tertius iambus, quartus dactylus. *Færrus*.

28 *Modo liceat vivere, est spes*] Hic versus octonarius iambicus est, ponendo in prima sede proceleusmaticum, et diphthongum dissolvendo in quæ, ut sit spondeus. *Idem*.

Modo liceat vivere] Οὐδέποτε' ἄδυμαιν τὸν κακὸς πρόσσονται ἑνδρα, τὰ βέλτερά τε προσδοκῶν ἄλ. Apollodorus. *Farnabius*.

Nos curituros satia] Tristitia aliquo joco distingui, comici leporis est. Sed videndum qui, et ubi, et a quo fieri id debeat. Servum hic non dedecuit, ab inexpectato, aliud joculariter inferre, quam quod interrogabatur. *Bæclerus*.

Nos curituros satis] Ἀπροδοκῶν servilis joci in periculo. *Farnabius*.

29 *Neque me quicquam consilio adjuvas*] Opportune instigatur servus, ut consummat, quod super est fallaciæ, in astuto pectore. Οἰκονομικὸν et plane insigne εἴρημα: ad exheredationem, suspicio subditivi partus. *Bæclerus*.

30 *Immo et ibi nunc sum, et usque id egi dudum, &c.*] Commendat in his

δαυόντῃα ingenil sui Syrus: vultaque sermonem adjuvat. *Idem.*

Ibi nunc sum, &c.] Totus in hoc sum, hoc nunc ago, et dudum egi, usque dum pater tuus aderat, ut meditando aliquid consilium extnderem. *Farnabius.*

32 *Sic est*] Din finxit, nescio quid cogitare, servus, reperit tamen astute. Consulit uti dicat, hunc adolescentem filium non esse, et querit argumenta, quod antequam puella esset inventa, hunc diligebant, postea exheredatur. Adjicit et illud, cum matres semper pro filiis intervenire consueverint, nunc in iracundia non rogat mater. Compellit igitur adolescentem, uti parentes roget, aut enim precibus ad misericordiam commoturus est ambos, aut suos parentes facile cognoscet. Sed conventum ex posteriori oratione cognoscimus, cum dixit, 'Satis recte.' Cum enim in periculo majore positus fuerit filius, tum facile parentibus potest movere pietatem, vel pacem ab iracundo patre snscipere. 'Pacem' autem dixit veniam, ut Virgil. 'Pacemque per auras Exquirunt.' Id est, benevolentiam ac veniam. *Eugraphius.*

Sic est: non esse horum te arbitror] Bene Eugraphius: 'din finxit, se nescio quid cogitare, servus; reperit tandem' (ita legendum est) 'astute.' Itaque hæc oratio, *sic est*, continuat cogitationes, nota et familiari Comicis figura. Mox consilio suo fidem et benevolentiam parat: 'ego dicam, quod mihi in mentem: tu dijudica.' Atque hinc duobus argumentis (quam ex proximo et re præsentis petit!) et adolescentis et consternati animum facile impellit. *Bæclerus.*

Non esse horum te arbitror] Arbitror te non esse filium horum, nec dignatus est dicere, 'parentum,' aut, 'Chremetis et Sostratæ.' *Farnabius.*

38 *Matres omnes filius, &c.*] Menander: Ἔστι δὲ μήτηρ φιλόστοκος μᾶλλον

παρπός. *Idem.*

39 *Auxilio in paterna injuria*] Sicut ubi pater infestus sit et iniquior, mater plerumque indulgentior excusat peccata filii. Jam autem lentior est, neque id facit. *Idem.*

41 *Suspicionem istam*] In libro Bem-bino est *istanc*, ut et Priscianus citat, et ratio versus exigit. *Færnus.*

42 *Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito*] Quid enim validius esse poterat ad tentandum animum parentum? Itaque postea mater nec ferre potest hujus mentionem. Calphurnius hujus sententiæ hanc rationem affert: 'quia parentes veri cito filiis ignoscunt.' Quod frigidum esset hoc loco. Vult enim significare, parentes prorsus ferre non posse, si γυναικὸς τῆς στροφῆς in dubium vocetur. *Bæclerus.*

43 *Scibus*] Antiquæ, pro *scies*. *Farnabius.*

Faciam] Cum hoc verbo, statim digreditur ad matrem Clitipho; et cum ea talem orationem habere instituit, ut præceperat Syrus. Qui in theatro subsistit, et mutatas quasi in melius sibi propositi vias exequitur. *Bæclerus.*

Sat recte mihi] O. l. s. post 'recte' habent hoc. *Færnus.*

44 *Maxime spe situs erit*] *Situs spe*, expone, derelictus, sive dimissus a spe: *sino* enim et pro dimitto accipitur, ut et supra in Heautontim. 'sine me vacivom tempus ne quod dem mihi laboris.' Item in *Adelphis*, 'quisquis es sine me.' Et in *Phormione*, 'imprudens timuit adolescens, sino.' Quæ duo extrema etiam a Donato citantur in *Hecyra*, probare volente idem esse *sino*, ac *mitto*. *Idem.*

Quam minima in spe situs erit] Tor-sit hic locus ernditos: in quibus duo maximi viri Færnus et Guyetus vix approbabant suam interpretationem (de voce *situs* aut *citus*) cuiquam diligentius cogitanti. Sensus quidem

patet: et ab Eugraphio recte con-
signatur: 'cui enim in periculo ma-
jore positus fuerit filius, tum facile
parentibus potest movere pietatem,
vel pacem ab iracundo patre susci-
pere.' Hinc constat primo, Eugra-
phium hic non legisse, *quam et tum*;
sed *quam et tum*: deinde *quod situs* eum
accepisse, pro positus. Prius illud
Guyeti emendationem confirmat,
cum iidem hic legit, *quum, tum*. Bœ-
clerus.

Quam min. in spe ritus erit, &c.]
Quanto magis fingit suspicari se nec
posse sperare se esse eorum filium,
tanto facilius patris benevolentiam
sibi conciliabit, idque ad arbitrium,
conditiones, et voluntatem suam. Far-
nabius.

45 *Tam facillime boni patris pacem]*
Dictionem boni, auctoritate omnium
librorum, delevimus. Færnus.

Patris pacem in leg. confic. suas]
Plautus Mostellar. v. 2. 5. et 6.
'Nunc ego de sodalitate solus sum
orator datus, Qui a patre ejus conci-
liarem pacem.' Bæclerus.

46 *At Syro nihil sit gratiæ]* Certus
sum quod ex hoc consilio in gratiam
est filius reversurus, ut fortasse etiam
concedat veniam, et uxorem ducere
compellat. Eugraphius.

Ac Syro nihil gratiæ] Tò ac Eugra-
phius habet; sed nostri Mss. et alii
præferunt *at*. Quod et Guyetus
tuetur. De sensu disputant. *At Sy-
ro nihil gratiæ* scilicet apud Clitipho-
nem erit. Reconciliabitur quidem
ille parenti, si præsertim animum a
meretrice avulsam ad nuptias trans-
ferat; quæ una placandis parenti-
bus ratio superesse videtur. At mihi
nihil gratiæ erit ex hoc consilio; nec
apud adolescentem, qui ægre feret
æ abstracti a Bacchide; nec apud
Chremetem, qui me ut amoris mere-
tricii adiutorem oderit. Abrumpit
autem oratio imperfecta, inter-
venta senis. Bæclerus.

47 *Quid autem hoc]* O. l. s. *quid*

hoc autem? versus est trochaicus te-
trameter acatalecticus, ut sequentes.
Færnus.

Ego fugio] Non conscientiæ tan-
tum iste metus est, sed sagacitatis.
Intellexerat enim veterator, dissim-
ulari tantum et differri Chremetis
iram. Bæclerus.

49 *Eum precatorem mihi paro]* O. l.
s. *cum mihi precatorem paro*. Færnus.

Precatorem] Deprecatorem, ut mo-
do. Farnabius.

Seni nostro fidei nihil habeo] Non
credam seni quasi ignoscenti; itaque
Menedemum precatorem parabo. Eu-
graphius.

SCENA III. Iambici Octonarii, et
Trochaici septenarii; intermixtis
duobus dimetris iamb. vs. 4. omnes:
oh pergin mulier esse. vs. 5. duo: *mihi
adversatrix fueris*. unus omittit, *mihi*.
vs. 13. omnes: *istuc nostris inimicis
siet*. vs. 16. duo: *quo magis er*. vs. 19.
duo: *quia iidem sit tibi*. unus: *quia
iidem sit tibi*. Bæclerus.

1 *Profecto nisi]* Coercet hic *uxor
maritum, quod exharredationem filii ve-
lit errore*. Ex illo consilio sexus jam
continuo notatur. Quasi morum vi-
tium eat; ut alibi, 'Tu inquam mu-
lier, quæ me omnino lapidem, non ho-
minem putas.' Aliud tamen est mu-
lierem dicere per naturam, aliud per
vitium. Eugraphius.

Profecto nisi caves] Magna celeri-
tas est rerum, quæ hic concluduntur.
Clitipho ad matrem occurrit, quere-
lam ferens de severitate patris ex-
hæredare ipsum volentis; atque hinc
suspicionem moverat de statu suo:
quod verisimile nemini videretur, pa-
trem tam acerbè acturum cum filio,
quem pro vero et suo agnosceret.
Mater Chremetem maritum statim
ea de re aggreditur, domoque exe-
untem pone consequitur, atque hoc
jurgium in scenam infert. Inter-
ponitur nihil aliud, quam sermo ille
Syri brevis scena præcedente. Hæc,
inquam, celeritas condonatur fabulæ,

quarum memoriam et modum custodire inter artes poetarum est. Neque nulla ratio subest, inter percussos re atroci, et paucis verbis, multo affectu festinantes. Frustra hic nemo confusionem suspicatur, et ad scenam sequentem requirit, qui jam hac scena Sostratae de suspitione Clitiphonis potuerit constare?

In senili hoc jurgio, quin justo duriorem se præbeat adversus uxorem Chremes, negari non potest. Atque illos ipsos morosorum adversas uxores senum mores aliquoties videtur *καυχήσθαι* poeta noster. *Bacclerus*.

3 *Idque adeo miror, quomodo*] Hunc versum dimetrum iambicum ab ceteris separamus: reliqua ut in libro Bembino, in quo est, *Pergin* mulier odiosa esse? in hos versus octonarios iambicos ordinamus, servata etiam collocatione illorum verborum, quæ est in antiquis libris, *michi fueris adversatrix*: CH. *Pergin* mulier odiosa esse? *nullam ne ego rem unquam in vita mea Volui, quin tu in ea re mihi fueris adversatrix Sostrata?* *Faërnus*.

4 *Pergin' mulier esse*] Sunt qui legunt, *pergin' mulier odiosa esse*? 'odiosa' tollitur a Fabricio tanquam surreptitium. Satis est si sexui imputetur impotens, intempestiva, et temeraria sapientia. *Plaut. Casin. act. II. sc. 2.* 'I foras, mulier es.' *Farnabius*.

5 *Quin tu in ea re mihi fueris adversatrix*] Vide *Chrestomath.* Apud *Plantum* opponitur *assentatrix*, *Moscellaria* I. 3. 100. 'Nunc assentatrix scelestas esse, dudum adversatrix erat.' *Bacclerus*.

6 *At si rogitem*] Quam stulta sis, perspicue. Quid faciam vides, cur faciam nescis, unde stulte resistis. *Exgraphius*.

7 *Ego nescio? immo scis potius*] *Ilud, ego nescio*, vel dolenter et *ἐμυσαίνων* proferendum est, ut contrarium in-

telligatur: vel, quod simplicius videtur, idem sensus interrogatione effici debet: *ego nescio?* itane ego nescio, quid facias? in re scilicet tam manifestæ acerbitalis. Atque in hac sententia, *Calphurnio* etiam probata, nihil opus est emendatione, aut commutatione *τοῦ* *nescio* in *nesciam*, invitis codicibus. Respondet *Chremes* iracunda concessione, *immo scis potius, quam quidem redeat ad integrum eadem oratio*. i. e. desine modo contradicere; non dico jam te nescire: quin scis, (*ἐλπίσας*), quin te scire fateor potius, quam ut eadem oratio redintegretur, quam ut iteratis tuis contradictionibus me obtundas. Tò scis nihil incommodi hic habet: vultu præsertim et pronuntiatione figuram affirmantibus, et formam *τῆ διαβολῆς* largientibus. *Bacclerus*.

Ego nescio] Ironice. *Farnabius*.

8 *Eadem oratio*] Sensus hunc puto esse horum verborum, ut *Sostrata* per interrogationem dicente, ego nescio, ipse fateatur eam scire potius, quam amplius super hac re contendendum sit, et eadem oratio utrique repetenda. 'Subditum se suspicatur. CH. subditum! ain tu? So. certe inquam mi vir.' *Faërnus*.

9. 10 *Oh iniquus es, qui me tacere de re t. p. non postulo*] In his verbis, *κρίσις τοῦ ἡθους* continetur in hac scena: quod plerumque solet facere *Terentius* singulari diligentia. Satis est semel monuisse rem non vulgaris observationis. *Bacclerus*.

11 *Verum*] I. e. omnino. *Verum* est, quod dixi me facturum. *Idem*.

12 *Subditum se suspicatur*] Hic jam intelligendum, venisse adolescentem, et matri, hoc est, mitiori de parentibus, suam suspicionem indicasse. *Exgraphius*.

Subditum se suspicatur] Omnium scriptorum, quos legerim, prudentissimum fuisse arbitror *Terentium*. veteres in eo artem præcipue commendant. Et tamen hoc loco id ego ho-

die adversus illum dicere possim quod in prima Comœdia est: 'Male divisa sunt tibi temporibus hæc;' nam gravissimum contra œconomiam Fabulæ peccatum est, quod ego primus ostendo. Quippe unde resciscere potuit Sostrata Clitiphonem suspicari esse se subditum? Nam modo id consilii dedit Syrus; at Syrus ex eo tempore Sostratam non vidit. Clitipho autem ad eam non adibit nisi scena sequenti. Ibi sic eam alloquetur: 'Si unquam ullum fuit tempus,' &c. *Faber*.

Subditum! ain tu] Cum admiratione, sed severa, et contradicendi studio excitata, dici hæc, responsio matronæ monstrat magna asseveratione: 'certe, inquam, mi vir.' *Bæclerus*.

Subditum] Subdititium, supposititium, ὑποβολιμαῖον, *Farnabius*.

Certe sic erit] Quod in futuro dicit, 'certe sic erit,' confirmando id quod jam in præsentī dixit, 'subditum se suspicatur,' hujus locutionis multa jam exempla veterum adduximus in Eunūcho, super eo verus: 'Verbum hercle hoc verum erit.' *Færnus*.

13 *Confiteri, tuum non esse*] Arripit occasionem senex *Χαιριπποῦ* in uxorem: sed acerbè et violente. Ubi hoc verè *κωμικόν*, quod ex re nata coriuntur ista: de cetero morosi moris nota minime in obscuro est. Sensus: tu scire inprimis potes, subditasne sit an verus filius. Et si quid secus, quam par est, accidit, non abhorret a tuis moribus suspicio imposturæ, *confiteri tuum non esse*. Hæc fere alii. Mihi nihil certius videtur, quam vim hujus orationis in pronuntiatione et vultu querendam esse; ut dixerit Chremes vultu serio, sententia ironica, pronuntiatione inter utrumque media, *confiteri tuum non esse*. Ita enim eludere parat Chremes ex necopinato objectum sibi ab uxore terculamentum. Plus autem intelligi vult, quam dicere videtur: in aperto enim, tanquam ex facili jubere videtur: *confiteri tuum non esse*: quando-

quidem id movet filius, auge ejus opinionem, confiteri ex te non esse natum. Occulte autem, et sequentia docent, contrarium *ἐλπίδα* penetrabili signatur. Confiteri, si potes, filium tuum non esse, qui te ingenio et moribus prorsum refert. Cumque Sostrata ad id, quod erat in verbis potius, quam ad id, quod in sensu suberat, responderet abominando; pergit Chremes suam ironiam pertere, ac interpretari: 'quid? metuis, ne non, cum velis, convincas esse illum tuum?' quid repugnas, quid abominaris? non debes metuere, etiamsi nunc dicas, non esse filium tuum, quin postea tamen, quo velis tempore probes et convincas omnino esse filium. Potest enim et hic ferri usitata lectio. Excipit Sostrata; quid ita hoc dicis? an 'quod filia est inventa?' quæ probet me non sterilem fuisse, neque adeo opus habuisse, ut de supponendo puero unquam cogitarem. Sumatur enim sensus, qui est simplicior, Sostrateque ingenio accommodatior. Manet Chremes in acerbæ suæ irrisione, et adhæc uxoris verba refert: non hoc dico, sed aliud fortius argumentum probandæ *γυναικίτιος* in animo volvo, et 'quod magis credendum siet, ob id quod est consimilis moribus. Nam tui probe est similis;' quicquid est in ipso vitii, etiam in te cernitur: 'nam illi vitii nihil est relictum, quin sit et idem tibi.' (Si quid hic insititil est, hunc saltem versum credam, ut glossam, adjectum.) Hinc ergo 'facile convincas, ex te esse natum.' Cui tam invidiosæ exprobrationi immoratus, denuo infert: 'tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.' *Talem*: tam vitiosum, sicut scena seq. describitur. *Bæclerus*.

Confiteri tuum non esse] Confiteri itaque eum esse subdititium. *Farnabius*.

Istuc inimicis siet] Imprecatio. Ovid. 'Hostibus eveniat.' Horat.

‘Hostium uxores puerique cecos
Sentiant motus orientis Austr.’ *Idem.*

16 *Quod filia est inventa*] Exinde putas posse inveniri hunc esse filium meum, quod et inventa est filia? Hoc est, eodem pacto, ut et hic noster, quemadmodum et illa inventa est, inveniri possit. *Eugraphius.*

18 *Ex te natum*] *Κακοῦ κόπανος κἀκὸς ἐστίν.* *Farnabius.*

21 *Sacerus*] Tristis et gravis, abdicatus ac. re perditā, ad Censuram severitatem allusum. Qui tamen non ex vultu sed ex re censent. *Idem.*

Rem cum videas, censeas] Cum videas, ex vultu mores ejus agnoscas. *Eugraphius.*

Rem cum videas censeas] Quid non comminiscuntur hic duræ, contortæ, ineptæ interpretationis? in quibus etiam censori et censorio supercilio locus datus est, si diis placet: prorsusque multa allata sunt, quæ nec Latina, nec tolerabili sententia, quisquam dixerit. Neque expedit rem impeditam, aut perditam restituit Guyeti emendatio. Quis enim non videat eam quoque longe accersitam, nec præcedenti sententiæ probe congruere? Est, qui, sed leviter tantum, dubitavit, an legi debeat: *quam severum cum, cum videas, censeas*! Verum consensus codicum Mss. interdicere nobis tam præsentibus remediis videtur. An ergo potius ita accipimus, sicut accepere, qui verbis vim facere veriti, pronuntiati javandam sententiam putarunt? *quam severus*, et alicujus pretii, non instrenuus, videtur, cum faciem videas! *rem* autem ipsam *cum videas*, tum vero *censeas*, qualis sit; ut ipsa *ἀποδείκνυται* quod verbis detrahāt, sententiæ adjiciat. An vero? *rem cum videas, censeas.* Rem ita esse censeas, revera severum censeas esse, cum videas, cum faciem videas. Non satisfaciunt mihi ista, qui nihil a Terentio durum aut insolens proficisci persuasum habeo: sed ex omnibus, quæ afferuntur, malim hæc to-

lerare. *Bæclerus.*

SCENA IV. Trochaici tetrametri catalectici, sive septenarii. vs. 1. Mss. meorum alter omittit *ullum*. vs. 2. Arg. addit *aut.* vs. 7 omnes ut ed. vs. 8. Argent. *ne unquam*. Unus meorum, *numquam*. vs. 13. omnes: *itidem ut a.* *Bæclerus.*

1 *Si unquam ullum*] Ad commoven- dam pietatem commemorat præteritos affectus, quo sic facilius possit agnosci. Ut, ‘Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum.’ *Eugraphius.*

Si unquam ullum f. t.] Preces ad muliebri ingenium et animum maternum maxime efficaces. Ordo est: *mater* (in quo nomine affectus ineat) *si unquam ullum fuit tempus, cum ego voluptati tibi fuero*, (tractatu frequentium verborum valet sententia, commemoratione præteriorum affectuum) *dictus filius tuus tua voluntate*, (si non fui, tua certe voluntate dicebar esse, quæ me pro filio tibi esse voluisti) *cjus temporis observo, ut memineras, atque ut inopia mei nunc te miserescat*, (iterum producit, et veluti animo materno imprimitur τὸ ῥέθος) *ut parentes meos commonstres mihi*, in eo, ne graveris meos mihi parentes commonstrare, *quod unice peto et volo*, non cupio, desidero. Ita enim sæpius τὸ *velle* significat. Guyetus sub. ‘propter’ sive ‘ob,’ ante τὸ *quod*. *Bæclerus.*

Cum ego vol. tibi, &c.] Hoc ex consilio servuli Syri, supra, sc. 2. hujus actus. *Farnabius.*

4 *Quid peto et volo, parentes meos ut commonstres mihi, &c.*] Est vero tale illud ut a nemine negari possit. Omnia clara et manifesta. Ergo et error clarus est et manifestus. Totum hoc eo a me dictum est, non ut Terentium reprehenderem, sed ut tantum ostenderem, errasse multos, qui, quod moneo, non animadvertierint. At, si scias, nihil facilius quam Terentium purgasse ab errore tam fædo, qui, ante quam demonstratus a me

fuerat, non apparebat. Sic igitur accipe et crede. Unicæ literulæ mutatione tota res confieri potest. Non est legendum *suspiciatur*, sed *suspiciatur*. est autem longe maxima differentia inter *suspiciatur* et *suspicietur*. Nam de quo dixeris *suspiciatur*, illius animus plane et pro certo commotus et impulsus suspicione est; at si dicas Clitipho *suspicietur*, &c. erit istud in modo potentiali positum; ita ut non affirmative et theticos dicas suspicari, sed tantum posse suspicari se esse subditum, cum nimiam in patre asperitatem videat. Lectores prudentes ac bene cordatos oro ac quaeso, ut quod a me dictum est modo, id considerent diligentius paulo; et hoc meminerint, liberos veteres non sine acri et attento studio legi decere. *Faber.*

6 *Hoccine quasisti obsecro*] Ποῖόν σε ἔπος φέβει ἔπος δόδωκεν; hoccine tu interrogare non es veritus? Bene Gallus Scholiastes: *n'as tu point honte d'avoir fait une telle demande? n'as tu bien osé faire cette demande?* *Bæclerus.*

7 *Ita mihi atque huic sis superstes*] Ὅπως ἡδυνῶς, ex solenni parentum voto. De quo etiam Romani Iureconsulti non semel pronuntiant. Apud Quintilianum (Instlt. Orat. ix. 2.) ita effertur: 'ita mihi contingat hærede filio mori,' de qua re multa annotantur ad illud Plant. Asin. i. 1. 1. 'Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ Superesse vitæ sospitem et superstitem, Ita te obtestor.' *Idem.*

Ita mihi, &c.] Religiosum utique et solenne parentum votum fuit, filios sibi relinquere superstites. Plant. Asinar. act. i. sc. 1. 'Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ Superesse vitæ sospitem et superstitem.' Martial. l. vii. ep. 95. 'Sic ad Lethæas,' &c. alii. *Farnabius.*

8. 9 *Et cave posthac, si me amas. At ego, si me metuis*] Vide Chrestomath. voce Denunt. *Bæclerus.*

10 CL. *Quæ*] Clitipho ad extenuationem vult confugere, quali sententia sc. 2. ante dixit: 'Quodam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi? Vulgo faciunt.' *Idem.*

Gerro, iners] 'Gerro' est piacis nullius saporis vel momenti. Aut 'gerro' dicuntur machinamenta, quæ adversus civitates fiebant, magno impetu cum * deicerent eadem 'gerras' appellabant. 'Hellno' est invasor, et qui plurimum consumit. *Eugraphius.*

Fraus, helluo] In libro Bombino et aliis antiquis *helluo*, per duo l, scriptum est. *Færnus.*

Gerro, iners, fraus, helluo] Frequentationis genus, inprimis validum et affectibus aptum. 'Iners,' sine arte, i. e. ἀπὲρτῆ, Donato in Andr. et Ciceroni ii. de Fin. 34. 'Fraus,' magna et rara αὐτῆσαι, pro frandulento, qui fallere consueverit patrem. *Bæclerus.*

Gerro] Nugator, geræ enim nugæ. *Farnabius.*

Fraus] Fraudulentus, fallax. *Idem.*

11 *Ganeo*] Tabernis operam dans et conviviis turpioribus. *Eugraphius.*

Damnoscus] Hoc in postremum reservavit, ut quod intus male urebat senem x. minis Syri dolo emunctum, atque Bacehidi a Clitiphone datis. *Farnab.*

Crede, et nostrum te esse credito] Εἰπαυός et cum εἰπαυός hæc dicta accipi debent, ut plura Chremetis. *Crede* hoc quod dixi: verissimum est scilicet, te esse qualem descripsi. *Crede*, inquam, hoc, de quo nulla tibi dubitandi causa est; et eadem opera, si potes, *credito*, *te nostrum esse filium*. Innuit tacita vi castigationis, non tam de nativitate, quam de moribus agi. Quis enim vult dicere, talem filium pro suo agnosceret? parentes scilicet ita sentiunt, ut ab initio fabulæ Menedemus ἡδυνῶς euntyavit. 'Ego te meum esse dici tantisper volo, Dum, quod te dignum est, facies: sed si id non facis, Ego, quod

me in te sit facere dignum, invenero.' Id est, non eris mihi amplius pro filio, exheredaberis. Atque hujus sententiae vim mox etiam proverbiali genere *ad hoc* amplificat Chremes: 'non si ex capite sis meo natus, item, ut aiunt, Minervam esse ex Jove,' adeoque singulari modo tibi pater sim, pro filio te habeam his moribus, atque 'ea causa magis patiar flagitiis tuis me infamem fieri.' Quomodo Gnyetus emendare conetur, vide. *Baculus.*

12 *Non sunt jam haec dicta parenti,* &c.] Versus esse trochaicus debet. Quamobrem legendum ut apud Faërum est: *Non sunt parentis dicta.* Profecto arbitror multos Christianos ignorare quid doceat Hephæstion Alexandrinus in libello admirabili de metris, aut quid scripserit Marnus, Grammaticus poeta, et vir Illustris. *Faber.*

Non sunt haec jam parentis dicta] Jam non est in ullo l. s. quod et ratio trochaici respuit. *Faërus.*

Si ex capite sis meo] Si æque certus essem de patris ac matris sunt aut Jupiter, cujus e cerebro natam esse Minervam aiunt; non tamen me infamem flagitiis tuis fieri patiar. *Farnabius.*

13 *Minervam esse ex Jove]* Poëtæ, Stesichorus primus, mox Apollonius, deinde alii. Lucianus in dialogo Jovis et Vulcani. Adi Mythologos. *Idem.*

16 *Dii isthæc prohibeant.* CH. *Deos nescio]* Plantus, *ἐκ παραλλήλου*, Cistellaria 1. 1. 53. 'Gy. Dii faxint. Læ. sine opera tua nihil dii horum facere possunt.' *Nescio deos*, sub. quid facturi sint, an prohibitori sint, ut recte Gnyetus. Alii non ceperunt. *Baculus.*

Nescio deos] Dionysius Lambinus, vir summe eruditus, ut de illo alicubi censuit Scaliger, (qui tamen haud facile quemquam laudabat,) hic valde erravit. Sic enim in egregia illa ad Carolum 1x. Epistola loquitur, (qua

Epistola nihil ab ipso melius scriptum est,) 'Ne Terentius quidem,' inquit, 'quem omnes eruditi omnium comicorum pudenterissimum et veracissimum fatentur esse, &c. Jam illud ab irato sene imple dictum: Deos nescio.' Vides, Lector, Terentium impietatis accensat. o si vellem ego Lambinum arripere! Sed ejus virtuti debetur ut nequid tale faciamus. dicam igitur simpliciter, et veniam præfatus, hoc loco lapsus est vir Doctissimus. Illud, *Nescio deos*, nihil est aliud, nisi, 'Quid facere decreverint Dii, id equidem est quod nescio; quid ipse facturus sim, id vero est quod scio.' Sic alibi, cum dixisset Bacchis: 'Vobis cum uno semel,' &c. respondet Antiphila: 'Nescio alias: me quidem semper scio fecisse sedulo Ut ex illius commodi meum compararem commodum.' 'Nescio alias,' id est, Quid alie mulieres faciant, ut sese in viros gerant, nescio: at ego, quæ mihi conscia sum, hoc vere possum affirmare, me semper meum commodum ex ipsius commodi comparasse. *Faber.*

CH. *Nescio Deos]* Supple, *prohibeant.* Sed vocem hanc interdidit ira Chremetis, cui dolor impiam hanc vocem expressit. *Farnabius.*

16 *Quaræ quod habes]* Scilicet parentes. *Eugraphius.*

Quod abest non quaris] Hoc est, quemadmodum patri obsequaris. Et est compositum ex contrariis, quæ figura dicitur *ἀντιθετον*, vel *τρίπων*, id est, æquatio sententiæ. *Idem.*

18 *Pudet]* Aposiopsis ex pudore. Quanquam iratus, coram uxore tamen *meretricem* dicere sibi interdicit. *Farnabius.*

19 *At te illud nullo modo facere piguit.* CL. *heu quam ego nunc]* Bembinus et aliquot alii libri ita habent: *At te id nullo modo facere puduit.* Ita optime stat trochaicus. Quæ vero sequuntur in Bembino, sunt sine pro-

nomine ego. *Faërnus*.

SCENA V. Eodem metro. vs. 6. *Ms.* omnes : *sine te exorem*. et mox : *egone*. vs. 9. omnes : *quid istuc?* et vs. 10. *si id faciat*. vs. 14. *Argent.* cum glossa : *aut illum accipiat, aut me inimicum habeat, utrum vult*. vs. 15. omnes : *cognoveris*. vs. 21. omnes : *Archonidis*. Sed in uno, secunda manu, deleta est litera postrema. *Archonidi* enim scripsisse *Poëtam*, testatur *Priscianus* lib. vi. *Bæclerus*.

1 *Enim vero Chremes*] *Procedit Menedemus, ut omnis persona in postrema parte præsens sit. Venia datur filio, ut cunctus error possit absolvi. Adhuc tamen perseverans Chremes convenit Menedemum, ut filiam ducat. Eugraphius.*

Enim vero Chremes] Conveniunt hæc verba personæ *Menedemi*, ut qui experientia didicisset quam male sibi ceaserit austeritas patris. *Farnabius*.

8 *Cur non accersi jubes filiam, et quod dotis dixi, firmas*] Dno una et eadem opera agit *Chremes* ; ut in fine fabulæ promoverentur nuptiæ filiæ, quam desponderat ; et ut *Clitiphoni*, cujus animus penitentia jam infractus erat, venia daretur, preposita conditione commutandæ prioris vitæ. Nihil autem efficacius erat ad permovendum *Clitiphonem* ut peteret veniam (huc enim res deducta erat, ut aliter non posset finiri) quam injeeta denno mentio dotis, in qua exhereditatio ipsius, ut ante cognitum est, continebatur. Itaque statim, matre deprecationem incipiente, *Clitipho* : ‘Pater, obsecro, mihi ignoscas.’ Et subinde : ‘Si me vivum vis pater, ignosce.’ *Bæclerus*.

4 *Et quod dixi dotis*] O. l. s. *Et quod dotis dixi*. *Faërnus*.

8 *So. Age Chremes*] *Bembinus* liber his addit dictionem *mi*. Ita conjicilo fuisse scriptum et in *Victoriano*, in quo vacat locus hujusmodi particulæ abrasæ. *Idem*.

9 *Quid istic?*] Ita melius legitur. Usitata formula concedentium, qui expugnati tandem dicunt ; *quid istic?* sub. ago, resisto. *Bæclerus*.

Quid istuc? &c.] *Menander* Ὁ σκληρότατος πρὸς τὸν ἐν τῷ νοῦν ἐστίν, τοῖς μὲν λόγοις πικρὸς ὄντι, τοῖς δ' ἔργοις πατὴρ. *Farnabius*.

10 *Si faciat*] *Idem* liber, *si facit* ; ut exigit versus. *Faërnus*.

12 *Ad me recipio*] Id est, ego facio ut hic promittat. *Eugraphius*.

14 *Hæc dum incipias*] In exordiis habent hæc semper difficultatem, ubi aggressus fueris, facilia sunt. *Idem*.

Hæc dum incipias, &c.] *Imitator Lactantius* lib. vi. c. 23. ‘Omnia gravia sunt, dum ignoras : nbi cognoveris, facilia.’ Δοκεῖ οὖν πλείστον ἢ τὸ ἡμῶν τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. *Aristot.* *Ethic.* l. i. c. 7. Initium arduum, imbecillæ mentis et ægræ est formidare inexperta. *Senec.* l. vi. ep. 50. *Farnabius*.

16 *Ego tibi illam*] Hic illudit, ut joco tristitia solvatur, cum promittit filiam nescio cujus, admodum sædam. *Eugraphius*.

Ego pol tibi dabo illam lepidam] Joco occasionem quæsitivæ poëtæ, mox διατυπῶσαι quadam subiecto. Neque tamen putandum est matrem consulto talem nominasse, quæ illa descriptione irrideri posset. Sed cum illa honestatem familiæ, divitias, et talia spectaret in eligenda conditione ; adolescens, pro ætate ac ingenio, formæ primam sibi rationem ducht habendam. *Bæclerus*.

Ego pol tibi dabo puellam lepidam] Ex eodem libro lego *illam lepidam* : ita stat trochæus. Aliter esset octonarius iambicus, inter trochæicos. *Faërnus*.

18 *Cæsiā*] Id est, oculis obtortis, vel cæsuras, id est, rugas, habentem ; aut lenticulosas. *Eugraphius*.

Cæsiā] *Cæsiis*, glaucis oculis. *Farnabius*.

Sparso ore] Id est, dissolato. *Ant*

ore dixit vultu, et significat *sparso* quasi maculis quibusdam infecto vultu. *Eugraphius*.

3 *Sparso ore*] Os, vultus est. Gall. dicendum: *Un visage parsemé de rous-sours*, quo nihil magis inamabile in illo genere est. Ita optime a veteri magistro explicatum fuit. Hic sibi cavere debuerant Interpretes Gallici, et veteres et recentes. *Faber*.

19 *Ut elegans est*] Id est, prudens in discernendis puellis. Quia 'ibi,' id est, in hac electione, totus est. Quod vero subiunxit, 'Archonidis filiam,' aut Bacchidem dicit, aut aliam quamlibet, ad quam adolescens contumeliis patris appulerat animum. *Eugraphius*.

Elegans] Ut alibi, 'Elegans formarum spectator.' Gall. *Qui est difficile, qui raffine dans le jugement des choses, qui se pique d'entendre ce qu'il y a de plus beau dans les sciences, dans les arts, &c.* *Faber*.

Ut elegans est] Eunuch. act. iij. scen. 5. 'Quam elegans formarum spectator siem.' *Farnabius*.

20 CL. *Quid istic*] Liber Bembinus immo. Faërnas.

Archonidis filiam] Trochaicus esse debet. Quare lego ut in illo optimo P. Bembi codice erat, et ut citat Priscianus antiquissimus Grammaticus, *Archonidi hujus filiam*. Hujus, id est Gallice, *notre voisine*; sic enim illi veteres solebant loqui. *Archonidi* autem, ut Chremi, Achilli, Persi. Ter. Virgil. Sallust. *Faber*.

21 *Archonidis filiam*] Penultima longa, quasi 'Αρχονίδου ab 'Αρχονεύς. *Farnabius*.

22 *Syro ut ignoscas*] Petit veniam etiam Syro, sed non omnium factorum, ne infinitam esset quod petere videtur. Et transfert in se crimen servi, dicens; *quod fecit, mea causa, fecit*. *Eugraphius*.

ADELPHI.

Didascalía] Hæc Didascalía corrupta est, ut optime vidit Muretus; constat enim Scipionem Æmilianum (nam de eo agitur) nunquam Ædilem fuisse. Itaque facta conjectura ex veteri libro, qui in bibliotheca Sodalium Antonianorum erat apud Venetias, sic legit: ACTA LUDIS FUNEBRIBUS ÆMILII PAULLI, QUOS FECERE Q. FABIVS MAXIMVS, ET P. CORNELIVS AFRICANVS. Illi autem, quod notissimum, Paulli Æmilii filii fuerunt; sed in alienas familias per adoptionem transivere, quod vetus historia testatur. Adde autem hoc etiam, non modo corruptam esse Didascaliam hanc, sed et mutilam. Hæ enim in ea literæ (M. M. C.) esse deberent. Rem sic explicat Excerptor:

'Sæpe tamen, mutatis per scenam modis, cantica mutavit, quod significat Titulus scenæ, habens subjectas personis literas M. M. C. mutati modi cantici.' *Faber*.

Micio] At ego hoc miror, scriptum ubique a Mureto fuisse *Micio* per T, quod non potest; alioqui originem Latinam haberet, atque ideo peccasset Poëta; nam in palliata Fabula nomen personæ Romanum esse non potest. Dein Micio planissime Græcum est, cum ex Etymologia, tum ex Plutarchi et aliorum auctoritate. Plutarchi, inquam, vol. 1. pag. 752. et 1046. Diodori vol. 2. pag. 247. Dicebant et Miccio per duplex C. Lucian. in Zeuxide. Livius quoque de quodam Chalcidensium lega-

to. et id e Græca lingua. Sic autem mares dicebantur; at feminas, eas vero Miccas vocabant. Pintarchus in tractatu de virtute mulierum. Tamen apud Aristophanem p. 794. ed. minoris, est Mica, sed prima longa, itidem ac si per geminum K scriberes.

Ex personis mutis statuli Storacem servulum; quia sub auroram, (eo enim tempore acta est hæc fabula,) domi non erat; itaque nec in theatro; postea autem nulla ipsius opera in scena fuit. Babylonem hinc quoque amandavi, nam Babylo est idem qui Micio. *Faber.*

PROLOGUS. Senarii sunt Iambici. vs. 4. duo Mss. nostri: *et vos eritis iudices.* vs. 5. omnes: *laudin' an vitio duci factum oporteat.* vs. 8. omnes: *eripuit;* ita et Donatus legerat. vs. 23. omnes: *senes q. p. v. eam partem aper.* vs. 24. duo: *ut æquanimilas.* Tñ vestra autem vs. seq. abest ab omnibus; quod et Donatus deesse notavit. *Bæclerus.*

1 *Postquam Poëta sensit, scripturam*] *Postquam*, pro *quoniam*: cujus reciprocum, *quoniam*, pro *postquam*. Plaut. in Aulul. 'Quoniam is moritur, ita avido ingenio fuit.' *Donatus.*

Postquam Poëta sensit, scripturam suam] Indifferenter omnis qui aliquid scripsisset, *scriptor* a veteribus dicebatur. *Idem.*

2 *Ab iniquis*] Inimicis: ut 'Fatis Junonis iniquæ.' *Idem.*

Observari] *Observatio* ad honorem refertur: ut, 'Præterea regem non sic Ægyptus et ingens Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes, Observant.' Sed nunc *Observari*, captari significat et audiri. *Observari* ergo ethonorari, et captari, et audiri significat: ut Plautus, 'Observatote, ut blande palpetur mulier!' *Idem.*

Adversarios] Lascium Lavinium, et alios. Vide prologos Andriæ et Heautontimorumenon. *Farnabius.*

3 *Rapere in pejorem partem*] Varie-

tas per genera verborum; et ntrique sententiæ apte jungimus *Scripturam suam.* *Donatus.*

Rapere in pejorem partem] Id est, vitio dare, vituperare. *Idem.*

4 *Indicio de se ipse erit*] Mire expressit simplicitatem vera dicturi, quum indicaturum de se dixit, non narraturum. Et *Indicio erit*, pro *Index erit.* *Idem.*

Indicio de se] *Indicat* is, qui de se volens aliquid, et de aliis etiam prodit, sed *confitetur* qui de se tantum, et qui invitus. *Idem.*

Indicio de se ipse erit, &c.] Simplicitatem narrationis vult Poëta hic conspici, quod recte Donatus observat, et Guyetus repetit, sed aliter explicat. Putat enim nihil aliud quam narrari causam, sine ulla juris mentione aut defensione: illos enim tres versus (12. 13. 14.) spurios esse. Offendit virum eruditi ac delicati iudicii illa locutio: *Pernoscite, furtumne factum existimetis*, quod idem esse putat ac si quia diceret, *existimate, an existimetis.* Mihi satis videntur ista distingui: *pernoscite* (hoc enim simile est cognitioni causæ in iudicio, quam et alias petit) *an existimetis furtum factum, &c.* Hoc ad sententiam judicantium spectat, quæ cognita causa pronuntiatur. *Pernoscite* causam, ut decernere possitis, quid existimare sive judicare debeatis; furtumne fecerit Poëta, (quod adversarii ei crimen intendunt,) an potius genere quodam imitationis probabili locum ab aliis præteritum reprehenderit. Longe minus etiam videantur distare, quæ prologo Andriæ legimus: 'Rem cognoscite, ut pernoscatis ecquid spei sit reliquum, &c. spectandæ an exigendæ sint vobis prius.' Præterea locum Diphili a Plauto, iudicio potius quam negligentia præteritum, cuius videri debere, Guyetus contendit. Recte: sed forte non opus est, graviore significatu vocem accipere. *Præteritus*

negligentia locus, est *περὶ παρρησίας*, neglectus, i. e. præteritus, relictus. Quin enim citra vituperationem, Latine dicamus, rem negligere, i. e. prætermittere, dubio carere arbitror. Sicuti nec *reprehensum* male per, resumptum, Donatus interpretatur. Ipse contextus orationis pro expositione est: *reprehendi* enim dicantur, quæ præterita et neglecta sunt. *Reprehensus*, Eugraphio, iterum *prehen-*
sus. Bæclerus.

Indicio de se ipse erit] Ipse erit sui index, vos eritis iudices. *Farnabius*.

Vos eritis iudices] Bene: quia apud iudices indicium profitentur, qui accusatorem adjuvant. *Donatus*.

5 *Laudia*'] *an vitio*] Medium non fecit: ut appareat, si crimen non sit, laudi debere esse. *Idem*.

6 *Synapothnescontes* *Diphili comædia est*] Nec numeri, nec genera respicienda sunt, contra sententiam remque ipsam. *Idem*.

6. 7 *Συναποθνήσκοντες* *Diphili Comædia est, Eam Commorientes* *Plantus fecit fab.*] Ita tamen, ut interdum et Græco nomine vocaretur. Quod fere solebat in fabulis ex Græco translatis. Plantus ipse Mercatore act. i. sc. 1. vs. 9. 10. 'Græce hæc vocatur *Ἐμπερος* Philemonis, Eadem Latine Mercator Marci Accii.' Ita quæ Latine Mostellaria noscitur, Græce Phasma appellabatur, quod Jan. Gulielmius in Quæstionibus Plautinis monuit. *Bæclerus*.

Synapothnescontes] *Συζήτες καὶ συναποθνήσκοντες ἐχθυλεμαῖοι*, id est, devoti. Hi, ex voto, eandem cum rege suo et vitæ et mortis subeunt sortem, eodem victu et corporis cultu. Sive rex interest morbo, sive cadat in prælio, 'Utcunque procedit, supremum carpere iter comites parati.' *Σολδοῖροι* hi Athenæo lib. vi. c. 13. 'Soldarii' Cæsari lib. iii. Bel. Gal. nobis, *Soldiers*. *Farnabius*.

Diphili] Poëtæ Comici, *καμικωδότης*, Clementi Alex. et Eusebio Pam-

philo. *Idem*.

7 *Eam Commorientes* *Plantus fecit fabulam*] Sic apud Græcos *δράμα*, sic apud Latinos generaliter *fabula* dicitur, cujus species sunt: Tragedia, Comædia, Togata, Tabernaria, Prætexta, Crepidata, Attellana, *μυῖστος*, Rhintonica. *Donatus*.

8 *In Græca adolescens est*] *Diphili* scilicet. Quasi diceret, Quidam adolescens est qui lenoni eripuit meretricem. *Idem*.

9 *In prima fabula*] Hoc est, in prima parte: ut dicimus, *in primis digitis*, non enim aut secunda, aut tertia fabula est. *Idem*.

In prima fabula] In prima parte fabulæ. *Farnabius*.

10 *Reliquit integrum*] Quum aliam transferret. *Donatus*.

Integrum] Intactum. *Farnabius*.

Sumpsit sibi] Libere tulit: hoc est, non furatus est: ut 'Sume, pater.' *Donatus*.

11 *In Adelfhos*] Latine declinavit: *Idem*.

Verbum de verbo expressum extulit] Hæc approbatio est, de Græco esse sublatum, non de Plauto, ut dicit adversarius. *Idem*.

Extulit] Mire non dixit *Transtulit*, sed *Extulit*: ut ornasse Græca videatur Latino stylo. *Idem*.

Extulit] *Transtulit* et Latinitate sua donavit. *Farnabius*.

12 *Eam*] *Adelfhos* scilicet. *Donatus*.

Novam] Veterem Græcam esse intelligimus. *Idem*.

13 *Furtivum factum*] Hoc est vitio duci. *Idem*.

An locum reprehensum] Hoc est laudi duci. *Idem*.

14 *Reprehensum*] Retentum, resumptum. *Idem*.

Locum reprehensum] Resumptum a poëta nostro locum, quem Plantus neglectum per incuriam omiserat. *Farnabius*.

Negligentia est] *Plauti* scilicet; et-

jus æmulari nunc exoptat negligentiam. *Donatus.*

15 *Nam quod isti dicunt*] *Nam* incipiendi vim habet modo, ut, 'Nam ego hanc machæram meam dico.' *Idem.*

Homines nobiles] Scipionem Africanum significat, et Lælium Sapientem, et Furium Publium. *Idem.*

Homines nobiles] Scipionem Africanum, Lælium, Sulpicium Galbam, Q. Fabium Labeonem, M. Popiliam. Vide Terentii vitam. *Farnabius.*

16 *Eum adjuvare*] Legitur et *adjuvare*. Pacuvius in Chryse: 'Adjuta mihi.' *Donatus.*

Assidueque una scribere] Non sic dicit adversarius: verum hic oratorie crimen non tangit. *Idem.*

18 *Cum illis placet, qui, &c.*] Modeste, et de industria ita loquitur, quasi vellet dicere: 'Cum ad familiaritatem eorum admittitur, cum talium virorum judicio in recensendis fabulis suis utitur.' *Bæclerus.*

19 *Qui vobis universis et populo placeat*] *Universis*, qui in cavea sunt, dicit. *Populo*, qui etiam præter theatrum, id est, universam urbem. *Donatus.*

20 *In bello*] Scipionis. *Idem.*

In otio] Furii Publii. *Idem.*

In negotio] Scilicet Lælii Sapiientis. *Idem.*

Quorum opera in bello, in otio, in negotio] *Donatus* in bello ad Scipionem Africanum, in otio ad Furium Pium, in negotio ad Lælium Sapientem refert. Engraphius in primo nihil mutat: in otio ad Lælium, in negotio ad Philum, vel Serviliam, commodat. *Bæclerus.*

21 *Suo quisque tempore usus est sine superbia*] Eugraphius bene: 'Quorum opera nunquaque usus est in necessitatibus suis, sine aliqua eorum superbia.' *Anpuoræus*, ut in theatro, viros illustres a civilitate potissimum, et officiorum ex prompta humanitate commendavit. *Bæclerus.*

24 *In agendo partem ostendent*] *Ἰν ἀγωνίζεσθαι*. Hic enim jam non senes accipiendi essent: imo potius cæteræ personæ. Sed ipsi senes in statario characterē partem aperient: in motorio, partem ostendent. Nam duo agendi sunt principales modi, Motorius et Statarius: ex quibus ille tertius nascitur, qui dicitur *μυκτός*. *Donatus.*

Equanimitas] Favor et propitius animus: et deest, *vestra*. *Idem.*

ACTUS I.

SCENA I. Senarii sunt Iambici. vs. 4. duo Mes. mei: aut ubi si cess. Argenteratensis quoque prima manu habuit, ubi, quod corripit aliquis in ibi. vs. 8. omnes: atque animo obsequi. vs. 11. omnes: et quibus nunc soll. vs. 12. Argenterat. prima manu habuit, præfergerit. vs. 13. omnes: in-stituere in animo. vs. 15. omnes: atqui. vs. 25. omnes: itidem. vs. 27. 28. duo: clanculum patre q. f. vs. 30. omnes: insueverit. Duo emittunt, aut exdebit. vs. 35. omnes: clamitans. vs. 37. omnes: sumtus. vs. 38. unus: vestitus nimio indulges. Duo: vestitus nimio indulges. vs. 39. omnes: nimium ipse

durus est, præter æquum et bonum. vs. 47. omnes: ille quem benef. adiung. vs. 48. duo: præsens absens. vs. 52. duo: fateatur se nescire. *Bæclerus.*

1 *Storax*] Nomina personarum, in comædiis dantaxat, habere debent rationem et etymologiam. Etenim absurdum est, comicum aperte argumenta confingere: vel nomen personæ incongruum dare, vel officium quod sit a nomine diversum. Hinc servus fidelis Parmeno: infidelis vel Syrus, vel Geta: miles Thraso, vel Polemon: juvenis Pamphilus: matrona Myrrhina, et puer ab odore Storax: vel a ludo et a gesticulatio-

ne Circus: et item similia. In quibus summum Poëtis vitium est, si quid e contrario repugnans contrarium diversumque protulerit, nisi per ἀντίπαρον nomen imposuerit joculariter, ut Misargyrides in Plauto dicitur trapezita. Et fere hoc modo apud alios a Poëtis nomina componuntur describendo per ἀντίπαρον, quod designat Storax. Primæ partes, sicut in prologo ipse promisit, a senibus aguntur: quorum contentione ad argumentum relata, vita aspera cum leni, et pater comis cum severissimo comparatur. *Donatus.*

Storax, non rediit a cena hac nocte Æschinus, Neque servulorum quisquam, &c.] Hunc locum Gallice per interrogationem veritas cave, quod factum scio. Storacem inclamat Micio, qui servulus non redierat ea nocte domum. Quæ dicit Micio ad finem usque scenæ, ea sibi dicit, non Storaci. *Faber.*

Storax] Storacem vocavit, non Æschinum: quo tacente puerum, id est, Æschinum absentem credit: quia servuli adolescentibus præstolantur. Ut in Andria, 'Observabam mane illorum servulos venientes, aut abeuntes.' Sed quia fieri poterat, ut domino absente adesset Storax, commodissime adjecit: 'Neque servulorum quisquam qui adversum ierant.' *Donatus.*

Storax non rediit hac nocte] Hoc alii interrogative, alii pronuntiative proferunt: sed magis pronuntiative dicendum. *Idem.*

Storax, &c.] Interrogationem hic vulgo ponunt. Sed magis placet Fr. Guyeti sententia, quam vide. Ut hic Storax ex iis servis fuerit, qui obviam ierant, necdum redierant. *Bæcler.*

Storax] Egressus in proscenium alloquitur Storacem qui intus. *Farnabius.*

Non rediit] Hæc nonnulli interrogatorie pronuntiandum censent. *Id.*

2 *Neque servulorum quisquam]* Prop-
Delph. et Var. Clus.

ter Storacem, quem abesse non respondendo intelleximus. *Donatus.*

Qui adversum] Proprie locutus est. Nam *adversiores* dicuntur. *Idem.*

Ierant] Producte *I* pronuntiando: quod nos, addita *v*, *Icerant* dicimus. Tale est illud Virgillii: 'Nos abilisse rati, et vento petiisse Mycenæ.' *Id.*

Servulorum, qui adversum ierant] Adversitorum, qui domino foris cœnanti, officii et tutelæ, gratia, processerunt obviam. *Farnabius.*

3 *Profecto hoc vere dicunt]* Absolente: non addidit *Qui*. *Donatus.*

Si absis uspiam] Abundat *uspiam*, aut deest *profectus*, aut quid tale. Aut ubi *uspiam*: significat enim scilicet *uspiam* et in loco, et ad locum. *Idem.*

Si absis uspiam, Aut ubi si cesses] Si *absis*, ad parentes propitios: Si *cesses*, ad uxorem iratam refert in desertorem. *Idem.*

Ubi] Sicubi. Anastrophe. *Farnab.*

5 *Uxor]* Subaudiendum est, *Dicit irata uxor*. *Donatus.*

Quæ in animo] Omne quod sentimus, aut cogitamus, aut dicimus: et utrumque pro oratione est. Sed illa ἐνθυμηματικὸς, quæ in cogitatione est: hæc προφορικὸς λόγος dicitur, quæ in verbis est constituta. Virgilius; 'Et mihi jam multi crudele caneabant Artificis scelus, et taciti ventura videbant.' Et ipse alibi: 'Nunc si quis est qui hoc dicat, aut sic cogitet.' *Idem.*

6 *Irata]* Zelotypa, rixosa. *Farnab.*

Quam illa quæ parentes] Erudite. Non addidit in quem dicat, quia scit, nomina uxoris et parentum τῶν ὑψὸς ἔλ esse. *Donatus.*

7 *Uxor, si cesses]* Quare non, si *absis*? an quia iustius cessanti, quam absenti succensemus? an quia irata uxor, si cesses? *Idem.*

Aut te amare cogitat] Ἐπεξηγησὺς cum ἐξήρατο, *Aut te amare cogitat*: aut minus peccati est, amori proprio cedere, quam alieno amoris obsequi,

Terent.

4 T

nulla re impellente, sine uxore potare, aut velle delicias. Ergo αἰσῆσις est: nisi forte τῆ ἰδιωτισμῶ hoc putamus dictum. *Idem.*

Aut te amare cogitat, aut tete amari] Quum duo proposuerit, alterum sumpsit. Nam quum dixisset, 'Quæ in te uxor dicit, et quæ in animo cogitat:' intulit, *Aut te amare cogitat. Idem.*

8 *Aut te amare cogitat, aut tete amari]* Qui *Te amare* ἀμφιβόλως dixerat, cito intulit quod certum est, *Aut tete amare.* Et quia illud *te* dixerat, hoc geminavit, et *Tete* dixit, tanquam significantius. *Idem.*

Aut animo obsecui] Ἐπαναποῶ. *Id.*

10 *Ego, quia non rediit filius]* Plus est quod dixit *Ego*, quam si diceret, *Pater.* *Idem.*

Ego quia non, &c.] Ἀναυδλοῦσθον; non enim *Pater* dixit. *Idem.*

Ego, quia non rediit filius, quæ cogito, &c.] His quinque versibus, singulari ἑκατέρωθεν δεικνύσκει curam et affectum patris. 'Neque enim patrius consistere mentem Passus amor.' Usque ad summum extulit τὸ πᾶθος illa inopinabili sententia: 'Quemquamne hominem in animo instituire aut parare, quod sit carius, quam ipse est sibi?' Id quod nec posse nec debere fieri, sed ad ὑπερβολὰς ἐρωτικὰς (quo referas etiam figuras τὴν στοργὴν exaggerantes) aut affectionem philosophiæ parum recte pertinere, disputatur apud Ciceronem III. Tuscul. 29. Itaque in communi quidem more vivendi, ubi spectatur τὸ ὅς ἐστι τὸ πολὺ γινόμενον, verissimum est illud Nostri in Andria: plerosque 'Omnes sibi esse mellus malle quam alteri.' In perfecta autem amicitia, quæ rarissima est, amicus alter ego est. i. e. quem ita amat amicus, ut se ipsum. Quod ex Philosophis non pauci tradiderunt. Atque, ne res dubia esse possit, divina sapientia amoris perfectionem summam non in ὑπερβολῇ, sed in æqualitate collocat: i. e. si

amæ alterum, sicut te ipsum. *Bacchylus.*

Quæ cogito ! et quibus, &c.] Hoc sic pronuntiandum est, ut horrere videatur ipse cogitationem suam. *Donatus.*

11 *Quibus nunc sollicitor rebus]* Hoc est, quam malis ! non ut uxor, bonis. *Idem.*

Ne aut ille alserit] Vide quam teneri sit amoris hic timor, in juvene præsertim. *Idem.*

Ne aut ille alserit, &c.] Indulgens supra modum, et sollicita teneritudo. *Farnabius.*

12 *Aut uspiam]* *Uspiam* et in loco, et ad locum significat. *Donatus.*

Ceciderit, aut perfrigerit aliquid] Jungendum, ut non solum *Ceciderit*, sed etiam *Perfrigerit.* Hæc sunt quæ sibi nemo evenire velit. *Idem.*

Ne aut ille alserit, aut uspiam ceciderit] Nimium tenere amat, qui hæc in juvene pertimescit, quæ circa infantulos caveri solent. *Idem.*

13 *Quemquamne hominem]* Sic dicimus de ea re, quam miramur fere ab omnibus fieri. *Idem.*

14 *Quam ipse est sibi]* Tanquam duo sint. Sed hoc Poëtæ comico licet. *Idem.*

15 *Atqui ex me hic non natus est]* Quasi dicat, ex me non est, et sic afficior: quid paterer si genuissem? *Idem.*

Ex me hic non natus est] Quasi dicat, non est meus. *Idem.*

Sed ex fratre] Hoc est, omnino non alienus est. *Donatus.*

Is adeo] Transitus ad argumentum subtilissimus. *Adeo* aut abundat, aut nimium significat. Ut in Eunuchō, 'Adolescentem adeo nobilem.' *Idem.*

Is] Frater. *Farnabius.*

17 *Ego hanc clementem vitam urbanam]* Ὁρῶ δεικνύσκει καὶ διακρίνει. *Clementem vitam*, figura ipsa. *Vitam clementem* dicimus quæ clementes facit. *Clemens* autem est, qui colit mentem. *Donatus.*

: *Atque otium*] Deest Urbanum. Id.
18 *Secutus sum*] Bene *Secutus*, quasi magistram recte beateque vivendi. *Idem.*

Et quod fortunatum isti putant] Romani scilicet, qui *calidem* quasi *calitem* dicunt. Et item Græci, apud quos sunt hujusmodi sententiæ: ΕΙΤΑ ΦΙΛΟC ΕΧΟΙΝΩΝ ΠΩΔΟΤΜΕΝΟΝ.* et alibi: ΓΑΜΕΙΠΛΑΦΙΛΟC ΓΑΜΕΙΤΩ ΚΑΥΑΡΙΑΗΑΙΚΗCΕΝ ΜΕ.* *Idem.*

Fortunatum isti putant] Me utique uxorem non ducere. Dicit autem, Romanis id videri: quos spectatores habet Menander: 'Ὁ μακάριός με! γυναικὶ οὐ λαμβάνω. *Idem.*

Quod fortunatum isti putant] Quidam putant sic pronuntiandum, Et quod fortunatam isti putant uxorem. Et hæc bona et concinna locutio est. Et *putant* bene dicit is, cui displicet aliena sententia. *Idem.*

Isti putant] Id est, hi qui a me dissentiunt. *Idem.*

Quod fortunatum isti putant, &c.] Quominus eruditissimo Guyeto, qui *infortunatum* rescribit, subscribamus, ipsius Poëtæ nostri auctoritate prohibemur. Quid enim clarius est ipsius Demæ testimonio act. v. sc. 4. vs. 13. 'Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii: alia cura.' Ecce miseria, et cura in matrimonio. Fortunatum ergo multi putarunt, non ducere uxorem. Immo ipsius Menandri est apud Stobæum: Τὸ γυναικὶ ἔχειν, εἶναι τε παῖδων, & φίλε, Πατέρα, μερῶν τῶ βίῳ πολλὰς φέρει. Et illud alterum: 'Ὅστις γυνώμενος βοῦλεται ζῆν ἡδύν, 'Ετέραν γαμοῦντων αὐτὸς ἀνέχεται γάμον. Id quod plane ad mentem Micionis facit. Ne de aliis Menandri versibus dicam. *Bæclerus.*

: *Quod fortunatum isti putant*] Coelibatum a κοιλίῃ ex κοῖτη et λείπει. Ital. *Franco*, sciotio, *flegato*, *Cepieu*, *che felice stato!* *Farnabius.*

19 *Uxorem nunquam habui*] Si non habeo dixisset, poterat videri habuisse. *Donatus.*

Ille contra] 'Ex iis fratribus qui in Adelphis sunt, quanta in altero duritas, in altero comitas!' Cic. in Catone Majore. Horatius l. ii. Epist. 2. 'Cur alter fratrum cessare, et ludere, et ungi Præferat Herodis palmetis pinguibus: alter Dives et importunus,' &c. *Farnabius.*

20 *Ruri agere vitam*] Contra hæc omnia suffecerat brevis: sed subjunxit fratris descriptionem ut verbis ipsis malam vitæ conditionem ostendat. *Donatus.*

Semper parcos, ac duriter] *Semper*, licet incertam distinctionem habeat, tamen recte additum est: quia vel ruri agere, voluntatis est: vel parcos ac duriter se habere, virtutis. Sed *Semper*, ad vitium: *Parcos* autem, ad servandum: *Duriter* vero, ad laborem referendum est. *Idem.*

Ruri agere vitam, semper parcos ac duriter se habere] Variavit, ut in Andria. *Idem.*

21 *Uxorem duxit*] Recte *Duxit*, non *Ducere*. Semel enim hoc fecit Demea. *Idem.*

Uxorem duxit] Varie per modos discurrit. *Idem.*

Uxorem duxit] Adjuvandum pronuntiatione est, ne singula utrinque assecuti videantur. Nam sic in fine fabulæ ait Demea, 'Uxorem duxi: quam ibi miseriam vidi! nati filii: alia cura.' *Idem.*

22 *Inde ego hunc, &c.*] Mire inde subjungit, quam personam prætulerit. Sic alibi, 'E prædonibus unde emerat, se audivisse abreptam e Sunio.' *Idem.*

Inde ego, &c.] *Inde* pro *ex quibus*. Et mihi abundat. Et bene hunc dixit, quia de ipso loquebatur. *Idem.*

Inde ego hunc majorem adoptavi mihi, &c.] Nota frequentationem sententiarum: *adoptavi mihi*. (non sine affectu,) *eduxi a parvulo*, (labore et sollicitudine haud exigua,) *habui*, *amavi pro meo*, (animo vere patrio,) *in eo me oblecto*, (*ἐμπαίζω* loquitur,) *solum id est*

carum mihi, ἀβέβαιός, ne quid superesse possit ad dilectionis vim ostendendam. *Bæclerus.*

23 *Eduxi a parvulo*] Quos nos educare dicimus, *educere* veteres dicebant: ut, 'Educat sylvis regem regumque parentem.' *Donatus.*

Habui, amavi pro meo] Quæritur quid sit *habui*. Et quum multa dicantur, hoc solum verum est, *habui*, credidi, duxi, existimavi. Ut alibi, 'Semper ejus dicta est hæc atque habita soror.' Et, 'Sic itaque habeantur, itaque dicantur.' Ergo *pro meo* subaudiendum est bis: et *habui pro meo* et *amavi pro meo*. *Idem.*

24 *In eo me oblecto: solum id est carum mihi*] Absolute utrumque, et in eo, et solum. *Idem.*

In eo] Quasi in ea re. *Idem.*

In eo me oblecto] Nove dixit, *pro, eo me oblecto*. *Idem.*

Solum id est carum mihi] Plus autem significat, quam si diceret, 'Solum is est carus mihi.' *Idem.*

25 *Ille ut item contra, me habeat*] *Item*, similiter: *contra*, vicissim. *Plaut.* 'Ut illa illum contra, qui est amoris cultor optimus.' *Idem.*

Ille ut item contra, me habeat, &c.] Hic quoque inprimis *παιδαγωγία* noster agit: et de disciplina patria meras sententias, si spectentur in *θέσει*, loquitur; sed in *πραξι* meros colores reperias. *Bæclerus.*

Facio sedulo] Secus a dolo, id est, sine dolo, et impense. *Donatus.*

26 *Do, prætermitto*] *Do* sumptum: *prætermitto* delicta. *Idem.*

Non necesse habeo omnia pro meo jure agere] Et si licet, non necesse est, patrem scire, quia poterat est. Inter *Jus* et *Æquitatem* hoc interest: *Jus* est quod omnia recta et inflexibilia exigit: *Æquitas* est, quæ de jure multum remittit. Ergo hic sensus, non necesse est, etiam si liceat, sævum esse patrem. Et mire ostendit, jus suum nisi necessitate, non esse servandum. *Idem.*

Habeo] *Judico*, ut 'sic habe,' 'sic habeo,' &c. *Faber.*

27 *Postremo alii clanculum*] Non alii patres: sed alii adolescentes, clanculum patres suos. *Donatus.*

28 *Qua fert adolescentia*] Veniam addidit statim, peccata ab adolescentibus ad ætatem removendo. Et vide quam breviter, quam pudice, quam ignoscenter locutus est. *Donatus.*

29 *Ea ne me celet, consuefeci filium*] Tribus enim vivitur modis, natura, consuetudine, et ratione. *Idem.*

30 *Nam qui mentiri, aut fallere insuerit Patrem*] Separatim subaudiendum est, *insuerit*, *πρὸς τὸ mentiri*. *Idem.*

Nam qui mentiri et fall. &c.] Bene *Fr. Guyetus* monnit, *insuerit* legendum esse. Et quoniam a *Ms.* illud glossema aut audebit abest, liceat mihi, quod facile fieri potnit, ut negligeretur, unicam syllabam geminare, et pro *magis*, legere *magis is*. Constat versus, constabit sensus, negotio non magno. Argumentum ipsum comparisonem a minore habet, sicut apud *Aristotelem* (11. *Rhet.*) τὸ δ' ἐπὶ τοῖς πλεονεξίας τῷ πατρί (τῷ πατρί), ὅς γε καὶ τὸν πατέρα τῷ πατρί, ἐκ τοῦ ἐπὶ τὸν πατέρα τῷ πατρί, καὶ τὸ μᾶλλον τῷ πατρί: 'Verberaturum omnes, qui patrem cædit. Nam si quod minus futurum credebatur, sit, etiam fiet quod magis credi potest futurum.' *Bæclerus.*

31 *Ceteros*] Quia jam deceperit patrem. *Donatus.*

32 *Pudore et liberalitate*] *Pudore*, ad filios retulit: *liberalitate*, ad parentes. Argumentum a conjugatis. *Liberalitate* inquit regendi sunt: propter quod liberi dicuntur. *Liberalitatem*, autem, bonitatem dicit. *Idem.*

Pudore, et liberalitate, &c.] Ingenua et liberali educatione liberos retinere in officio satius esse duco quam metu. Vid. *Plutarch.* περὶ τῶν ἀγαθῶν. *Quintilian.* l. 1. c. 1. *Pulcherrima* liberalis educationis præcepta lege apud *Senecam* lib. 11. de *Ira*, 20.

21. 22. 23. *Farnabius.*

33 *Retinere satius esse credo*] Bene *Retinere*: a vitis scilicet. Nam vitia filios tenent: quos retinent patres a vitis scilicet. Nam *retinet*, qui adversum aliquem tenet. *Idem.*

34 *Hæc fratri mecum non conveniunt*] Nova locutio. Et *non conveniunt*, pro, non congruunt: ac per hoc, in his ego et frater dissentimus, id est, dissimiles sumus. *Idem.*

35 *Venit ad me sæpe, clamitans*] Et importunitatem odiosam ostendit, ad me dicendo; et inconditam assiduitatem, addendo *sæpe*. Et congrue, postquam *sæpe* dixit, adjecit aptius verbum, non dicens *clamans*, sed *clamitans*. *Idem.*

Venit ad me sæpe clamit. &c.] Ad hunc locum notanda sunt Ciceronis verba 1. de Invent. 19. 'Illa narratio, quæ versatur in personis, ejusmodi est, ut in ea simul cum rebus ipsals personarum sermones et animi perspicui possint; hoc modo: 'Venit ad me sæpe clamitans, quid agis Micio?' cum quatuor seq. versibus.' Τὸ ἡθικὸν intelligit: cui valde inserviunt μὴ-σὺς ὑποκρινάται et προσωποποιᾶται. *Bæclerus.*

Quid agis Micio] Reminiscere lectionem, et invenies, interrogationem hujusmodi, vel invectionis principio convenire, vel objurgationis. *Donatus.*

Quid agis Micio] Prosopopœiam hanc multis laudat Cicero lib. 1. de Inventione. *Farnabius.*

36 *Cur perdis adolescentem nobis*] Recte nobis additum est, et ἡθικῶς, ut alibi, 'Psaltriam nobis, si Dis placet, paravit.' *Donatus.*

37 *Cur amat? cur potat?* Vide quemadmodum, ut durum objurgatorem ostendat Demeam, quum ab eo ea dicantur in crimen vocari, quæ aut ætatis sunt: ut, 'cur amat?' aut naturæ: ut, 'cur potat?' aut pietatis: ut 'cur tu his rebus sumptum suggeris?' et cætera. *Idem.*

Cur amat? cur potat? Cur amat?

ad illud refertur, quod ait supra, 'Do, prætermitto.' Nam *prætermitto* delicta intelligimus ex amore. *Cur potat?* revocamus ad illud quod ait, 'Do sumptum.' *Idem.*

38 *Vestitu nimio indulges*] Vestitum, ut Virg. 1. Æn. 'Parce metu Cithæræ.' Et iv. Georg. 'Quod neque concubitu indulgent.' *Farnabius.*

4 *Indulgis*] More veterum pro indulges. V. Not. in Heantontimoramenon. *Faber.*

Nimium ineptus es] Utrumque dure, et *nimium*, et *ineptus es*. *Donatus.*

Præter æquumque et bonum] Potnit et non addi, *præter æquum bonum*. *Idem.*

40 *Et errat longe*] Melius est, longe simpliciter accipiendum, ut locale sit, quam valde. *Idem.*

Et errat longe mea quidem sententia, &c.] Duodecim istis versibus magnifica βῆσις continetur de imperio patrio, seu disciplina patria. Quo tanquam specioso colore Micio nimiam suam indulgentiam et lenitatem obducit: magno ætatis et sapientiæ prætextu γνωμολογῶν. Quanta asseveratione ἀνασκευῆς: 'Et errat longe, mea quidem sententia, qui, &c.?' nec minor auctoritas κατασκευῆς: 'Mea sic est ratio, et sic animum induco meum, &c.' tum illatio ἐν ἡβῇ τοῦ δογματοποιούντος. 'Hoc patrium est, potius consuefacere fil.' &c. Et conclusio fidentius arrogantiusque, nec sine contumelia in fratrem, ut pondus et summa ditorum, epiphonematis ritu subjecta: 'Hoc qui nequit, fateatur nescire imperare liberis.' Sententias autem probabili civilitate conspicuas in hac βῆσι et explevit liberaliter et decore vinxit. *Bæclerus.*

Mea quidem sententia] Modeste adidit, *mea quidem sententia*: ne quis hoc pro præcepto dici existimet. *Donatus.*

41 *Qui imperium credas*] Utrum cuiuslibet, an Demee tantum? *Idem.*

Gravius esse aut stabilius] Gravius,

ad vim ; *stabilius* ad tempus refertur. *Idem.*

42 *Vi quod fit*] Id est, metu ac malo. *Idem.*

Quam illud quod amicitia adiungitur] Illud fit, quod vi : hoc adiungitur, quod amicitia. *Idem.*

43 *Mea sic est ratio, et sic animum induco meum*] *Mea sic est ratio*, ad superiora pertinet confirmanda. *Sic animum induco meum*, ad ea pertinet, quæ dicturus est. *Idem.*

Mea sic est ratio] Iterum modeste et *ἰσχυρῶς*. *Et sic animum induco meum* : senilis *μαρπολύς*. *Idem.*

44 *Malo coactus*] Duo dicit, *malo* et *coactus*. *Idem.*

Malo coactus] Male respondent coacta ingenia. *Farnabius.*

Qui officium suum] 'Ο τὸ καθήκον ποιῶν, id est, qui recte facit. *Officium* autem dicitur, quasi *efficiū*, ab *efficiendo*, quod unicuique personæ congruit. *Donatus.*

45 *Dum id rescitum iri credit*] Quod facit scilicet. *Idem.*

Tantisper] *Tantisper*, quasi *Tantumper*. Et *Paulisper*, quasi *paulumper* : unde *Parumper*, dictum est. *Idem.*

Tantisper cavet] *Peccare* subaudiendum est. Nam totum *ἀλλεπτικῶς* et obscure dictum est. Et bene, *cavet* : quasi malo. *Idem.*

46 *Si sperat fore clam*] Iterum quod facit subaudiendum. *Idem.*

Rursum ad ingenium redit] Mire, non intulit : *cavet* : sed *ad ingenium redit*. Et *rursum* est retro versum, ut *prorsum*, prius versum. *Idem.*

47 *Ille quem beneficio adiungas*] Non dicit, *beneficio adiunctus*, ut supra, *malo coactus*. *Idem.*

Ille quem beneficio adiungas] Καλὰ τοῦτην AN * [κατ' ἑρμηνείαν.] Ille malo, hic beneficio. Ille coactus, hic adiunctus. Ille, dum id rescitum iri credit, *tantisper* cavet : hic, *præsens* absensque, idem erit. Et τὸ *præsens* et *absens*, non ad aliquem locum, sed ad custodem retulit et monitorem,

Idem.

Ille quem beneficio adiungas] Contra illud ait, *malo coactus*. *Idem.*

Ex animo fecit] *Officium* scilicet. *Id.*

48 *Studet par referre*] Vel ex *studet* t elidetur, quod est insolens, vel ex par r. *Faërnus.*

Studet par referre, &c.] Versus non stat ; nam est *Bacchius* in prima sede. Ex Nota Excerptoria constat delendum esse *par* et subaudiendum *beneficium*, quod in versu superiori est. Et sensit Excerptor, ut ex ipsius Nota patet. *Faber.*

Studet par referre] Id est, *beneficere*. *Donatus.*

Præsens, absensque idem erit] Contra illud, 'si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.' *Idem.*

49 *Hoc patriam est*] Superius a re tractum est : hoc jam a persona ducitur argumentum. *Idem.*

Consuefacere] Non *Cogere*, sed *Consuefacere*. *Idem.*

50 *Quam alieno metu*] Vide quemadmodum sum ad indulgentiam affectum revocat optimæ disciplinæ. *Id.*

51 *Hoc pater ac dominus*] A differentia personarum et officiorum. *Id.*

Interest] Differentia est. *Idem.*

Hoc qui nequit] Longe melius nequit, quam si diceret, non vult. *Id.*

52 *Fateatur se nescire imperare liberis*] Hoc indicat, et se melius consilere, et volentem hoc exercere. *Idem.*

Nescire imperare liberis] Oratorie, quasi artis sit, indulgentissime agere. *Imperare*, modo non ad superbiam, sed ad *Regendum*, est referendum. *Idem.*

Fateatur nescire] Deest *se*. *Idem.*

53 *Sed estne hic ipse, &c.*] *Donatus* : 'Κοτ' ὁμογενὴς supervenit, de quo sermo est, ut factis dicta ostendantur.' Mox ad illa, *Nescio quid tristem video, &c.* 'Orationis apparatus ex vultu ostenditur, ut 'stetit acri fixa dolore : Tum quassans caput hanc effundit pectore vocem.' Postrema huius scenæ verba, 'Sal-

vam te adven.' &c. sequentis scenam initio constituenda esse, jam alii monuerunt. *Bæclerus.*

Et certe is est] Bene nunc confirmat ipsum esse eum, quum propior est, utpote senili, nec in longum prospiciente conspectu. *Donatus.*

64 *Nescio quid]* Deest propter : ut ait, nescio propter quid. *Idem.*

Ut solet] Causa cur illum æquo animo frater ferat. *Ut solet*, inquit. *Idem.*

65 *Salvum te advenire, Demea, gaudemus]* Ut asperior ostendatur Demea, etiam salutatur ab eo, quem objurgaturus erat. *Idem.*

SCENA II. Iambici sunt trimetri, s. Senarii, ut in scena præcedente. vs. 1. nostri Mss. omnes : *hem.* Faërnus mallet *ehem*, quod in quibusdam reperit. vs. 2. duo : *rogitas me?* vs. 4. omnes : *quid is fecit?* vs. 16. omnes : *nullum hujus factum simile.* vs. 18. omnes : *nihil quicquam injustius est.* vs. 26. duo : *quod tunc fec.* inop. vs. 31. duo : *tu homo rediges me ad insan.* Argentor. *redigis.* vs. 34. duo : *adoptatum.* vs. 38. omnes : *unde hæc flant*, excluso *τῶ* et. vs. 44. omnes : *te plura in hac re p. o.* vs. 47. omnes : *tunc cons.* et neq. *siccine ais?* an ego *totiens*, &c. pro *consiliis* Argentor. habet *consiliis*. vs. 55. duo : *si verbum ullum posthac.* Alter ex his interponit glossam, jam *percam si*, &c. ut mox. vs. 58. uterque : *et est diis agenda gratia.* vs. 60. omnes : *posterius, nolo in illum quicquam gravius dicere.* vs. 65. omnes : *tamen viz humane p.* vs. 66. duo : *aut ejus adiutor sim iracundiæ.* *Bæclerus.*

1 *Hem! opportune; te ipsum querito]* In hoc actu diversi homines, diversi patres, diversa studia proponuntur. Hic lenis, hic amarus : hic facetus, hic impolitus : hic facilis, hic pertinax et difficilis. *Donatus.*

Hem! opportune; te ipsum querito] Melius quam Menander, quum hic illum ad jurgium promptiorem quam ad reconciliandum faciat. *Idem.*

2 *Quid tristis es]* Bene interrogat. Potuit enim non iratus frater querere. *Idem.*

Rogas me, ubi nobis Æschinus siet] Fr. Guyetus explicat : 'Cum filium habeamus Æschinum.' Quod sumpsit ex EUGRAPHIO ita annotante : 'Interrogas me quid ego tristis sim, cum Æschinum filium habemus?' Et sensus quidem patet etiam in Donato, qui causam tristitiæ hic signari putat. Phrasis autem per hæc non explicatur. Forte rectius fuerit, *ἔλατῳ* indignanti familiarem hic agnoscere. *Rogas me? ubi nobis Æschinus siet.* Sc. id quero potius, id tu nunc afferre debebas. Indignantes enim requirunt eos, quibus indignantur : 'Ubi illic scelus est,' &c. 'Ubi est ille sacrilegus?' ut subjiciatur *ἔντροπλος* cum affectu : 'Quid ego tristis siem.' Quod et cum interrogatione et absque ea accipi potest. Ita *τὸ* nobis abundaret. Nam et Latine instantanter ita requirimus : 'Ubi nobis est ille?' Si cui hæc non placent, is etiam atque etiam cogitet, an satis Latine dicatur : *rogas quid ego tristis sim, ubi Æschinus nobis siet*, i. e. cum Æschinum habeamus filium. certe exemplum, quod congruat, frustra quaeris in tota antiquitate. *Bæclerus.*

Ubi nobis Æschinus siet] Quasique dam causa sit tristitiæ. *Donatus.*

Rogas me, ubi nobis Æschinus siet, quid tristis ego sim] Hic cavendum in interpretando est ; nam et hic scio a quibusdam erratum fuisse. Sensus est : Quidni ego tristis sim? An id rogas, tu, apud quem vivit Æschinus, apud quem corrumpitur? Mihi ne alia gravior tristitiæ causa esse possit? Ita enim est, *τὸ* ubi significat 'apud quem,' Plaut. sæpe, ut ostendere possum facile. Ita, 'is unde petitur,' 'unde,' id est, a quo petitur. Ita paulo superius, 'Inde majorem natn adoptavi mihi,' id est, 'ex quibus.' Ita in Phorm. 'unde

hæc suscepta est,' pro, 'Ex qua.' In Hecyra, 'amorem huc transtulit,' id est, 'in hanc puellam.' Iterum, 'Hinc jam scibo quid sit,' pro, 'ex hoc.' In Phorm. 'alinnde,' pro 'ab alia.' Sic enim his adverbis utebantur Veteres. Itaque optime Excerptor hoc loco posuit hæc verba, 'quasi quædam causa sit tristitiæ.' Quæ nota, quanquam, ut mihi videtur, decurtata, id satis indicat quod dico. Dein, non ideo tristis erat Demea quod filium haberet Æschinum, sed quod eum apud Micionem haberet; 'nbi,' igitur, id est 'apud quem' corruptelæ et nequitie operam dat, Gallic. igitur sensus est: *Me demandez vous de quoy je suis triste? He, comment ne le serois-je as, puisque vous avez mon fils chés vous, où il vit de la maniere du monde la plus deshonnête? Vel rotundius, Vous me demandez pourquoy je suis triste, vous chés qui demeure Eschine? n'est ce pas un assez grand sujet de douleur pour moy?* Faber.

3 *Dirine hoc fore*] Credo jam, ut solet, objurgabit. *Donatus.*

4 *Quid ille fecerit*] Animadvertendum, ut interrogatus interroget more indignantium. Quod ideo facit, quia videt Micionem eo vultu interrogare, ut videatur minus reprehendere culpam Æschini. *Idem.*

Quid ille fecerit? &c.] Stomachantis affectu: at rogitas etiam quid ille fecerit? et jam non statim describit factum, sed animum facientis corruptum ostendit, atque a pudore, (qui homines regit et ne obliviscantur honestatis admonet,) a metu eorum, quibus auctoritas est, (ut parentibus in filios,) a reverentia legum (quæ civitatis mores continet,) alienum, atque ultro effrenem. Ut *ἐμπαθέστερον* mox raptio citharistriæ ex domo leonidis, *ὅκ' ἄνευ γοργόγγρος*, non sine expedita celeritate, accusetur. *Foras effregit, &c.* ubi Donatus recte: 'Totum quidem, &c. de moribus Æschini

nihil nisi inania' (quis non videt legendum esse necessario, *innania?*) 'referentia.' Subjicitur accusatio totius populi, et vox famæ publica, quæ in talibus vim singularem obtinet. Nam actio de vi ad omnes pertinet: neque tam figura, quam ratio est, quæ infra ab ipso Sannione inducitur act. 11. sc. 1. 'Obsecro populares.' Hinc etiam est, quod quirritatio pleno et optimo jure nititur: ad quam Demea hic alludit efficaci figura. 'Clamant omnes, indignissime factum esse.' Sannioni scilicet quirritanti succlamantes. Aliter argumentum a rumore petitur in Andria 1. 2. 14. et apud Plautum Pseud. 1. 5. 4. nbi pater de filio: 'Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus.' Sed quirritatio aliam vim habet. Igitur ad summum exaggerationis hæc procedunt. Qua consumpta (quod probe hic notandum) ad minora revolvi necesse erat Demeam. Neque aliter debuit Poëta *ἡθρομένον* hoc jurgium. Exemplum ergo fratris, ab accusatione ad emendationem degressus, comparat: *μύλα οἰκονομῶς*. Ut major fieret perturbatio ex Ctesiphonis amore, quo minus aliquid tale suspicari Demea potuerat. Denique ab Æschino, in cujus nomen effuderat illum indignationis impetum, Micionem aggreditur: 'Hæc enim illi Micio dico, tibi dico,' &c. ut contentioni occasio et via quæreretur. *Bæclerus.*

Quem neque pudet] Menander apud Prisc. 'Ὅς δ' οὐτ' ἐρυθρῶν ὀδόν, οὐδέ δεδέναι, τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδέας ἔχει. *Farnabius.*

5 *Quem neque pudet quidquam, neque metuit quemquam*] Varie per casus discurrit, 'Quem neque pudet quidquam:' contra illud quod alibi pater dicit, 'Erubuit, salva res est.' *Donatus.*

Quem neque pudet quidquam] Magno ordine accusavit. Non (inquit) pudore movetur patrum, non metu parentum, non timore legum. Ergo

gradatim αἰσῶσι oratoria processit. *Idem.*

6 *Tenere se ullam*] Bene *Tenere*, quia *legem*. et est ἀμφιβολία oratoria. *Idem.*

Nam illa quæ antehac facta sunt, omitto] Accusatio duo tempora recipit; præteritum, ab ante gestis: et præsens, ab iis. quæ obijciuntur. Ergo utrumque mira brevitate perstrinxit. *Idem.*

7 *Omitto*] Παράληψις. *Idem.*

Modo quid designavit] *Designare*, est rem novam facere. In utramque partem, et bonam et malam. Nam et *designatores* dicti, qui ludis funebribus præsent: credo ob eam causam, quod ipsis ludis multa fiant nova et spectanda: simul etiam turba retineatur. Quæ sunt aut in spectaculis, aut in litibus. *Idem.*

Modo quid designavit] Puto ego, *designationem*, contractionem, aut conductionem populi in unum intelligi. hoc enim contingit ei, qui aliquo flagitio plurium in se oculos et ora convertit, et spectaculo est vulgo: quemadmodum designatores, qui ludis funebribus multitudinem retinent. *Idem.*

Designavit] Hoc verbum apud veteres duas res significabat: etenim prave et recte facta, *designata* dicebantur. *Idem.*

Quidnam id est] Et hoc etiam contemnens interrogat Micio. *Idem.*

8 *Fores effregit*] Hæc singula magna cum vociferatione inferenda sunt. stomachatur enim adversus male interrogantem. *Idem.*

Fores effregit, atque in ædes irruit alienas] Totum quidem unum crimen est: rapuit meretricem. Sed vide qua pompa, qua vociferatione dilatetur accusatio Demæ, de moribus Æschini nihil nisi inania referentis. *Idem.*

Fores effregit, atque in ædes irruit alienas] Hæc singula considerata sunt. Et bene dicit *alienas*, quia si

lenonis diceret, parva res videretur. *Idem.*

9 *Ipsam dominum*] Iterum suppressa est infamis persona. *Idem.*

Atque omnem familiam multavit] Aut *Familiam* pro servis lenonis dicit, aut pro meretricibus. *Idem.*

10 *Multavit*] Laceravit, mutilavit, mollivit, atque dissolvit. Unde *Mulciber* a multando, quasi *Multiber*. *Idem.*

Multavit] Ex fide librorum Mss. et auctoritate Victorii ac Turnebi, scribendum *mulcavit*. Faber.

Usque ad mortem] Magna invidia cædis et mortis mentione, quæ tamen nulli accidit. *Donatus.*

Eripuit mulierem quam amabat] Omnia magno colore et accusatorie dicta sunt, et ex hoc maxime, quod lenonem et meretricem non dixit, contentus facti atrocitate, personarumque vililitatem reticens. *Idem.*

Mulierem eripuit] Non *Abduxit*, sed *Eripuit*. *Idem.*

11 *Clamant*] A præjudicato, et auctoritate rumoris. *Idem.*

12 *Hoc advenienti quot mihi, Micio, dixere*] Quasi dicat, Dispicet omnibus, et multi eum accusant, nec tamen lenonis querelæ mentio fit. Vide oratorem. *Hoc* autem, vel articulus, vel adverbium loci est. *Idem.*

Hoc] Pro *huc*. secundum antiquum morem, ait Servius ad illud Virg. VIII. Æn. 'Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto.' *Furnabius.*

13 *In ore est omni populo*] Sallustius, 'In ore gentibus agens, populo, civitati.' *Donatus.*

14 *Si conferendum exemplum est*] Tanquam non sit conferendum. *Idem.*

Non fratrem videt rei dare operam] Satis comice hoc infertur legentibus argumentum: nam magis in culpa ille ipse est, quem laudat. *Idem.*

15 *Rei dare operam*] Non amoris. *Idem.*

Rei dare operam] Quam facete Poëta hæc omnia falsa, et e contrario

facit Demeam credere. *Idem.*

Rei dare operam] Rusticæ, familiæ sustentandæ, augendæ. *Farnabius.*

Ruri esse] Non in urbe. *Donatus.*

Parcum] Non prodigum. *Idem.*

Sobrium] Non insanum. *Idem.*

Parcum ac sobrium] Contra illud: *Cur amat? cur potat?* *Idem.*

16 *Nullum hujus simile factum*] Hoc cum admiratione indignantis pronuntiandum est, et ardentibus in Micionem oculis. Et subaudiendum est *Esse, aut Invenire.* *Idem.*

Nullum hujus simile factum] Hoc cum admiratione indignantis pronuntiandum est, et ardentibus in Micionem oculis. Et subaudiendum est *Esse, aut Invenire.* *Idem.*

Hæc quam illi, Micio, dico, tibi dico] *Illi*, pro in illum: et *tibi*, pro in te. *Id.*

Hæc cum illi Micio dico, &c.] *Donatus*: 'Illi,' &c. Ad sensum respexit, ut sæpe; phrasin non explicavit. *Hæc cum illi dico* s. dicta volo; *tibi dico* s. dicta volo. i. e. hæc cum ita loquor, ut ad *Æschinum* pertinere illique dici videantur, tu satis intelligere debes, ad te quoque pertinere tibi que dici. *Bæclerus.*

17 *Tu illum corrumpi sinis*] *Deest nam.* Sed ferventius *δωδέρως* dicitur. et hoc *tibi* et *tu* pronuntiandum est intento digito, et infestis in Micionem oculis. nam hoc agi stomacho adversum dissimulatores solet. *Donatus.*

Tu illum corrumpi sinis] Mitius modo dixit, 'Sinis corrumpi:' mox vehementius dicit, 'An laudi putat fore, si perdiderit gnatum?' *Idem.*

18 *Homine imperito nunquam quidquam injustius*] Miro stomacho apud ipsum de ipso tanquam apud alterum loquitur. *Idem.*

Homine imperito, &c.] Prorsus bene exposuit hæc *Donatus.* Quem vide, et insuper nota Micionis *σάρσυμα*. Ut homo urbanus et peritior, adversus fratrem agrestem, prudentiæ sibi arrogat aliquid, et sententia *καθολικῇ* ad prætexendas, quas subinfert, frau-

des fucatæ orationis abutitur. *Bæclerus.*

Homine imperito nunquam, &c.] De hoc sic *Menander.* *Ὁδὸν τὴν ἀνολὰς οὐδὲν, ὅς ἐστι δὲ καὶ Τολμηρότερον.* *Farnabius.*

19 *Nisi quod ipse fecit*] *Ἀβδόνα.* Hoc enim proprium rusticorum est, atque imperitorum. *Donatus.*

Nihil rectum putat] *Proprie putat.* Nam hoc verbum imperitorum est. Ordo est, qui nihil rectum putat, nisi quod ipse fecit. *Idem.*

20 *Quorum istuc*] *Deest pertinet, aut dicis.* *Idem.*

Quia tu, Demea] *Id* est, homo imperitus. *Idem.*

Hæc male iudicas] Pari virtute hæc leniter dicta sunt, qua superiora vehementer. *Idem.*

21 *Non est flagitium*] Non peccatum negat esse: sed flagitium non esse contendit, et ideo subindignanter pronuntiandum est: ut si dicat, *Scortari* quidem adolescentulum, delictum est, sed non est flagitium, et veniæ locus non tam in facto, quam in persona est constitutus. *Idem.*

Non est flagitium, mihi crede, adolescentem scortari] *Mire* respondit, et oratorie, ad hæc quæ invidiose dicta sunt. Nam quod ait ille, 'Eripuit mulierem quam amabat:' hic *scortum* dicit. Quod 'irruit in mœdas alienas:' quasi ex vino furens, *potare*: quod cum aliis grave propositum est, hoc solum dicendo, leve reddit, id est, 'fores effringere.' *Idem.*

Non est flagitium, &c.] Cum pudore et flagitio *δρεπωλογεῖται*. Quo genere etiam utitur apud *Plautum* *Calippo* in *Pædolo* 1. 5. 18. &c. Mutatur tamen *Cicero*, et *Cæciliano* duro patri hunc *Terentianum* mitem comparat in *Cœliana* cap. 16. non sane, philosophia aliquid tale dicente, sed licentia patronorum, quæcunque specie reorum causas pingentium; et prætextu temporis ab emendata disciplina plurimum degeneris;

Ita sit nimirum, quod Historicus notat, ut facile assensum oratori, 'sub nominibus honestis, confessio vitiorum et similitudo audientium' conciliet.' Ann. II. 33. *Bæclerus*.

Non est flagitium] Mitio sub hujus scenæ exitu fatetur se omnia hæc ex animo non dixisse, utcumque huic licentiæ laxarint habenas cum Græci tum Romani. Cic. pro Cælio: 'Detur aliquid huic ætati, sit adolescentia liberior. non omnia voluptatibus denegentur,' &c. verum restringit eam postea, 'Revocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, reipublicæ,' &c. *Farnabius*.

Mihi crede] Quasi imperito dicit, *mihi crede*, non enim, *me intellige*. Quod imitatus Cicero sic Cælium exagitat; 'Magna sunt, mihi crede: noli hæc contemnere.' Hic enim et authoritas dicentis, et contemptus ostenditur audientis. *Donatus*.

23 *Hæc si neque ego, neque tu, fecimus*] Quia dixit: 'Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.' *Idem*.

24 *Non sivit egentis*] Non voluntas prohibuit, sed necessitas: et ideo nulla laus. *Idem*.

25 *Quod tum fecisti inopia*] Nota *fecisti*, in eo quod significat *non fecisti*. *Idem*.

26 *Injurium est*] Quia nihil quicquam injunctis homine imperito. *Id.*

Nam si esset unde id fieret] Non est necessario consequens, sed probabiliter admittitur apud oratores: non enim omnes qui habent unde faciunt, continuo etiam faciunt. *Idem*.

Unde id fieret] *Fieret*, producta prima syllaba. Ennius: 'Memini me fieri pravum.' *Idem*.

Nam si esset, faceremus] Pro fuisset, et fecissemus. *Faber*.

Si esset unde id fieret, faceremus] I. e. unde id fieri potuisset, fecissemus. *Bæclerus*.

27 *Et tu illum tuum, si esses homo*] Multum progressus est, accusans accusantem. *Donatus*.

Et tu] Recriminatio, ut vocamus. *Farnabius*.

Illum tuum] Ctesiphonem. *Idem*.

29 *Expectatum*] Odiosum et malæ vitæ. Nam filiis parentes aut amabiles sunt, aut expectati. Amabiles, boni: expectati, mali: quorum mors in dies singulos expectanda et optanda sit. nam *expectamus* ante diem: unde avidior intelligitur, qui expectat, quam ille qui sperat. *Donatus*.

Quum ubi te expectatum] Eo rem produxit, ut ipse magis videatur consulere disciplinæ, quam Demea. *Idem*.

Ejecisset foras] Non dixit *amisisset*: sed, ut quiddam abjiciendum, *ejecisset*. *Idem*.

Expectatum] Juv. Sat. 14. 'Nam grave tardas Expectare colos,' &c. *Farnabius*.

30 *Alienior ætate, post faceret tamen*] *Ἀναλόγου*. Deest enim *quamvis*. Et *faceret* ultimum magnam vim habet, nihil enim prodesset, insuper obesset, retinere ab istis filium juvenem. *Alienior* pro *aliena* dicens, comparativum gradum pro positivo posuit. *Donatus*.

31 *Pro Juppiter*] Tragica exclamatio est. et bene, tanquam ipse reprehenderet Demea, adjecit; 'Tu homo adigis me ad insaniam.' Et *tu homo* dicens, negat illi familiaritatem. *Idem*.

32 *Non est flagitium, facere hæc*] Moraliter indignatio expressa est, iisdem verbis, quæ frater dixerat, repetitis. *Idem*.

33 *Ne me obtundas*] Ne me sæpe et moleste interpellas. Nam *obtundere*, est aliquid sæpe odiose repetere. *Idem*.

Ausculda, ne me obt.] Micio jurgium vult ad disputationem conferre. Sic ut enim in exprobrando, clamitando, male dicendo mores Demeæ plus valebant; ita in orando et disputando, non posse se ab homine iracundo superari, satis confidebat Micio. Duplex erat accusatio, 'flagitii et dam-

ni.' De flagitio jam disseruerat quo modo diximus: nunc de damno respondet, argumento ab adoptionis jure petito: quod etiam retro valet in ea, quæ flagitium spectabant. 'Tuum filium dedisti adoptandum mihi: is mens est factus.' i. e. omnis in Æschinum potestas, disciplina, regimen ad me transiit a te, cum in adoptionem mihi dedisti filium. Sicut et damna mea sunt, quatenus damnosus est ille. Excipit Demea: 'Curæ est mihi,' q. d. natura illi pater sum; non possum abjicere omnem de moribus ejus et educatione curam. Respondet Micio: habere eum domi, quod curet, alterum sc. filium Ctesiphonem, quem retinuerit. Nam, quantum ad Æschinum, *et mihi*, inquit, *curæ est*, meliori sc. jure, postquam hæc cura in me per adoptionem est translata. Hoc est quod dicit: 'Verum Demea curemus æquam uterque partem; tu alterum (Ctesiphonem) ego item alterum, Æschinum scilicet. Ita enim inter nos convenit, cum Æschinum in adoptionem dares mihi. 'Nam ambos curare, propemodum reposcere illum est quem dedisti.' i. e. si tu rebus Æschini te vis admiscere, in alienum jus involabis, vim facies conventioni inter nos factæ, adeoque adoptionem, cujus tu ipse auctor fuisti, evertes: cum ex meo filio tuum vis facere, quem adoptio ex tuo munus fecit. Hujus, quod pro se adfert Micio, juris tanta vis fuit, tanta argumentatio, ut Demea non potuerit se tueri, nisi negaret, sibi hoc propositum esse, et paternæ ac naturalis sollicitudinis affectu tantum excusari cuperet: 'repeton' quem dedi' non tam iniquus sum, ut semel placita et conventionem utriusque nostrum firmata convellere, aut in tuum jus me immittere cogitem. 'Dictum hoc inter nos fuit' (ita ipse Demea fatetur act. v. sc. 3. vs. 10.) 'ne tu curares meum, neve ego tuum.' Tuum enim esse

factum Æschinum ipsa adoptionis, qua in tuam domum eum dedi, formula probe commemini. Itaque quantum ad jus attinet, tu illi pater es, non ego: *alienus tamen non sum*: nec ex animo affectum naturæ possum expellere: *ægre est* ergo, nec aliter fieri potest, cum ad omne facinus eum prolabi audio. Si tamen hanc quoque naturæ sollicitudinem ferre non potes, concedam tuæ voluntati; verbum posthac unum non addam. Poëta igitur studiose custodivit in omni deinde fabula, ut Demeæ constantem servandi, quæ convenerant, voluntatem tribueret. De Ctesiphone, 'Illum,' inquit, 'curo nunc; ille ad me attinet, quando ita vult frater, de istoc (Æschino) ipse veritas.' Non pati quidem poterat veritas Demeæ, quin Micionis disciplinam subinde accusaret, arbitrium sibi tamen in toto negotio nullum vindicavit. Ita, cum Hegio vitium virgini ab Æschino oblatum commemorasset, ad Micionem omnia referenda decernit. (act. III. sc. 4.) imo solius Micionis arbitratu ad nuptias res deducitur, (act. IV. sc. 7.) nam quæ actu quinto videtur jubere Demea, ea consilii sunt ad ingenium et voluntatem Micionis accommodati, eo *elapso* artificio, de quo ante. Paulo hæc uberius consignavi, quia illustris in primis hæc disputatio in Adelphis est, de translata apud Græcos per adoptionem patria potestate. Id quod in jure civili Romano aliter postea Justinianus Imperator, egregia philosophia usus, constituit. *Bæclerus.*

34 *Tuum filium dedisti adoptandum mihi*] Mira argumentatio per *ἐπαγωγήν*, quæ *inductio* ab oratoribus dicitur, quum per interrogationem pervenimus ad id, quod volumus, concludendum. *Donatus.*

Adoptandum mihi] Adoptionis formulam vide apud Agell. l. v. c. 19. *Farnabius.*

35 *Is meus est factus*] Sic progredi-

tur, quasi confessionis genus sit, adversarium tacuisse. *Donatus.*

Si quid peccat, Demæ] Conclusio dubiæ rei a non dubiis sumpta. *Idem.*

Si quid peccat, Demæ] Τῷ Βαρρῳμῷ interposuit *Demæ*: et repetitum est, *peccat. Idem.*

36 Ego illi maximam partem feram] Errant, qui putant illi esse pronomen, quum sit adverbium loci: ut, ' Illi mea tristitia fata, Degeneremque Neoptolemam narrare memento.' Illi ergo ibi, ubi ille peccat. Quare quidam etiam li syllabam discretionis causa, ut locum significet, corripunt. Et *maximam partem* optime dicit. Non enim *universam*, quia non solus pater *Æschini* est: sed *maximam*, quia ejus magis est, cujus filius cœpit esse per adoptionem. *Idem.*

Feram] Sustinebo, tolerabo. *Idem.*

Ego illi maximam partem feram] Donatus, illi, i.e. ibi, ubi peccat, accipit. non tamen hæc sola ratio forte est, explicandæ vocis, si quis cogitare velit. addit Donatus præterea: ' Et maximam partem,' &c. Nunc quidem, universam. Ita enim mox dicit: *de meo*. Sed, si sermo hinc ad ulteriora porrigitur, *Æschinus* hereditatem *Demæ*, ex quo natus erat, olim cum Ctesiphone fratre debebat cernere. Sicut habetur infra act. v. sc. 3. vs. 28. &c. *Bæclerus.*

Ego illi] Pro ibi, ut in ea re observavit Excerptor. *Faber.*

37 Obsonat, potat, olet unguenta, &c.] Πικρόει quadam hæc coacervat. Varro lib. vi. de L. L. ita citat: ' *Scortatur, potat, olet unguentum de meo,* in quo non dubitandum est, quin enim memoria fefellerit. Nec movent me Fr. Floridi Sabini rationes, ut omnes potius codices Terentianos corrigendos, quam *ἀδύρνητα μνημονεύειν* Varroni tribuendum putem. Alias enim et *unguentum* legere deberemus, sicut est apud Varronem, non *unguenta*, ut habent codices, Interpretes, et Priscianus lib. viii. et

lib. ix. Jam si *scortatur* Poëta posuisset, quam frigide inferretur mox versu sequente: *amat? dabitur a me arg.* quæ vel sola ratio neminem dubitare sinit de veritate scripturæ nitatæ. *Bæclerus.*

Olet unguenta] A summo ad imum proposita solvuntur. Et mira varietas est, *Olet unguenta*: ne diceret, obsonat, potat, ungitur, ne scilicet hæc exercitationis palæstricæ, non luxuriæ dicerentur. *Donatus.*

38 Amat] Πῶς γὰρ, Cur amat? *Id.*

Dum erit commodum] Dare scilicet. *Idem.*

Dum erit commodum] Asconius Pedianus in Verrin. iv. ' *Aut cum judicem, quem commodum erat.* Venuste posuit pro eo, quem volebat. Sic Terentius: ' *amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum.*' Nam meretrici dare quando est commodum? sed est positum pro eo, quam diu libuerit.' *Bæclerus.*

Ubi erit commodum] Asconius Pedianus in Verrinam iv. male explicat, ut et Taubmannus in Plaut. pag. 914. *Faber.*

39 Ubi non erit] Argentum scilicet: sed *commodum dare*, subaudiendum est. *Donatus.*

Fortasse excludetur foras] Hoc ita protulit, quasi dicat, nihil sibi deperisse, si gratis forte fuerit ad amicam admissus. Et totum hoc τῷ ἡθροῦςμῷ legendum est. Et mire *fortasse* dicit, ut pater indulgens, et credens adolescentem posse etiam amari ab amica: non enim affirmavit, ut diceret, *excludetur foras. Idem.*

Fortasse excludetur foras] Ab amica sc. seu meretrice. Donatus mores Micionis in voce *fortasse* agnoscit. Quem vide. *Bæclerus.*

Ubi non erit, fortasse excludetur foras] Elegantissimus Interpres sic vertit: *Quand je n'auray plus d'argent, peut-être que je le chasseray au logis.* At longe aliud Micio: non enim de exclusionem ex ædibus suis cogitat, sed

ab ædibus meretricularum, quas nimis libenter invisibat Æschinus. Unde observatio in excerptis e Donato, 'Et mire, fortasse,' &c. Istam voculam, 'gratis,' e superiori loco huc retraxi, et sensus id postulat. *Faber.*

40 *Fores effregit? restituentur*] Pervenit ad præsens crimen: illa enim ante acta fuerant. *Donatus.*

Fores effregit? restituentur] Non sine pœna quidem in eum, qui vim fecerat, si res in iudicium esset deducta. Sed Micio mores et tempora in oculis habet: ibi multi, ob calumnias litium Athenis usitatas, ob spem lucri, et similes causas, malebant omittere persecutionem juris sui, et privatim satisfactionem ac restitutionem accipere. Quæ res aluit licentiam potentiorum. Describit accurate noster infra act. II. sc. I. vs. 41, &c. et sc. II. vs. 40, &c. Erat enim res cum lenone, cujus animi vilitas (descripta act. II. sc. I. vs. 52. 53.) promptam impunitatis spem ostendebat. Sed cur non addidit Micio: 'Mulierem eripuit? reddetur.' hoc enim quoque Demea in sua accusatione, cui nunc respondetur, posuerat. Per artem retinuit caput flagitii, de quo nec responsio, neque satisfactio tam facilis Micioni erat futura, antequam Æschini animum in ea re perspexisset. *Bæclerus.*

Fores effregit] Citat hæc Cicero pro Cælio, sub persona mitioris patris. Vide ad Heaut. act. II. sc. I. *Farnabius.*

41 *Resarciatur*] *Re* abundat. *Donatus.*

42 *Et unde hæc fiant*] Iterum subaudiendum, est. *Idem.*

Et adhuc non molesta sunt] Quia non est flagitium, adolescentem scortari. *Idem.*

45 *Ab aliis quæ vere sciunt*] Superbum fuisset, a me dicere. Melius ergo, *ab aliis*, dictum est. *Idem.*

46 *Natura tu illi pater es, consiliis ego*] Urbane Micio consiliis subjunxit.

Plus enim valet ad laudem consilium, quam natura. Et simul ostendit Poëta verbis Micionia, qui non natura, sed affectu sit pater, nullum patrem esse sapientem: eum vero posse sine perturbatione perfrui iis quos amat, quem patrem esse consilium fecerit, non natura, hoc est, qui filium adoptaverit. Et mire, quum natura singulariter dixerit, pluraliter intulit, *consiliis ego*. *Idem.*

Natura tu illi pater es, consiliis ego] Vidit Donatus in voce *consiliis* aliquid artis et sententiæ latere: sed parum diserte expedit. Verum est comparari patrem, quem natura fecit, et quem ratio. Cum enim Demea exprobrasset Micioni, quod patrem gerere, sive patriis officio fungi nesciret, qui nunquam liberos genuisset, adeoque suum exemplum, qui vere sciret patriis munia fungi, tacite commendaret; respondet Micio, se non tanti putare, quod natura, quam quod ratio faciat, q. d. tu quidem natura Æschino pater es, atque hoc fortuitum est: sed ego qui destinato proposito ac deliberato animo personam patris in adoptatum indui, nihil prætermitto, quin ita ei consulam, sicut liberis consuli æquum est. Patris enim proprium est, liberis consulere. *Bæclerus.*

47 *Tum' consulis quidquam*] Apertior contumelia: et ideo sequitur denuntiatio discededi. *Donatus.*

Tum' consulis quidquam] Quia dixit, *consiliis ego pater sum*; a conjugatis argumentatus respondit, *Tum' consulis quidquam*? quia a consulendo consilia dicuntur, et consultores. *Idem.*

Si pergis, abiero] Ut, 'Donec me flumine vivo Abluero.' *Idem.*

Si pergis, abiero] 'Apyxalouds, pro abido. Et hoc, gestu abeuntis, vel abitari pronuntiatur. *Idem.*

48 *Siccine agis*] Recte, quia jam abibat: quasi revocantis correptio est. *Idem.*

An ego totiens] Hoc conversum in-

telligas dicere. *Idem.*

Audiam] Deest *te*: sed exprimere durum fuit. Et hoc est obtundere. *Idem.*

49 *Curæ est mihi]* Æschinus scilicet. *Idem.*

50 *Curemus aquam uterque partem]* Proprie *uterque* et *aquam*, quasi particeps fratris. *Idem.*

51 *Propemodum]* Nisi addidisset *propemodum*, falsa videretur esse sententia. *Idem.*

52 *Ah Micio]* Religiose commotus est: ac veluti inculpatus est perfidiæ: et ideo exclamat dolens, et transit in iracundiam, concessionemque, quam *terreponh* dicitur. *Idem.*

Ah Micio. M. mihi sic videtur. D. quid isthic? &c.] Dicit Demea: *ah Micio*, sub. quid dixisti? tune perfidiam in me incense, aut me non statuum putes eo, quod inter nos convenit, et ipsa adoptionis formula continetur? Cum enim Micio dixisset, dnm vis Æschinum curare, repositis eum quem dedisti, adeoque non ratum vis esse, quod inter nos dictum actumque est; Demea 'religiose commotus,' (ut h. l. Donatus loquitur,) eo quod perfidiæ incusationem in hac exprobratione inesse carneret, exclamat, *ah Micio*, quid dixisti? et, affirmante iterum, quamvis sub mitigatione quadam, Micione, *mihi sic videtur; non'* *terreponh* concedit denique: *quid isthic?* sc. resisto, repugno. v. Færm. et Guyet. 'Si tibi istuc placet, profundat, perdat, pereat,' &c. quæ cumulatio et celeritas iracundiæ apta est. 'Jam si verbum un. posth.' sc. dixero, peream. Quæ vox in uno Ms. meorum ex glossa comparat. *Bæclerus.*

53 *Mihi sic videtur]* Rationabiliter non est sic dixit: sed, sic videtur: non vult enim verum esse. *Donatus.*

Quid istuc] Deest loquor aut resisto: nam proprie significatio est de sententia sua decedentis. *Idem.*

54 *Profundat, perdat]* *terreponh* fi-

gura. Virgilius: 'Sequere Italiam ventis, pete regna perundas.' *Idem.*

Profundat, perdat, pereat] Hæc sic pronuntianda sunt, ut ostendatur gestu, nolle quod loquitur. *Idem.*

Profundat, perdat] Permissio Ironica irati. *Farnæti.*

55 *Si verbum unum posthac]* *Ἀποσιτίσῃς.* Deest, tibi fecero, aut tale huiusmodi. *Donatus.*

Rursum] Quasi curans irascere? *Idem.*

56 *An non credis]* Irasci scilicet. *Idem.*

An non credis] Pareus in uno Ms. Palat. *ah* reperit. Donatus supplet *ὀλλασθαι an non credis, irasci scilicet.* An non credis me irasci? merito scilicet irascor. *Bæclerus.*

Repetone quem dedi] Minus erat, si Æschinum diceret. sed plus est, quem dedi. *Donatus.*

57 *Ægre est]* Quasi dictum sit, quid ergo loqueris? quia ægre est. Cur ægre est? quia alienus sum. *Id.*

Alienus non sum] Mire alienus non sum: quasi timeat jam dicere, *pater sum.* *Idem.*

Alienus non sum] Satis cum stomacho, quasi dicat, si patrem me esse jam non licet, alienus non sum. *Id.*

Si obsto, hæc desino] Vide de his et præcedentibus Fr. Guyet. *Bæclerus.*

59 *Iste tuus]* Memoriter iste tuus, ad illud quod dixerat, *meus est factus.* *Donatus.*

Iste tuus ipse sentiet posterius] Quantum sis, quantumque eum ames: hoc est, ut decipiatur per indulgentiam tuam. *Idem.*

Ipee sentiet] Sentire multi pro malo posuere, ut ipse alibi, 'Sit rogæ? sensi: nam unam ei cenam atque ejus comitibus dedi.' *Idem.*

60 *Posterius]* Etenim Demea satis hoc grave existimat dictum in eum, qui non provideat in futurum: et arctius, quia pater est. *Idem.*

Nolo in illum gravius] Scilicet quam hoc. *Idem.*

61 *Nihil, et nonnihil*] Nota figura est, conveniens placidissimo seni, qui in reprehendendo adolescente moderatus est. *Idem.*

Nec nihil] Apparet Terentium favere lenissimis patribus: unde subjecit etiam rationem facti Miclonis. *Idem.*

Neque omnia sunt quæ dicit] Bene a Micione hoc dicitur: quia indulgentioris est, plura scire: et supra dixit, 'Ea ne me cœlet consuefeci filium.' Et hic sensus est: Nec contemnenda sunt quæ dicit, nec omnia dicit tamen. Hoc est, non sola sunt quæ dicit, sed multa alia. Et ordo est, neque tamen hæc quæ dicit, sunt omnia. *Idem.*

62 *Nonnihil molesta*] Placidissime nonnihil dixit: et nonnihil maluit repetere, quam vehementer iracundiam demonstrare. Est enim altera *δυσλόγητος*. *Idem.*

Nonnihil molesta hæc sunt mihi] Optime Poëta Micionem fecit commotum: ne si omnino immobilis esset, non indulgere adoptivo filio, sed omnino eum non curare videretur. Ergo sic in eum servat placidum animum, ut tamen retineat patris affectum. *Idem.*

Nonnihil molesta hæc sunt mihi] Quæ ad finem naque scenæ sequuntur, bene explicantur a Donato: vel quatenus ad τὸ ἥθος pertinent (quid enim indulgentius illa *μειώσκει*, nonnihil molesta sunt: et: *etsi Æsch. nonnullam in hac re nobis fuit injuriam?*) vel quatenus *οἰκονομίας τεχνικῶς μεθοδεύεισιν* spectant, cum ignorans adhuc vitium virgini oblatum Micio, de tædio amoris meretricii, et proposito uxoris ducendæ aliquid refert probatque. *Bæclerus.*

63 *Illi*] Demæ scilicet. Aut *illic*, id est, ibi ubi Demea litigabat. *Donatus.*

Sed ostendere, me ægre] Constat ergo, ægre pati: nam aliter non erat parens. *Idem.*

Nam ita est homo] Homo dixit moraliter, sic enim de iis dicimus, quos parce reprehendimus, ut alibi, 'Ut homo est, ita morem geras.' *Idem.*

Ita est homo] Morosus sc. et intractabilis. *Farnabius.*

64 *Quum placo*] Id est, quum volo placare. *Donatus.*

Cum placo] Ubi placare conor. *Farnabius.*

Cum placo] Id est, cum placare studeo. *Faber.*

65 *Verum si augeam*] Argumentum a contrario. Nam *placare*, contrarium est irritantibus augmentibusque iracundiam. *Donatus.*

66 *Aut etiam adiutor sim ejus iracundiæ*] *Σύλλητος*. Nam a genitivo casu accusativus assumptus est. *Idem.*

67 *Insaniam cum illo*] Plaut. Amphitr. act. v. sc. 2. 'Bacchæ bacchanti si velis adversarier, ex insana insaniorem facies.' *Farnabius.*

Etsi Æschinus nonnullam in hac re] Rursus *δυσλόγητος*, ut sit mitis reprehensio: et hoc ipso gravis. nam *etsi*, et *nonnullam nobis*, temperamento sunt posita. *Donatus.*

69 *Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit aliquid*] *Ἥθος διεπβολῆς*. Quam non, et cui non. Ea tamen hæc sunt, ut non gravi sono accusationis proferantur; sed solam reprehensionem contineant. *Aliquid* vero, admirantis est. Quod addidit *meretricem*, ostendit Micionem hoc solum adhuc scire: nihil autem de vitata virgine. *Donatus.*

Quam hic non amavit meretricem] Et hoc cum venia et defensione. Nam colere meretricem, non est flagitium. Et simul etiam vitiatæ virginis adhuc ignarus ostenditur Micio. *Idem.*

Aut cui non dedit aliquid] *Aliquid* dicendo, prætermisit vel meretricem vel numerum. *Idem.*

70 *Credo jam omnium tædebat*] *Παροχθονίως πρὸς τὴν*. etenim addimus ad ea quæ apud nos parum certa sunt, aut *credo*, aut *pulo*. *Idem.*

71 *Dixit velle uxorem ducere*] Mirum est apud Terentium, quum etiam per neacias personas indicet argumenta. nam quum Micio nesciat amari ab Æschino civem virginem, tamen dicit, *Credo jam omnium Tædebat*, et, *dixit se velle uxorem ducere*. Sic ex parte magna ostendit nescius argumentum: ideo quia verisimile est, amantissimum Æschini Micionem omnes scire affectus adolescentis et consuetudines. Et apparet præterea, cõnatum ex parte fateri vitiatum amore Æschinum, et pudore impeditum, tantum hoc dixisse, quod honeste potuit, velle se uxorem ducere: quam autem vellet, tacuisse confusum. *Idem.*

72 *Sperabam jam defervisse adolescentiam*] Recte *sperabam*, pro gaude-

bam: sic enim dicimus, quum errasse nos cernimus. Et *uire*: non dixit, *sperabam illum jam corruptum*: sed mitis senex totum ætati attribuit, nihil filio. *Idem.*

Defervisse adolescentiam] Servat propositum circa ætatis veniam. *Idem.*

Defervisse] Quasi deorsum a fervore tenuisse. Legitur et *desavisse*. *Idem.*

73 *Ecce autem de integro, nisi quidquid est*] *Ἀπολύτως* prima: quia non vult credere. *Idem.*

Nisi quidquid est] Deest quia, ut sit, *nisi quia*. Et est sensus, nisi quia non temere credo; et volo scire quidquid est. *Idem.*

74 *Hominem*] Æschinum. *Farnabius.*

ACTUS II.

SCENA I. Ne cui forte, putanti Demeam in superiore scena Micioni narrasse ea, quæ inducuntur hic fieri, ordo rerum præposteras esse videatur, animadverti debet, his Æschinum cum lenone esse rixatum: prius quidem, cum ex domo lenonis fidicinam abduxit, cujus rei sparso statim per urbem rumore, ad Demeamque delato, mox ad id Micioni nuntian- dum Demeam cucurrisse. Interim Æschinum fidicinam dedacentem, in- sequente eum lenone, domum suam, id est Micionis, pervenisse. quo cum introducere eam vellet, tum lenone id prohibente, secundam rixam extitisse. Hæc ita esse clarissime ostenditur, cum de priorè quidem rixa dictum sit, '*fores effregit*,' nimirum lenonis; et '*abduxit mulierem, quam amabat*:' in posteriore autem, servo quidem dicatur, '*Abi præstrenue, ac fores aperi*:' fores scilicet ædium Micionis patris Æschini: ipsi vero fidicinæ, '*i intro nunc jam*.' *Færnus.*

Delph. et Var. Clas.

Satura est hæc Scena, ex trochaicis et iambicis, quos alii aliter metru- tur. Vide Fæрни not. et Antesigna- ni edit. vs. 2. *Ms. Argentor. otiose jam nunc illico hic consistite. unus meo- rum: et jam illico nunc consistite. alter: otiose illico jam nunc consistite.* vs. 3. unus: *numquam ego dum adero hic tan- get te.* alter: *numq. d. e. a. hic tanget te.* vs. 5. duo: *quamquam sit scelestus,* n. c. h. v. *ut iterum capulet.* vs. 6. omnes, ut editum est; ut et vs. 7. 8. 10. 11. vs. 14. *Argent. i intro jam tu nunc. meorum uterque: i intro jam tu nunc tu.* vs. 15. omnes ut edidimus. vs. 16. omnes: *dimoveas. unus omittit, oculos.* vs. 17. duo: *innuero.* vs. 18. omnes: *istuc volo ego i. e.* vs. 19. omnes: *o miserum facinus. Æ. gemin. &c.* *Argent. meorumque alter: hei mise- ram. unus: hei miseriam. quod nihill esse puto. omnes omittunt rō mihi.* vs. 21. duo omittunt *rō tu.* vs. 25. unus: *qui tibi licet magis m. A. alter: quid tibi licet meam habere, pro qua*

Terent.

4 U

ego argentum dedi? vs. 26. dno: *hoc convitium.* vs. 27. dno: *nam si mol. perges jam esse, intro arripere.* vs. 29. omnes, ut edidimus. vs. 31. duo: *egone debacchatus sum in te, an tu in me?* vs. 36. omnes pro *hoc*, id habent. duo: *etiam hercle.* duo: *quod capisti.* vs. 39. duo: *cenam dandam.* vs. 40. duo: *nam ego liberali illam assero causam manu.* vs. 42. omnes: *summe Jupiter.* vs. 45. et 46. ut edidimus. ut et vs. 48. nisi quod in posteriore parte duo: *sed hoc ego haviolor.* vs. 51. *id quoque f. possum.* vs. 52. omnes: *inceperis.* vs. 54. duo: *deputo;* unus, *reputo.* Bæclerus.

1 *Obsecro, populares*] Popularitas in omnis rei consortium sumitur. Nunc autem populares cives dicit. Et hoc est, quod veteres quiritari dicebant, Quirites concludmare. Donatus.

Obsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium] Hic exemplum est contumeliosi per potentiam divitis, et in perniciem suam pauperis contumacia. *Idem.*

Obsecro populares] Tres primi versus hujus scænæ, item sextus, octavus, et undecimus sunt trochaici tetrametri catalectici: reliquorum versuum, qui sunt in principio hujus scænæ, quartus iambicus dimeter est: quintus, qui videtur iambicus tetrameter acatalecticus, si tamen in eo in 'scelestus' pænultimam corripias, abjecto s, erit simul cum septimo, nono, decimo, duodecimo, quartodecimo, quintodecimo, et sextodecimo, trochaicus catalecticus. Item tertiusdecimus, abjecto s ex 'fores,' factaque synalœpha. Reliqui versus partim trochaici catalectici sunt, partim octonarii iambici. *Færnus.*

Obsecro, &c.] Ipse raptus præcæserat, cujus rumor a populo ad Demeam delatus illum effervit, ut in scena præcedente. Continuatur scena rixa dum Æschinus, quam eripuerat meretricem ad fratrem Ctesiphonem,

qui in domo Micionis expectabat, deducit. Sequitur in via leno. *Farnabius.*

Ferte mis. atque innoc. a.] Quæ de secundo hoc jurgio Æschini cum San-nione, Færnus habet, vide. Quiritationem diligenter explicavit Donatus. Quæ verba ad quas personas in hac Scena referantur (non parum enim interest) Guyetus annotavit. Qualia nunc non repetenda sunt. *Bæclerus.*

2 *Subvenite inopi*] Vide quam posteriora vehementiora sunt, ad incendendum populum. Primo, 'miserum:' post, 'innocentem:' ad ultimum, 'inopem' posuit. Et primo, 'ferre auxilium:' post, 'subvenite.' Et totum hoc principium a benevolentia sumitur: quæ comparatur ex invidia potentiæ Æschini. Nam contraria in Æschino esse vult intelligi. *Donatus.*

Misero atque innocenti auxilium: Subvenite inopi] Tria sunt, 'Miser,' 'Innocens,' 'Inops.' *Idem.*

Otiose nunc jam] 'Otiose,' securo significat. Nam nisi qui securus est, otiosus non est. *Idem.*

Otiose nunc jam illico hic consistite] Simul imperavit modum, tempus, locum, factum. Modum, 'otiose:' tempus, 'nunc:' locum, 'hic:' factum, 'consistite.' Nam 'jam' et 'illico,' alterum tempori adjungitur, alterum loco. At 'consistere' est audacter et constanter stare: ut, 'Constitit in digitos extemplo arrectus uterque.' *Idem.*

Otiose, nunc jam illico hic consistite] Servum ducentem puellam morari jubet, et consistere. *Farnabius.*

Illico] Modo locum, non tempus significat. *Donatus.*

3 *Quid respectas*] Meretricem timide respectantem jubet esse securam a lenone insequente. *Farnabius.*

Nunquam] Pro non. Virgilius, 'Nunquam omnes hodie moriemur inulti.' *Donatus.*

4 *Itam invitis omnibus*] Docet 'abducam.' *Idem.*

Ego itam invitis omnibus] Bona ἔλλοφος: nemo enim plene loquitur, qui luctatur. *Idem.*

Ego itam] Abducam se. aut retinebo. *Farnabius.*

5 *Quamquam est scelestus, non committet*] Ἀνακλινδον primum: nam quum proposuisset 'quamquam,' non subjecit 'tamen.' *Donatus.*

Quamquam est scelestus, &c.] Cautum erat sub exheredationis poena, ne filius familias lenonem pulsaret. Æschinus itaque non denno et in publico sibi depalmandum lenonem statuit, ne ad patrem hoc emanet, atque hinc ipse perpetuo perierit. infra act. II. sc. 4. *Farnabius.*

Committet] Perficiet. sed hoc proprie de illicitis et puniendis facinoribus dicimus. Et simul hic ostendit Comicus adolescens cedere se lenoni, invitum se noxam intulisse: et id quod fecerit, fecisse lenonis culpa, non sua. *Donatus.*

Iterum ut vapulet] Minaciter Poëta priorem litem sustulit, dicendo 'iterum:' ut non eadem lis esset, de qua supra Demea questus est: sed instaurata nascatur. *Idem.*

7 *Leno ego sum*] 'Leno' terribiliter pronuntiandum est: quasi dicat, cui supplex eris. Sed ex argumento est, quod contemnit Æschinus minas lenonis: ntpote qui jam uxorem de-reverit decere. *Idem.*

Leno ego sum, &c.] *Donatus* ad terrorem, Engraphius ad contemptum retulit. Placet Engraphii potius sententia. Hoc vult Sannio dicere: nolo te meæ conditionis ignarum esse; leno sum, fateor; sed, ut in hoc genere, homo cetera non pessimus. Nihil autem tibi hoc proderit, quo minus ereptæ mulieris nomine reus peragi possis. Tum mihi jus dicitur, quam alii. In bene constituta enim republica judicium redditur etiam vilibus personis: atque, ut propius

ad nostram rem loquamur, jure civili Romano bene constitutum est, ut restitutio non impediatur, etiam si spoliatus objiciat, spoliatum prædonem esse. *Bæclerus.*

Scio] Hic sic respondit, quasi in lenone imminutio capitis tantum consisteret, *Fide usquam optuma.* 'Fides' in concipiendis comminationibus: nam 'denuntiatio' comminantis est. *Donatus.*

8 *Tu quod te posterius purges, &c.*] Hic quoque sententia juris loquitur; neminem teneri, ut privatum transigat, aut pœnitentia ejus, qui vim intulit, contentus sit. Non enim idem est pœnitere ac restituere. Sed 'Nec prodest ei, qui vi rapnit, ad evitandam pœnam, si ante judicium restituat rem quam rapnit,' ut est in l. v. ff. vi bon. rapt. *Bæclerus.*

Nolle hanc injuriam mihi factam esse] Hoc e solempni satisfactionis more apud Romanos: ubi jurejurando agnoscebat quis, indigno se contumeliam intulisse, et nolle factum. Sic Liv. XXIX. 'Locrensibus Senatum respondiisse, quas injurias sibi factas quererentur, neque Senatum, neque populum R. factas velle.' Consimilem sui purgationem a Jove simulatio habes apud Plaut. Amphitr. act. III. sc. 2. *Farnabius.*

9 *Hujus non faciam*] Figurate ergo. 'Quod te purges,' id est, purgationem tuam. 'Hujus' autem δεικνύς est. Aut enim stipulam, aut floccum moverat, aut summum digitum. *Donatus.*

Hujus non faciam] Cicero: 'Ne tantulum quidem commotus est.' *Id.*

Ego meum jus persequar] Hoc est lenoniam. *Idem.*

Meum jus] Meam libertatem. *Meum jus*] Meam vindictam. Nam ut illa 'injuria' est, quæ fit innoxio; ita jus vindicta illa, quæ redditur reo. *Idem.*

Persequar] Ulciscar. Cicero: 'Tandem tuas injurias per te, id quod non

potes, persequi conaria.' *Idem.*

10 *Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re male feceris*] *Νομικὸς.* Et 'solves,' hæc, parsolves, id est, satisfacies, ac te purgabis. *Idem.*

Re male feceris] Accendendum est 're,' et significanter proferendum. ibi enim est sententia. Et plus dixit, *re male feceris*, quam *injuriam feceris*. *Idem.*

11 *Novi ego vestra hæc*] *Ἐλλειψις*, deest enim 'verba.' *Idem.*

Novi ego vestra hæc, &c.] Vide quæ huc ex aliis annotavit Jo. Weitzius. Formula satisfactionis valde insignis: in qua poenitentia, et confessio injuriæ cum quadam palinodia conspiciuntur, adhibita iurijurandi religione. Exemplum est apud Plant. *Amphitr.* iii. 2. 50. &c. Quod præcesserat, 'verbis non solvi quod re male factum est,' itidem *νομικὸς* sive ex regula juris communis dici, Donatus annotat. *Bæclerus.*

Jurjurandum dabitur] Hoc est, jurabimus te esse indignum cui injuria fiat hujusmodi. Aut separatim, *jurjurandum dabitur*: et separatim, *te esse indignum injuria hæc.* Et sic melius. Verba enim satisfaciunt, quum res colligitur in generalibus causis, nam sæpe iræ ac lites jurejurando sunt terminatæ. *Donatus.*

12 *Indignum injuria hæc*] Comice 'indignum' et 'indignis.' *Idem.*

13 *Abi præ strenue*] Aut *abi præ*, id est, prior: aut *abi præ*, id est, præi: ut, 'I præ, sequar.' Aut *præstrenue*: ut, 'Prædivitis urbe Latini.' *Idem.*

Abi præ strenue] Magna contemptio minarum lenonis, non respondisse Æschinum ad ea quæ dixerat. *Idem.*

Abi præ strenue, ac fores aperi] Parmenonem præire jubet, ac fores Mitionis ædium aperire. Inhibet leno. *Farnabius.*

Abi præ strenue] Ad servum sermo est. *Faber.*

Ceterum hoc nihil facis] 'Nihil' pro 'non.' Legitur et *nihili*. *Donatus.*

Ceterum hoc nihil facis] V. Guyet. frustra id conaris. Obsistit enim leno, ut mox: 'At enim non sinam,' dum rei suæ possessionem sibi vindicat, donec plagis coercetur, ut amplius resistere nequeat. Donatus videtur legisse: *enim non sinam*, excluso *τῇ at*; dñm annotat, 'Enim,' inceptivam particulam esse apud veteres. *Bæclerus.*

14 *I intro nunc jam*] Fidicinam alloquitur. *Farnabius.*

I intro nunc jam] Ad fidicinam. *Faber.*

At enim non sinam] 'Enim' inceptiva particula apud veteres fuit: sed et convenit perturbationi. *Donatus.*

15 *Nimum istoc abisti*] Quasi ex contumacia lenonis appareat, quod multum abierit. *Idem.*

Nimum abisti isthoc] Mutandum aliquid in versione Gallica ad hunc locum; item mox ad illa verba, 'Hem, serva.' *Faber.*

Propter hunc] Juxta hunc, ut Virgilius, 'Templum de marmore ponam Propter aquam.' *Donatus.*

Hem, sic volo] Mire Comicus, ex alterius verbis, quid faciat alter, ostendit. *Idem.*

16 *Quoquam dimoveas tuos*] Liber Bembinus et alii antiqui, *demoveas*. *Færnus.*

17 *Quin pugnus continuo*] 'Pugnus' a pugna dictus: aut ab illo 'pugna.' *Donatus.*

Pugnus continuo] Id est vestigium litigantis. *Idem.*

18 *Istuc volo ergo ipsum experiri*] Expresse ostendit pauperioris loquacem contumaciam usque ad pericula cædis. *Idem.*

Istuc volo ergo ipsum experiri] Hoc illo dicente, servus lenonem verberat. *Idem.*

Hem serva] Nescias cui dicat hæc Æschinus, an lenoni, an servo: sed servo magis est verisimile. *Idem.*

Hem serva] Parmenoni imperat ut mulierem retineat, lenoni ut omittat.

Farnabius.

19 *Geminabit nisi caves*] Hoc cominantis est, non iubentis scire. Sed quia longe stat Parmeno, 'gemma' putavit dictum. Et 'geminabit,' subaudiendum est 'plagam.' *Donatus.*

Geminabit nisi caves] Non singularem pugnum, et unum dabit, sed 'geminabit:' quasi dicat, geminato duplicatoque numero inferet. *Idem.*

Hei misero mihi] Leno pulsatur. *Idem.*

20 *Non inaueram*] Convenienter Poëta avidiorem Parmenonem malefaciendi inducit, quum supra dominum invitum ostenderet cogi ad inferendam injuriam. *Idem.*

In istam partem potius peccato] Ut verberes non jussus potius, quam jussus non verberes. *Idem.*

21 *Nunc jam*] Dux partes istæ sunt. Et bene 'jam,' quia sero, et post plagas. Et utrum hoc lenoni, ut abeat, an puellæ ut introëat, dicitur? sed facilius est, si lenoni intelligas dici: quasi hoc factum sit quod voluerit: et quasi venerit ut vapulet. Et 'jam' etiam tarditatis incusatio est, ut Virgilius, 'Jam melior, jam diva precor.' *Idem.*

Regnumne Æschine] Invidiosa moraliter exclamatio, et ardentior ad plagas. *Donatus.*

Regnumne, Æschine, hic tu possides] Bene 'hic,' id est, Athenis, ubi gravius crimen est dominari velle: nam tyranni ibi semper oppressi sunt, et maxime a proximis. *Idem.*

Hic] Athenis, civitate libertatem semper adversus tyrannos asserente, atque ubi Democratica administratio. *Farnabius.*

22 *Si possiderem*] *Ἦναι ἐλευθερία* contemnentis in invidiam. *Donatus.*

Ornatus esses ex tuis virtutibus] Cito ostendit quantum a se longe sit regnum, qui dixerat ornari potuisse lenonem. *Idem.*

Ex tuis virtutibus] Sic veteres per *ἐλευθερίαν* 'virtutes' pro flagitiis dice-

bant. Lucilius, 'animo ac virtutibus.' *Idem.*

23 *Quid tibi rei mecum est*] Hoc, quia verberatus est, dicit, ut sit, *quid tibi debeo?* non quia nihil sibi debeatur. *Idem.*

Quid tibi rei mecum est] Donati et Guyeti expositionem juvat locons *παράλλας* in Heaut. IV. 4. 2. ubi Bacchis ad Syrum: 'etiamne tecum hic res mihi est?' Resp. Syrus: 'minime: tuum tibi reddo.' *Bacchylus.*

Nihil] Facete: quia ipse abstulit, et 'nihil' vult a se repeti. *Donatus.*

Quid? nostine qui sim] Proprie: sic enim dicit qui nihil quicquam debet, 'Non me novit,' non quod ignoretur, sed quod in jure non cernatur. *Idem.*

Nosti qui sim? Æa. non desidero] Plautus Menæchm. II. 2. 22. 'Ego te non novi, neque novisse adeo volo.' Catull. ep. xciv. 'Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere, Nec scire utrum sis albus an ater homo.' adde Ph. II. 3. 85. *Bacchylus.*

24 *Si attigisses*] Plus dixit 'attigisses,' quam 'tetigisses.' Est enim multo majus 'attingere,' quam 'tangere.' *Donatus.*

25 *Qui tibi magis licet*] Hic non tam ratiocinatio est, quam exclamatio per dolorem. *Idem.*

Qui tibi magis] Si mihi, inquit, non licet attingere tuam; cur tibi licet meam, non tangere, sed habere? Et 'habere,' utrum domi in consuetudine: an corrumpere, id est, stuprare intelligimus? *Idem.*

Meam habere, pro qua ego argentum dedi] 'Meam' suffecerat: sed magna moralitate additum, 'pro qua argentum dedi,' ad vociferationem. Simul esse ostendit leno quod repetat. *Idem.*

Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi] Bona fide se emisse, ostendere vult, adeoque bonæ fidei possessorem esse, qui in suo jure neminis hominis facto debeatur

turbari. *Bæclerus.*

26 *Ante aedes non fecisse erit melius hic convicium*] Non erat quod ad hæc juste responderet. et ideo sic respondet, ut convicium dicat, quod verum est. *Donatus.*

Ante aedes non fecisse erit melius hic conv.] Guyeti explicationem possit firmare locus Plautinus in *Bacchid.* iv. 8. 33. 'Ut ne clamorem hic facias neu convicium.' *Donatus* aliter accipit. 'Melius erit non fecisse,' formulam sapit, ut in illo veteri: 'quieviase melius erit.' et: πολλὰ γὰρ ἡμεσων. Minarum autem vim habent hoc loco illa verba: quas mox clarius exprimit *Æschinus*: cuius *ἄθρο* tale facit poëta, ut disputationi juris, vim opponeret. *Bæclerus.*

27 *Jam intro arripiere*] Liber Bembinus et Decurtatus, *abripiere*. *Faërnus.*

28 *Loris liber*] 'Lora' apud veteres 'laura' dicebantur, a lauro triumphorum: sub qua mos erat captivos vinciri, ducique per pompam. Ideo autem, ut conditionis reminiscantur, loris cæduntur mancipia: nam 'mancia' dicuntur, quod manu capta sunt: 'servi,' qui servati sunt, quum eos occidi oporteret jure belli. Unde *Virgilius* sic inducit captivum rogantem, 'Per patrios manes, per spes surgentis Iuli, Te precor, hanc animam serves natoque patrique.' *Donatus.*

Loris, liber] Novus injuriæ titulus. Loris cædere sive flagellare liberum hominem Athenis non licebat. Servorum id supplicium fuit. Quam rem *Sannio* hic ex 'libertate democratica' deducit: 'Hicine libertatem aiunt esse æquam omnibus?' i. e. annon vivimus in republica populari, ubi omnes cives, eo ipso quod cives sunt, æquo jure agitant et libertatis beneficiis perfruuntur? Unde et *Cicero* pro C. *Rabirio*, legem *Porciam*, quæ exemplo juris *Attici* virgis cædi civem *Rom.* vetabat, libertatis fa-

vore commendat. (cap. 4.) ac in *Verina* v. cap. 63. cum affectu et figura amplificat: 'O nomen dulce libertatis! o jus eximium nostræ civitatis! o lex *Porcia*, legesque *Sempronie*!' *Bæclerus.*

Loris liber] *Loris* quippe cædi illiberale ac servile fuit: ut magistratus virgis in noxios utebantur, ita domini in servos loris. *Farnabius.*

29 *O hominem impurum*] Sic veteres 'impurum' generaliter pro improbo ponebant: ut eadem hac fabula, 'Persuasit ille impurus, sat scio.' *Donatus.*

Hicine libertatem] Scilicet Athenis. *Idem.*

Æquam esse omnibus] Quasi diceret, ubi non est, quando *Æschinus* loquitur. Et bene 'omnibus,' ut ne lenones quidem videantur excepti. *Idem.*

Æquam esse omnibus] O. l. s. esse æquam. *Faërnus.*

30 *Si satis jam debacchatus es, leno, audi si vis nunc jam*] Istud 'jam' est disyllabus, ut sæpe apud *Plautum*; est enim versus octonarius iambicus. Vide *Not.* ad *Andriam*. *Faber.*

31 *Egon debacchatus sum in te, an tu in me*] Variant hic libri scripti: nos antiquissimos sequemur, in quibus omnibus ita est: *Egon debacchatus sum autem, an tu in me?* Cum enim non dixerit *Æschinus* lenonem in se debacchatum, sed tantummodo debacchatum, leno quoque id simpliciter negat, subdens enim potius in se debacchatum. Sane prima hujus versus syllaba pertinet ad præcedentem. *Faërnus.*

Mitte ista, atque ad rem redi] Superbe adolescens maleficio non putat lenonis esse purgandum. 'Ad rem' autem, ad negotium de quo agitur, dicit. *Donatus.*

Omitte ista] O. l. s. et *Donatus*, mitte ista. *Faërnus.*

32 *Quam rem?*] 'Quam abduxisti.' 'Res' enim, pecunia intelligitur: vol

id pro quo pecunia danda est. Do-
naus.

Quo redeam] Ad, 'quam evertisti domum : ' quia, ' fores effregit, atque in sedes irruit alienas.' *Idem.*

Quod ad te attinet] Quod tibi prodest, et commodum est. *Idem.*

33 Cupio] Ille 'vis' dixit: hic
'cupio.' *Idem.*

Modo æqui aliquid] Subaudiatur
'dicas.' Idem.

Cupio, modo æqui aliquid] Et Bem-
binus et Victorianns, et omnes fere
alii l. a. Cupio : æqui modo aliquid. Fa-
ërnus.

Vah. leno iniqua me non vult loqui]
Nomen sacrilegum et injustum 'leno,' iniquitatem agit, justitiæ patrocinatur. Hoc totum *apocrypha* pronuntiandum est. *Donatus.*

Vah, leno iniqua me non vult loqui
Vah, unde nobis nova incessit reli-
gio! gatemur nobis reformatum re-
rum statum: si quidem lenones impu-
ri, impli, sacrilegi iniquitatem agi-
tare, æquum exigere, de virtute loqui,
justitiæ patrocinari incipiant. Far-
nabius.

34 Leno sum] Figura συγχόρησις.
Densius.

*Pernicies, &c.] Diphilus. Οὐκ ἔστιν
σθλὸν τεχνίον ἱεραλότερον τοῦ πορνόβοσ-
κου. Farnabius.*

35 *Est orta injuria*] 'Orta,' coepta.
Donatus.

36 Nam hercle etiam id restat] Liber Bembinus, hoc restat. Faërnus.

Illic quasi redi quo capisti, Æschine
 Figure: rectum enim erat, unde
capisti. Nisi forte 'quo' pronomen
 est modo accipiendum: ut sit, 'a
 quo.' Et bene memor est, dixisse
 Æschinum, 'Omitte ista, atque ad
 rem redi.' *Demetrius*.

37 *Qua res tibi vertat male*] Adjicit contumeliam, quasi et hoc multum sit et inimicum. Vertumnus dicitur deus qui rebus ad opinata revertentibus praest. Saepe autem male cedit, quod bonum putatur: et hoc est

male vertisse: ut ille gladius, qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti, de quo Virgilius: 'Ensemque reclusit Dardanium, non hoc quæsitum minus in usus.' *Idem.*

38 *Argenti tantum tibi dabitur.] Idem liber, et Basilicanus, et Victorianus, et multi alii, non habent dictionem tibi, ut et exigit versus, qui est ættonarius, attributa tamen prima ejus syllaba versui præcedenti. Faërnus.*

Quid si ego tibi illam nolo vendere? Hæc majoris sunt stomachi, et ideo stultiora: nam quod jam amisit, venditurum se negat. Et, *quid si nolo*, nove dictum est, et τῷ ἑταίρῳ. *Donatus.*

Quid si ego tibi illam nolo vendere? coges me] Potest autem dici, quid si nolo? coges me? Idem.

38. 39. *Quid si ego illam tibi nolo vendere, coges me?* Iterum jure niti-
tur. In ipsa enim domini et proprie-
tatis natura hoc inest, ut re nostra,
non alieno, sed nostro arbitratu uti-
mur, et, in hoc negotio, an vendere,
et cui vendere velimus, constituamus.
Itaque naturalem æquitatem
sequuntur juris civilis R. conditores,
quando decernunt, neminem cogi ut
suam rem invito vendat, aut vendat
alii, quam cui vult. Vide omnino
Imperatorum Constit. l. xiv. C. de
Contrah. Emt. ut et l. xi. eod. et
adde l. ix. ff. de Act. Rer. amot.
l. xvi. C. de Jure Delib. quæ loca
ad Terentium suum notavit Vir doc-
trina, humanitate, pietate, Germano
candore inprimis præcellens, Joh.
Henricus Schröterus, cujus amicitia
perlibenter et familiariter utor. *Bæ-
clerus.*

39 Minime] Elporela. Donatus.

Namque id metui] Elporela contumax et ridicula in eo, quod jam amisit id de quo dixit se cogi non posse. Idem.

Neque vendendam censeo, quæ libera est, &c.] Æschinus, qui hactenus Sannoni jure agenti nihil responderat,

præter vim et minas, et denique pretium pro erepta muliere, circa mentionem ulterioris satisfactionis, obtulerat, cum videret, Sannionem recusare pactionem, extemporali astutia calumniæ metum injicit, et vindicias libertatis prætexit, confingens liberam esse mulierem, quam eripuerat. q. d. 'Quia liberam mulierem, quæ vendi non potest, alienare vis, ego illam liberali causa h. e. directa legis, qua liberos homines alienare prohibitum est, actione, assero manu.' Hæc Jureconsulti celebria verba rem satis explanant, si modo contextus Poëtæ propius attendatur. ita enim voluit dicere Æschinus: Tu dicis, Sannio, cogi te non posse, ut mihi vendas mulierem. recte. Non cogam te. Imo ostendam, nec fas tibi esse, vel mihi vel cuiquam mortalium eam vendere. Libera est enim, (*ελευθερία ἀντιστοιχεί*, hoc est, quod interjicit,) quam tu hactenus ut servam, ut venalem detinui. Eo nomine te in jus vocabo, assertaque in libertatem muliere, ut sine omni pretio eam dimittere cogaris, imo ultro puniaris, efficiam. Vide ergo, num satius sit, argentum quod obtuli accipere, 'an causam meditari tuam.' Hujus astutiæ Pamphilo hæc subsidia præsto erant, quod lenones valde vulgo suspecti essent, tanquam qui liberas puellas, abductas alibi aut raptas, nec ignorantes modo, sed scientes aspera mercarentur: eoque quæstus ipsorum apud judices, in judicio libertatis, parum esset favorabilis. Apud Plautum in Persa iv. 9. 'ambula in jus leno . . . qui hic commercaris cives homines liberos.' Unde mox *κατακρίνεται* 'feles virginaria' dicitur. ut et in Rudente act. iiii. sc. 4. ubi Poëta talis lenonis propositum *ἡδονοῦν*, dum ita inducit loquentem: 'Argentum ego pro istis ambabus, cuius erant, domino dedi: Quid mea refert, hæc Athenis matæ an Thebis sient, Dum mihi recte servitutum

serviant.' Respondet Trachalis: 'Itane impudens, Tunc hic feles virginalis liberos parentibus Sublectos habebis, atque indigno quæstu conteres?' Propter hujusce rei suspicionem, aliquando ita emebantur a lenone puellæ, ut teneretur ille emptori pretium restituere, si vendita puella in libertatem assereretur. Exemplum est in Curculione Plauti act. v. sc. 2. vs. 66. &c. ubi miles, de puella quam a lenone emerat, postea libera inventa; 'Et leno hic debet nobis triginta minas. PH. Quamobrem isthuc? MI. quia ille ita repromisit mihi: Si quiaquam hanc liberali asseruisset manu, Sine controversia omne argentum redderet.' Adde Scen. seq. vs. 31. &c. In eadem Plantina fabula (act. v. sc. 2. va. 22.) formulam et elogium ejusmodi accusationis, non quidem in lenonem sed in militem, proponi videmus: 'Qui scias mercari furtivas atque ingenuas virgines, Ambula in jus.' Itaque Sannioni ista comminatio Æschini terribilis fuit, cum vindicias secundum libertatem se postulaturum diceret. Quibus secundum mulierem datis, vel futurum erat, ut convinceretur, quod sciens in libertatem mulieris peccasset, adeoque pœnam quoque ferret; vel si ambiguum illud maneret, restituere et ab se dimittere eam statim cogeretur, nemine pretium reddente, quanti emerat. *Baculus.*

40 *Nam ego illam liberali assero causa manu*] Ordo est, *ego liberali causa, manu assero.* Et sunt jura verba: a quibus etiam 'assertores' dicuntur vindices alienæ libertatis. Nam et causa ipsa 'liberalis' dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. *Donatus.*

Nam ego illam liberali assero causa manu] *Donatus* et o. l. s. *nam ego liberali illam a. c. m. Færnus.*

Nam ego illam liberali assero causa manu] Ego illam, quæ libera est, ex

servitute tua, injecta manu, secundum vindictam, in libertatem assero. *Farnabius.*

Nam ego illam liberali assero causam] Liberalis causa, et liberale iudicium, quid sit, optime explicaverunt Juris Interpretes, et olim Donatus ipse, ut apparet ex iis quæ ex illius scriptis excerpta fuerunt; causa liberalis, scilicet, in qua actio libertatis contineretur. Non potui itaque non mirari nuper quemdam Antecessorem, qui adversus observationem meam ubi de *** agitur, ad Amplissimum Præsulem cum scriberet, ita hanc phrasin Terentianam usurpavit, quasi si dicendum esset *manu liberali*, non *causa liberali*. Risi certe. Hem, inquam, figulus figlinam nescit; (sunt enim isthæc ex primis juris elementis;) nolui ipse contra scribere, quia me per universum librum floribus sparserat; tamen ad argumentum ipsum nil egerat prorsus; neque enim adversus me auctoritate pugna duma fuit, sed ratione; quod difficile interdum est. *Faber.*

41 *Causam meditari*] Cicero in Bruto dixit, 'causam meditari.' *Id.*

42 *Pro supreme Jupiter*] Hæc locutio ad hoc inducta est, ut ex verbis lenonis appareat quam facile mitis fieri possit, et quidvis et libenter accipere. *Donatus.*

Pro supreme Jupiter] 'Supremum' nunc dicit summum. Ab eo quod est 'superior,' et 'superius' fit 'supremum.' Virgil. 'Rex ipse, Jovis de gente suprema, Troius Æneas tua nos ad limina misit.' Et non abhorret a persona et plebei, et lenonis, et vim passæ, Jovem ipsam convitio persequi, ut quotidie videmus ab hominibus ejus loci et ordinis fieri. *Idem.*

43 *Minime miror qui insanire occipiant ex injuria*] Sensus hic est: Insanos fieri per injuriam plerosque mirabar, sed jam non miror, postquam ego ipse, per injuriam quam sum pas-

sus, insanire compellor: adeo ut exclamem, 'pro Jupiter!' Et simul adverte vigilantem Poëtam, ut ubique in comœdia vocem tragicam extulerit, statim personam insanam dicere faciat. Sic supra, 'Pro Jupiter! tu homo nunc adiges me ad insaniam.' *Idem.*

Minime miror, qui, &c.] Menander. Ὀφιοι, τὸ γὰρ ἄνω θυροῦν μάλιστα νοεῖ. *Farnabius.*

44 *Me invito abduxit meam*] Honestiori personæ hæc querela sufficeret, 'abduxit meam.' Sed leno bene addidit, 'me invito.' Nam abducuntur meretrices absque voluntate lenonum. Et decora locutio est per ἄλλας, 'Me invito abduxit,' non enim addidit, 'puellam,' aut quid tale. *Donatus.*

45 *Tantidem emptam postulat*] *Le-gitar et totidem emptam.* *Idem.*

46 *Homini misero*] Secundum illud Menandri: *ΑΙΤΟC ΤΗ *ΟΙΩΝ ΤΟΙΦΟ *ΕΡ*ΑΤΟ ΤΟΝ ΙΡ*ΟΝ ΟΙΚ*ΤΗΝ Λά *βου.* *Idem.*

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi] Contumeliosa cœdes, 'colaphus,' et digna lenone. *Idem.*

Infregit] Ut illudens hoc fecisse Æschinus videatur, cum sonitu se colaphizatum significat. 'Infregit' autem, illis, infixit: ut ait sensus, 'infixit homini misero plus quam quingentos colaphos.' Et flebiliter pronuntiandum est. hoc enim exprimitur, ut tamen incuset in alieno facto fortunam suam. Et vide quantum hoc distet ab illo quod supra dicebat, 'ipsam istuc volo experiri.' Hoc, quia solus est: illud, quia cum adversario. *Idem.*

Colaphos infregit mihi] 'Colaphum infringere,' est compressa in pugnum manu cedere. 'Aleam infringere,' deducta manu percutere. *Farnabius.*

47 *Bene promeruit*] 'Bene,' multum. 'Promeruit,' adjuvit, proffit, cui contrarium est 'commeruit.' Nam

'mereri' et 'promereri,' est præstare beneficium. Virgilius. 'Quique sui memores alios fecere merendo.' Et, 'Nunquam regina negabo Promeritam.' *Donatus.*

48 *Age jam cupio; si modo argentum reddat. sed ego hoc hariolor*] Ex sed d eliso, et *et hoc* correpto, dactylus erit in sexta sede trochaici. *Faërus.*

49 *Ubi me dixero dare tanti*] Recte dixit. Ubi enim pactio intercesserit pretii, jam ereptionis actio sublata erit et pretium debebitur. *Donatus.*

Ubi me dixero dare tanti, testes faciet illos me vendidisse] *Donatus:* 'Recte dixit. Ubi enim pactio intercesserit pretii, jam ereptionis actio sublata erit, et pretium debebitur.' Duo veniunt in deliberationem. Primum reputat Sannio, si transigat cum *Æschino* de pretio, cæteram actionem de foribus effractis, de verberibus ac tot injuriis, quas paulo ante exaggeravit, hac ipsa transactione extingui: deinde metuit, si semel fidem emtori habuerit, difficulter se accepturum, quod debeatur: *Æschinum* enim singula dictarum, quæ morosi debitores solent: 'mox' solvam, 'cras redi' ut accipias. donec per tales moras evanescat denique forsitan res tota. hoc enim vult, cum dicit: 'De argento somnium,' i. e. nihil accipiam. quasi quis diceret, 'Argentum non videbo, nisi per somnium,' ut est in codice Guyeti. Moras equidem ferre possum, dum modo reddat denique pecuniam. 'Quamquam injurium est,' adigi ut vendas quod nolis scilicet. *Bæclerus.*

50 *De argento somnium*] Quantum ad argentum spectat, procrastinatione et mora evanescent instar somnii. *Farnabius.*

Mox; cras redi] Mire transit ad *supplexum*. *Donatus.*

51 *Id quoque possum ferre*] Id 'Mox, cras redi,' id est, moram. *Idem.*

Quamquam injurium] Vendere quod nolis, est, scilicet. *Idem.*

52 *Id quod res est*] Pro, id quod verum est: bona locutio. *Idem.*

Quando cum quantum occiperis] Ut in Andria, 'Deinde quantum occipit.' *Idem.*

Quando cum quantum occiperis, &c.] Verum in turpi quæstu voranda nobis non raro est injuria, imo decoquenda. *Farnabius.*

53 *Mussitanda*] Patienda, consideranda cum silentio, et ut in amatore putanda, atque per hoc perferenda. 'Mussitare' enim proprie est dissimulandi causa tacere, dictam vel a 'muto,' vel ab M, quæ litera est mimiam pressæ vocis ac pene nullius, adeo ut sola omnium, quom inter vocales inciderit, atteratur atque subsidat. Hinc Virgilius, 'Mussat rex ipse Latinus.' *Donatus.*

54 *Frustra egomet mecum*] Præparationis genus ad accipiendas viginti minas: totius summæ desperatio. *Id.*

Sed nemo dabit. frustra egom.] Revolvitur ad deteriora timenda: 'sed nemo dabit,' sc. argentum. 'frustra egomet mecum has rationes puto.' Ad quæ verba *Donatus* non inrudite: 'Præparationis,' &c. *Bæclerus.*

Frustra egomet mecum has rationes depute] Duo antiquissimi libri *Bemblinus* et *Victorinus*, *puto*: et sic quoque stat versus: immo etiam numerosior est. *Faërus.*

Puto] Voluto, computo. *Farnabius.*

SCENA II. Iambici octonarii, et postea senarii. vs. 1. et 2. meorum *Ms.* unus: *Tace egomet conveniam ipsum ut cupide accipiat jam faxo atque etiam Bene ut dicat s. &c.* alter: *Tace egomet conveniam cum ut cupide accipiat faxo atque etiam B. ut d. s. Argentor. Tace e. c. i. v. e. a. faxo atque e. b. d. s. vs. 3. omnes, ut edidimus. vs. 4. duo: quam qua hod. vs. 8. rō hui unus, Syro, duo Sannioni tribuunt. vs. 9. duo pro nunc habent hui. vs. 20. duo: istuc vide. vs. 23. duo: veniam. Argentor. venio. vs. 24. omnes: omittam. Verba collocantur,*

ut edidimus. vs. 27. omnes, ut edidimus. vs. 24. duo: *minas corradet aliunde decem.* vs. 38. omnes: *etiam insuper defraudat.* unus: *nusquam habeo.* alter: *nusquam abiero.* vs. 39. duo: *imo jam hercle.* vs. 42. duo: *scio te non esse unum a.* tertius: *scio non te e. v.* vs. 45. duo: *quicquid te oro.* Bæcler.

Tace, egomet conveniam jam ipsum]
In hac scena actus, est exemplum continens vitæ avarorum, qui saepe in damnum ipsius avaritiæ rationibus runat: simul etiam duorum inter se nequam hominum spectanda quadam vicissim et dolosa captio est. Donatus.

1 *Tace, egomet conveniam jam ipsum]*
'Tace,' si pro adverbio est, omnibus dicitur: si pro verbo ponitur, dicitur Ctesiphoni maxime sollicito, et supplicanti omnibus, ob metum patris. 'Jam' autem, non tarditatis est; sed properationis significatio. *Idem.*

Tace: egomet] Versus hic trochæus tetrameter acatalecticus. *Færn.*

Tace, &c.] Syrus egrediens intro loquitur ad Æschinum, qui jusserat eum ad Sannionem exire, ipsique persuadere, ut acciperet quod oblatum erat. Bene meritis est de hac quoque scena Guyetus designandis quæ obscuriora videbantur. *Bæclerus.*

Tace] Progressus Syrus alloquitur Æschinum vel Ctesiphonem, qui intus. *Farnabius.*

Ipsam] Sannionem. *Idem.*

2 *Bene dicat secum esse actum]* Actum, recte additum est: nam multa etiam cupide accipimus, ita tamen ut male nobiscum esse dicamus actum. *Donatus.*

Quid istuc, Sannio, est] Illud supra post scenam, hoc jam in proscenio dicitur. Et vide quam ingeniose Terentius, qui supra ab Æschino Lenonis nomine facit Sannionem vocari, utpote ab homine arroganti et feroci ob ætatem et negotium: at hunc blande circumvenientem honorificentius inducit cum Lenone loqui, et Sannionem eum vocare. Sane qui in

sordidis professionibus agunt vitam, honorifice nomine proprio appellas: sed qui in splendidis artibus sunt constituti, gaudent artis nomine nuncupari, ut Imperator, Orator, Philosophus. Sic et in Eunucho, 'Audire vocem visa sum modo militis,' apud se loquens meretrix: et postquam illum cominus videt, 'salve mi Thraso,' inquit, non, 'salve miles:' quod erat durissimum. Et mox irata persona, 'miles, nunc adeo edico tibi.' *Idem.*

3 *Nescio quid concertasse cum hero]*
Argute positam 'nescio quid:' vult enim ex illo audire, ut nanciscatur initium, quod persuadendam suscipit. *Idem.*

Concertasse] *Olcovopla.* Honorifice nomen tractat, ut et placidum sibi reddat, et ut eum faciat ad contemnendam pecuniam liberalem. Nam honestas admittit avaritiam. *Idem.*

4 *Certationem comparatam]* *Διαίτησι,* quia ille concertasse dixit, non cæsum esse. *Idem.*

Comparatam] Proprie; alias constitutam. Et 'comparatam' ad dictum Syri refert, qui ait concertationem fuisse, pares faciens Æschinum et Lenonem. nam Sannio vult sibi debere pro eo quod vapulavit: quod abstulit illi Syrus, dicendo eum non verberatum esse, sed potius concertasse. Et proprie dixit *certationem*, ipsum actum. Nam 'certamen' est res ipsa de qua certatur, uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Nam sic Virgil. in Bueolicis: 'Velocis jaculi certamina ponit in ulmo.' At vero 'certatio' ipse actus contentioque certantium est. *Idem.*

Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam, &c.] Similiter Juvenal. Sat. 2. 'Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.' *Farnabius.*

Quam quæ hodie inter nos fuit] In libro Bembino est Victor. est quam hæc hodie: ut et versus exposcit.

Fœrnus.

5 *Ille verberando usque, ambo defessi sumus*] Incerta est distinctio, vel *verberando usque*, vel *usque defessi*. et est 'usque' adverbium, significans aut 'diu,' aut 'multum.' *Donatus.*

6 *Tua culpa*] Potest et nominativus et septimus casus esse, si nominativus est, deest 'est': si septimus, deest 'factum est.' *Idem.*

Adolescenti morem gestum oportuit] Ab ætate adjuvatur sententia. Ideo 'adolescenti' dixit, non *Æschino*. Et 'morem gerere,' proprie lenonis et meretricis est: unde et ipse sic respondet, ut non fugiens *κακόπαρον*, dicat, 'usque præbui.' *Idem.*

Adolescenti morem gestum oportuit] Cum *ἐμπόδαι*: 'Adolescenti' pronuntiandum est, scilicet qui facilius assentatione caperetur. *Idem.*

7 *Qui potui melius, qui hodie usque os præbui*] Sabauditur, 'morem gerere.' Et hoc subtiliter Leno, quum morem gerendum fuisse in meretricis pretio dixerit Syrus. 'Hodie' autem non tempus significat, sed iracundiam, eloquentiam, ac stomachum. Ut Virgil. 'Nunquam omnes hodie moriemur inulti.' *Idem.*

Age] Modo 'age' corripientis est adverbium. *Idem.*

Scis quid loquar] Argute: quia simulaverat Leno non intellexisse, quid dixerat servus. *Idem.*

Scis quid loquar] Legitur et sic: sed *scis, quod loquar*. *Idem.*

Age, scis quid loquar] Pronuntiatio- ne blandiori et familiari exprimenda est horum verborum sententia. Ut subinde: 'Age novi tuum animus.' *Bæclerus.*

8 *In loco negligere, maximum interdum est lucrum*] Bene additum est 'in loco,' et 'interdum:' non enim semper. *Donatus.*

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum] Opportune et tempestive, tempori et loco convenienter. *Plant. Capt. act. 11. sc. 2.*

'Est etiam ubi damnum præstat facere quam lucrum.' *Farnabius.*

9 *Si nunc de tuo jure concessisses*] Bene 'tuo jure:' ne diceret: non erat res mea quam vnam habui. Aut 'de tuo jure,' de lenonia duritia: ut alibi, 'Meo jure utar, ut potior sit, qui prior ad dandum sit.' *Donatus.*

11 *Ne non tibi istuc fœneraret*] 'Fœneratum,' est cum lucro redditum et multiplicatum. 'Fœneraret' ergo, non *Æschinus*, sed ipsa res in qua fœneratio. *Idem.*

Ego spem pretio non emo] *Ἀρτιστοπία*; contra 'Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.' *Idem.*

12 *Nunquam rem facies*] Leno quid- quid agit, ad lucrum refert: et sic lucri genus dicit esse Syrus a Leno- ne, quemadmodum persuadeat. Et nota, 'rem,' et litem, negotium meretricis, et patrimonium, et omnem pecuniam nominari. *Idem.*

Nunquam rem facies] Secundum personam servi Lenonem Syrus hortatur, hominem ad lucrum excitans, non ad honestatem. *Idem.*

Necis inescare homines, Sanno] *Μεταπόδα* ab aucupibus, qui avibus capiendis offundant cibum. *Idem.*

Necis inescare homines] *Plant. Asin. act. 1. sc. 3.* 'Hic noster quæstus aucupii simillimus est: Aceps quando concinnavit aream, offundit cibum: Aves adsuescunt. Necesse est faciat sumptum, qui quærit lucrum,' &c. *Farnabius.*

13 *Credo istuc melius esse*] Vide comicum errorem utriusque personæ, et callidi Lenonis, et captiosissimi Syri servi. *Donatus.*

15 *Age*] 'Age,' nunc verbum est, significans 'dic,' quia jam prope est, ut consentiat persuadenti. *Idem.*

Tuum animus] Deest 'liberalem.' *Idem.*

Quasi jam usquam tibi sint viginti minæ] Sensus, Quasi numero in ali-

quo ducas, et in aliqua æstimatione constituas: et non si velis, penitus contemnās viginti minas, dummodo huic obsequaris. *Idem.*

Age, novi tuium animam, &c.] Novi animam tuam presentis lucri avidum. Quid vērō profecisti? ideone accepisti, aut jucundæ tibi sunt 20 minæ, dum animo obsequeris tuo? Turnebus insinuationem esse vult; quasi vero viginti minæ tanti essent, ut eas malles quam hero meo ad tempus obsequi. l. xx. c. 31. *Farnabius.*

16 *Præterea autem] 'Αρχαλوطς* est figura. Nam veteres libenter conjunctiones multiplicabant. *Donatus.*

Te aiunt proficisci Cyprum] Et eum non profecturum dixit, sed jam 'proficisci:' et non ab uno dicit se audisse, ne negaret: sed 'aiunt' inquit. *Idem.*

Cyprum] Insulam in mari Mediterraneo, Veneri dicatam. quo inter alias meretrices vehat, alias inde avebat. *Farnabius.*

17 *Cœmisse hinc qua illuc veheres, multa]* Nusquam hoc ostendit alias Terentius: sed apparet ex confessione Lenonis verā hæc omnia esse. Et mira varietas est. 'Proficisci, cœmisse, conductam navem.' ne diceret, 'proficisci, emere,' et 'conducere navem.' Et 'conductam navem' addidit, ut dilationem res habere non possit. *Donatus.*

Hoc scio, animus tibi pendet] 'Hoc' et correpte legi potest, ut articulus demonstrativus sit; et producte, ut significet aut hanc rem, aut hunc locum, id est, Cyprum. *Idem.*

18 *Animus tibi pendet; ubi illinc, spero, redieris, tamen hoc ages]* Istud 'tamen' hanc vim habet quam Gallice in his verbis expressam senties: *Vous ne laisserez pas après cela de faire votre affaire.* Locos sex septem ad eam significationem ex Plauto notavi. *Faber.*

Ubi illinc spero redieris] Ex spe sua

vult Syrus ostendere, quid Leno debeat sperare, id est, non se accepturum modo. *Donatus.*

Ubi illinc spero redieris, tamen hoc ages] Callide Syrus ostendit, nunc ex tempore nihil posse Sannionem sperare; sed rem totam differri oportere in redditum ex Cypro: neque sibi dubium esse, quin tum hoc ipsum facturum sit Sannio, quod nunc suadetur, sc. ut obsequatur Æschino; et ex neglecta pecunia majus lucrum expectet. *Bæclerus.*

Tamen hoc ages] Hoc est, exiges debitam. Nam 'hoc agere' dicimus eum, qui instat negotio suo. *Donatus.*

Tamen hoc ages] Ut ab Æschino pecuniam exigas. *Farnabius.*

19 *Nusquam pedem]* Quia exclamatio est, per ἀποσύντησιν non completur. *Donatus.*

Hæc illi spe hoc inceperunt] Pertinet huc illud Aristotelis (i. Rhetor.) ubi tractat de-*ψις*, qui aliorum injuriis obnoxii sunt, sive injuria facile afficiuntur. In quo numero sunt etiam ii, οἱς μὴ λυσιτελεῖ διατρέβων ἐπιτηδεύειν ἢ διακνῆν ἢ ἐκτιδόν. Οὐδὲν οἱ ξένου καὶ αὐτοῦργοι. Ἐπὶ μικρῇ τε γὰρ διαλόγουται, καὶ βλάβης οἱ τοιοῦτοι καταπαύονται, 'quibus utile non est' (ita Hermolaus Barbarus paraphrasi magis quam versione reddidit) 'opperiri judicis animadversionem, aut expectare tempus ulciscendi: quales sunt advenæ, et operariorum sive opificum genus: nam et quæstu quamlibet tenui leniuntur, et ab actione injuriarum facile tædio litium revocantur.' Et temporis, et quæstus, et cæterarum rerum ratio apprimè in hunc lenonem congruit. Cajus deliberatio affectu, figuris, imitatione, absolutione eximia hic proponitur. *Bæcl.*

20 *Injeci scrupulum homini]* Hoc Leno non audit. simul enim dicitur, quum ille clamat. et ideo simul legi non potest. Et hic ostendit Syrus, quo hæc cōsilio locutus sit. *Donat.*

Illuc vide] O. l. s: *illud vide*. Færnus.

Illuc vide] Vide τῷ Βαρναβῶ dicit. Donatus.

21 *In ipso articulo oppressis]* Μερὰφῃ perseverans a scrupulo, id est, lapillo, qui nos in calceo latens plerumque lædit. Et 'oppressis,' vel Æschinus, vel res ipsa quam subicit, id est, quod ait, 'emptæ mulieres compleres.' *Idem*.

In ipso articulo] Temporis, quo mihi ad mercatum navigandum est. *Farnabius*.

Mulieres] Ἀλλήγῃς. Legitur *empta*, et *empta*. Donatus.

22 *Item hinc alia]* In Lenonis mercibus ἔρχῃ. *Idem*.

Quæ porto Cyprium] Hanc insulam posuit Poëta, vel quod Veneri sacra sit, ut Horatius, 'Sic te diva potens Cypri;' vel quod mercatus in eo sit, ut idem: 'Numquam dimoveas, ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta secet mare.' *Idem*.

23 *Nisi eo ad mercatum venis]* 'Eo' verberbiū est loci, id est, Cyprium. 'Mercatum' autem locum tempusque significat. *Idem*.

Nisi eo ad mercatum veniam] Donatus et o. l. s. *venio*. Færnus.

Dammum maximum est] Quia et hoc damnum in pretio mulieris est. *Donatus*.

24 *Nunc si hoc omitto]* Quod damnum est scilicet. Hoc autem dicit negotium cum Æschino. *Idem*.

Nunc si hoc omittam, actum agam] Liber Bembinus et Victorianus et Donatus, *omitto*. Færnus.

Actum agam] Proverbium, id est, nihil agam. quod enim in jure semel judicatum fuerit, rescindi et iterum agi non potest. Sic in Phormione, 'actum sinnt ne agas.' *Donatus*.

Actum agam] Incassum contendam. Sumptum a foro et judiciis, ubi non licet causam iterum agere, de qua jam sit pronuntiata. *Farnabius*.

25 *Nihil est]* Nove nihil est: pro

nulla spes est. *Donatus*.

Refrizerit] Pro 'refrigescit.' *Idem*.

Nunc demum venis] Mimesis forensium. *Farnabius*.

26 *Ut sit satius perdere]* Per βρεπ-βολῇ hoc accipe. nam non convenit personæ lenonicæ damna contemnere. *Donatus*.

27 *Aut nunc manere]* Dum non navigo. *Idem*.

Tum persequi] Quum rediero. *Idem*.

28 *Janne enumerasti]* Finxit Syrus se non intellexisse, quid apud se ipsum Leno locutus sit. ideo illi aliud ait, quam ille secum dispntaverit. *Idem*.

Janne enumerasti, id quod ad te rediturum putes] Donati commentarius revera hic nugas habet. Reliquerat Syrus, velint per dissimulationem, Sannioni spatium deliberandi; postquam is negaverat se peregre iturum. nam hoc erat ulcus, quod Syrus callide tangere, leno callide contegere cœperat. Nunc, post interpositam moram, Syrus *janne enumerasti*, inquit, et rationem satis subduxisti, quid sit, i. e. quantum sit, quod ad te redibit, sive, quantum lucri sis facturus, Cyprium mercatum negotio Æschini, aut hoc illi præferendo? hac enim dubitatione animum lenonis diversæ trahere volebat. Sequentia clare id ostendunt quando Sannio simulat, Cyprium iter se posthabiturum. *Bæclerus*.

Quod ad te rediturum putes] Hoc dicto tantum illum accepturum significat, quantum dederat in puella. Nam ad nos redit, quod a nobis abierit. Et dicendo 'rediturnm,' ostendit super viginti minas nihil illam sperare oportere: sic enim supra, 'Minas viginti tu illam emisisti, quæ res tibi vertat male.' *Donatus*.

Quod ad te rediturum putes] Multi antiqui libri, inter quos Bembinus, item Donatus, his anteponunt dictionem id. Færnus.

29 *Hocine illo dignum est]* Hujus-

modi comploratio summam desperationem Lenonis ostendit. *Donatus.*

Hocine incipere Æschinum] Quasi de magno facinore dixit. Ut in Heantontimormeno, 'Vide quod inceptet facinus.' Æschinum autem cum laudatione dixit, quasi quem non deceat male facere. Et vide quam omnia experiatur impotens et miser, ob recuperandam rem suam. *Idem.*

30 *Ut hanc mihi eripere postulet*] Non dicit de qua: quia de illa sermo est. 'Postulet,' velit, aut speret. Cicero, ut, 'Temporibus reipubl. cedat, non est postulandum:' id est cupiendum, aut expectandum. *Idem.*

Eripere postulet] *Εἰ τῷ ἄλλῳ* dixit, non eriperit, tanquam adhuc non fecerit. Et sic loquuntur, qui nolunt circa se perseverare injuriam. *Idem.*

31 *Labascit*] Hoc presse dicitur. Et proprie dicit 'labascit,' ut et suam instantiam, et cunctationem tarde incipientis consentire monstraret, nam iuchoativum verbum est. Et est metaphora ab arbore facta: quæ multis succisa ictibus ferri, tandem incipit in casum ponderis, ruinamque minitari. *Idem.*

Labascit] Vss. 19. et 20. dixerat: 'Timet; injeci scrupulum homini.' nunc, 'labascit.' Ut gradus ostenderentur, quibus servilis astutia, lenonis invicem Syrum captantis, caliditatem superavit. Cum lente hoc dixisset Syrus, mox clare ad Sannionem, veluti rem præcipuam consulturus: 'num hoc habeo,' unum hoc est, quod tibi queat promitti, aut cuius spem tibi facere ausim, Æschinum daturum esse (si statim sc. et antequam in Cyprum proficiatis, argentum postulare accipere) decem minas. 'vide si satis placet.' Quibus verbis in ipso exordio consilium suum commendaverat: ratione valida subiecta, quod salius sit partem quam totum amittere. Quod eo pertinebat, ut metu damni leno accenderetur, ad desiderandum, quod ante repudiave-

rat. 'Scit,' inquit Donatus, 'illum,' &c. Unde et, lenone adhuc cunctante, discessurum se simulat: ut servaretur, quod dictum est; 'unum hoc habeo.' Id quia tibi non placet, fac ut lubet. Ego abeo. *Bæclerus.*

Unum hoc habeo] Hoc clare et subaudiendum est, 'quod dicam,' vel 'dicere.' *Donatus.*

Vide, si satis placet] Non 'placet' dixit: sed 'satis placet,' veluti magnum consilium præbiturus. *Idem.*

32 *Potius, quam venias in periculum*] Oratorie: comparatione pejoræ, dicit, hoc esse, quod suggerit, eligendum. *Idem.*

33 *Serveane, an perdas totum, dividuum face*] Martial. Epigr. 1. 75. 'Dimidium donare Lino quam perdere totum Qui mavult, mavult perdere dimidium.' *Farnabius.*

Dividuum face] Hoc est, divide: figura *μικρολογία*. 'Dividuum,' a divisione: 'dimidium,' a dimensione diminutus. *Donatus.*

34 *Minas decem*] Scit illum viginti posse accipere: sed idcirco agit, ut optet Leno quod paulo ante volebat. *Idem.*

Corradet alicunde] 'Alicunde' dictum est, quasi non habentis: nam nec ipsa in promptu sunt. *Idem.*

35 *Hei mihi! Etiam de sorte nunc venio in dubium miser*] 'Sors' est summa, cui extrinsecus acquiritur sænus. Ergo 'sortem' dicit de pretio quo emptæ est, id est, viginti minis. Et vide illum damno potius exclamare, quam injuria. *Idem.*

Nunc venio in dubium] Id est, in periculum. *Idem.*

36 *Omnes dentes labefecit mihi*] Injuria Lenoni tunc dolet, quam adiuncta damno est: ut supra, 'quando eum quantum oceperis, Accipienda, et musitanda injuria adolescentium est.' Vel idcirco, enumeratis contumeliis adjecit, 'Etiam insuper defrudet?' Et vide ut eadem quæ dixit supra, repetat, sed ardentius.

tamen, et cum αἰθήρου. Sic Virgil. in *maius* repetit, quod non semel dicit. *Idem.*

37 *Colaphis tuber est totum caput*] *Tuber* est genus cibi, collectum ex tumentibus et quasi prægnantibus arenis. Plus autem hic, quam supra, dixit. supra enim dixit, 'plus quingentos colaphos infregit mihi;' hic vero, 'colaphis tuber est totum caput.' *Idem.*

38 *Etiā insuper defrudet*] Αἰσχροῦ apta Lemoni avaro. nam honestior persona non hunc ordinem faceret. *Idem.*

Defrudet] Fraude decipiat. *Idem.*
Etiā insuper defrudet] Ad avaritiam personæ refert Donatus hunc ordinem, quod cæteris injuriis, tanquam majus quidpiam, periculum damni subjicit. quasi omnia facillius perpeti leno, quam damnum, posset. *Bæclerus.*

Nusquam abeo] Hoc dictum vim habet comminantis: nisi illud contempta suscepit Syrus. *Donatus.*

Ut lubet] Negligenter servus respondet, ut rogetur a lenone. *Idem.*

39 *Numquid vis quin abeam*] Hæc est plena locutio. 'Numquid vis,' desiderat supplementum. Et hoc uti dicto discedentes solent, 'quin,' nunc, 'quare non' significat. *Idem.*

Imo hercle hoc quæso, Syre; ut ut hæc sunt facta] Ipse sibi satisfacit. 'Ut ut' enim, quoquo modo significat, diversionium ad preces faciens. *Idem.*

40 *Potius, quam lites sequar.*] Quia dixerat Æschinus, 'Nunc vide, utrum vis argentum accipere, an causam meditari tuam.' *Idem.*

Ut ut hæc sunt acta, potius quam lites sequar meum mihi redd.] Quis ille metus, ante satis est expositum, a persona, a tempore, a loco. Leno tamen, ut dissimularet metum, quasi per ἐνελκεια, honesta oratione utitur, 'potius quam lites sequar.' Sicut alibi bonis moratus moribus senex:

'Et si mihi facta injuria est, verum tamen Potius quam lites secter, &c. minas quinque accipe.' Phorm. 11. 3. 60. &c. *Bæclerus.*

Ut ut hæc sunt facta, potius, quam lites aequar] Plaut. Persa, act. v. sc. 2. 'Stultitia est, cui bene esse licet, eum prævortil litibus.' *Farnabius.*

41 *Meum mihi reddatur*] Sortem, quam solam supra recensabat. Et oratorie: non enim 'quanti emi' dixit: sed invidiose, *meum mihi reddit.* *Donatus.*

Saltem] Τὸ ῥοχαρον. Natum est autem a captivis 'saltem,' qui nihil aliud præter salutem a victore petunt. *Idem.*

42 *Scio te non usum antehac amicitia mea*] Figura ὁμωνορία, per quam ostendit, se fideliter promittere, quod promittit. Virgilius: 'Scis me Danaïs e classibus unum, Et bello Iliacos fateor petisse penates.' *Idem.*

Scio te non us. anteh. &c.] Totum hunc versum, pro inducti hominis factu, ejecit Guyetus. Nollem factum. Nam ne videtur quidem abesse posse, adeo necessarium erat ad *ολοκροπῶν*, Sannionem, aliquo prætextu non obscure retineri in theatro et differri, donec Æschinus exiret. Cum ergo Syrus vidisset Ctesiphonem, et in occursum ejus tenderet, Sanniq, ut mos est vehementer aliquid cupientium, denno suum negotium ei volens commendare, aut aliquid de eo submonere, 'quid quod te oro?' inquit. i. e. antequam abeas, oro te ut. Sed Syrus interfatur, et differt Sannionem, 'paulisper mane,' i. e. Ctesipho mihi alloquendus est; post ad te redeo. Quis non videt, de industria Poëtam hoc egisse, ut leno retineretur ad ea, quæ scena 4. sequentur. Nihil incommodi in phrasi, 'quid? quod te oro?' i. e. quid volui dicere amplius de eo quod te oro? et jam secutura erat petitio, nisi Syrus abruptisset. Convenit etiam instantiæ lenonis, quæ iterum sc. iv. vs. 14.

et 16. signatur. Cui conferas licet similem affectum Charini Andr. iv. 2. 28. &c. *Bæclerus.*

43 *Memorem me dices*] Figurata est inducta promissio præmiorum. Et bene utrumque narrat. nam non continuo qui memor est, etiam gratus est. 'Memor' enim est, qui apud se meminit. 'Gratus' qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. Nam multi sunt memores, ingrati tamen. *Donatus.*

Sedulo faciam] Sic promittit, ut nihil sua interesse credatur. *Idem.*

Sedulo] De industria, sine dolo. *Idem.*

44 *Sed Ctesiphonem video*] Adventus in proscenium personarum quum consulto consilio fingantur a Poëta, tanquam superveniant aliis rebus in medio positis, quæ ipsarum interven-tu finiantur: mire tamen, quod quasi ex argumento sit, ut futuri actus sui, antequam loqui incipiant, describantur. *Idem.*

Latus est de amica] Hoc lentius et summis. *Idem.*

45 *Quid, quod te oro*] Deest 'agis:' seu deest 'ego.' *Idem.*

Quod te oro] Aut 'si quid,' aut 'propter quod,' subintelligimus: ut sit, quid mihi non respondes de eo, propter quod te oro: aut si quid te oro? Et quam bene fastidiosum leonem facit Syrus, ut optans ille desperando viginti minas accipiat. Nam et supra non intendenti dicit totiens in uno sensu hoc idem Syrus de amica. Potest hoc interrogative pronuntiar. *Idem.*

SCENA III. Iambici sunt octonarii sive tetrametri acatalectici. vs. 2. Mas. meorum unus: *verumenimvero id juvat demum, si quem æquum est facere, is bene facit.* Alter et Argent. *Id bene* geminant. vide Færn. vs. 3. duo: *quid ego te nunc l. omnes: certe.* vs. 6. omnes: *neminem.* duo: *frutrem.* nisi quod in altera correctum est *homini.* vs. 8. unus: *illius opera nunc*

Delph. et Var. Clas.

vivo Syra. dno: o festivum caput. omnes autem Ctesiphoni non Syro hoc tribunt. vs. 9. unus: *qui omnia sibi post putaverit pro meo commodo.* dno interserunt, *esse,* ex quibus unus, *putavit.* vs. 11. dno: *nihil supra potest.* in quorum uno superscribitur *esse.* tertius exprimit: *nihil potest super esse.* mox omnes: *sed quismam foreas orepuist.* Bæclerus.

Ab quivis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudes] In hac scena gratiarum actio est ex persona ejus qui præstitit, et ejus cui præstitum est, et ex ipsius pretii quantitate. Nam omne quod geritur, aut in rebus est, aut in personis, aut in attributis eorum. Donatus.

1 *Ab quivis homine*] Bene sic cœpit, dicturus, 'O frater, frater!' Et 'qui' secundum regulam dixit. quia dicimus 'quibus.' Cæterum a 'quo,' 'quis' facit, non 'quibus.' Et incerta distinctio est; 'quum est opus accipere beneficium,' vel 'quum beneficium est opus.' Hoc vetus, illud communiter. *Idem.*

Ab quivis homine, &c.] Abundat Ctesiphoni pectus lætitia, quæ ripas exsuperat, tum potito triumphans amore, tum quod illi hoc beneficium a charitate fratris profectum est, non sine despectu et dispendio maledicentia atque infamia. *Farnabius.*

2 *Id demum juvat*] Ostendit plus esse quod juvat, quam gaudium. *Donatus.*

Is facit] 'Bene' subaudiendum est bis numero. *Idem.*

3 *O frater, frater*] Virgilias, 'Et fratrem ne desere frater.' Unum relatum est ad appellationem: alterum ad laudem; subdistinguendum, ut videatur quævisse, quid ultra diceret, et plus invenire se non potuisse quam 'frater.' *Idem.*

Quid ego nunc te laudem] 'Quid' propter quid. Et 'nunc te,' τῷ ἑαυτοῦ additum est de superfluo: ut 'tu nunc Carthaginis altæ Funda

Terent.

4 X

menta locas?' *Idem.*

Quid ego nunc te laudem] Quia laus, genus causæ est, quod non adhibetur, nisi dubiæ rei. *Idem.*

Quid ego nunc te laudem] Distinguentium. 'Quid' autem: pro 'ad quid.' *Idem.*

4 *Numquam ita magnifice*] Deest 'quod:' ut sit, quod nunquam ita magnifice. Duplex causa omittendæ laudis, si res aut nimium mala est, aut nimium bona. *Idem.*

Id virtus quin superet tua] Bona *replapparis.* 'Virtus tua' potius, quam 'tu.' *Idem.*

5 *Itaque unam hanc rem me habere*] 'Itaque' et subiectivum potest esse, media syllaba correpta, et præpositivum, producta eadem syllaba, ut sit 'itaque.' *Idem.*

6 *Fratrem*] Nove dixit 'unam rem' fratrem. Sed ego pnto 'fratrem' non subdistinguentium, sed legendum contexte usque ad 'principem.' Nam si distinxeris 'fratrem,' erit bis, ut arbitror, subaudiendum, et supra, et infra. Quod si 'fratrem' inferioribus junxeris, et cum admiratione pronuntiabitur, et subaudiatur 'quam mihi.' Hanc sane locutionem scire debemus, propter personam elaboratam. nam nimium gaudet, et rusticus adolescens est, qui laudare conatur Æschinum: quasi titubans, et pene balbutiens. *Idem.*

Homini nemini] Nove auribus nostris, sed veterum consuetudine locutus est. nam quum 'nemini,' hominem significet, quid opus fuit dicere, 'homini nemini?' Sed, ut diximus, figura est *ἀπαλλοτρίως.* *Idem.*

Fratrem homini neminem esse] Lego, ut in libro Bembino et aliquibus aliis, *homini nemini.* Ita etiam videtur legisse Donatus, licet aliter habeant ejus libri. nam cum comparative legat, dicens subaudiendum esse, quam mihi, procul dubio debet esse cui comparatur, id est *homini nemini.* *Faërnus.*

Fratrem hom. nem. qd.] De *Mass.* nostris jam dixi; et dixerant alii de suis. Donatus quoque sic legit: sicut veteres codices (nam reliqui immutarunt in, *homini nemini*) testantur; imo, sicut res ipsa evincit. Nisi enim ita legisset, nulla esset annotatio, quam opposuit. Sed quod expedire non potuit, quid aliud quam comice ad rusticitatem loquentis retulit? v. *Fr. Fabricii* not. et *Riv. Barclerus.*

7 *O Ctesipho*] Mire cœpit, gaudium significans, 'o Ctesipho.' *Donatus.*

O Syre] Ille, ut gaudens, hic, ut qui non præviderit, o dicit. *Idem.*

O Syre! Æschinus ubi es] Bene statim de illo, cui agebat gratias, loqui cœpit. *Idem.*

Ellum] Ecce illum: vel pronomen est, vel adverbium demonstrantis. Alii interrogative legunt: ut sit, *ellum dicis? te expectat domi.* Ut sit *ellum* pronomen, id est, *illum.* Nam et *illum*, et *ellum*, et *ollum* veteres dixerunt. *Idem.*

Domi] Adverbium est in loco. *Id.*

Hem] Interjectio est latantis. *Id.*

8 *Quid sis*] Deest, *quæris?* sed est admirantis magis, quam interrogantis. *Idem.*

Illius opera] Dicendo 'opera,' et corporeum laborem Æschini ostendit, et religionem. Ut, 'Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem, Hanc operam.' Hanc religionem ait: ut, 'annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis.' *Idem.*

Illius opera, Syre, nunc vivo] O miram amplificationem beneficii. Non dixit, Illius opera amicam habeo: sed quod satis grave, et satis amatorum, *illius opera nunc vivo*, inquit. *Idem.*

Festivum caput] Huic contrarius sensus est, 'ridiculum caput.' Atti putant, 'festivum caput,' non Æschini intelligendum, sed orationis, quam habet Ctesipho, agens gratias fratri.

Ita in Euancho, 'quam venuste quod dedit principium adveniens!' Quod si est, nihil potest supra hanc laudationem: nam supra hoc factum erit accipiendum. Sed male: nam 'caput Æschini,' id est, ipsum Æschidum: ut in toto pars sit per *συνεδοχῆν*: in qua figura et pars pro toto ponenda eat, quæ aut eminet ex toto, aut majoris pretii est ad id quod agitur. Quod ipsum sic esse observatum a bonis authoribus, si exempla *συνεδοχῆς* penitus considerare studeas, invenies. *Idem*.

9 *Quia omnia*] Admirative *quia*: et sic pronuntiandum *quia*, τὸ παράλ-
λον usque ad 'maledicta, famam.' *Id.*

Omnia sibi qui postularit esse præ meo commodo] Lege, *postulavit esse*, &c. idque ob verbum sequens, 'transulit,' vide Færnium pag. 123. edit. Juntinæ. *Faber*.

Præ meo commodo] Id est, mei commodi comparatione: ut in Euancho, 'Hic ego illum contempsi præ me,' id est, mei comparatione. *Donatus*.

10 *Maledicta, famam*] 'Maledicta,' aut lenonis, aut Demeæ: 'famam,' autem populi. Nam si aliter acceperis, idem maledictum videbitur et mala fama. *Idem*.

Meum amorem, et peccatum] De rapienda meretrice, et amanda. *Idem*.

Meum amorem, et peccatum] Quam dixisset 'omnia,' duo tantum intulit, 'maledicta' et 'famam:' ut, 'Omnia Mercurio similia, vocemque coloremque.' Et hoc, ut sit defectus quidam intelligendus ex affectu gratias agentis. *Idem*.

In se transulit] Pulchra *παραινέτις*, qua erratura est Sostrata circa Æschinum, quemadmodum jam erravit Demea, eo quod ab illo credidit amari meretricem. *Idem*.

11 *Nihil pote supra*] Ἐλλείψις per admirationem est; subaudiendum est enim vel 'esse,' vel 'dici.' Ut 'pote' pro 'potius,' et 'mage' pro 'magis.' Τῷ ἀρχαϊσµῷ. *Idem*.

Sed quid nam? foris crepuit] Resonuit: ut 'decrepiti' dicti sunt clamosi senes. 'Foris' singularis numeri, nominativi casus. *Idem*.

Sed quisnam? foris crepuit] Videtur hæc lectio et distinctio commodissima esse. Vide Færn. et Gnyet. Plaut. Casina v. 1. 17. 'Vestra foris crepuit.' et alibi. *Bæclerus*.

Fores crepuit] Fores in ædificiis antiquis in publicum aperiiebantur. Exituri fores ab intus manu pultabant, quo caverent qui foris erant, ne a foribus repente in viam protrusis læderentur. Scholiast. Aristophanis in Nubibus: Ἐν δὲ τῶν τῶν ἐπὶ φῆκε τὴν θύραν ἰκύν. *Farnabius*.

Mane] 'Mane,' gaudentis est hoc dictum, non opperiri jubentis. *Donatus*.

Sy. *mane, ipse exit foras*] O. l. s. et Donatus geminat dictionem *mane*; quare totum versum ita legerim: *Nihil pote supra. quidnam fores crepuit? mane mane, ipse exit foras*. Ut in quarta sede sit procelesmaticus, eliso ex *fores*, s. *Færnus*.

SCENA IV. Octonarii Iambici sunt. vs. 1. Mss. nostri omnes: *men' querit?* duo: *nunquidnam effertur?* vs. 3. omnes: *tristitiam*. vs. 4. omnes: *ego illam facile vero omitto*, &c. unus: *qui tandem te habeam fratr*. vs. 7. unus: *quasi nunc non norimus nos inter nos*, o *Ctesipho*. alter omittit *nunc*. tertius corruptus est. vs. 8. omnes: *sed hoc mihi dolet*. vs. 9. *tibi nihil possent auxiliari*. vs. 11. omnes: *ex patria*. vs. 17. duo: *istum hom. impuris*. vs. 20. omnes: *bono animo esto*.

Pleraque hujus scenæ bene interpretatur Donatus: quem vide. *Bæclerus*.

1 *Ubi ille est sacrilegus*] Mire Æschinus servat adversus Lenonem superbiam, quæ ostenditur tanto esse alienior ab amoribus Meretricis, quanto adacior in Lenonem. *Donatus*.

Mene querit? num quidnam effert?] Sperat nunc leno se aliquid acceptu-

rum propter convitium. Ut alibi, 'minis viginti tu illam emisti: quæ res tibi vertat male. Argenti tantum tibi dabitur.' Et vide quanti faciat leno præ lucro injuriam, qui se 'sacrilegi' nomine significari non solum non dolet, sed etiam cupit. Oportet autem *me ne quærîs?* cum quadam gesticulatione et subsultatione sperantis Lenonis ad hoc se quæri, ut accipiat, pronuntiare. *Idem.*

Men' quærîs? Melius multo in lib. Bemb. *me quærîs*, sine interrogatione. Idque facete. Ubi 'sacrilegum' nominari audit, de se sermonem esse putat. Se videlicet noverat Sauntio, et sciebat quo valeret *ῥῥῶδι σεαυτὸν*, ex tripode Delphico, homo perditus, corruptus ipse, perditor et corruptor aliorum. *Faber.*

Num quidnam effert? An utique argentum effert, pretium fidiciæ rapte? *Farnabius.*

Occidi: nihil video? Occidi, non quia sacrilegus dictus est, sed quia nihil accipit. Et simul gestum consideas loquentis ex verbis. *Donatus.*

Occidi: nihil video? Mire hoc verbo apparet, in vultu lenonis et spem mortuam, et extinctum gaudium. nam et apta est *ἐλλειψις* hæc dicentis: *nihil video*. neque enim addidit 'proferri,' aut quid tale. *Idem.*

2 Ehem? Interjectio repentina rei. *Donatus.*

Opportune: te ipsum quærîto? *Ἀσυνδερον.* Deest venisse: non enim sequenti nequitur. *Idem.*

Quid fit, Ctesipho? *Quid fit*, blandum initium est. non enim nunc interrogat, quum ipse dicat, *in tuto est omnis res*. sic ipse mox in subditis, *jam nunc hæc tua*, addidit præter naturam questionis. *Idem.*

Quid fit? Quid agitur? *Idem.*

3 In tuto est omnis res? Quasi amatori, omne dixit negotium de amica. An omnis res, et lenonis jurgium, et suspicio patris Demææ? *Idem.*

Omitte vero? Vero, abundat: aut

correctivum est, jam dudum non omittentis. *Idem.*

Tristitiam tuam? Sic dixit, quasi nimiam. *Idem.*

Tristitiem? Ex libro Bemb. Sic alibi, 'nequitias,' &c. *Faber.*

4 Ego illam hercle vero omitto? Apparet non nunc primum dici Ctesiphoni ab Æschino, 'Omitte vero tristitiam tuam.' Nec nunc primum responsum, *omitto*, et ideo additum est, *hercle vero*. Quia nunc demum data est plena securitas. *Donatus.*

Ego illam hercle vero omitto? Hic et sequens versus, in libro Bembino, et multis aliis, ita ordinati sunt in octonarios iambicos: *Ego illam hercle vero omitto, qui quidem te habeam fratrem, o mi Æschine, O mi germane, ah vereor coram in os te laudare amplius.* Sed in priore versu ex *quidem* m elidetur; quamvis sequente consonante. *habeam* vero, in duas syllabas contrahetur. *Færnus.*

5 O mi germane? *Mi, meus:* sed vocativi dixit casu. *Donatus.*

Coram in os te laudare amplius? *Coram*, ad ipsum pertinet qui landat, et ad eos qui audiunt: *in os*, ad ipsum qui laudatur. Nam *coram laudat*, qui non tacet apud alios, et hoc agit non per epistolam, sed ipse præsens. *In os*, qui apud ipsum loquitur, quem collaudat. *Donatus.*

Laudare amplius? Quia landavit. *Id.*

6 Ne id assentandi? Antiqua *ἐλλειψις*. Deest enim *causa*. *Idem.*

Assentandi? Adulandi. Et utrum deest *causa*, an ad ipsam litem sic dicitur? *Idem.*

Ne id assentandi? Specta si non rusticus adolescens est, et purissimæ simplicitatis, adeo ut etiam velle laudare fratrem nimio pudore non possit, hoc solo quia præsens est, quam illum nimium laudavit absentem. *Id.*

Quam quod habeam gratum? Varie: non enim intulit, *quam gratias agendi*. *Idem.*

Quod? Quia. *Idem.*

7 *Age, inepte*] Non est injuria, quia et major frater est, et blanda dicturus. *Idem.*

8 *Hoc mihi dolet*] Τὸ θύρωμα μὴ mihi dolet, pro doleo. Et dolet bis subaudiendum est. *Idem.*

Et pene in eum locum rediisse] Inai-
nuatio beneficii ex periculo et diffi-
cultate, ob tempus. *Idem.*

9 *Ut si omnes cuperent*] Non, si ego tantummodo aliis adversantibus. *Id.*

10 *Pudebat*] Deest fateri. *Idem.*

Stultitia est isthæc] Hoc scilicet fateri ei, qui ipse patri numquam quidquam celaverit. *Idem.*

Stultitia est isthæc] Malus hic pudor atque inutilis, qui egentes impediatur a poscenda amicorum ope et benignitate. Hesiod. Ἀλλὰ δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. Homer. Οδυσ. ρ. Ἀλλὰ δ' οὐκ ἀγαθὸν φασ' ἔμμεναι ἄνδρ' ὑποκτῆρ. Et ἀργὸς ὁ θεὸς Euripidi in Ione. Farnabius.

Tum ob parvolam rem] Ergo dimi-
nutivis adjungitur tam particula. Et
deest perire: sed τὸ ἐφθραμῶν tace-
tur. *Donatus.*

Tam ob parvolam rem] Id est, mere-
tricem. Et bene hic dicit Æschinus,
quasi qui majora expertus sit, id est,
vitium virginis. *Idem.*

11 *Pane ex patria*] Deest, fugere: quia amatores comici cito comminan-
tur, patrium se deserturos, ut amicas
sequantur. *Idem.*

Pane ex patria] Ἀποσύνησις ἐφθραμῶν χῆρον. Menander mori illum
voluisse fingit, Terentius fugere. *Id.*

Pane e patria] Donato annotante,
'Menander mori,' &c. Unde appa-
ret, nostrum Poëtam semper id quod
minus est, i. e. a tragicis πᾶσαι lon-
gius abest, sumere; adeoque modum
Comædiæ probe servare. *Bacclerus.*

Turpe dictu] Te fugere scilicet. Et
deest est. *Donatus.*

Ut istæc prohibeant] Id est, exilium,
fugamque patriæ. *Idem.*

12 *Pecceavi*] Approbavit ex pericu-
lo magnitudinem beneficii. *Idem.*

Quid ait tandem nobis Sannio] No-
bis, τὸ θύρωμα additum est. Non
enim nobis intelligendum est. *Idem.*

Jam mitis est] Quia debacchatus
est supra leno, jam mitis est dixit. *Id.*

13 *Ego ad forum ibo*] Tunc enim,
in foro et de mensæ scriptura magis,
quam ex arca domoque, vel cista,
pecunia numerabatur. *Idem.* Ita in
Phorm. v. 8. 28. 'Sed transi sodes
ad forum, atque illud mihi argentum
rursum jube resciribi.' *Bacclerus.*

Ut hunc absolvam] Id est, ut hunc,
reddito illi pretio, dimittam. Nam
veluti ligati sunt, quibus debetur ali-
quid. Dicantur etiam servi illi solvi,
qui quum debitores pretiorum fue-
rint, pecuniam reddunt debitam. Est
ergo absolvam, pro, a me solvam. Au-
jocatur in tristitia Lenonis, qui illum
cum barba lenonia et mæsto vultu
sequitur, tanquam reus? *Donatus.*

Ut hunc absolvam] Ut Sannioni ar-
gentum persolvam. *Farnabius.*

Tu intro ad illam, Ctesipho] Bona
ἐλλειψις, significans lætitiā potian-
dæ meretricis. *Donatus.*

14 *Syre, insta*] Jam Syrus, non ut
adjuvet, sed ut instanter adjuvet, ro-
gatur. *Idem.*

Eamus; namque hic properat] Hoc
clamat Syrus, ut beneficium osten-
dat: sane ita ut rursus Lenonem de
profectione absterreat. *Idem.*

Ne tam quidem] A Lenone incon-
stanter dicitur, ut perturbatio metu-
entis, magnum damnum possit osten-
dere. *Idem.*

Ne tam quidem] Tam pro tantum.
an tam pro tamen? et deest, dicas me,
properare, aut propero: ut sit etiam
adverbium hortantis, vel consentien-
tis. *Idem.*

15 *Quamvis etiam*] Pro In quan-
tum vis. Etiam particula, utrum con-
sentientis adverbium, an conjunctio,
qua significat et properare se, et non
in tantum ut negligat quod sibi debe-
tur. *Idem.*

Mance otiosus hic] Hoc separatim

inferendum est, quasi pertinaciter asserentem Lenonem instaturum se exclamationem* facere denotetur. *Id.*

Maneo otiosus hic] Dixerat enim *propere*: et rursus consenserat in Syri verba, *properasse se* dicentis. *Id.*
Reddetur; ne time] Quod desperaverat Leno, Syri ostendit sermo. *Id.*

16 *Ut omne reddat*] Propter illud quod Syrus dixerat, *dividuum face*. Et probatum est, completumque quod ait, 'Cupide accipiat faxo.' Et hoc ipsum cum trepida et vultuosa supplicatione pronuntiandum est. *Idem.*

Tace modo, ac sequere hac] Sic ait Syrus, quasi nunc Lenonem doceat, quæ sit ars non perdendi. Et totum cum supercilio præstantis magnum beneficium dicit. *Idem.*

Sequor] Hoc verbo Leno satis committigatus ostenditur. *Idem.*

17 *Hæus, hæus, Syre*] Ex argumento est, ostendere, quantum timeat Ctesipho sævum patrem. *Idem.*

Hæus, hæus] Vox est de longinquo revocantis. *Idem.*

Obsecro hercle, hominem istum imparissimum] Satis mansuete, quasi Lenonem, aut non possit rusticus, aut non audeat dicere, *hominem* dixit. *Idem.*

Istum imparissimum] Avarissimum. Et totum cum execratione Lenonis. *Idem.*

18 *Ne, si magis irritatus siet*] Velut clamet, scilicet: et proprie de Lenone, quem irritari dicit ut canem. Nam *irritari*, proprie canes dicuntur. Lucilius de litera R: 'Irritata canis quod homo quam plurima dictat.' Lenonem autem timet Ctesipho ut rusticus, ut sub patre duro, ut amator. *Idem.*

19 *Aliqua ad patrem hoc permanet*] Non dicit quid: sed nos intelligimus raptum puellæ significari. *Idem.*

Aliqua ad patrem hoc permanet] Proprie secretum latens latici comparatur, intra vas clausum existenti:

quod, quum effunditur, manat. Sic et alibi de committendis secretis loquens, 'Plenus,' inquit, 'rimarum sum: hac atque illac perfluo.' *Donatus.*

Atque ego tunc perpetuo perierim] Quasi et nunc se periisse sentiat, sed non perpetuo. *Idem.*

Tunc perpetuo perierim] Omnes fere l. s. tum. *Faërus.*

Ego tum perpetuo perierim] Abdicandi filium causæ fuerunt: si filius noctu foris cubuisset; si comessaretur; si lenones pulsasset; si libidini incumberet; (Lucianus in abdicatione) si paternæ voluntati repugnasset. *Fab. l. III. c. 7. et l. VII. c. 4. Plin. l. VII. c. 45. Cod. l. VIII. l. 47. de patr. potest. Farnabius.*

20 *Non flet; bono animo esto*] Ut illi liberalis timor est, ita Syro servilis confidentia. *Donatus.*

Tu cum illa te intus oblecta] Morali-ter illa dictum est. ut, 'Daturne illa hodie Pamphilo?' et, 'Illa quidem mea erit.' *Idem.*

Tu cum illa te intus oblecta] Honestè explicavit turpe dictum. *Idem.*

21 *Et lectulos jube sterni nobis*] Servus. * nihil tam comicum. Et vide ut totum superbe ac magnifice loquatur Syrus. *Idem.*

22 *Convertam me domum*] *Conver-* tam magnifice dictum. verbum est enim magis moliminis et agminis ingentis. Nam *convertere se*, dicitur, quem pompa præcedit; ut Imperator proprie convertit exercitum. Et hoc spectatur, ut moribus arrogantes servi sint, quum lætantur. *Idem.*

Obsonio] *Andr. act. II. sc. 2. Farnabius.*

23 *Ita quæso, &c.*] Volunt quidam et hunc versum Syri personæ adjungendum: sed Ctesiphonis verba esse, ex subditis planum est, quum dicit, 'Hunc diem misere nimis cupio, ut cæpi perpetuum in lætitia degere.' *Donatus.*

ACTUS III.

SCENA I. Octonariis et septenariis constat. vs. 1. omnes Mss. nostri : *obsecro mea nutrix q. &c.* vs. 8. unus : *nate melius fieri h. p. &c.* duo : *here nate m. f. h. p.* vide Guyet. Donatus et Engraphius legunt : *ere nata.* vs. 9. Argentor. ut edidimus. unus : *quando vitium ita oblatum est, quod illum attinet potissimum.* vs. 10. omnes, ut edidimus. *Baclerus.*

1 *Obsecro, mea nutrix*] *Hoc scena Tragœdia ordinem servat. Nam Tragœdia in tria dividitur, Expectationem, Gesta, et Exitum. Hic ergo Expectatio est in Gesta nuntio : Gesta, in planctu Sostratæ : Exitus,** Donatus.

Obsecro, mea tu nutrix] Hinc demonstratur, qui sit maternus affectus, quam grata in dominos servorum fides sit : eundemque laborem et dolorem esse ex falsis et veris malis. *Id.*

Obsecro mea tu nutrix] Personæ aut suis verbis, aut aliorum insinuantur. Ex suis : ut nunc persona Sostratæ. Ex alienis : ut Micio Æschini persona ex Micionis oratione ac Demææ. *Idem.*

Obsecro, mea tu nutrix] *Mea* nunc pro blandimento ponitur. *Idem.*

Quid nunc fiet] Imploratio est magis trepidantis, quam ignoratio et interrogatio, namque illius nutrix est, quippe anicula est : sed non sapientior nutrix est, quam domina sua. Ipsum etiam quod dicit, *nutrix*, honorificum est. Ut, 'Annæ, chara mihi nutrix, huc siste sororem.' Sunt enim nomina ad aliquid, quibus nos tamen velimus ab omnibus appellari, ut Magister, Medicus, Orator. *Idem.*

Obsecro, mea tu nutrix, quid nunc fiet? C. quid fiet, rogas? *Recte ædopol spero.* S. modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. C. Jam nunc times, quasi nunquam adfuëris, nunquam tute

pepereris] Hoc a nemine visum est prius, quod ego jam dicam, Delendam personam Sostratæ ante hanc vocem *modo* : delenda est et persona Cantharæ ante *Jam nunc*, et debent omnia dici per continuum sermonem a nutrice ad illa verba *miserrime me*, quæ a Sostrata dicuntur. Sostrata initio dixit, *mea tu*; Nutrix et ipsa respondens ait, *mea tu*. Addit, *modo* primulum occipiunt dolores partus, et tamen jam nunc ita times, quasi tute ipsa nescias graviore solere esse; quasi tu parturienti mulieri nunquam adfuëris, quasi denique tute ipsa nunquam pepereris. Gall. *Vous me demandez ce qui arrivera de tout cecy. Rien de mal, Ma chère enfant; votre fille n'est encore que dans les premières tranchées de l'accouchement, et cependant vous craignez dela comme si vous ne vous etiez jamais trouvée à l'accouchement d'une femme, ou que vous même n'eussiez jamais été accouchée.* Faber.

2 *Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum*] Evidenter hic *modo* temporis præsentis adverbium est. Et rursus *mea tu*, blandimentum est : sine quo non progreditur colloquium fœminarum, et maxime trepidantium. *Donatus.*

Dolores] *Ωδίνες*, dolores parturientis. *Farnabius.*

Primulum] Initium, et ipsa origo dolorum diminutive demonstrata est. Non enim *primum*, sed *primulum* dicit. *Donatus.*

3 *Jam nunc times, quasi nunquam adfuëris, nunquam tute pepereris*] Docte duo proposuit, quibus experientes scientesque rerum sumus, videre et pati. Virgilius sic, 'Quæque ipse miserrima vidi : Et quorum pars magna fui.' Tute autem pro *tu* :

παύλεον est, quod recitatu. et facit *tute*, et *tutemet*, et *tutemet ipse*. *Idem*.

Quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris] Tanquam sc. esses *ἀχπατος ὁδίων*, quod Apollonius i. *ἀποναυτικῶν* dixit, i. e. *ἄραυ καὶ καθὰ ὁδίων*, ut Scholiastes habet. *Bæclerus*.

Nunquam tute pepereris] Vide *προπαρσκευῆν* doloris: nihil mali adhuc secutum est, et jam sic turbatur Sotrata. *Donatus*.

4 *Miseram me*] Proprium est mulierum quum loquuntur, aut aliis blandiri: ut, 'Annam, chara mihi nutrix, huc siste sororem:' aut se commiserari: ut, 'Miseræ hoc tamen unum Exequere, Anna, mihi.' Nam hæc omnia muliebria sunt, quibus pro malis ingentibus quasi in acervum rediguntur, et enumerantur nullius momenti querelæ. *Idem*.

Neminem habeo] Quid enim opus est? aut cur nunc quereris? *Idem*.

Neminem habeo, sola sumus] Muliebriter queritur, et ex perturbatione sua æstimans, metu multa facit ea, quæ pauca sunt. *Idem*.

Sola sumus] Numquam pluraliter *sola*. *Idem*.

Solæ sumus] Quum hoc nomen singularitatis sit, mire *solæ* pluraliter dixit. *Idem*.

Geta autem hic non adest] Hic apparatio est, ut ostendatur absens, qui superventurus est. *Donatus*.

Geta autem hic non adest] Interfuit quippe Geta jam rixæ qua Æschinus meretricem rapnit, uti mox narrabit ipse, scena quæ sequitur. *Farnabius*.

5 *Nec quem ad obotetricem mittam*] *Deest habeo*. Sed in consuetudine est sic loqui, quum utrumque nobis, non alterutrum, deesse conquerimur. *Donatus*.

Nec quem ad obotetricem mittam, nec qui accersat Æschinum] *Habeo* subauditur, et magis a trepidante, quam rationabiliter dicitur: nam refellit hoc totum nutrix Canthara. *Idem*.

6 *Nunquam unum intermittit diem*

quin semper veniat] *Nunquam*, pro *non*. Et *semper* non ad omne tempus retulit: nam qui potest? sed ad omnes dies, secundum quod ait, 'Nam nunquam unum intermittit diem.' *Idem*.

7 *Solus mearum miseriarum*] Bona locutio. *Idem*.

8 *E re nata*] Sic proprie dicimus de iis, quæ contra voluntatem nostram acciderunt: ut nunc vitium virginis. Ergo *E re nata*, ex vitio virginis. Sic Lucilius, p. i. i. 'Hic e re nata Sic ejus dedit: haud malus est.' Et sic maluit dicere, quam nunc Æschino culpam, sed potius casui attributam vellet. Est autem ordo, Nihil potuit melius e re nata fieri, quam id quod factum est, hera. ut quandoquidem vitiana erat virgo, ab eo vitaretur, qui erat expetendus ad matrimonium. Sensus enim hic est, Malum vim fieri virginis: sed ex conditione ejus quæ vitiosa sit, nihil potuit melius evenire quam contigit, ut ab eo vitaretur, cujus nos non pœniteret. Intelligere autem debemus, fieri et factum esse, pro *evenit* et *contigit* dici. *Idem*.

Melius fieri haud potuit] Si fieri pro *evenit* acceperis, erit consequutio locutionis. sin minus: deerit, quantum intelligo. ut sit, 'E re nata, quantum intelligo.' *Idem*.

E re nata] Res nata dicitur, quæ repente accidit, *πράγμα νεωστὶ συμβεβηκός*, vel *φύσμερον πᾶγμα*, res quæ nuper accidit. *Bodæus. Farnabius*.

9 *Quando vitium oblatum est*] Hoc est, e re nata. *Donatus*.

Oblatum est] *Oblatum* dicitur, quod offertur invito. *Idem*.

Quod ad illum attinet potissimum] Quasi vitium oblatum sit potissimum, hoc est, bonum: sed ex persona ejus qui obtulit vitium, factum est bonum, quod per se ipsum malum est. Et hoc est quod melius haud fieri potuit, quam factum est. *Illum* autem dicit, Æschinum scilicet. *Potissimum* autem superlativum est ab eo quod est

potis, et potius. Sic enim facit, *potis, potius, potissimum.* Et quod modo exceptionem significat: ut sit; quantum ad illum attinet, id est, Æschinum. *Idem.*

10 *Talem*] Scilicet a corpore, a forma, a pulchritudine. *Idem.*

Tali genere] Laus, ante illum talem: et tali animo, in illo. Et *genus* jam ad vivos pertinet. *Familia* etiam ad defunctos. Alii *genus* ad nobilitatem referunt, *familiam* ad copias: unde et *paterfamilias* dicitur: ut sit, ex tanta familia, ex tam divite domo. Hæc omnis *πατέρα* tragica, est gaudiorum introductio, ante fanestissimum nuntium. *Idem.*

Tali genere] Id est, ab his quæ extrinsecus sunt, id est, honestate generis. *Idem.*

Atque animo] Id est, sapientia, modestia. Hoc modo igitur nihil prætermisit in laude. *Idem.*

11 *Salvus nobis, Deos quæro, ut siet*] Quam bonus est, quam nihil ad vota præter salutem opus est? *Idem.*

SCENA II. Itidem Octonariis Iambicis catalecticis, et Trochaicis catalecticis constat. vs. 1. Mss. nostri omnes: omnia omnes sua c. vs. 6. omnes: o hom. impurum. vs. 13. duo: illam tot. fam. tertius: totam illam f. vs. 14. duo: omnes. vs. 20. omnes, ut edidimus. vs. 22. omnes, ut edidimus; nisi quod unus, impertire. mox, duo: o Geta. vs. 27. omnes, ut editum est. vs. 28. itidem, nisi quod omnes habent a nost. f. vs. 31. omnes: satis ne hoc certe? G. certe. vs. 32. omnes: quid jam credas. et mox: nostrum Æsch. vs. 35. 36. unus meorum, ut edidimus, alter corrupte, qui senis sui gremio positurum puerum dicebat. patrem ita obsecraturum, ut liceret sibi hanc in uxorem ducere. in margine: qui se in suo gremio. Argentoratensis: qui se in sui gremio positurum puerum dicebat, patrem ita obsecraturum, ut liceret hanc sibi uxorem ducere. vs. 38. unus: au mi homo. alter: au, au mi

homo. Argent. auch auch mi homo. vs. 39. duo: an preferendum hoc tibi videtur esse usquam. tertius: an hoc prof. tibi videtur esse usq. vs. 41. omnes: proferamus. vs. 43. omnes: dare. vs. 44. duo: celato est opus. tertius: tacito, sed superscrib. celato. vs. 45. omnes: quid agis. vs. 46. omnes: potest. vs. 49. omnes: quem ipse amiserat. vs. 52. omnes: potes. Bæclerus.

Liceat mihi hic aliqua ad Donati commentarios annotare, antequam de ceteris dicamus. Multa enim erudite notari video, præsertim quantum ad τὸ ἡθικόν, quod in primis curæ ei fuisse animadvertimus. Sunt tamen aliqua non ferenda; an ab ipso? nolim: si in alios possit culpa transferri. Ab initio statim; *Nunc illud est.* utrum periculum, an tempus? est enim ἔλλειψις. Quis credat hoc eum ipsum notare, qui modo dixerat: 'nunc tale negotium est, nunc tale periculum est: ant vero consignificationem temporis habet, ut si diceret, quando aut quo tempore?' quid plenius? quod qui statim repeteret, nugaretur utique. Jam ad illud, *Auxilii nihil afferant.* 'mire de proximo repetitum est *παράμοιον*, i. e. confuerant et afferant. hoc convenit præsertim stomacho minus verba curantis. sic supra, omnes omnia.' Quid potest magis disconvenire ipsi figuræ, de qua agitur, quam minus verba curare? et, qui potuit hoc dicere, qui modo ad omnes omnia duplicem figuram agnovit, et Ciceronis auctoritate approbaverat? an hoc ejus est, qui ad Andriam scripserat: 'Amabant veteres de proximo similia dicere?' studii hæc notatio est: non negligentia, quæ nunc adfertur. hæc dum dico, Donati judicio adversus Donatum utor. nam *παρόμοια* et *παρομοίας* admitti cum ratione ab elegantibus scriptoribus arbitror, non valde quæri: et in eo, differre a Plauti instituto Terentium alias dixi. Porro ad illa, 'Adolescenti ipsi eri-

perem oculos.' 'bene oculos, amoris indices, adiutoresque flagitii:' perdit vim sententiæ, qui tam minuta cogitatione utitur. affectus, non accersita longule ratio illa, iracundia hoc dictat, ut oculos effodere cupiant eorum, quos ulcisci volunt. si enim hoc genere interpretationis velles cetera hujus loci persequi, quo progrediendum foret? sed desinendum nunc est. *Bæclerus.*

Nunc illud est] *Hic locus, secundum artem comicam servum currentem exprimit, et nuntiantem mala. Maxima itaque pars scena notoria est. Significat autem, nunc tale negotium est, nunc tale periculum est: aut vero consignificationem temporis habet, ut si diceret, quando aut quo tempore. Donatus.*

1 *Nunc illud est*] Utrum periculum, an tempus? Est enim ἔλαψς. *Idem.*

Quod si omnes omnia sua consilia conferant] Ἐπεβολὴ cum παρομοσίᾳ, omnes omnia. Hinc Cicero, 'Omnes in hoc iudicio conferant omnia.' *Id.*

Illud] Tempus, negotium, periculum. *Farnabius.*

2 *Salutem querant*] Non remedium, ut ægro: sed ut pereunti salutem. Et nove dixit, 'malo salutem,' pro 'contra malum.' *Donatus.*

Auxilii nihil adferant] Mire de proximo repetitum est παρόμοιον; id est, conferant et afferant. Hoc convenit præsertim stomacho minus verba curantis. Sic supra, 'Omnes omnia.' *Idem.*

3 *Quod mihiq, heræque, filiæque*] Mira in servo fides, quum primum se ponat in herili malo: et post se, matrem: in ultimo, puellam. *Idem.*

Quod mihiq, heræque, filiæque herili est] Πολυπόδερς secundum. ut, 'Omnia secum Armentarius Afer agit, tectumque, laremque, Armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram.' *Idem.*

Væ misero mihi] Ἐπαθὺς σχετλιδέει. *Idem.*

4 *Circumvallant*] *Circumvallant se*

circa nos, et stipant se invicem. nam 'Circumvallamus' nos et alios. tamen rara locutio est. Et *circumvallant* dixit, velut inimica acies contra nos: et ideo addidit, 'Unde emergi non potest.' Quum impressio est hostium, sic dicitur. Ut *Sallustius*: 'Pressa undique multitudine.' *Cicero*, 'Qui semper premuntur, et numquam emergunt.' Et *emergi*, nove: nam *emergeo* dicitur, non *emergeor*. sed ideo est usus, quia extra compositionem et *mergo* et *mergor* facit. *Idem.*

Circumvallant] Translatio a remilitari, a castris obsidione cingendis. *Demosthenes* in prima Philippica: Κύκλῳ πανταχρὶ μέλλοντας θύῃς καὶ καθήμενους περιστοιχίσεται. *Farnabius.*

Unde emergi non potest] *Unde*, absolute. an deest *illud*? an *unde*? pro *ex quibus*. *Donatus.*

5 *Vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia*] Hæ res sunt quæ circumvallant: Vis illata: Egestas ipsius puellæ: Injustitia iudicum illius temporis: Solitudo a defensoribus: Infamia ab iis, qui credunt pretio vitiatam. Nam et in subditis sic habes, 'Quando ego concia mihi sum, æque rem ullam pretium, neque intercessisse.' *Idem.*

Vis, egestas, &c.] Bene monet *Donatus*, vim puellæ illatam hic intelligi. Et vs. 8. ad illa verba, *æque illum misericordia, &c.* repetit: quia vim intulit. De quo genere flagitii, in fabula sequente, agendi locus erit. *Injustitiam, Donatus intelligit iudicium illius temporis. Bæclerus.*

6 *Hocine sædum?* Ἐρ 461. Questurus de homine, seculum accusat prius: ut 'o tempora, o mores.' et e contrario, secula in omnibus rebus laudantur: ut, 'Quæ te tam læta tulerunt Secula?' *Donatus.*

O scelera! o genera sacrilega! o hominem impurum] Moris est nimis dolentibus, incusare alia ex aliis. *Virgil.* 'Quum complexa sui corpus miserabile nati, Atque Deos atque astra

vocat crudelia mater.' Et: 'Quem non inCUSAVI amens hominumque Deumque?' *Idem.*

O hominem impurum] *Æschinum* scilicet. et hoc ἡθικῶς, nam semper ultimum ponimus enim, cui maxime irascimur. Ut in *Andria*, post accusatum socerum et vituperatam sponsam, 'Nam quid ego dicam de patre?' Et in *Phormione*, 'Itane tandem uxorem duxit Antipho in iussu meo?' Et post multa, 'O facinus audax! o Geta monitor!' Unde ille, *Vix tandem* inquit. *Idem.*

7 *Video timidum et properantem Geta*] *Timidum*, perturbatum. non enim timet, sed dolet. Sic *Plautus* in *Bacchidibus*, 'Nam ut ex navi vecta es, credo timida es.' *Idem.*

8 *Quem neque fides, neque iurandum*] Ordo est, *Hominem impurum*, quem neque fides, neque iurandum, et sæpe repetitum neque exagerrat crimen admissum. *Idem.*

Quem neque fides] Quia promisit. *Idem.*

Neque iurandum] Quia iuravit. *Idem.*

Neque illum misericordia] Quia vim intulit. *Idem.*

Neque illum] Secundum παρὰ λόγον; nam abundat *illum*: ut; 'Nunc dextra ingeminaans ictus, nunc ille sinistra.' Et ejus videlicet misericordia quam amavit, 'neque repressit,' ne auferet, 'neque reflexit,' ne faceret. et sic hoc dictum est, ut a *Virgilio*, 'Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit? Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est,' &c. ut si non potuit reprimi ne faceret, saltem ut in peccando esset mitior, debuit commoveri. sed melius quod supra. *Idem.*

9 *Neque quod partus instabat prope*] Αἰζητικῶς addidit non tantum mariti, sed etiam patris scelus. *Idem.*

10 *Cui miseræ*] Deest, ei. *Idem.*

Indigne] Impie, crudeliter. ut *Virgil.* 'Quæ causa indigna serenos Fœ-

davit vultus?' *Idem.*

Non intelligo satis quæ loquatur] Ad hoc *Sostrata* ignorans inducitur, ut malo nuntio repente feriat. et quia oportuit ipsam priorem loqui, præsens loquitur. Quia autem non est perdenda tam suavis ἡβουότα dolentis ad irascentem: idcirco non audit, ne ob illam rem *Geta* conservus loqui desinat. *Idem.*

11 *Satis quæ loquatur*] Adhuc non audiente *Geta* loquitur. idcirco nec audit eum satis, nec videtur ab eo *Sostrata.* *Idem.*

12 *Vix sum compos animi*] Aut vix, tandem: aut vix, non. ut *Lucilius*, 'Carcer vix carcere dignus.' *Idem.*

Compos animi] Id est, competentis animi, vel sani animi. cui contrarium est, *impos animi.* *Sallustius*, 'Neque animo, neque lingua satis compotem.' quum de amente *Septimio* loqueretur. Alii, *compotem animi*, compositum animo intelligunt. *Idem.*

Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia] Ira rationi inimica tollit mentem de cardine. cujus faciem vide apud *Senecam*, de *Ira* lib. 1. c. 1. 'Flagrant et micant oculi, multus toto ore rubor, exæstuante ab imis præcordiis sanguine,' &c. *Farnabius.*

13 *Nihil est, quod malim, &c.*] Accurate expressit irascentis mores. Dolcedinem vindictæ, primum. Est enim his vindicta bonum vita jucundius ipsa. Tantum *Latinus* poeta extulit hunc affectum, supra *Homeri* sententiam, ubi ὥστε πολλὸν γλαυκῶν μέλιτος καταλειβομένοιο, Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέθευ. *Geta*: 'Satis mihi id habeam supplicii, dum illos ulciscar modo.' Inde progreditur ad imaginem vindictæ, animumque explet, ut fiat, quod *Aristoteles* apposite ad naturam rei dixit: Ἡ οὖν τότε ἐγγνωμένη φαντασία, ἡδονὴν ποιεῖ, ὥσπερ ἡ τῶν ἐνυπνίων. *Bæclerus.*

Quam illam totam familiam] Hic non tam culpa familiæ, quam scelus *Æschini* ostenditur, propter quem om-

nes cruciandi sunt. *Donatus.*

Familiam] Demæ et Mitionis. *Farnabius.*

14 *Iram hanc*] *Hanc* interdum pro qualitate, interdum pro quantitate accipimus, interdum pro utroque. ut, 'Tuaque animam hac effundere dextra?' Et, 'Hunc ego te Euryale aspicio?' Sed nunc pro utroque, *hanc* dixit. ut Sallustius, descriptione Celtiberi ait, 'Hunc igitur redarguit Tarquinius.' *Donatus.*

Ecomam] Metaphora forte a serpentibus. *Farnabius.*

15 *Satis mihi id habeam supplicii*] Moraliter loquitur: nam fere quando quisquam irascitur, sibi videtur fortis, tanquam qui plus audet. *Donatus.*

Satis mihi id habeam supplicii, dum illos ulciscar modo] *Juven. Sat. 13.* 'Vindicta bonum vita jucundius ipsa.' *Farnabius.*

Dum illos ulciscar modo] Verum est hanc esse vindictam, quæ ex recentissimis flagitiis properata sit. Sic Virgil, 'Te Tarne superbum Cæde nova quærens.' *Donatus.*

16 *Seni animam primum extinguere[m]* Bene *extinguere[m]*: quia ignis est. Virgilius: 'Igneus est illis vigor, et cælestis origo Seminibus.' Et *Primum* addidit, quod ordinem significat. tunc enim adjicitur, quum multa subjicienda monstrantur: ut cui fracta prius crura brachiaque, * et cætera vitia, in Æschinum totam promovens ostenditur, etiam per aliena supplicia. *Idem.*

Seni] Demæ. *Farnabius.*

Scelus] Æschinum. *Idem.*

17 *Syrum impulsorem*] Causæ pœnæ. *Donatus.*

Vah, quibus illum lacerare[m] modis] Hic voluntas immodica ostenditur, pœnam pro merito reposcentis. Et nota, quum Syrum dixerit, addidisse natus de supercilio. *Idem.*

18 *Sublimem*] Ista pœna. *Idem.*

Sublimem medium arripere[m], capite primum in terram statuerem, ut cerebro

dispergat viam] Omnino scribendam est, *dispergeret*, quod ratio temporum docet; neque enim dixeris, 'illum invaderem ut interficiam,' sed, *ut interficerem*; alioqui solæcismus fuerit contra tempus: legendum itaque arbitror, *Cerebro ut dispergeret viam.* Eritque dimeter Iambeus per anapæstum in prima sede, ut sæpe fieri solet. vide pag. 425. *Faber.*

19 *Ut cerebro dispergat viam*] Et cerebrum et via dispergi potest: ideo videtur ambiguum. ut apud Virgil. 'Ensemque crnore Spumantem, sparsasque manus.' Aliter enim dicitur, 'Spargite humum foliis.' Aliter, 'Sparserat et latices simulatos fontis Averni.' *Idem.*

20 *Adolescenti ipsi eriperem oculos*] Bene oculos, amoris indices, adiutoresque flagitii. *Idem.*

Posthæc præcipitem dare[m] Gravior pœna cæcitatis, non providere quo cadas. *Idem.*

21 *Ceteros ruerem*] *Ruere*, activam vim habet. Sallustius in secundo, 'Ictu eorum qui in flumine ruebant, necabantur.' *Ruere* enim, est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui ipsi præcipites alios prosternant. Unde proprie *sues ruere* dicuntur. Virgil. 'Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus.' Et Horatius: 'Hanc rabiosa fugit canis; ac intulenta ruit sus.' *Idem.*

Ceteros] Amoris indices et illices, acclerum duces. *Farnabius.*

Ruerem] Impellerem. et domlnatur hic rabiosa litera canina. *Idem.*

Agerem] Prosequerem, premerem. Virgilius: 'Illa fretus agit ventos.' Id est, nimia celeritate persequitur, et pene occupat, prævenitque. *Donatus.*

Tunderem, et prosternerem] Vido quam fortis sibi videatur, qui dolet et irascitur. *Idem.*

23 *Ego sum Sostrata*] Hæc ideo inducitur, ut verisimile sit supra non visam Sostratam: quando etiam viz

nunc agnoscitur ab irato. *Idem.*

24 *Te ipsam quærito, Te exspecto: oppido opportune*] Incerta distinctio, utrum *Te exspecto oppido opportune*, sit dicendum: an *expectare*, sit impatienter cupere, et sine præscriptione temporis sperare, juxta certum tempus. Unde apparet, ad *te exspecto*, quia per se nimium est, non esse jungendum oppido. *Idem.*

25 *Quid festinas, mi Geta*] Probus assignat hoc Sostratæ. Asper non vult ad omnia servum respondere: sed nutricem putat hoc loqui. *Donatus.*

Quid festinas] Perturbaris. Et commotus dicit *prorsus*, actu commoto, fesso, et anhelanti, ob perturbationem et contentum cursum. *Idem.*

Quid festinas, mi Geta] Vide Don. et Guyet. *Bæclerus.*

26 *Animum recipe*] Quod in lectione gestu ostendi minime potuit, id ex verbis Sostratæ ostenditur in Geta. Nam ideo dicitur, *Animum recipere*: quia ille præ anhelitu crebriora verba continuare non possit. *Donatus.*

Animum recipe] Namque præ anhelitu verba intermittens uno spiritu continuare non posse videbatur. *Farnabius.*

27 *Perimus! actum est*] Jam bina verba junguntur. *Donatus.*

Perimus! actum est] Verba sunt desperationis. Nam *actum est*, dicitur in ea re, de qua jam lata sit sententia. *Idem.*

Eloquere obsecro quid sit] Bene *eloquere*. nam conatur tantum, quod nec explicatur, nec intelligitur: cui vitio contraria virtus est eloquentia. Jam plus hic gestu, quam dictu agitur: quia, ut supra diximus, et lassus est qui nuntiat, et integratur dolor nuntii, quum apud illam loquitur, ad quam maxime calamitas pertinet: quo dolore vox plerumque subtrahitur atque singultit: et simul dat signum perditarum rerum. *Idem.*

28 So. *Quid ergo is*] O. l. s. *quid is ergo?* et eo amplius liber Bembinus et alii antiqui, *ab nostra*. *Faërnus.*

Alienus est a nostra familia] Bene *alienus*. Geta enim ipsi jam dominus, Sostratæ gener, Pamphilæ maritus vocabatur. *Donatus.*

29 *Amare cocepit aliam*] Pejns est *amare cocepit*, quam *amat*. Nam in eo quod dixit, *cocepit*, augmenta mali metuenda significat: ut in principiis quæ actum respiciunt, non statim imminutionem inspecant. Et *cocepit* magnum facinus dixit. *Idem.*

Væ misera mihi] Mire interponuntur mulieris affectus novo nuntio. *Idem.*

30 *A lenone ipse eripuit palam*] Sic nuntiat, ut ultima pejora sint. Et his argumentis vult probare, quod immodice amavit *Æschinus*, qui plus quam virginem, id ipsum quod pudor nec hortatur, nec consulit, amat. Quis autem magis potuit impudens esse, quam qui post honestum amorem, ab Lenone amet? Hoc etenim significat meretricem. Ergo non honestum, sed ab Lenone: non per alium, sed ipsius: nec emit, aut abduxit, sed ob impatientiam valde amantis eripuit. neque id occulte, ut qui cœlaret factum, tanquam satisfacturus uxori videretur: sed palam. *Idem.*

31 *Satin' hoc certo*] Magnis malis non statim creditur. Hoc ergo ex dolore dixit, quod stupet audiens; non quia non habet fidem. *Idem.*

Satin hoc certe] *Donatus* legit, *scisne hoc certo?* libri aliqui, inter quos Bembinus, *satine hoc certum est*: quod vero sequitur, solus Bembinus ita habet: *Ge. certum*. Quam responsionem interrogatio, quæ per *certum est*, facta, videtur exigere. *Faërnus.*

Hicce oculis] *Idem* asseverant. *Donatus.*

Hicce oculis] *Δευκνῶς*, testibus certissima. 'Pluris enim est oculatus testis unus, quam auriti decem.' *Plaut. Truculent. act. II. sc. 6. Farnabius.*

AA] Interjectio est flentis. *Donat.*
32 *Me miseram]* Mira affectio. nam lacrymæ non sinunt finire sensum. *Idem.*

Quid credas jam? aut cui credas] Fides aut personæ qualitate servatur, si gravis persona est cui creditur; aut ipsius rei qualitate, si ea res creditur, in qua fallere, cui creditur, aut non potest, aut non debet. Hic ergo mire in utroque jam fidem dixit nullam esse, et in persona, et in re. Quod Virgilius transtulit, breviusque dixit, 'Nusquam tuta fides.' Hoc est, nec in re, nec in persona. Et hic ipse in Heautont. 'Pro Juppiter, ubinam est fides!' *Idem.*

Quid credas jam, aut cui credas] Plant. Bacchid. III. 3. 87. 'Satin ut quem tu habes fidelem tibi, aut cui credas, neacias.' Mox singulari amplificatione implevit affectum: *nostrumne Æschinum?* (in utroque vocabulo vis est) *nostrarum vitam omnium,* (auctur veluti multitudo personarum, in quas infortunium competat,) *in quo nostræ spes opesque vitæ erant,* (præter quæ nihil dici potest,) *qui sine hac jurabat se unum n. v. d.* (et fides et affectus et religio ex parte Æschini rem aggravant,) *qui se in s. grem. &c.* asseveratio familiaris facta, non sine *ἐνδεΐξαι*, præsentis periculi comparatione absorbet verba, et in lacrymas orationem cogit. *Bæclerus.*

Quid credas jam] Epicharmus: Νῆφε, καὶ μὲν ἡσ' ἀπιστοῦν ἔσθρα ταῦτα τῶν ὀφειλῶν. *Farnabius.*

33 *Nostrumne Æschinum, nostram vitam omnium]* Ἑλλειπτικῶς omnia: quia fletus impedit verba. deest autem, *hoc fecisse,* vel quid tale. *Donatus.*

Sitæ erant] *Sitæ,* positæ. nam situm est quidquid in loco suo positum non evertitur. *Idem.*

35 *Positum puerum]* *Puerum* dixit, si puer nasceretur: non quia divinabat. Ad votum ergo cupientis retulit *puerum:* non quia necesse esset

marem nasci. Et hæc omnia magno stupore dicuntur, ad exaggerandam perfidiam illius cui creditur, et dolorem eorum qui crediderunt. *Idem.*

Qui se in sui gremio positum puerum dicebat patris ita obsecratum, &c.] Scioppius in anctario Grammat. phil. p. 85. Ita legit: *Qui se in sui gremio positum puerum dicebat: patres ita obsecratum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere:* et addit: 'Ita in Basilicano ac plerisque aliis codicibus legi Færnus testatur, qui non animadvertit, *Patris,* quod in Bembin. et Vaticano codice iuvenerat, esse priscum accusativum. Æschinus porro duos habebat patres, quos oraturus erat, Micionem et Deameam.' Id quod etiam G. Fabricius putat. Satis hæc speciose dici videantur. Mihi non videtur ex usu temporis aut sermonis fuisse, ut Æschinus diceret, se utrumque parentem obsecratum. Unde et infra (act. IV. sc. 4. vs. 20.) de uno tantum loquitur: 'Non me hanc rem patri, Ut ut erat gesta, indicasse? exorasse, ut eam ducerem.' *Bæclerus.*

In sui gremio positum puerum dicebat patris] Debuerant hoc notasse Interpretes, in more fuisse apud illos veteres, ut filius in gremio patris recens natus filiolum poneret. Hujus rei exemplum esse apud Homerum scio. *Faber.*

Ita obsecratum] Apud Plantum *τὸ ἴτα* significat, porro, deinde, posthæc. Quod hic observari decuit. *Idem.*

37 *Hera, lachrymas mitte. ac potius quod ad hanc rem opus est]* Hinc Virgil. 'Non lacrymis hoc tempus, ait, Saturnia Jnno.' Sentit autem, non lacrymis agendum, ubi consilio opus est. *Donatus.*

Ac potius, &c.] Sed acta missa faciamus, videamus quid sit agendum. *Farnabius.*

Porro consule] *Porro,* in reliquum, deinde, vel in futurum. *Porro* enim,

ordinis et temporis adverbium est, non conjunctio. *Donatus.*

38 *Au; mi homo, sanus ne es*] Hoc ex persona nutricis legendum est. illa enim dissimulandam rem putat. *Mi, pro meus. Idem.*

41 *Nunc si hoc palam proferemus*] Lectio libri Bembini, in quo est *proferimus*, versum hunc sustentat. *Faërnus.*

42 *Tua fama, et gnata vita*] Tibi enim crimini erit, vitiatam esse filiam: illi etiam oberit. Et utrum vitiam, salutem dicit? *Donatus.*

Gnata vita] Ut alibi, *le repos, l'honneur, &c. Faber.*

In dubium] In periculum. *Donatus.*

43 *Fateatur*] Vitiasse filiam. Et complexio est *δισλευπος* oratoria, in qua utrum senseris, contrarium tollis: cogiturque * quod ex altera parte sit. hoc est tacere. *Idem.*

44 *Quapropter quoquo pacto*] Congue et pro persona, et pro muliere hoc dictum est: eamque in malis constantem esse demonstrat. *Idem.*

45 *Non faciam*] *Non faciam*, dixit, pro non *tacebo*: quasi *tacere*, aliquam actionem habeat. sed moralis significatio est, et communis omnibus: sicut *advocatus* dicimus *male fecisse*, quomodo tacerit. *Idem.*

Quid agis] In edit. *Faërne, quid ages? Faber.*

46 *Pejore res loco non potest esse*] Satis argute inter *Getam* et *Sostratam* sententias ex perturbatione facit notare. *Donatus.*

Quam in quo nunc sita est] Causa nihil timendi. *Idem.*

47 *Primum indotata est*] Ratio subiecta est causæ: et *indotatam*, pauperem modo dicit. *Idem.*

Tum præterea quæ secunda ei dos erat] Videlicet, dari pro virgine nuptum. Et incerta distinctio est: etenim erat bis subaudiendum, 'Pro virgine dari nuptum.' *Idem.*

Quæ secunda ei dos erat] Pudor, quæ secunda dos, vel potius prima. Unde

Alcmena apud *Plautum*, 'Non ego illam dotem mihi duco esse, quæ dos dicitur; Sed pudicitiam, et pudorem, et sedatam cupidinem, Deum metum, parentum amorem, et cognatum concordiam.' *Farnabius.*

48 *Non potest*] Jungendum, *dari nuptum*. Et pro virgine: id est, virgo: ut, 'Nunc plane est pro nova,' id est, nova. Aut nec virgo, nec pro virgine nubere potest. non virgo: quia vitiatam est. nec pro virgine: quia res diffamata est. *Donatus.*

49 *Si inficias ibit*] Si negabit. *Idem.*

Si inficias ibit, &c.] Ita omnino legendum. Quod etiam eorum *Mss.* scriptura arguit, qui habent, *si inficias ib.* ut meorum unus. *Bæclerus.*

Testis mecum est annulus] Locutio hæc sic capienda est: hoc est, annulus pro me testis. Vel sic, annulus et ego testes sumus. Sed melius quod supra. *Donatus.*

Amiserat] *Æschinus. Farnabius.*

50 *Postremo quando ego conscia mihi sum*] Quando, pro quoniam: vel quando, pro quidem. *Donatus.*

Quando ego conscia mihi sum] *Ovid.* *Fastorum. iv.* 'Conscia mens recti famæ mendacia ridet.' Conscientia mille testes; murus abeneus. *Farnabius.*

51 *Neque rem ullam*] Hoc est internum, pactum clam, aut promissum. Et bene totum execrative dixit: ut alii facinora abhorreant. *Donatus.*

Ille] Filia scilicet. *Idem.*

Neque pretium neque rem ullam intercessisse, &c.] *Rem ullam*, e. g. 'Internum, pactum clam, promissum,' ut habet *Donatus*. Ad pretium supra retulerat 'Infamiam, ab iis, qui crederent pretio vitiatam.' Illustris sed intactus interpretibus locus, de crimine stupri. Constat enim hinc, primo: stuprum non committi visum esse in eam, quæ pudoris profanandi causa pretium acceperit, suave aut

matris pactione consenserit. Tale enim si quid factum esset, spem de eventu litis imminui, haud obscure Sostrata indicat. Secundo legem fuisse Athenis, hinc discimus, quæ stupratorem cogeret stupratam ducere; nisi quis vellet graviore pœnas expectare. nec parentibus stupratoris per hanc legem licuisse intercedere, quo minus id fieret. nam quod a parentibus exorabat hunc consensum filius stuprator, (de qua re et hic mentio fit,) in eo servata est reverentia pudoris naturalis. Quod si autem nolisset annuere pater, futurum erat, 'Ut jus eum cogeret.' Sicut est in act. III. sc. 4. vs. 44, &c. Quare in Comœdia patres statim videmus consentire, ut primum constiterit, libere virginis a suis vitium oblatum esse; huncque veluti sollemnem titulum expediendi periculi Comici haberi. neque enim idem juris fuit in stupratore, quod in raptore. De quo (apud M. Senec. Controv. II. 11. et Excerpt. II. 3.) lex erat: 'Raptor nisi suum aut raptæ patrem intra trigesimum diem exoraverit, pereat.' cum et aliunde constet, Græcis in stupro mitiores, quam postea Romanis, placuisse pœnas. Ac, ne prolixi simus, si stuprum Athenis capitale fuisset, Comœdiam non ingrederetur hoc crimen, in qua omnis dica citra sanguinem citraque periculum capitis impingitur. Porro intelligitur, actionem stupri, interposita satisfactione et matrimonii pollicitatione, tolli potuisse, ut 'Ignosceretur, taceretur, crederetur,' (III. 4. 28.) ita tamen, ut, conditione non impleta, violatoque iurejurando, quod adhibebatur fere, repetere omissam actionem integrum esset. Sed de hac re, iterum alibi dicendum erit. Videtur tamen iis, quæ posuimus, repugnare lex illa quæ in Excerptis M. Sen. VIII. 6. habetur: 'Vitiata vitioris aut mortem aut indotatas nuptias optet.' Sed hic vitioris Idem est qui raptor, et

cum raptu vitium illatum coniungitur, sicut subjectæ monstrant sententiæ. Insignis plane locus est in Actione Neptuni apud Libanium adversus Martem: quem hic annotasse operæ pretium fuerit. Neptunus enim ibi, cum stuprum in Alcippen non contumeliæ sed amoris causa factum a filio suo confessus esset, nullam id peccatum pœnam, vel majorem vel minorem, consequi debuisset ostendit; sed servandam fuisse consuetudinem passim inter homines receptam, ut stuprum matrimonio expiaretur. Verba sunt notabilia: *Τί οὐν ἐκ τῶν νῦν εἰρημύθεν δαίονται; τὸ δίκης μὲν μὴ εἶναι καιρὸν, μήτε μελίσσος, μήτε ἐλάττωτος· γάμων δὲ καὶ πατρίδων. Ὁ καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ὅπου τι πρᾶξθῇ τοιοῦτον, κρατεῖ, καὶ χρεῖται τῷ συμβᾶντι πρὸς γάμον. Βακχίος.*

52 *Experiar*] Apud iudices agam.

Donatus.

Experiar] Actionem intendam in iudicio. Cic. pro Quintio: 'Si quid in controversiam veniret, intra parietes, aut summo jure experietur.' *Farnabius.*

Quid istuc? Verbum est ægre consentientis: quasi qui dicat, Quid hic resistam? *Donatus.*

Accedo ut melius dicas] Id est, ut consentiam, velut qui melius possim dicere. *Idem.*

Quid istuc? accedo, ut melius dicas] Multi hic se torquent, meo quidem iudicio, frustra: est dictum servile, ex vernilitate et loquacitate illius generis: nil aliud. Servus enim loquitur. Gall. *Hé bien, Madame, je suis de votre avis, pourveu que vous ayez tout-autre pensée que celle-là; car vous n'en sauriez avoir de pire.* Faber.

Quantum potes abi] Deest cito: ut sit, quantum potes, cito abi. *Donatus.*

53 *Atque Hegioni*] Apud Menandrum Sostratæ frater inducitur. *Idem.*

Huius] Filiz suæ scilicet. *Idem.*

54 *Simulo*] Nomen patris puellæ: diminutivum a Simo, vel Simone. Et nota nomen in Palliata fabula Latine diminutivum. *Donatus*.

Simulo fuit summus] *Summus*, an ad cognatum, an ad amicum refertur? an absolute ponitur, ut in *Eunucho*? 'Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho.' *Id.*

Et nos coluit maxime] Et miserabilis coluit dictum esse, quam si diceret, *colit*. Virgil. 'Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.' *Colere* enim et majoribus et minoribus convenit, ut, 'Posthabita coluisse Samo.' *Idem*.

55 *Nos*] Monosyllabo finit, vultuosam exprimens pronuntiationem. *Idem*.

Tu mea Canthara] Tristis ac seriæ fœmiæ blandimentum est *mea*, potius quam pronomen possessivum. Deest enim *chara*, vel quid tale: quo addito, pronomen staret *mea*. *Idem*.

56 *Curre*] Mire dictum est ancillæ *curre*. *Idem*.

Ut quum opus sit] Id est, quum adesse cœperit partus. *Idem*.

Ne in mora nobis siet] Locutio qualis supra. *Idem*.

SCENA III. Iambici sunt senarii. vs. 2. Mss. mei duo: *affuisse*. sicut *Nonius* etiam legit. vs. 4. omnes: *qui alijus rei est, etiam ad nequitiam cum*; duo: *adducere*; unus, *ducere*. vs. 5. omnes: *credo abd. aliquo in gan*. vs. 7. omnes, ut edidimus. vs. 10. unus: *me id velle*. vs. 11. duo Mss. *enarrabimus*. unus: *enarravimus*. vs. 14. unus: *mihi qui consilium. dedissem*. Argent. *mihi qui ded. consil.* vs. 17. *rd hem*, cum toto vs. 18. deest in uno. et vs. 20. *quid agatur*. ceteri duo etiam ibi repetunt, *quid agitur?* vs. 24. omnes: *paulisper*. quod non debuit mutari in *tantisper*. mox omnes: *ubi ego venero*. vs. 33. *rd illa a duobus abest*. vs. 35. unus: *est etiam intus*. alter: *est hæc jam intus*. Argent. *est jam intus*. vs. 36. omnes: *hæcine fieri*

Delph. et Var. Clas.

flagitia? vs. 41. Argent. *ille futitis, somnium*. unus meorum: *ille futilis sompnium*. duo omittunt *illum*. vs. 43. uterque meorum: *quam ille quicquam carperet*. nisi quod in altero secunda manus, sed extante primæ lectionis vestigio, fecit, *carperit*. vide *Chrestomath.* vs. 45. omnes habent, *rd quæso*. Argent. *ut q. suum filium v. esse i. e. unus meorum: ut quique suum vult ita est*. alter: *ut quisque s. filium vult, ita est*. vs. 47. *abigam hunc rus* deest in uno meorum. alter: *abiit nunc rus*. Argent. *hinc rus*, in margine adscribitur. *abiit*. vs. 49. omnes: *ne hæreret huic*. vs. 50. omnes: *adortus est*. vs. 55. omnes: *præ gaudio*. vs. 68. omnes: *plenus est*. *rd phi* unus meorum habet. cæteri duo: *phos*, superscripta lineola. quod ab ineptis hominibus profectum est, qui voluerunt scribere, *philosophos domi habuit*, &c. vs. 61. pro *in vitas*, omnes habent, *vitas*. unus etiam, *in speculo*. vs. 70. Argent. *cum conservis*. unus meorum, *cum servis ad eundem præcipio modum*. vs. 72. duo: *mementote*. vs. 79. omnes: *recte*. unus etiam *abis*, pro *ibis*. vs. 84. duo, *ille*. vs. 87. duo, *haud scio*. Bæclerus.

Demeæ perturbatio illa summa, quæ sequetur, arte Poëtæ interea differtur, fallendusque a Syro Senex in scenam adducitur, donec ematutrescat series *oikoroïas*. *Idem*.

Non exscribo quæ *Donatus* et *Guyetus* bene annotarunt, quæ ad comicum leporem hujus scenæ pertinent in præfatione diximus. *Idem*.

1 *Disperii: Ctenophonem audivi filium*] Hic ostenditur quod severi homines, ac recti et honesti tenaces, vel ridiculi sunt, vel odio habentur quoquo accesserint. Magno autem affectu, et quasi exclamantis addidit *filium*: quasi causam redderet cur dixerat, *disperii*. *Donatus*.

2 *Una adfuisse in raptione cum Æschino*] *Oikoroïa*, in qua ostenditur, quantum commovebitur *Demea* ipsa re comperta, quum ex parva rei suspi-

Terent.

4 Y

cione tantum se efficiat. *Raptio* autem ad personam refertur, *rapina* ad rem, *raptus* ad stuprum, si volumus proprie loqui. *Idem*.

In raptione] *Raptio* violenta perpetratio injuriæ; *raptus* vis et injuria perpetrantis: *rapina* lucrum injunctum et præda per vim rapta. *Farnabius*.

3 *Id misero restat*] Bene *restat*: tanquam jam summum malum sit, *Æschinum* esse corruptum. Et *misero* mihi, quasi qui nihil nesciat, nihil curante Micione. *Donatus*.

Si illum potest] Non dubitat velle: et ideo dicit *potest*. *Idem*.

4 *Qui alicui rei est*] Recte. de hoc enim supra dixit, 'Non fratrem rei dare operam videt? ruri esse parcum ac sobrium?' *Idem*.

Etiā cum ad nequitiam abducere] Quasi invitum dixit, non *vocare*, sed *abducere*. *Ducimus* enim volentes: sed *abducimus* invitos. *Nequitia* autem proprie libidinosā inertia dicta est: quod nihil queat, nullique rei apta sit. Unde et *νῦξα*, quod nihil agant, vel a non agendo. *Idem*.

Ad nequitiam] Ex lib. Bembi, ut supra, *tristitiam*, et alia alibi infinita ad eam formam, quæ antiquitatem magis redolet. *Faber*.

5 *Credo abductum*] Non fuisse, sed abductum esse: quasi adhuc culpa non sit illius. *Donatus*.

In ganeum aliquo] Veteres *ganeum* meretricum tabernam dixerunt, ἀνδρὶς γὰρ, τοῦτ' ἐστὶν, τῆς γῆς. quod ipsa sit in terra, non ut coenacula superius. Unde et *taberna*, quasi *trabena*, a validioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt. *Idem*.

In ganeum] Lupanar aut popiviam, ubi γυναικῶν, et luxuriæ indulgent homines nequam. Nonnullis quasi γυναικῶν, crypta subterranea, fornicis. *Farnabius*.

6 *Persuasit ille impurus*] *Suademus* facilia, *persuademus* difficilia. Et *sua-*
dere facientis est, *persuadere* perficien-

tis. *Impurus* autem pro improbo ponitur apud Terentium. Et hic quoque excusata voluntas est Ctesiphonia, cui a majore fratre et improbo ingesta sit persuasione nequitia. *Donatus*.

7 *Sed ecce Syrum ire video*] *Ire*, et *abire* et *venire* significat. *Idem*.

Ire video] *Ire* pro venire: ut, 'Nec vero *Æacidem* me sum lætatus euntem Accepisse lacu.' *Idem*.

8 *Atque hercle hic de grege illo est*] Figura ἐκείνου, de grege illo est. *Ordo* vel bonorum vel malorum dicitur, et gravium; ut 'Equester ordo,' 'Senatorius ordo.' *Græx* vel bonorum vel malorum est, et levium. ut Cicero, 'In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique versantur.' *Idem*.

Hic de grege illo est] Ejusdem contubernii. *Farnabius*.

9 *Quaritare*] Instantanter querere. *Donatus*.

Carnufex] Pro ganeo positum est. *Idem*.

10 *Non ostendam me id velle*] Scilicet, scire ubi sit. *Idem*.

Seni] Mitioni. *Farnabius*.

11 *Quo pacto se haberet, enarramus ordine*] Hoc recte: quia dixerat Mitioni, 'Si quidquid est, volo scire, atque hominem convenire, si apud forum est.' Et *enarramus* pro *enarravimus*. ut, 'Omnis homo fumat Neptunia Troja.' Et *ordine* bene: quia simpliciter fatetur. Fallax autem et captiosa narratio est, quod timemus fateri. *Donatus*.

12 *Nihil quidquam vili lætius*] Quartum παράλογον. *Idem*.

13 *Hominis stultitiam*] Scilicet quia lætatur, ignorans ubi *Æschinus* sit. *Idem*.

Collaudavit filium] Plus additum est. non enim solum non *accusavit*, sed et *collaudavit*. *Donatus*.

14 *Mihi, qui dedissem consilium*] Est in aliquibus libris, et inter eos Bem-
bino et Basilicano, qui *id dedissem*. *Fuënius*.

16 *Disrumpor*] *Mire*: his enim verbis commovetur *collaudavit*, et *egit gratias*. Et vide *ἀσθῆναι* stomachi reservatam. *Donatus*.

Disrumpor] *Ira*, indignatione, dolore. *Farnabius*.

Argentum adnumeravit illico] *Contra* illud est, 'Car tu his rebus sumptum suggeris?' Et non solum inquit *adnumeravit*, sed, quod pejus est, *illico*. *Donatus*.

Adnumeravit] *Sannioni*. *Farnabius*.

17 *Id distributum*] *Distributum*, in diversa tributum: id est, dispartitum per pulmentaria. *Donatus*.

18 *Huic mandas, si quid recte curatum velis*] *Ελπωλεῖα*. est majoris stomachi: quia ille dixit 'ex sententia distributum': id est, ut indicat *Demea*, dilapidatum. Sic alibi, 'Columnem familiam nostræ, bone custodes, salve.' *Idem*.

19 *Ehem Demea*] *Ehem* interjectio est commoti, et quasi percussus re subita et nova. *Idem*.

Quid agitur] *Blandientis* est, non interrogantis, ut alibi, 'O noster, quid sit? quid agitur?' *Idem*.

20 *Nequeo mirari salis rationem*] *Mira* sunt etiam illa, quæ vehementer prava sunt. Et ideo *mirari*, pro horrere et reprehendere positum est. Et *rationem* *Βαρύκως* dixit malam: quum non sit ratio nisi bona. sed sic loquitur populus. *Idem*.

21 *Est hercle inepta*] Hoc ad senem. *Idem*.

Est hercle inepta, &c. et vs. 25. *mihi quidem non placent*] Legas hic licet illud *Ciceronis* II. de *Fin.* 17. ubi de callido improbo agit: 'Is enim, qui occultus et tectus dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiam, ut dolere alterius improbe facto videatur. Quid est enim aliud esse versutum?' *Baculus*.

Ne dicam dolo] *Ne mentiar*, id est, ex contrario dicere videar, sed ut sedulo dicam. *Donatus*.

22 *Atque absurda*] *Ineptum* est stul-

tum tantum: *absurdum*, quod et stultum est, et in ipsa stultitia diversum et quasi repugnans sibi. Sic ergo locutus est, ut videatur ineptam rationem ad *Æschinum* referre, absurdam ad *Micionem*, quem jam fieri stultum, contrarium senectuti est. *Idem*.

Pisces ceteros purga] Per neglectum *Demeæ*, sermonem facit dividuum: *Dromoni* et *conservis*, qui intus, mandat de piscibus exenterandis, desquammandis, exosseandis, et per otium vero, et quasi *παρρηγος*, alloquitur *Demeam*. *Farnabius*.

23 *Congrum istum maximum*] *Διασολή* quia erant alii non maximi, ut e contrario, 'Argitisque minor,' quia est et major. Nam *ιστύν* quod ait, *δακτυλόν* est. videtur enim ostendere digito, quem dicat. *Donatus*.

In aqua sinilo ludere paulisper] Sic ostenditur bene obsonasse, qui vivos addolit pisces: nam non ludit piscis, nisi vivus. *Idem*.

25 *Prius nolo*] *Superbe*, et pro auctoritate: non dixit *non oportet*, sed *nolo*. subanditur, purgari eum. Et nihil ex mora corruptelæ accessurum pisci ex eo ostendit, quod ait *ludere*, hoc est vivere, et non læsum vivere. non enim dixit *natære*: quod etiam possunt languidi pisces. Ipse insuper planum fecit quid sit *purga*, dicendo *exossabitur*. *purga* igitur, exosæ significat: non ut quidam putant, *exossabitur*, comedetur. *Idem*.

Mihi quidem non placent] Plus hoc ad senem. et vide quam totum superbe et confidenter dixerit ob amicitiam omnium dominorum, excepto nunc *Demea*, quem tantum præ illis contemnit. *Idem*.

26 *Salsamenta*] Hoc ad discipulum. *Salsamenta* aut salsi pisces sunt, aut leridum. *Idem*.

Salsamenta hæc, Stephanio] In tota comædia opera danda est ut stomachetur *Demea*: excepto quod se ipse in fine commutat. Hæc ergo causa

est, quare Syrus quoque illi obicitur, magnifice inferens se ut luxuriosum licentemque servum, præsertim qui adolescentum pædagogus fuerit. *Id.*

28 *Utrum studio ne*] Aut ordo est, *utrumne*, aut est *παράλογος* tertium, aut vero per *ἑλλειψιν* accipitur: quasi dicat, utrum est? aut, utrum verum est? quod qui accipit, *utrum* subdistingnat et separat a sequentibus necesse est. *Idem.*

Utrum studione] Aut *utrum* supervacuum est, aut *ne*: aut certe *τμήσις* figura est, pro *utrumne* studione id sibi habet, si sciens lædit filium? *Idem.*

Laudi putat] Quia decipit. *Idem.*

29 *Si perdidit gnatum*] Et magno affectu non dixit Æschinum, et mire non addidit cujus gnatum. *Idem.*

Va misero mihi] Hoc est, quod supra dixit, 'Eger est; alienus non sum.' *Idem.*

30 *Videre videor jam illum diem*] *Illum* dixit, quasi quendam tristem ac funestum. *Idem.*

32 *Istuc est sapere*] Et sententias loquitur carnifex, aures senis demulcens verbis non tantum coquinariis, et providentiam illius collaudans veterator in arrogantiam ductat, adeoque errorem. *Farnabius.*

Quod ante pedes modo est videre] Hocumpsit Poëta de illo in physicum pervulgato ancillæ dicto, 'Non videt quod ante pedes: cœli scrutatur plagas.' *Donatus.*

Ante pedes] Cic. lib. 11. de Divinatione: 'Quod est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas.' Juxta illud de Thalete tritum, qui sidera contemplans in scrobem cecidit. *Farnabius.*

33 *Sed etiam illa quæ futura sunt*] Magis ridicula est assentatio, siquis maxime laudetur quibus maxime caret. *Donatus.*

34 *Isthæc jam penes vos psalteria est*] Dicendo *istac*, ostendit jamdudum se hac indignari. *Idem.*

35 *Ellam intus*] Ut, *Ellam confidens, calus.* *Idem.*

An domi est habiturus] Proprie: quia *haberi* uxor dicitur, et *haberi mulier*, quum coit. *Idem.*

Credo, ut est dementia] Sic et in Euncho, 'Eam se intendit esse, ut est dementia.' Et nominativus casus esse potest, et septimus. Si septimus *perditus*, aut quid tale, subaudimus. Sed melius nominativum accipimus casum. *Idem.*

36 *Inepta lenitas patris, et facilitas prava*] *Lenitas*, ad permittendum: *facilitas*, ad agnoscendum. sic quidam. Sed ego *lenitatem* ad Micionem refero, qui hæc leuiter patitur: *facilitatem* ad Æschinum, cui hæc per licentiam facilitas datur. *Pravum* autem est, quod et ipsum lædit facientem: *malum*, quod alios tantum. *Donatus.*

37 *Fratris me quidem pudet, piget-que*] *Pudet*, in his quæ turpiter facit: *piget*, in his quæ cum damno malo. *Pudere* etiam ad dedecus, *pigere* ad dolorem refertur. *Pudet*, quod turpe est: *piget*, quod dolet. *Idem.*

38 *Nimium inter vos, Demæ*] *Meraδιόθωρος*. nunc enim redditum est, quod supra dicebatur. et præterea repetendo *nimium*, confirmavit superius dictum, et τὸ *επὶμανίε** non solvit. *Idem.*

40 *Tu quantus quantus*] Id est, quantumcunque. *Idem.*

Nihil nisi sapientia es] Ridicule prius additum *nihil*: quam quicquam laudis nomine. Deinde si *sapientia* dixisset, non tanta esset irritio: sed hyperbolicè accipitur, id est, stultus; *nihil nisi sapientia es.* *Idem.*

41 *Ille, somnium*] Nec tu sapiens, sed sapientia: nec ille somniculosus, sed somnium. *ἡρεπβολή.* *Idem.*

Sinceres vero illum tuum] Ab argumento fabulæ repetit *sinceres*: et *εἰρωνικῶς* interrogat. *Idem.*

42 *Totis sex mensibus*] *Totis*, quasi longi sint: id est integris, ut ne usum

quidem diem minus a sex mensibus sciat, quid coëpturus sit filius. Nimis comica et moralis assentatio. *Idem.*

Non olfecissem] Totum ridicule. Nam quid olfecisset, qui nondum quicquam scire cōpisset, cuiusque naribus nihil objectum fuisset? Nam ideo *nares a naritate* dictæ sunt, quod nos odoratu doceant præsto et prope esse, quod adhuc oculi non vident. *Idem.*

43 *Quam ille quicquam carperit*] Multum dixit; et ante sex menses, et olfecissem, et prius quam carperit. *Id.*

Quam ille quicquam carperit] In aliquibus libris Terentii, et Donati, scriptum est, *carperet*: et ita in hunc modum Priscianus citat. *Færnus.*

Carperet] Quod dicebam modo pag. 423. Ex ratione temporum sic est legendum, non *carperit*, ut vulgo. Sin minus, volēcismus fuerit; et ita citat Priscianus; neque magis mirabile videri debeat istud *carperet*, quam *occiperet* et *inciperet*. Denique in libris veteribus non aliter legitur. *Faber.*

44 *Vigilantiam tuam tu mihi narras*] Id est, quam maxime scibo. *Donatus.*

Vigilantiam tuam tu mihi narras] Pronuntiatu iuvantur hæc. Sunt enim laudationem, quæ præcessit, asseverantis. q. d. quid mihi de tua vigilantia memoras, quam commemini et sclo singularem esse plane, sicut dixi. *Bæclerus.*

45 *Sic nict modo, ut nunc est*] Non dicit qui: sed respice ad argumentum, et ridebis hæc optantem Demeam. *Donatus.*

Ut quisque suum vult esse, ita est] Hæ sunt sententiæ et semper probabiles, et pro personis ridiculæ. Plautus in Milite Glorioso, 'Nimia est miseria, nimis pulchrum esse hominem.' *Idem.*

Ut quisque suum vult esse, ita est] Prout suum quisque educatione formarit, talem habebit. Neque enim puto culinarium hunc philosophum

hoc ea mente dixisse, qua Seneca illud, 'Putet se innocentem civitas, erit,' &c. ad quam sententiam credo et illam effectam, 'Satietas in sacris ne sit, erit.' Conferat lector locum de Clementia l. 1. c. 3. *Farnabius.*

46 *Quid eum? vidistine hodie*] *Quid eum?* initium interrogationis futuræ de persona alicujus. Sic in Heautont. *Donatus.*

Sed Syrum quid eum? tuum ne filium] Hoc clare, *tuumne filium?* Moris est ut qui cogitat quid respondeat, interrogatione remoretur. *Idem.*

Eum] Ctesiphonem. *Farnabius.*

47 *Abigam hunc rus*] Ut pecudem, dixit *abigam*: non ut hominem, *mittam*. *Donatus.*

Abigam] Hoc lentius; et *abigam* quasi pecudem dixit: unde et *abactores* dicti sunt. Cicero in Verrinis, 'Equarum greges istum abigendos curasse.' *Idem.*

Abigam hunc rus] Eugraphii annotatio fæde corrupta exhibetur, quam ita legendam esse fateberis, ubi considerare libebit: '*Abigam hunc rus*. Hoc aversus paululum pronuntiat, ubi consilium sumpsit mentiendi, uti Demeam mittere possit.' *Bæclerus.*

Abigam hunc rus] Aversus et secum hæc. *Farnabius.*

Jamdudum aliquid ruri agere arbitror] Hoc clare. *Donatus.*

Aliquid ruri agere arbitror] Hoc plus est, quam illic esse: vult enim cum laude ejus loqui, ut supra: 'Rei dare operam, ruri esse, parcum ac sobrium.' Et *agere* proprie dixit, nam ab agendo *ager* dictus est, quod in eo multa agenda sunt. *Idem.*

48 *Qui egomet produxi*] Mutata præpositione, non *deduxi*, sed *produxi*, dixit: id est, 'porro duxi.' *Idem.*

49 *Metui ne hæreret*] Hæc translatio, ut sublevat Ctesiphonem, ita Eschino invidiosa est. nam hæret avis, non animo, nec voluntate, sed visco decipientis aucupis. *Idem.*

50 *Quid autem*] *Quid* pro quare, vel ob quam causam. Virgilius: 'Quæ fortuna viris, classem quo litore linquant, Quid veniant.' Cui contrarium in significatione * id quod te oro. *Idem*.

Adortus iurgio est] *Aggredimur*, de longinquo: *adorimur*, ex insidiis et ex proximo. non *adoriri*, est quasi aliquem oriri, id est, exurgere. *Idem*.

51 *De psaltria istac*] Hic mire senem imitatus est, et memoriter: quia ille dixerat, 'Quid? istæc jam penas vos psaltria est?' *Idem*.

Nihil reticuit] Mirum enim, minorem fratrem non pepercisse majori: nec reticuisse quicquid erat opus. *Idem*.

52 *Intervenit homo de improvise*] *Intervenire*, est in medio negotio, quasi ex insidiis supervenire, et opprimere in ipso actu eos, qui rem celatam vellent. Et vide quam oratorie parret gestionem rei, quæ nunquam facta sit: his enim fides fit. *Idem*.

Cæpit clamare] 'Hôuâs totum, et cæpit et clamare, et quod sequitur. *Idem*.

53 *Æschine, hæccine flagitia facere te*] Est accusatio a persona: et vide pondus in nomine Æschini. *Idem*.

Hæc te admittere] *Atkêpsis*. nam plus est *admittere*, quam *facere*. *Idem*.

Hæc te admittere indigna] Pronum est hæc statim credere Demeam, de eo quem superius laudaverit, 'Non fratrem videt Rei dare operam? rari esse parem ac sobrium?' Unde mira Poëtæ arte, et initia, et media, et postrema sibi congruunt atque respondent. *Idem*.

55 *Lachrymo gaudio*] Immoderata lætitia, maximo parentum, lachrymas habet. Recte ergo additum est *gaudio*: quia lachrymæ solum mœrorem significant. *Idem*.

Lachrymo gaudio] Vide infra, act. IV. sc. I. *Farnabius*.

56 *Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam*] Hæc figura oratoria su-

peras * dicitur, quæ ostenditur non esse mediocre quod factum est. *Donatus*.

57 *Hui*] Quasi admiretur ipso, quæ narrat. *Idem*.

58 *Syre, praeceptorum plenus istorum ille*] Vide Demeam non desinere culpam Æschini in Micionem conferre, quum e contrario praeceptorum suorum vult esse, quod sapit Ctesipho. *Idem*.

Istorum] Quæ dicis; scilicet, 'Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.' *Idem*.

Phy] Intersectio mirantis est. *Id.*

59 *Domi habuit unde disceret*] *Unde*, id est, de quo. *Idem*.

Domi habuit, unde disceret] Vide quæ notantur ad Plauti Mil. Glor. II. 2. 36. *Bæclerus*.

Domi habuit] Te sc. autorem, magnum præceptorem, et exemplum. Cic. Academic. II. 'Domi nobis ista nascuntur.' *Farnabius*.

Fit sedulo] 'Hôuâs dictum est sit. Et sedulo, sine dolo, id est, instanter: quia negligentes dolosi dicuntur. *Donatus*.

61 *Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium iubeo*] Videndum an recte speculum induxerit, quum alienas vitas dicit inspiciendas esse. nisi forte hoc ad causam admovendi speculi, non ad effectum referamus. nam causa inspiciendi speculi, emendatio est vultus: effectus, formæ per imaginem resultatio. *Idem*.

Tanquam in speculum] Notum est illud Socratis monentis juvenes formosos, ut consulerent speculum, et sibi pulchram formam adstruerent. Platonis item iubentis ebrios et iratos in speculo se contemplari, ut visa deformitate vitia fugerent. Confer huc Satyram 4. Horatii lib. I. sub fine, citantis *παρρηγόμιστα* et *παρρηγόμιστα* sibi a patre tradita, quæ sequeretur, quæ fugeret. *Farnabius*.

62 *Atque ex aliis sumere exemplum sibi, &c.*] Mire hunc locum tractavit

Horatius Sat. 1. 4. 'Invenit pater optimus hoc me, Ut fugerem, exemplis victorum quæque notando.' Sequitur iucunda *ποσειδωνοδία*: tum varietas exemplorum insignis: ut tandem clausula inferatur, initio concors: 'Sic teneros animos aliena opprobria sæpe Absterrent vitiiis.' *Bacclerus*.

63 *Callide*] *Callidus* dictus est etiam qui exercet dolos. *Callidus* dicitur, qui callum sibi usu artis induxerit. *Donatus*.

64 *Hoc laudi est, hoc vitio datur*] Non philosophice, sed civiliter monet. non enim dixit, *hoc bonum*: sed *hoc laudi est*. nec *hoc malum*: sed *vitio datur*. Ergo ut idiota et comicus pater, non ut sapiens et præceptor. *Idem*.

Istec res est] Non quam rem gerit Micio: non ut ille agit. Et significat, 'Hoc verum est': 'hoc utile est.' *Id.*

65 *Porro autem*] Prope delinitus erat Demea, contra institutum argumenti. Artificiose igitur Poëta subiecit ex persona servi, unde illum ad amaritudinem provocet. *Idem*.

Porro autem] At vero, et huiusmodi principia narrationum sunt, quibus superiora sequentibus connectuntur. *Idem*.

66 *Nam id nobis tam flagitium est*] Non dixit peccatum, irridens senem; sed *flagitium*. Et quidem flagitium, corrumpi pisces, vel talla. *Idem*.

69 *Quod queo*] Quod possum. Sed sic maluit dicere, ut allusionem de sua arte faceret Syrus, et hæc re ostenderet nihil ab illo dici serio. *Idem*.

Quod queo] A coquendo sumpsit *ραψοδιον*. Sic et infra: 'Sedulo moneo quæ possum pio mea sapientia.' Et Ciceronis dictum refertur in eum, qui coqui filius secum causas agebat, 'Tu quoque aderas huic causæ.' Nam apud veteres *coquus* non per *C* literam, sed per *Q* scribebatur. *Idem*.

70 *Ad eundem istius præcepti modum*]

Arguta imitatio ad desiderandum Demeam, omnium quæ serio ille supra dixerat. *Idem*.

Conservis ad eundem istius præcepti modum] Apposito. scurrill enim *μυμήσει* et *ἀνιδεῖται ἀλαστορίας*, morali et œconomicæ ipsius philosophiæ conferens culinariam suam, quæ in sapore. Coqui præcipua ars erit servare palato, domini et hospitem morose gustum. Athen. lib. ix. c. 5. τὰ σνέμα γινώσκων τῶν κατηγμένων. Martial. lib. xiv. 220. Petronius: 'Namque ingeniosa gula est.' *Farrabius*.

71 *Hoc saluum est, hoc adustum est*] Hæc contexte et conjuncte dicuntur: quia non vicissim Syro assentatur senex. *Donatus*.

73 *Pro mea sapientia*] *Διασπρυγὸς sapientia* dixit; quia condimentum gustu ac sapore temperant coci. *Id.*

Pro mea sapientia] *Donatus διασπρυγὸς* dictum putat, cum allusione ad artem coqui. Quod si accipimus, vix dubitabitur, quia pronuntiatio aliquid adjecerit. Tale quid videtur esse in illo Plauti Stich. 11. 2. 26. 'Hic homo nimium sapit.' Certum est autem, deterius legi, in uno et altero codice, *sententia*.

Quantum ad *ραψοδιον* hic expressum attinet, conferenda est illa altera Ph. 11. 1. 17. &c. ubi *istidem* servus sibi, contra herum, *sapientiam* tribuit. Id quod per se festivum est, nulla etiam exquisitori figura accedente. *Bacclerus*.

74 *Tanquam in speculum*] Et hic *speculum* non ad imaginem vultus, sed ad contuitum contrapositis rei retulit. *Donatus*.

76 *Nos quæ facimus*] Non coci, sed Micio, *Æschinas*, et familia. An nos pro domini posuit? An nos pro ego? et hoc melius. *Idem*.

Sentio] Cum dilatione et vultuose dicendum *sentio*. *Idem*.

77 *Verum quid facias*] *Quid facias?* pro, quid faciat? unusquisque scilicet. *Idem*.

Ut homo est ita morem gerat] Utrum aptum proverbium sit servis, an etiam amicis? Ut est, 'Obsequium amicos, veritas odium parit.' Et hæc sententia modo velut querela, demissa voce, proferenda est. *Idem.*

78 *Mentem vobis meliorem dari*] *Πρὸς τὸ vis* respondet agresti feritate. nam respondendum erat, *recte*, aut *valeas*, sed hic, ne vel abiens blandus esset, pro salutationibus ipsis amara supponit. Et memento etiam hunc eundem insalutatum relinquere, qui adveniens paulo ante nec salutaverat nec resalutaverat fratrem. *Meliorem* autem, pro bona ac tolerabili posuit. non enim bonam credit, ut meliorem optet. Sic Virgilius, 'Di meliora piis, erroremque hostibus illum.' *Id.*

79 *Tu rus hinc abis*] Vult Syrus nosse an eat. *Donatus.*

Tu rus hinc abis] Qui consuetudinis memor est, animadvertit has interrogationes non inquirendi causa poni, sed admonitionis loco esse apud eos, quos velimus abscedere. Sic igitur interrogat ut hortetur: et sic pronuntiat, ut et sciat et approbet quod rogat. *Idem.*

Tu rus hinc abis] Optime apud Færnium ex Cod. Mss. Bambi et Victorii, *tu rus hinc ibis*. Muretus hunc versum, more suo, interpolavit. *Faber.*

Nam quid tu hic agas] Addidit hortatum, ut quam primum abeat. *Donatus.*

80 *Nemo obtemperat*] *Obtemperet* est in aliquot libris etiam antiquis, et in iis, Bembino. *Færnus.*

81 *Quando is, quam ob rem*] Nova locutio, *is quam ob rem*: pro, *is propter quem*. sic et alibi, 'In eo me oblecto: solam id est charum mihi.' *Donatus.*

82 *Illum curo unum*] *Unum* cum exceptione: et tamen sic loquitur, ut appareat illum non posse sibi imperare oblivionem *Æschini*. nam idcirco addidit, 'Quando ita vult fra-

ter, de istoc ipse viderit.' *Amare cepit*, et ideo tenet, 'Nam ambos curare, propemodum reposcere est illum quem dediisti.' *Idem.*

84 *Quis illic est quem procul video? estne Hegio*] Inventa causa est, cur non abeat Demeas, propter reliquam fabulæ partem: et simul aliud additur, quo indignetur. Bene autem dubitat, et familiam * inveniat civem, et multum absens a conspectu civium. *Idem.*

85 *Tribulis noster*] Hic versus et sequens in libro Bembino, Victoriano, et aliis omnibus, ita ordinati sunt, *Tribulis noster? si satis cerno, is herclest*. *rah. Idem.*

86 *Homo amicus nobis jam inde a puero. Di boni*] Horum posterior versus optime procedit: prior hæret. et necesse est, aut eum facere trimetrum iambicum scazontem, aut legere *hercule*. dictionem vero *rah* sequenti versui applicare. *Færnus.*

87 *Næ illiusmodi jam nobis magna cirium penuria est*] *Næ*, valde. *Donatus.*

Illiusmodi] Cujusmodi est Hegio, id est, qualis. Et magna *οἰκονομία* senex laudatur, ut postulationi ejus statim adeat fides. *Idem.*

Næ illiusmodi cio. &c.] *Γεγοννηὶς ταῦτα ἡθοιοῦνται, μὴλα ἡδέως*. Insunt mores, insunt affectus similes: et condinuntur utrique simplicitate. 'Laudator temporis acti Se puero,' senex, *διατελοῦσι γὰρ τὰ γινόμενα λέγοντες, ἀναμνησκόμενοι γὰρ ἡθέρται*, inquit Aristoteles de senibus, *Rhet. II. Bacterus.*

88 *Antiqua*] Simplici, pura, ingenua. *Cic. I. II. de leg.* 'Antiquitas proxime ad Deos accedit.' pro Roscio, 'Homines antiqui,' i. e. simplices ac probi: pro Quintio, 'Vestigia antiqui officii:' ad Atticum I. IX. Ep. 18. 'Vide quam sim antiquorum hominum.' *Farnabius.*

89 *Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice*] Utrum hoc optantis est,

ne moriatur? an est testimonium vitæ hominis, numquam obfaturi reipublicæ? *Donatus.*

90 *Ubi etiam hujus generis reliquias restare video?* Paucos ac raros bonos. nam *reliquias*, pro relictis panctisque dixit. ideo *restare* etiam dictum est. *Idem.*

91 *Vivere etiam nunc lubet?* Ex hac delectatione ostenditur Demea, et quam peccantibus sit amarus ac sævus: et quam facile hujus incusatione, tanquam gravi testimonio, crediturus sit: et quantum doliturus super *Æschino*, qui displiceat talibus viris. *Idem.*

SCENA IV. Senarii sunt. vs. 5. duo *Mss. nostri, de Ps. hic audiuit.* vs. 6. omnes: *nihili.* vs. 10. unus, ut edidimus. duo; *tu es pater.* vs. 12. duo: *si deseris nos tu.* vs. 13. duo, ut edidimus. ut et 18. vs. 19. unus: *quid istuc rei est?* alter: *quid istuc est?* tertius: *quid istuc?* vs. 22. unus, ut edidimus. duo: *an quisquam etiam est ampl.* vs. 23. duo: *vero amplius est.* unus; prorsus omittit. vs. 25. unus; *ubi sic factum.* alter: *n. sit f.* vs. 31. omnes: *deserat.* vs. 34. omnes: *servulorum.* vs. 39. duo: *neq. quid huic resp.* vs. 40. a *Miseram me, &c.* duo, Argentoratensis et meorum alter, novam scenam incipiunt. vs. 44. duo, ut ed. tertius quoque *qd ut habet*, et transponit illa, *ius cogit.* vs. 49. omnes: *educeti.* duo: *ac domi.* vs. 51. duo: *enitar.* vs. 54. omnes: *exequar:* cetera verba non eodem ordine ponunt. vs. 55. duo: *ut tacum animo cogites.* tertius omittit ut. vs. 61. duo omittunt, *intro.* vs. 65. unus: *ibo et req. fr.* alter: *ibo ac req. fr.* Bæcclerus.

Mores Hegionis in hac scena bene notavit Donatus: qui pro viro bono et amico voluerit omnia dicere et facere; et rem accusare, personas miserari, hinc laudes familie, tum honestæ tum liberalis. Ex qua *Æschinus* ita accusabatur, ut utriusque

rei immemor argueretur. Frostra enim argutatur Donatus, quid intersit inter bonum et liberalem virum, vs. 17. 18. Poëta ipse ab initio scenæ monstrat, *liberalem, ad ebydrem*, adeoque ad ingenium, bonum ad mores et disciplinam vitæ referri oportere. *Idem.*

1 *Pro DI immortales?* *Hac scena fidem amici erga defunctum, maturitatem senilis orationis, et accusationem ejus, quem ledere nolit ipse accusator, continet.* Donatus.

Facinus indignum? Jam narravit Geta: et recte. non enim apud spectatores iterum fuerunt dicenda, quæ dicta sunt. Illud sane admirandum, ejusmodi Hegionis verba induci, qualia esse debnerunt tantopere laudati viri, et ejusdem Hegionis ac Demeæ. *Donatus.*

2 *Quid narras?* Mirantis est, non interrogantis. *Idem.*

3 *Tam illiberale facinus?* Id est, non odisse cui succenseas, landare homines, factum reprehendere. *Idem.*

4 *Æschine, Pol haud paternum?* Mira maturitas: in qua nescias utrum magis injuriam illatam orbe virgini, an *Æschinum* peccasse, plus doleat. servatur enim in Hegione, quod vir bonus sit et amicus. *Idem.*

4 *Haud paternum istuc dedisti?* Deest, *facinus.* et *dedisti*, pro fecisti. Sed sic dicitur in re magna: ut, 'Dabit ille ruinas Arboribus, stragemque satis.' *Idem.*

Haud paternum? Non ad exemplum patris, ab ingenio et instituto illius degener. *Farnabius.*

Videlicet de paltria hac audiuit? *Videlicet*, confirmativum est. Ut *videlicet*, videre licet: sic *scilicet*, scire licet: *ilicet*, ire licet. *Donatus.*

5 *De paltria hac audiuit?* Sic errat Demea, ut intelligatur quantum debeat irasci in iis, quæ inopinata audiet. *Idem.*

6 *Is nihili pendit?* *Is*, abundat. ut in Heanton. 'Pœti: is mihi, ubi ad-

bibit plus paulo, sua quæ narrat facinora? Aut is, pro ipse: subijunctivum prænomen minus quam finitum. *Idem.*

Pater] Mitio, qui illum adoptavit, jamque corrumpi sinit. *Farnabius.*

7 *Utinam hic prope adesset]* Quasi sibi non crediderit dicenti, 'In ore est omni populo.' *Donatus.*

8 *Ni]* Si non, significat. *Idem.*

Quæ illos æquum est] Subauditor, *facere*, a superiori, per *ὁλόκληρον* intellectum. *Idem.*

Haud sic] *Asperius* est. *Idem.*

Haud sic auferent] Quomodo accipimus, *haud sic auferent?* an, Factum suum auferent sic; an, si correxerint culpam, non silentio transituros ipsos, vel ipsum quod factum est. *Idem.*

Haud sic auferent] Id est, leniter abibunt, vel subtrahent culpam. *Id.*

Haud sic auferent] Senilis et matra comminatio. et est sic demonstratio, gestum continens levissimæ ac parvæ significationis. *Idem.*

9 *In te spes omnis, Hegio]* Ut narratio non fuerit necessaria: ita preces interpolandæ sunt. *Idem.*

10 *Tu es patronus, tu parens]* Patronus aut temporale nomen est defensoris, aut certe appellatio est, per quam ostenditur, quid illi cultus et obsequii debeatur. est enim nomen ad aliquid. *Parens* autem veri amoris nomen est: et equali loco continet interpretationem. Et vide quam vigilanter Poëta, quum simpliciter matronam de absente Hegione loquentem induceret, 'Coluit nos,' dixit: quam servus et supplex, ad præsentem loquitur, 'Tu es patronus,' inquit. *Idem.*

Tu es patronus, tu pater] Solet Noter oratorie rem unam in multa partiti, præsertim ubi *ἡρωὶς* loquendum est. Confer in Andria 1. 5. 59. Bene autem hic illa elogia ad orbitatem et conditionem muliebrem retulit: ut matri, patrum; filix, pa-

trem; imo domui toti patrum, et patrem familiæ assignaret. *Bæclerus.*

11 *Ille tibi moriens nos commendavit, senex]* Servus magnam veritatis indicium addidit dicendo *moriens*: nemo enim moriens non vera loquitur et urgentia. unde in jure ultima iudicia certiora sunt. Sic alibi, 'Hanc mihi in manus dat: mors continuo ipsam occupat.' *Donatus.*

Senex] Simulus. *Farnabius.*

12 *Si deseris tu, peritimus]* Proprie, quasi patrono. nam Socius deficit, Parens prodit, Patronus deserit. Sic Sallustius, 'Post defectionem sociorum et Latil.' Et, 'Unus ob iram Prodimur.' Et, 'Prodidisti et te, et illam miseram, et quatum: quod quidem in te fuit.' Plautus, 'Qui libertos habent, eos deserunt.' Hinc et milites, qui defensores patriæ deberent esse, *desertores* esse dicuntur. Hæc autem omnia magnam vim habent. si per singulas partes orationis considerentur, ad commovendum precibus Hegionem. Et, 'Tu es patronus,' ab honesto: 'Tu es parens,' a justo. *Donatus.*

Si deseris tu, peritimus] Et huic rei maxime respondet oratorie, quæ illum maxime commovit. Ut, 'Ego victa situ.' Et, 'Pulsus ego?' Alii *πρὸς τὸ peritimus τῷ ἐσθμωσῶν* responsum putant. *Idem.*

13 *Satis pie posse]* Deest, *facere.* *Idem.*

Neque me satis pie posse arbitror] Honestæ locutio, quæ significat, quicquid fecerit pro pietatis debito illis merito parum esse. Sensus autem hic est, Neque faciam quod nefas est, ut vos deseram: nec hoc ipsum quod facio, satis pius est pro tanta necessitudine. Et bene addidit *satis*, ut, 'Et sapiens, non tamen satis.' *Idem.*

14 *Salvare Hegionem plurimum ju-beo]* Ideo providit Demea, non prævius est: quia oportuit illum audire quæ loqueretur Hegio, et ex illius jam verbis indignationem moveri.

Jubeo autem, volo significat: ab eo quod sequitur, id quod praecedit. Non jubemus enim, nisi quod voleamus. et est Homericum: Κέλευε με πάτερ ἀνδρόεσσα, θέλωμεν γὰρ "Εκτορα." CYMBENIALONA. *Idem.*

15 *Hæ. Te quarebam ipsum*] Omnes fere l. s. inter quos Bembianus, *ok, te quarebam ipsum.* FARNIUS.

16 *Major filius tuus Æschinus*] Artificiosa postulatio: in qua, ne statim Demea diceret, nihil ad se hanc querelam pertinere, quippe qui Ctesiphonem curare debeat, inferitur causa eum non dissimulet pater: quia filius: quia major est: quia Æschinus, si quid est in ipso nomine charitatis: quia fratris adoptivus, quia bonus et liberalis, et contra hæc, quibus laudatus est, fecit. *Donatus.*

17 *Neque boni*] Quasi id quod est, velit quod esse debet. *Idem.*

18 *Neque liberalis functus est officium viri*] Querendum inter bonum et liberalem quid intersit. An bonus est, qui non nocet? *liberalis*, qui etiam prodest? An bonus, qui non peccat in facto? *liberalis*, qui nec verbo quidem. *Idem.*

Functus est officium] Antiqui libri ita collocant, *functus officium est.* FARNIUS.

Functus officium] Archaismus. Officio. *Farnabius.*

20 *Æqualem*] Ὀψήλικα. *Donatus.*

Æqualem] Cœtaneum. *Farnabius.*

Quidni] Plus est *quidni*, quam *noceam*. nam quasi eortipit dubitantes, dicendo *quidni*? ut subaudiatur, *noceam.* *Donatus.*

Filiam ejus virginem Vitiavit] Vides quantum valeat injuria, vel dignitas personarum. Non contentus facinore, personas credidit ante proponendas. *Idem.*

Hem] Interjectio nunc est irati, et est irati vehementer: quippe qui aliud vitium audiebat, præter criminæ quæ sciebat. *Idem.*

22 *Quod est gravissimum*] Quia il-

lud grave. *Idem.*

An quicquam est etiam amplius] *Amplius*, quantitatis est. nam ideo, Nondum etiam audis quod est gravissimum. *Idem.*

Amplius] Id est, majus. *Idem.*

An quicquam est etiam amplius] *Liber Bembianus, an quid est c. a. Fæir.*

24 *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia*] *Plantus in Bacchidibus:* 'Quia isthæc illecebras fieri nihil potest; Nox, mulier, vinum, homini adolescentulo.' Et hæc omnia ab impulsione parte dicuntur, non a ratiocinationis: ideo et *persuasit* dicitur: nam instans persuasio, *impulsio* dicitur: ut ipse, 'Dum in debio est animus, paulo momento huc illic impellitur.' *Donatus.*

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia] Hæc inferuntur ἀνθρώποις, ut multa videantur. *Idem.*

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia] *Ovid.* 'Nox et amor vinumque nihil moderabile iuvent. Illa pudore vacat, Liber amorque meta.' *Farnabius.*

Vinum] Plus dixit, quam si *violentiam* diceret. ut, 'Tu nihil nisi sapientia es, ille somnium.' Proximum huic, et simile, est in Hecyra: 'Cum virgine una adolescens cubuerit Plus potus sese illa abstinere ut potuerit? Non verisimilia dicis, nec verum arbitror.' *Virgilius:* 'Bacchus et ad culpam causas dedit.' *Donatus.*

25 *Humanum est*] Nihil tandem ex ea sumptam consuetudine est, quod non humanum. et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. *Idem.*

Ubi scit factum] Id est, intelligit et sentit: quia supra futuræ * peccaverit: et quia qui impulsione peccat, non peccat ratiocinatione. Hic locus illi rei occurrir, *cur ergo tacuisti.* *Idem.*

26 *Venit ipse ultro, lacrumans*] *Miror:* et ad matrem venit ultro, lacrumans, ne, quod leniter aut mollius

miller tulisset, prope pactionem in-
uisse, videretur. *Idem.*

Orans, obsecrans] *Orare*, est placidos potere: *obsecrare*, iratos rogare. Unde plus facit obsecrans, quam orans: plus vero orans, quam rogans. Cicero, 'Orare et rogare.' *Idem.*

28 *Ignotum est, tacitum est, creditum est*] *'Acutérus* per *curroplav*, ut solet, hic loquitur: ut, 'imus, venimus, videmus.' *Ignotum* est autem; quod ultro venerat et lacrumans: *tacitum* est, quod orabat et obsecrabat: *creditum* est, quod fidem dabat et jurabat. Et honestius impersonaliter, quam 'ignovimus, tacnuimus, credidimus.' *Donatus.*

Ignotum est, tacitum est, creditum est] Venia data est, silentium indul-
tum, habita fides. *Farnabius.*

29 *Virgo ex eo compressa gravida facta est*] Hæc addidit, ne ex villiore usu et inhonesta patientia virginis ad conceptum libido pervenerit. et præterea quia et hoc potuit dici, Ille quidem vitia vitæ virginem: sed quid si ex alio concepit postea, quæ nunc gravida facta est? idcirco et a vitio virginis tempus ostendit, ut cum facto ratio conveniret. *Donatus.*

Decimus] *Lunaris.* *Virg. Eclog.*
'Matri longa decem tulerant fastidia
menses.' Menander Plotio: *ἡ μή μήν
δεδύσθη.* *Farnabius.*

30 *Ille bonus vir nobis psaltriam, si
Dis placet, paravit*] Conclusio accusa-
tionis. et, *bonus vir, elporela* quidem
est, sed ab eo posita, qui indignetur
virum bonum esse debuisse, qui non
sit, ut supra, 'Neque boni, neque li-
beralis est functus officium viri.' Et
simul considera, quo nomine *Æschini*-
um vocet, virum appellans scilicet,
qui vult ejus certa esse promissa, et
qui illum jampridem videri maritum
velit. *Nobis* autem, ex abundanti
τῷ Ἰβυριώτῃ ad indignationem rela-
tum est. *Donatus.*

*Ille bonus vir, nobis psaltriam, si dis
placet*] Vel *psaltriam* spondens est per

synthesin duarum extremarum voca-
llum: vel, quod magis placet, *ille
bonus*, proceleusmaticus est, eliso uno
l ex *ille*, et s ex *bonus*. *Færnus.*

Si Dis placet] Bene interpositum
ad invidiam, 'Si Diis placet: ' scilicet
per quos juratum est. *Donatus.*

Ille bonus vir] *Elporela* indignantis in
loca addita est verbis ardentibus. *Id.*

Psaltriam nobis] *τῷ Ἰβυριώτῃ*. sic
enim dicimus, et est consuetudinis
pervulgatæ. *Idem.*

31 *Illam deserat*] Id est, cui e con-
trario, dum vivat, obstrictus est. Et
deserat, virginem scilicet. *Idem.*

Illam deserat] Liber *Bembius*, et
aliqui libri *Donati*, *deserit*. quod forte
melius est, contra o. l. s. *Færnus.*

32 *Pro certone tu istac dicis*] Hoc
ideo non dicit, quia fidem non ha-
beat narranti: sed quia miratur ace-
lera. *Donatus.*

Mater virginis in medio est] Terribi-
liter satis, *in medio est*: quasi retineri
non possit, nec cohiberi quin rem
prohet. Et præterea, quoniam argu-
mentorum genera duo sunt, *ἄρετρον*
καὶ *ἄρετρον*, sicut in rebus manifestis,
ἄρετρον utitur. Hoc ergo sublati su-
percillii dicendum est, *in medio est*.
nam lentius erat, si diceret, *præsto*
est. *Idem.*

33 *Ipsa virgo*] Scilicet quæ in *Æschi-*
num reum et testis et crimen est.
Et ideo addit, *res ipsa*: id est, pondus
uteri, exactis ad pariendum mensi-
bus. *Idem.*

34 *Præterea, ut captus est servorum
non malus*] Ad hæc, intelligamus aliter
dici 'Non inertem Socratem: ' aliter
'Non inertem servum: ' aliter
'Non malum Scipionem esse: ' aliter
'Non malum servum esse.' *Idem.*

Præterea, ut captus] An, quantum
capit animus servilis, tantum non ma-
lus, neque iners Geta? An 'Ut cap-
tus est servorum, ' quemadmodum sæpe
ancupium in servis habendis bo-
num evenit? Ut in captu avium, vel
piscium, vel ferarum plurimum for-

tina dominatur. Et hoc ideo, quia servum evenire bonum, non ratio est aut natura, sed casus est, utpote in re rarissima: ut sit, 'Ut captus est servorum,' id est, eventus est in servis. *Donatus.*

Ut captus est servorum] Id est, ut se habet conditio servorum. Afranius in Simulante, 'Is, ut servorum captus est, facillime domo atque nostra familia provenditur.' Ergo *captus* sortem intelligo. *Idem.*

Non malus] Id est, fidelis. *Idem.*

35 Neque iners] Id est, artem habens. Oratoris futurum testem et indicem laudat: sed ne improbe facere videatur, parcius id facit. non enim dixit, 'Bonus et solers:' sed, 'quod in servo sufficit, 'Non malus, neque iners.' Et proferendi Getæ hæc maxime causa est, ne quod permittere videatur in servo pauperis, atrocius fiat. et simul ut hæc *πρόδωκός* non contristet Getam: quem prius laudat, dicturus, 'Hunc abduce, vinci, quære rem.' *Idem.*

Alit illas: solus omnem familiam sustentat] Duas hic res docet: et unde hæc vivant; quod testimonium pudicitie est; et gravem testem posse esse Getam. *Idem.*

Solus] Incerta distinctio est, *solus*. sed melius, 'Solus omnem familiam sustentat.' Hoc verbo tenuis victus ostenditur, quod bene frugi esse monstratur in feminis. *Idem.*

36 Hunc abduce, vinci, quære rem] Non multum permittit, utpote de alieno servo; ideo Geta plus de se largietur. ipse tamen *ἀνδρὲς* tria posuit, ut multa videretur dicere. *Idem.*

Hinc abduce] Ut, 'Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis.' Nam postea e litera huiusmodi verbis aucta est. *Idem.*

Hunc abduce; vinci] Bono ordine. et *abduce*: ab hoc illic ubi nemo possit intercedere. et *vinci*: ne solutus, ut sciat si verum servus accuset. *Id.*

Quære rem] Latenter præter vincula, etiam tormentasignificavit. nam hoc *quære rem*, pete rei veritatem, significat. *Idem.*

37 Imo hercle extorque] *Ἄρεστος πλοῖς*. Et bene ipse de se plus et apertius, quam Hegio, largitur. *Id.*

Extorque] Multum dixit: non *torque*, sed *extorque*. *Torquemus* enim hominem: *extorquemus* veritatem. *Id.*

38 Coram ipso cedo] Liber Bembinus et Vaticanus: *coram ipso, cedo*: id est, exhibe eum in conspectum nostrum. *Faërus.*

39 Pudet] Adversus hoc dicit, et perturbatus Demea. Majoris erit ponderis *puet* dictum, si *me* nec addas, nec subaudias. *Donatus.*

40 Differor doloribus] Divellor, discrucior, dilaceror. Et proprie hoc genus querelæ convenit parturienti, et cui viscera distenduntur: et ei quæ inexpertum dolorem nunc primum sentiat. *Idem.*

41 Juno Lucina, fer opem] Bona procuratio Poëtæ: ut et vox parturientis, pro testimonio succedat, ad inflammandum Demeam. Et nota, puellarum quæ in comædiis honestæ sunt, et ex amore dicantur, aut nullam in scena esse, aut rarissimam vocem. *Idem.*

Juno Lucina fer opem] Andr. act. III. scen. 1. *Farnabius.*

Fer opem] Partui. *Donatus.*

Serva me, obsecro] Parturientem. Duas enim res poscit hæc precatio: et nascentis, et parturientis, salutem. *Idem.*

42 Numnam illa quæso parturit] Illa scilicet de qua sermo est, quid enim opus fuerat nomine? *Idem.*

43 Illæc fidem nunc vestram implorat] Hæc oratoria *πλάσις* est. non enim vere rogat: sed videtur hoc facere. Et *implorare*, est in malis positos cum ploratu aliquem rogare. *Idem.*

Hæc fidem vestram nunc impl. &c.] Oratorie et extemporalis consilio, in

subsidium causam vertit, quod fors obtulerat. *Basilienus*.

44 *Quod vos vis cogit, id voluntate impetret*] Artificiose: ne totum simpliciter agendo, diffidere causam videatur. *Vis* igitur legum intelligitur. *Donatus*.

Quod vos jus cogit] Antiqui libri pro *jus*, *vis* habent, sed Bembinus etiam ascriptam in margine interpretationem, *vis*, necessitas legum. quamvis autem in libris Domati hæc dictio ita scripta sit, ut et pro *vis*, et pro *jus*, legi possit; si tamen interpretationis ejus verba considerentur, apparet eum *vis* legisse; dicit enim, *vis*, legum intelligitur; ubi si *jus* legisset, supervacue exposuisset *jus*, legum. *Faërnus*.

Jus cogit] Menand. *ἡ τοῦ δικαίου γένεσις, ἡ κατὰ νόμους, ἡ κατὰ ἀδίκους, ἡ γὰρ τῶν ἐθνῶν τῶν κατὰ νόμους*. *Farnab.*

45 *Hæc primum ut fiant, &c.*] Quod dixerat, *quod vos cogit jus, id voluntate ut impetret*, nunc amplificatione affectusque extollit: officii necessitudinem demonstraverat; adjicit et vota precesque, *deos quæso* sin aliud animo agitent, tum vero non legibus auctoritatem, non sibi industriam defore ad defendendas partes Pamphilæ, cujus officii sui studium ex necessitudine non simplici deducit, ne quid inter utrinque amicos aliter quam opus esse suscipere aut tractare videatur. *Basilienus*.

Deos quæso, ut vobis deest] Hoc est, non voluntate adversarium fore. *Donatus*.

Ut vobis deest] Πάπαυερνός dixit, non ut puellæ utile est, sed ut vobis deest. *Idem*.

Vobis deest] Græce dixit, *ὅπως ὑπάρχει*. et deest. *Idem*.

Vobis deest] Hellenismus, ad Grammaticam nostram, *Farnabius*.

46 *Sin aliter animus vester est*] Officium amici exequitur in reddenda causa, cur adversarius futurus sit. *Donatus*.

Ego, Demea, summa vi hæc defendam] Non dixit id quod est, 'Vos ulciscar:' sed 'Hæc defendam.' *Id.*

47 *Hæc defendam*] O. l. s. et *Donatus*, *defendam hæc*. ut et ratio versus exposcit. *Faërnus*.

Atque illum mortuum] Idonea causa est, adversus vivos querimoniam faciendo, pro mortuo scilicet. Qua in re, et de officio suo locutus est, et exaggeravit culpam in *Æschinum*, qui videbatur in uno et eodem facinore vivos mortuosque læsisse. *Donat.*

Hanc atque illum] Pamphilam et Simulum. *Farnabius*.

48 *Cognatus mihi erat*] Causa exposita, jam agit Hegio de persona sua, utrum recte faciat: ut quam personam inducit * ostendat habiturus. Quoniam amicitiarum duo genera sint, unum necessarium, id est, propinquitas sanguinis; alterum voluntarium, quo nobis etiam alienissimi conjunguntur; Micionem dicit ac Demeam, et vivos et voluntarios tantum sibi amicos esse. Simulum vero, et mortuum, et non solum voluntate, sed et necessitudine amicum fuisse conjunctum. In qua re et illi non deerit, et his purgatur. Sed et, *Cognatus mihi erit*, vultu adjuvat: quia non a conjunctione inceptiva sumpsit exordium. *Donatus*.

Cognatus mihi erat] Officia multa contra officium unum Demeæ amicitie ac Micionis. *Idem*.

50 *Paupertatem una pertulimus gravem*] Έρανοπόα est, quia magis conjungat malorum consortium, quam bonorum. *Idem*.

51 *Nitar, faciam, experiar*] Sic dicit, ne dicat *vindicabo*: quod vult magis significatum esse, quam dictum. Et ne ei diceretur, nihil poteris; quod ad incipiendum sufficit, dixit *experiar*. *Idem*.

Experier] Litem intendam, iudicio agam. supra act. III. sc. 2. *Farnabius*.

52 *Animam relinquam potius*] Modesta comminatio: prius quid sibi possit evenire dixit, quam quid passurus sit *Eschinus*. *Donatus*.

53 *Quid mihi respondes*] *Respondere* proprie dicitur, quum lis intenditur. *Respondere* enim est priorem alloqui, quasi respondere, verba fundere. ut, 'Funditque has ore querelas.' *Respondere*, posteriore loco dicere. *Idem*.

Fratrem conveniam, Hegio] Vultuose promuntiandum, hoc quod addidit, *Hegio*, quasi dicat: Res in manu fratris est constituta, non mea. *Idem*.

54 *Is quod mihi de hac re dederit censidum, id sequar*] Hic verus totidem elementis habetur in *Phormione* II. 4. 21. ubi *Gayet*. *Bæclerus*.

Is quod mihi, &c.] Est quippe *Eschinus* in illius potestate, non mea. *Farnabius*.

55 *Sed, Demea, hoc tu facito*] *Επιτάξεως* supra habitæ comminationis. *Donatus*.

56 *Quam vos facillime agitis*] Ut et supra, 'Facile victum paret.' Et vide quam oratorie laudes sumpserit argumenta suadendi. *Idem*.

Quam vos facillime agitis] Pertinent huc quæ ad *Cureulionem* *Plauti*, I. *Douza*, et ex eo *Plauti* *Interpres* notavit ad *Epid.* II. 5. 57. add. *Guyet*. *Bæclerus*.

Quam estis maximî] *Victorianns*, et omnes fere l. 1. *quam estis maxime*, ut consequentia sermonis videtur exigere: sequitur enim *tam maxime*. *Fœrnus*.

Vos facillime agitis] In otio et opulentia vitam agitis laete, poëtis *Græcis* Dii sunt *ῥεῖα ῥέσσης*. *Farnabius*.

57 *Potentes, dites, fort. nob.*] Horum enim mores mox notantur act. IV. scen. 2. 'Qui ita putant, sibi feri injuriam ultro, si, quam ipsi fecere, expostules; Et ultro accusant.' Res ardua scilicet, opulentes et nobiles non altiora spirare. *Aristoteli* divites

plēsiq̃ue ὀβρινοὶ καὶ ἀνεφάρμοι, πάντων τὶ ἀπὸ τῆς κτήσεως τοῦ πλεόντων quod alibi etiam de fortunatis notat: οὐκ ὀλONTai δὲ παθεῖν ἄν, οὐτὲ οἱ ἐν ἐβρουχίαις μεγάλαις ὄντες καὶ δοκοῦντες, διδὲ ὀβρινοὶ, καὶ ἀλίγυροι, καὶ θρασαῖς. et addit iterum: ποιεῖ δὲ τοῖς τοιοῦτοις πλοῦτος, ἰσχυρὸς, πολυφύλλος, δύναντος. quæ verba nostrum verum plame interpretantur. *Bæclerus*.

58 *Æquo animo æqua noscere oportet*] Bene dixit, 'æquo animo:' quia potentiori et fortiori contra naturam est æquitas. *Donatus*.

Æqua noscere] Forma loquendi Græca est ἐπικειῖ ἡ γνῶσις, *estre juste, estre raisonnable*. ad verbum est, ex genio linguæ Græcæ, *avoir les sentimens d'un honneste homme, d'un homme, d'un homme de bien*. *Faber*.

60 *Redito*] Prosequebatur eum, quemadmodum apparet ex verbis. *Idem*.

61 *Decet te facere*] Sollicita obsequela *Hegionis*, ultima in loquendo, ostendit impotentiorē personam contra *Eschinum*, quo magis gaudium crescit comœdia: quando tali ac tanto pauperior puella, sed tamen capta, jungetur. *Idem*.

62 *Non me indicente*] Quia dixerat, 'Ipse sentiet posterius.' Et nimis dara compositus est; sed apta irascenti. *Idem*.

Non me indicente hæc fient] *Fient* *Bembinas* liber, sed alii omnes, *sunt*, et, ut videtur, etiam *Donatus*, qui asserit hoc *Demeam* dicere, quia dixerat, 'Ipse sentiet posterius.' Quod non quadraret, si nunc de futuro loqueretur: sensus enim est, hæc sunt me non tacente, sed potius reprehendente: potest tamen sustentari *fient*, ut sit, hæc tacente me, non admittentur, quia ea reprehendam et objurgem. quod tamen durum est, cum hæc præterita jam sint, nec tractum præsentis temporis habeant. hic glossa ascriptum est in margine libri *Bembini*. 'Indicente, tacente: nove,

immo potius κατὰ ἀρχαίον nam nusquam legimus, nisi in hoc loco: indicientem enim dixit, non dicentem.' *Faërus.*

Non me indiente hæc sunt] Hæc flagitia non sunt ab Æschino me hortante, non vetante. atque utinam hoc sit ultimum. *Farnabius.*

Utinam hoc sit modo defunctum] *Utinam,* desperandi vim habet. *Hoc,* id est, negotium; id est, raptus virginis. *Defunctum,* finitum, id est, ut non pejora committat. *Defunctum,* finitum, id est, ne ulterius peccet Æschinus. *Donatus.*

Utinam hoc sit modo defunctum] Duo antiqui libri, Bembinus et Victorianus, *utinam hic,* habent. ita *defunctum* impersonale erit: ut sit sensus: utinam sit defunctum hic, id est, in hoc negotio: ne Æschinus pejora committat. *Faërus.*

63 *Nimia illæ licentia]* Quam illi dat Micio. *Donatus.*

Verum nimia illæ licentia est] Et ingenio solliciti iratque senis, nec minus tamen τῇ οἰκονομίᾳ convenit hic metus, et mali præsagium: ut Æschino inculentius decedat postea, quod fratris caussa contraxerat, infamiae, et opinione patris honestior comperiat ac liberalior. *Bæclerus.*

64 *Profecto evadet]* Per ardua et prærupta veniet. *Donatus.*

65 *Hæc evomam]* Non effundam, sed *evomam:* utpote quæ me ægrum faciant, quibus me relevabo, cum languor ille egestus sit. nam *evomam* hoc translatione significat. *Idem.*

SCENA V. Senarii sunt. Notat *Donatus,* 'Hos sex versus in quibusdam non ferri.' vide Guyetum. vs. 4. *Mss.* nostri omnes: *si est facturus ut sit officium suum.* etiam vs. 5. omnes, ut edidimus. In uno meorum coherent hi versus superiori scenæ. *Bæclerus.*

Bono animo fac sis, Sostrata] Hi sex versus in quibusdam non feruntur. In hac scena videtur jam locuta *Sostrata* Hegio respondere. *Potest tamen et ipse*

incipere, tanquam qui et rem noverit, et mœrore ejus moveatur. *Donatus.*

1 *Bono animo fac sis, Sostrata]* Meminisse debemus, quod dixit, 'Due me intro ad Sostratam,' et quia hoc intro, in proscenio est ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΙΤΝΝΙΝ* non post scenam. nam aliud significat, 'Eamus intro,' ubi dicitur, 'Intus despondebitur, intus transigetur, si quid est quod restet.' illud enim interius agitur extra omne proscenium. *Idem.*

Bono animo fac sis] Bene Eugraphius: 'Senex ingressus domum, vidit parturientem puellam, ejus matrem consolatur, promittens se conventurum Micionem Æschini patrem, et coacturum, ut vitiatam ducat uxorem ille, qui vitiauit.' Ad maturandum enim negotium, cito digreditur, et inter exeundum hæc intro ad Sostratam loquitur, ut mos est personis comicis. *Bæclerus.*

Bono animo fac sis] In quibusdam exemplaribus sex isti versus pro genuinis non feruntur. *Farnabius.*

Fac sis, Sostrata] *Sis* honorifice additur verbo, ne quod imperativo modo pronuntiatur, superbum sit. Deductum est autem a senatusconsulti formula: ubi enim aliquid senatus consulibus injungit, addit, 'Si eis videatur.' *Donatus.*

Et istam quod potes] Quia vox ipsa tristis, et circa tristem filiam, quod *potes* dixit. *Idem.*

Istam] Pamphilam. *Farnabius.*

2 *Fac consolere]* Duas res dixit, quas et ordine locutus est: Et tu bonum habe animum, inquit, et filiam fac habere. *Donatus.*

Ego Micionem] Quia Demeam jam vidit. *Idem.*

4 *Si est facturus officium]* Hoc dicendo, promittit eum esse facturum: nam facile est unumquemque suo officio fungi. *Idem.*

5 *Sin aliter de hac re est ejus sententia]* Scandendus hic versus est contractione ejus in unam syllabam: aut

ea dictio defendenda, quæ nec in libro Bembino est. *Fairnus*.

Sia aliter, &c.] Servat suos mores: ut antea dixerat: *sin aliter animus vester est, &c.* noluit enim vir optimus desperare, quia facturus esset officium Micio, ad quem Demea rem rejecerat; sed si tamen præter opinionem tergiversaretur, animum pa-

troni et defensoris ostendere debuit Hegio in istis verbis: 'Ut quid agam quamprimum sciam?' i. e. ut in jus vocem, causam ad judicem deferam. *Bæclerus*.

6 *Ut quid agam quam primum sciam*] Mature, neque comminatur, neque segnem ostendit se fore. *Donatus*.

ACTUS IV.

SCENA I. Iambici sunt octonarii. unus: *dimeter horizon*. vs. 2. omnes Mss. nostri: *nunc autem maxime*. vs. 4. omnes: *proreus e lecto neq. surg.* vs. 6. omnes, ut edidimus. vs. 9. duo: *prius nos oppressisset patrem illic*. vs. 12. unus: *nihil nunc in mentem*. duo: *nihil ne in mente est? et mox: tanto nequior es*. vs. 14. duo: *hinc ut opera d. s.* vs. 16. omnes: *vah. q. vell. ut etiam n.* vs. 21. omnes: *pro gudio*. et mox: *quidnam. S. lupus est in fabula*. vs. 23. duo: *potin es ut des*.

Hæc est scena, quæ Ctesiphonem demonstrat præcipue, rudem, simplicem, liberæ ingenio; ad facinora et fraudes indocilem. *Bæclerus*.

Ain' patrem hinc abisse rus] *Hic ostenditur timiditas boni adolescentuli, et verti? se ad peccandum ex delicti conscientia, et reverentia parentis apparet. Item mos verorum patrum circa filios, Syro Demeam describente. Donatus*.

1 *Ain' patrem hinc abisse rus*] Compendio ostenditur, quid sit jam locuturus Syrus. *Idem*.

2 *Nunc cum maxime operis aliquid facere orado*] Vide quasi *blayna* verborum Syri esse, de opere loqui: sic enim dicit et Demeas. sed illud falso, hoc serio. *Idem*.

Eum maxime] *Ὁν μάλιστα*. Al. cum maxime. *Farnabius*.

Utinam quidem] *Apud villam sit, subaudiendum, et distinguendum,*

Delph. et Var. Clas.

ante quam inferatur quod sequitur. *Donatus*.

3 *Quod cum salute ejus fiat*] Hoc non est odisse patrem: sed tantum timere ex proprio delicto. servatur enim in eo et amor filii, et amoris effectus. *Idem*.

Quod cum salute ejus fiat, &c.] *Correctio φιλότητος. Farnabius*.

4 *Ut triduo hoc perpetuo*] Quantum sufficiat amori. etenim non opus erat perpetuo dicere, si triduum dixisset. *Donatus*.

5 *Et istoc, si quid potis est rectius*] *Deest addl. nam si mortem significaret, non conveniret adolescentem ita dicere: videtur enim plus temporis optasse languori. Idem*.

Istoc si quid potis est rectius] Mortem ab improbo servo significari volunt: quod quia præsentem filio importunum, videtur avertisse se a Ctesiphone. *Muret. Variar. Lect. l. xvi. c. 3. Farnabius*.

6 *Nam hunc diem misere nimis cupio*] *Moriatur scilicet: et hoc adversus servum debet dicere, ne indecorum adolescentis personæ sit, hæc ita dixisse. quamvis ejusmodi adolescentes inducant comici. ut Nævius in Tribaselo: 'Deos quæso, ut adimant et patrem et matrem meos.' Donatus*.

Misere nimis cupio] *Nimis abundat, more comicorum, qui hoc dicto asseverationem inculcabant. Idem*.

Terent.

4 Z

Cupio, ut corpꝰ, perpetuum in lætitiis degere] Qui et supra dixit, 'Ita quæso: quando hoc bene successit, hilarum hunc sumamus diem.' *Idem.*

7 *Et illud rus nulla alia causa tam male odi*] Mire ostendit omnia ex delectis in pravam verti: adeo ut miseram putet adolescens suburbanam villam, qua re cæteri delectantur. Illud ergo tanquam cum detestatione dixit: et *male*, et *nimis*, et *miseræ*. Nam *nimum*, et malum miserumque est; secundum illam sententiam, 'Ne quid nimis.' *Idem.*

Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prop'e est. Quod si abesset longius] Prior versus iambicus est octonarius, qui multis quidem rationibus sustentari potest, sed hæc mihi simplicissima videtur, ut ex *tam* melidatur, quanvis sequente consonante. posterior vero iambicus dimeter, non facta synalœpha in *si abesset*; vel facta, trochaicus dimeter catalecticus. *Faërnus.*

8 *Quod si abesset longius*] Amori magis, quam rei consultit adolescens. *Donatus.*

9 *Prius nox oppressisset illic, quam huc reverti posset iterum*] Vide mihi *Faërnus* pag. 134. edit. Jantiniæ. Versus stare non potest. legerem, *Prius nox oppressisset illic, quam huc posset revertier*. est Trochaicus octonarius catalecticus, et esse debet. *Faber.*

10 *Jam huc recurret, sat scio*] Mire de sene, *recurret* dixit, ut ejus instantiam demonstraret. *Idem.*

12 *Nihilne in mentem*] Sic hoc accipiendum est, ut adolescenti libero malitiam putemus, non sapientiam deesse: adeo in hac re magister est servus. *Idem.*

Nihil ne in mente est] Sano hic locus similis est ei, qui in *Heautontimorumenos* est, 'Ego dicam, quod mihi in mentem.' *Faërnus.*

Numquam quidquam] Παράκωρ, pro numquam, id est, non. *Donatus.*

Tanto nequior] Sic hoc dictum est, ut e contrario dicimus, 'Tanto melior.' *Idem.*

13 *Cliens, amicus, hospes nemo est vobis*] Vide magistrum ad nequitiam, ut simplici adolescenti mentiendi viam demonstrat, et honestum tentet afferre argumentum ad mendacium, propter clientem, amicum, aut hospitem in urbe cessare visum: quod tamen nec sic intelligit rudis ac rusticus adolescens. *Idem.*

Cliens, amicus, hospes nemo est vobis] Mire sic interrogavit, ut qui agrestes inhumanosque reprehendat, et insociabiles aliis, propter asperitatem rustici senis. *Idem.*

14 *Hæc opera ut data sit*] A superiore subauditur, 'Veniat in mentem: id est, cogita dari potuisse: et datam dicito. *Idem.*

Quæ non data sit] Hic de facto quæstio est, in qua quidem disputant quædam tunc possibilia intelligi, quando facta sint. quum autem non fiunt, non modo non fieri, sed ne possibilia quidem esse dicenda. qui locus *τεπὶ δυνατόν* dicitur. *Idem.*

Quæ non data sit] Menander. "Ἀποτὴν ἐστὶ πᾶντας ἐπιστάσθαι καλὰ: Ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς τὰ ληθὴ λέγειν. *Faërnus.*

Potest] Iterum subauditur, *fieri*, ut data sit: vel, ut credatur data. *Donatus.*

15 *Interdium*] Bene: quia amatori maxime nocte opus est. *Idem.*

16 *Vah! quam vellem etiam noctu*] Hoc utriusque personæ convenit, sed melius et Syro, et facetius dicitur. et quidam totum Ctesiphoni assignant, abususque *interdium*. Et, *quam vellem*, proprie dicimus in his, quæ non videntur fieri. Bene igitur deficiente argumento, cum aliud non inveniret, in vota conversus est. unde videntur magis hæc verba Ctesiphonis esse. *Idem.*

Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari] Versus una syl-

laba redundat; sed, dixi sæpius, *vah*, et aliæ ejusmodi interjectiones, exclamationes, extra metrum interdum censentur. *Faber.*

17 *Calleo*] Callide scio. *Donatus.*

18 *Cum fervit mazure*] Tertia conjugatione dixit, unde *fervere* dicitur, correpta media syllaba. *Idem.*

Fervit] Ira. quæ ebullitio dicitur sanguinis circa cor. *Farnabius.*

Quo modo] Miratur, quia timet eum, quem iate contemnit. *Donatus.*

19 *Laudarier te audis libenter*] Quod a Demea dicitur, in omnes parentes dici puta, nam nemo tam asper est pater, ut non statim mitescat laudato filio. *Idem.*

Facio te apud illum deum] Landibus te ad cælum usque extollo. Socrates apud Platonem in Menone: Οἱ Ἀδάμνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάσωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῶς, φασίν, ἄνθρωπος ὅστος. *Farnabius.*

20 *Virtutes narro*] Non dicit elegantem indolem, sed *virtutes*. *Virtutes* autem sunt perfecti sapientis, vel divi alicujus. Et bene cum stupore respondet *meas*? ostendens quod nullæ essent. *Donatus.*

Cr. Meas? *Sv. tuas*] Cum gesta pronuntiare debemus, ut intelligatur irrisio. *Idem.*

Lacrymæ cadunt] Hom. II. vi. Δακρυῶν γελῶσασα. Xenoph. Rerum Græcarum VII. Κοινὸν τι ἄρα λόγῃ καὶ δάκρυά ὄντι. Lacrymas in angulis oculorum se ostendere, prorumpere tamen ex spiramentis duobus, quorum unum sit in superiore gena, in inferiore alterum, autmant Philosophi. Lacrymas ex ira vel tristitia per inferius manare, quia cordis ea sunt accidentia; alia quæ ratione profunnt, per superius meare, quia eventus causa sit de cerebro. Cœl. Rhodig. lib. XII. c. 4. *Farnabius.*

21 *Quasi puero, gaudio*] Deest, *pæ:* ut sit, *pæ gaudio*. *Donatus.*

Lupus in fabula] Silentii indicio est in hoc proverbio: atque ejusmodi alletio, vel in ipso verbo, ut ipsa fa-

bula conticescat. Quia lupum vidisse homines dicimus, qui repente obmutuerint: quod fere iis evenit, quos prior viderit lupus: ut cum cogitatione in qua fuerint, etiam voce et verbis careant. Sic Theocritus, ὁ φθέγγει; λύκον εἶδες. Et Virgil. 'Vox quoque Mærin Jam fugit ipsa, lupi Mærin videre priores.' Alii putant ex nutricum fabulis natum, pueros ludificantium terrore lupi, paulatim e cavea venientis usque ad limen cubiculi. Nam falsum est quod dicitur, intervenisse lupum Nævianæ fabulæ alimonis Remi et Romuli, dum in theatro ageretur. *Idem.*

Lupus in fabula] Silentii indicio quoties intervenit is de quo fuerat mentio. Plato in Phædro. λέγεται γοῦν, ὃ φαῖδρε, διακρινεῖσθαι, καὶ τὸ τοῦ λύκου εἰπεῖν. Obmutescere quippe creditum quos prior viderit lupus. vide quæ nos ad Eclog. IX. Virgili: 'Vox quoque Mærin Jam fugit ipsa, lupi Mærin videre priores.' *Farnabius.*

22 *Fuge modo intro*] Non dixit *i*, vel *abi*, vel *vade*: sed *fuge*, tanta celeritate opus est. *Donatus.*

23 *Si quid rogabit, nusquam tu me*] Magna virtute Terentius rudem, simplicem, timidumque inducit Ctesiphonem ab initio: ut is sit, qui mox opprimeretur cum meretrice accumbens interventu patriæ, ob imprudentiam ac rusticitatem suam. *Idem.*

Nusquam tu me] Scil. vidisse respondere. Familiaris ἔλληψις et apta properanti. quare hæc omnia pressa voce cum celestitate pronuncianda sunt. *Idem.*

SCENA II. Trochaici octonarii catalectici sunt. vs. 3. Mss. nostri omnes, ut edidimus. vs. 5. duo: *discernere*. unus: *nescio pro nequea*. vs. 12. unus: *ego istuc hodie*. alter: *ego hodie istuc*. vs. 13. omnes omittunt τὸ *jam*. vs. 14. unus: *tum*; alter, *tantum pro tamena*. vs. 17. omnes omittunt, *hem*. vs. 22. duo: *prodiisse*. omnes: *factum est*.

verum venit post insan. vs. 23. omnes : non puduit. vs. 24. unus omittit, *ego*, alter modo. vs. 28. duo : *referre*. vs. 29. duo : *idem sensit quod ego*. vs. 36. duo : *versam*. omnes : *hac te præcipita*. vs. 37. omnes : *prope est*. vs. 38. duo : *quidnam*. unus : *quodnam*. omnes interponunt : *nostrin?* D. novi. vs. 43. duo *templum* adiciunt ex glossa, sed diverso positu. vs. 44. duo : *locum*. in tertio *rd lacum* emendatur in *locum*. vs. 45. omnes : *ex aduerso*. duo, *fabrica est*. vs. 46. omnes : *illigence*. vs. 47. *rd ubi potatis vos*, omnes Syro tribuunt, Demæ signum præmittentes *rd bene sane*. vs. 50. unus omittit *rd jam* : alter *autem* pro eo habet. vs. 51. unus : *unumquicquid*. alter : *unumquodque*. Argent. *atque unum quod quidem ferculum erit bellius*. Bæclerus.

Næ ego homo sum infelix] In hoc actu exemplum est, neminem facitius, quam optimum quemque falsi atque detudi, ut Virgilius ait. Et næ valde significat. 'Et næ illi vehementer errant;' Cicero in Catilinam. Donatus.

1 *Næ ego homo sum infelix*] Vide initium conveniens perpetuo mœrori Demæ. Per totam fabulam, aut dispersi dicit, aut *defessus sum*, aut aliquid tale semper est, quod queratur : ita tamen, ut cum augmento sit miseria, quotiescunque processerit. nam plus est quod nunc dixit ; *Næ ego infelix homo sum!* quam *disperti*. Idem.

Næ ego sum homo infelix] Solenne Demæ in scena carmen : quem sui mores vel iracundia exæstuant, vel sollicitudine trepidantes, felicem esse non patiebantur. Bæclerus.

Nusquam invenio gentium] Abundat gentium. Donatus.

2 *A villa mercenarium vidi*] Sapientissime Terentius, etsi proxima villa est, necessario senem ad reliquos actus fabulæ polnit ab urbe discedere, personæ senilis memor. nam et arduum fuerat, dum redit, et cruciabile, ne fatigatio ejus in tragediam trans-

iret. Recte igitur invenit, a mercenario illi in urbe narratum, ruri non esse Ctesiphonem. At ubi persona est adolescentis, et proficiscitur ad villam, et continuo redit. ut in Euancho Phædria. Et a villa. utrum a pro de positum est? ut sit, *de villa*. an deest *venisse?* ut sit, a villa vidi venisse mercenarium. Idem.

3 *Nec quid agam, scio*] Utrum fratrem an filium magis queram. nam senex querulus tria dicit esse incommoda sibi: quod fratrem non inveniat: quod Ctesipho ruri non sit: quod utrum in urbe maneat, an ad villam abeat, ipse nesciat. Idem.

4 *Syre, quid eis*] In melioribus Mæ. quid est? Faber.

Verum] Modo verum, nomen non est : sed adverbium confirmantis, id est, vere. Donatus.

Perii] Hæc Ctesiphonis perturbatio huc tendit Poëtæ arte, ut deprehendatur cum amica filius, repente ingresso sene. Idem.

Quin tu animo bono es] Nunc quin, pro *quinimo* positum est. Idem.

5 Quid hoc (malum) infelicitatis] Abundat malum. Idem.

Quid hoc (malum) infelicitatis] Deest, deos testor. Idem.

Quid hoc (malum) infelicitatis] Hic autem malum, pro interjectione positum, quasi dicat, o malum : et est dictum anxii hominis, et perturbati nimis. Idem.

6 Nisi me credo] Pro, nisi quia jam superest, ut me credam. hic enim sensus est in hujusmodi locutione, *Nisi me credo huic esse natum rei*. Idem.

Nisi me credo huic esse natum rei] Nova locutio, pro, nisi quia credo. Et huic rei, potest subtrahi incolumi sensu : ut, *Ni me credo natum esse secundis miseriis*. Ergo huic rei, subdistingnuendum : et sic inferendum, *secundis miseriis*. Ergo huic rei, pro, ad hanc rem. Idem.

Huic esse natum rei, fer. mis.] Huic

rei, ferendis miseriis; ἐπεγγράμους, et comice. *Bacchus.*

7 *Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia*] *Ἐρασμώφω. Donatus.*

Primus sentio malu] Ridiculus error Demetrii. Et *primus*, ad ordinem: *solus*, ad numerum dicitur. *Idem.*

8 *Primus porro obnuntio*] Qui malam rem nuntiat, *obnuntiat*: qui bonam, *annuntiat*. nam proprie *obnuntiare* dicuntur augures, qui aliquid mali omnis scævamque viderint. Ergo, *obnuntio* malum imminens, quasi omen nuntio. inde enim *ἐμπροσθεν* hujusce verbi est. *Idem.*

Obnuntio] Qui bonam rem nuntiat, *annuntiat*: qui malam *obnuntiat*, i. e. contra nuntiat. unde Augures dicebantur *obnuntiare*, ubi aliquid mali omnis scævumque vidissent. Cic. pro Sestio: 'Cum auspiciis religionique parens obnuntiaret.' *Farnabius.*

Ægre solus, si quid sit, fero] Prave scilicet. *Demetrius.*

9 *Is solus necesse omnia*] Et bene *solus*, utpote de multis: quia quum sciat Micio, Syrus, Æschinus, Ctesiphon, populus, hic solus fallitur. *Id.*

10 *Si forte frater redierit, viso*] Præ, si rediit. *Idem.*

11 *Vide ne ille huc*] Jam metuitur quod futurum est. Et quum neutrum sit, *irruat*, nove intulit se. Præterea sic dixit, *irruat*, tanquam de eo qui pugnaturus sit. Ut in Ennecho, 'Quam mox irruimus?' Aut tanquam de suæ. Ut Horatius, 'Hac latulenta ruit sus.' Et Virgilius, 'Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus.' *Idem.*

Huc prorsus se irruat] Neutrum verbum, quasi activum, *se irruat*, posuit. *Idem.*

Etiā taces] Antiquæ pro *tace*. Sic in Andria, 'Etiā tu hoc respondes?' pro *responde*? Est ergo correctionis significatio. *Idem.*

12 *Hodie ego istuc committam tibi*] Quod ago jam: id est, complexum mulieris. *Idem.*

Nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi] Notæ Donati nugantur: 'Quod ago,' &c. Sensus patet: Nunquam ego istuc committam tibi, sc. negotium amovendi patris, non audeat pollicitationi, de amovendo patre credere, adeoque securum me non prius putabo, quam donec in cellam me aliquam conclusero. *Bacchus.*

13 *Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam*] Id egit stulte adolescens, ut ibi deprehendatur, ubi conclusus est. sed sic ipse egit, ut possit subterfugere, non deprehensus, conspectum patris. *Donatus.*

In cellam aliquam cum illa] *Ἀντρίης* figura: dicimus 'in locum,' pro, in loco. 'In cellam concludam,' non *in cella* ait. Et mire: ut reclusum tantumque locum subiret, cellam scilicet, quam ob ea quæ in ipsa celantur, clausum esse conveniat. nam et *cella*, et *cellarium*, a reponendis celandisque rebus esculentis et poculentis dicitur. *Idem.*

14 *Age, tamen ego hunc amovebo*] Mire *amovebo* dixit, non *deterrebo*. nam proprie amovetur saxum de loco, in quo verbo significat, imminere sibi magnum laborem in hoc opere. Et vide *ἀγέτω*. Supra, 'Ut pecudem abigam hunc rus,' dixit: modo, 'Ut saxum amovebo,' inquit. *Idem.*

Hunc amovebo] Abigam hunc rus. supra act. III. sc. 3. *Farnabius.*

15 *Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest*] Nimis moraliter expressa verba sunt Syri, verberatum se indicantis. quis non ex verbis servum verberatum intelligat? et servum fugam comminantem? Mire autem, non *ego*, sed *quisquam* dixit. nec *permanere*, sed *durare*; nam hoc verbum perferendis malis convenit. ut Virgilius, 'Durate, et vosmet rebus servate secundis.' Hæc autem omnia sic dixit, quasi non videret Demeam. *Donatus.*

16 *Quot mihi sint domini*] Et hic apparet non a legitimo domino verberatum esse. *Idem*.

Quæ hæc est miseria] Deest quam patior, et quasi comploratio quædam est flebilis post querelas. *Idem*.

17 *Quid ille gannit*] *Gannitus* est proprie veluti ploratus vapulantium. *Idem*.

Quid ille gannit] Quid veterator ille conqueritur gannitu? quod vulpius est. *Al. garrit. Farnabius*.

18 *Quid malum*] Et hic malum, pro interiectione abundat. *Donatus*.

Quid, malum, bone vir mihi narras] Hujus quoque loci sensum Nannius involvit obscura quadam diligentia. Sensus est: quid, malum, me contumeliæ causa appellas, quid mihi illud tuum, *bone vir*, (μυνηγνῶς, quo me scilicet irrides et vituperas,) occinis? quasi non satis afflictus, satis miser sim; injuria sc. filii tui. ἡθικὸς poeta inducit servum ex alla et recente injuria contumacem. *Bælerus*.

19 *Ctesipho me pugnis miserum, et istam psaltriam, usque occidit*] Mire interjecit *miserum*: et necessario usque addidit: ut ostenderet, *occidit* nimis cædis verbum, non occisionis intelligi oportere. *Usque occidit*, prope *occidit*. aut *usque*, pro valde est. *Occidit*, pro Vehementer cecidit. Nam *occidere*, et *peroccidere*, ad cædem referebantur apud veteres. *Donatus*.

Usque occidit] Ἰθυσμένος. non enim occisus loquitur. *Idem*.

20 *Hem, vide ut discidit labrum*] Non ostendit, sed videtur ostendere seni parum jam videnti, et intra os. *Idem*.

Hem, vide ut discidit labrum] Asper mediam longam a cædendo accipit: ego mediam brevem a scindendo. *Idem*.

Hem vide ut discidit labrum] Difficulter hoc in scena ostendi potest. Itaque singularis est improbitatis ac fraudis hæc simulatio, eo sensu, quem *Donatus* posuit: 'Non ostendit,'

&c. *Bælerus*.

Vide ut discidit labrum] Hæc credo queritur apud luscitiosum aut oculis caligantem senem. *Farnabius*.

21 *Non tu cum rus hinc modo produxe ejebas*] Mire *Terentius* eos ipsos, qui falluntur, ex aliqua parte cantos facit: ut eo delectabilius spectatoribus procedant doli. nam quæ gratia est aut delectatio, non stultissimum falli? *Donatus*.

Non tu cum rus hinc modo produxe ejebas] Memoriter senex non solum quid sibi dixerit *Syrus* paulo ante, sed quibus verbis dixerit, refert. nam sic dixerat, *quem egomet produxi*. *Idem*.

Rus hinc modo] Hæc verba præcedenti versui attribulimus, qui est trochaicus catalecticus, ut et hic ipse, qui superest demptis his verbis, si tamen *ejebas* in duas syllabas contrahatur; aliter esset octonarius iambicus. *Færnus*.

22 *Verum venit post insanicus*] *Supra*, 'Produxi iratum admodum.' nunc ἀδηνικὸς non iratum prædicat, sed insanum. *Donatus*.

23 *Nihil pepercit*] Ut *supra*, 'Nihil reticuit.' sic dicimus in his, quæ præter expectationem gesta sunt. *Idem*.

Verberare hominem senem] *Miserum* fit de ætate, id quod de conditione non poterat. *Idem*.

24 *Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis*] Addidit ætati invidiam et meritum recens. hoc est enim quod dicit *modo*. Et *tantillum*, δεικνύων est. videtur enim manu fingere, quam parvulum. *Idem*.

Quem ego modo puerum, &c.] Me bene de ipso meritum etiam ab infante. *Penelope* de *Enryclea*: *Odys. xxii*. Ἡ κεῖνον δόσσηνον ἐν τρέφεσσι, ἥδ' ἀπὸ τάλαντος, δεξαμένη χεῖρσός, ὅτε μιν πρῶτον τέκε μήτηρ. *Puerulorum* geruli isti veteribus vocabantur *torarii* a *toris*. i. e. ulnis. qui Græcis ὠλονοτρόφοι. *Plauto* in *Milite* act. *iii*. sc. *1*. ancilla dicitur *geraria*. *Farnabius*.

25 *Laudo; Ctesipho: patrisas*] Facile inductus est senex varietate frandis et doli. nam Syrus et supra ut laudans, non ut vituperans Ctesiphonem: et ut nunc acusans, idem perficit atque persuadet. *Donatus.*

Patrisas] Ἀδελφός. nam ut supra dixerat, 'Spero, est similis majorum suorum:' hic confirmat quod sperare se dixerat. *Idem.*

Patrisas] Attende quam bene inventum sit, inanem se dicere. nonne videtur ibi stultissimus, cum hujusmodi lande non modo se non laudare velle, quod odiosum est; sed etiam filium apud intelligentes vituperare videatur? siquidem non solum hic stultus, sed etiam ille, quia *patrisas* inquit. *Idem.*

Patrisas] Tam securus est, ut se laudet. Et abi addidit: quasi dicat, non est quod jam demorer; perfectus es. *Idem.*

Laudo, Ctesipho] Hic totus versus mire delusum ostendit senem. *Idem.*

Abi, virum te judico] Inquit, non adolescentulum. hoc enim ad ætatem et probitatem, non ad sexum, refertur. *Idem.*

Abi, virum te judico] V. Chrestomath. ὅτι abi, hic idem est, quod, age, virum te judico. sicut apud Græcos ὅτι ἡ ἀρετὴ ὅτι ἡγεῖ interdu usurpant Aristophanis Græcus Scholiastes ad Plutum notat. *Bæclerus.*

26 *Næ ille continebit posthac, si sapiet, manus*] Comminationis est subtilis: et parrior, velut servi. *Donatus.*

Laudas? næ ille posthac, &c.] Observa in hoc et sequentibus versibus illam contumaciam, de qua dixi, in speciem confidentis innocentie, cæterum ornandi mimi causa, assumtam. *Bæclerus.*

27 *Perquam*] Nimis. *εἰς πῦρα.* *Donatus.*

Miseram mulierem] Citharistriam a lenone abreptam. *Farnabius.*

Et me servulum] Oratorie. non servum, sed servulum, quum sit senex.

Donatus.

28 *Non audebam*] Non poteram. *Idem.*

Hui! perfortiter] Hoc gestu servili, et nimia leviori personæ congrue dictum est. *Idem.*

29 *Non potuit melius*] Id est, landote, Ctesipho: et deest fieri. *Idem.*

Idem sentit quod ego] Id est: patrisas, virum te judico. *Idem.*

Idem quod ego sentit] In lib. Bembi, *sensit.* Melius. *Fuber.*

Caput] Autorem. *Farnabius.*

30 *Sed estne frater iustus*] Deest responde: ut sit, responde. *Donatus.*

Ubi illum quaram cogito] In Bembo est *inveniam.* *Færnus.*

31 *Verum hodie nunquam monstrabo*] Volens senem avidius quærere, quod hic ardor semper paratissimus credentes etiam fallit, ei fingit se nolle dicere. *Hodie* autem aut abundat; ut 'Nunquam omnes hodie moriemur inulti;' aut, Numquam hodie, pro, nullo tempore hujus diei. quia *nunquam*, per se generale est. *Donatus.*

32 *Diminuetur tibi quidem jam cerebrum*] Comminationis genus verba ipsa indicant: ut appareat senem baculum sustulisse. *Idem.*

At nomen nescio] Flexu quodam, *ἐκαστοῦ* præferente, a contumacia ad obsequium redire se simulat: dolumque ex tempore arripit, quo iterum senem feriat, adeoque, ex consilio primum capto, amoveat hinc atque ablat. *Bæclerus.*

33 *At nomen nescio illius hominis, sed locum novi ubi sit*] Recte: quia si hominem diceret, non erat errandum agnita persona hominis: et ubi habetet cognito. si notus esset, nulla causa quærendi superesset. *Donatus.*

Dic ergo locum] *Dic ergo*, quasi invitum coëgerit. *Ergo* semper addimus, ut hortemur tarde quid facientes. ut Virgilius, 'Ergo age, chare pater, cervici imponere nostræ.' *Id.*

34 *Nostis' porticum apud macellum*] Convenit rustico et parcissimo seni

macellum in urbe nescire. et ideo sic interrogatur a servo. *Idem.*

Nostin' porticum, &c.] Perplexa atque intricata loci descriptio, quo deludat senem. *Farnabius.*

Hanc deorsum] Bene hanc deorsum, quia non est una. *Donatus.*

Quidni norim] Correlative, quidni? pro quid nisi? Etenim quamvis rusticus, tamen est civis Demea. *Idem.*

35 Hac recta] Proprie, hac parte: ut manu viam ostendere videatur. *Idem.*

Ubi eo veneris, olivos deorsum vertus est: huc te præcipitatio] Hoc lentius. quidam clarius legunt: ut sit, præcipitatio, cito descende. *Idem.*

Hac præcipitatio] Ex ambiguo. vel, prope descende, vel præcipitem te dato. *Farnabius.*

37 Ad hanc manum] Τὴν πρὸς τὴν ἀριστεράν dicitur, in quo non permanet certum dextrum, nec certum sinistrum: et ideo proficit in errorem. vult enim servus hæc signa esse perplexa. *Donatus.*

Est sacellum] Ut Varro ait, 'Saora cella est.' *Idem.*

Propter] Prope. ut Virgilinus, 'Templum de marmore ponam Propter æquam.' Et Lucretius, 'Propter aquæ rivum sub ramis arboris altæ.' *Idem.*

38 Ubi etiam caprificus magna est] In hoc Homerum imitatus est, qui dicit caprificum prope Trojana inœnia constitutam. *Idem.*

Hac pergito] Non ito: sed quis longum est, pergito. *Idem.*

39 Id quidem angiportum] Id est, angusta et curva via: quasi anguiportus: ut angitia, aut anguitia. Alii, quod inter portus sit locus angustus, hoc est, inter domos. Nam domos, vel portus, vel insulas veteres dixerunt. Et observa Terentianam consuetudinem, in qua inducit non nihil sapere eos qui falluntur. *Idem.*

40 Censen' hominem me esse? erravi] Calliditas est maxima, deprehensum mendacium non defendere, sed fate-

ri: ut opinionem simplicitatis acquirat. Vides igitur ut ipse sibi succenseat, tanquam imprudens erraverit, non dolosus impulerit interrogantem. Et mire se negat hominem: tanquam homo corde sit, non corpore. *Idem.*

Censen' hominem me esse] Non audio hic corrigentem. bona est lectio: et Donati interpretatio. censeare, me hominem esse, i. e. apud me esse, mentis compotem esse? quasi qui insanire occiperet ex injuria. Vide Chrestomath. *Basiliensis.*

Censen' hominem me esse] Epanorthosis, quasi errantis. Humanaum est errare. *Farnabius.*

In porticum rursum redi] Romæ in singulis regionibus aliquot erant porticus, ubi, ad imbres subitos evitandas, aut in umbra ad cavendos solis ardores, deambalarent. *Idem.*

41 Sane hac multo propius ibis] Quasi errasse profuerit illa via. et sane, pro satis ac valde: quia qui sanus est, idem et validus. *Donatus.*

Minor est erroris] Erroris est peccatum: error animi est, et loci in quo erratur. *Idem.*

42 Cratini hujus ditis ædes] Congrue nomen invenit diviti. Cratæus, δὲ τοῦ πλούτου, id est a potentia. *Idem.*

43 Ad sinistram hæc] Deest ito: figura ἄλλοις. *Idem.*

Ubi ad Dianæ veneris] Sic absolute dicebant, non addito templo. Sallustius, 'Ad Jovis mandem nostra.' *Idem.*

44 Prius, quam ad portam venias] Portam dicendo, ostendit usque ad muros finemque civitatis erraturum Demeam. Porta autem ab itinere portando dicta est, quod in eo loco colonie deductor et conditor, sub iunctis vacca et tauro, aratram, quo urbem designat, suspendit manu, ne imprimat sulcos, ubi civitatis aditus relinquendi sunt. *Idem.*

Apud ipsum lacum] Credibiliter addidit lacum. Nam Varro docet, sem-

per lacum portis additum: scilicet ob usum jumentorum exentium: et præterea ut adversum hostilem ignem portis de proximo subveniretur. *Idem.*

45 *Est pistrilla*] Veteres absolute dicebant *pistrinam*, ut *utrinarum*, et *medicinam*, ad tabernam referentes: nam *pistrino* *pistrilla* non convenit. Et simulata diminutiva diversa sunt a genere nominum primæ positionis: ut *Rana*, *ranunculus*, veterana: *scutella*, *scutella*: *canicula*. *Idem.*

46 *Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit*] In urbe convivium, aut in sole, aut in umbra, pro conditione temporis instruebatur. Repente igitur interrogatus, quod minime sperabatur quesitum senem, arripuit statim lectulos. Et quia potuit senex dicere, *mentiris*: nam habet lectulos: addidit ex tempore, *in sole*. Et ne eos quoque habere diceret, addidit, *ilignis pedibus faciundos*. Sed hoc gestu actoris adjutum est: quasi eodem tempore servus et querat quid dicat, et respondeat. *Donatus.*

Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit] Hic, inquit Turnebus, l. xx. c. 33. aqua hæret: videtur curasse ex illic quasi ligne solidissimo faciundos pedes lectulorum in quibus apicari senes in *phrygiæ* solebant, vel etiam sub sole et dio cenare. *Farnabius.*

47 *Ubi potatis vos*] Incerta persona est: nam Syro vel Demem hoc dictum jungi potest. *Donatus.*

Bene sane] Hic *elapsula* est, non approbatio. *Idem.*

48 *I sane*] Aut abundat *sane*, aut inferioribus jungitur. *Idem.*

Silicernium] Cœna quæ inferat Diis manibus, quod eam silentes cernant, id est, umbræ possideant: vel quod qui hæc inferant, cernant tantum, neque degustent. Nam de his quæ libenter inferis, quisquis comederit, aut biberit, funestatur. Aut erit *silicernium* senex, qui jam jamque silentibus umbrisque cernendus sit:

et sic est melius, quam ut quidam Xenophontæ interpretes putant, sic nos *silicernium* intelligere, hoc est, silicem ceruentem senem, dum incurvus est, vel stratus saxo visus intentus, vel sarcophagi jam jam appropinquantis sibi. *Idem.*

Silicernium] *Silicernium* est cœna funebris, quæ apparabatur, circa silicem. i. e. sepulcrum mortui. *Salmasius.* Ut ergastulus dictus qui in ergastulo opus exercebat: ita *silicernius*, qui dignus erat cui *silicernium* apponeretur: inquit Scal. ad Festum. Imo quid obstat quæ minus ipsi senes dicantur *silicernia*, ut ministeria et servitia, pro ministeriis et servis. mutari numerum licentia permittit Comici. *Farnabius.*

49 *Æschinus edicere cessat: prandium corrumpitur*] *Æschinos*. deest et. *Donatus.*

Prandium corrumpitur] Ut coquus dixit: qui sciat conditionem quandam magis ferventem placere. *Idem.*

50 *Ctesipho autem in amore est totus*] Non potuit plus dici de incondita ac nimia voluptate. *Idem.*

Ego jam prospiciam mihi] Jam, interdum significat festinationem, ut nunc. Interdum ad describendum ponitur, et increpandam moram. Ut, 'Jam melior, jam diva precor.' Et: 'Vos quoque Pergamæ jam fas est parcere genti, Dique demque omnes.' Et *prospiciam mihi* dixit, tanquam hoc sentiat, illi sua agunt negotia, et ego illorum exemplo consulam mihi. Et bene *prospiciam*: quasi non praesurnam, nisi providero mihi. *Idem.*

51 *Atque unumquidquid*] Plantus hæc voce utitur Trinumpe iv. 2. 40. 'Sin unumquidquid singillatim et placide percunctabere.' *Bæclerus.*

Bellissimum] Proprie *bellissimum* dixit. unde et hujusmodi ad irritandam gulam cibi *bellaria* dicantur. *Donatus.*

52 *Carpam*] Modo *eligam*. Alias *ladem* significat; ut, 'Carpit enim

vires paulatim, aritque videndo Fœmina.' Alias Fruar: ut, 'Carpamus dum mane novum, dum flumina crescunt.' Et Persius, 'Genio carparamus dulcia.' id est, fruamur rebus dulcibus. *Idem.*

Paulatim hunc producam diem] Bono verbo usus est ad metaphoram, tanquam morientis diei. Ut est, 'Nec te tua funera mater Produxi, pressive oculos.' *Idem.*

SCENA III. Iambici sunt octonarii acataleci. vs. 3. Mss. duo: nisi me in illo, &c. vs. 5. duo: id quia a me non est factum. vs. 6. duo: aliter quam es. *Bæclerus.*

1 *Ego in hac re nihil reperio quam obrem lauder]* Hæc scena est plena sententiarum senilium ad officia demonstranda. Et tantopere vim adverbialem in se continet; nam significat nimis. *Donatus.*

Ego in hac re, &c.] Utin Andria, II. 1. 30. 'Ego, Charine, neutquam officium liberi esse hominis puto, Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.' Plautus in Trinummo v. 2. 5. simili sententia: 'Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.' Pergit autem Micio γυμολογεῖν, ut et Hægio, per totam scenam. Senilis oratio sententias amat, præsertim de officiis. volunt enim officiorum et periti et amantes videri senes. *Bæclerus.*

2 *Quod peccatum a nobis ortum est, corrigo]* Si diceret, *Peccatum est a nobis*, participium fuisset. nunc quia *ortum* addidit, nomen est. numquam enim eadem pars orationis jungi, nisi per ἀντίθεσιν potest. *Donatus.*

Qui ita putant, &c.] Injuriosorum notat iniquitatem, qui ferre nolunt expostulantem injuriam, sed ultro accusant; putantque injuriam sibi fieri ultro, si tñ expostules. *Farnabius.*

4 *Sibi fieri injuriam, ultro si quam ferre ipsi, expostulant]* G. Faërnus ex lib. Bombi, *expostules*. Optime qui-

dem; sed tamen vulgatam esse veram puto. *Faber.*

Si, quam fecere, ipsi expostulant] Hic distingue: et separatim infer, *ipsi expostulant*. *Donatus.*

Si quam fecere, ipsi expostulant] Sensus est manifestus: sed obscura sunt verba; et eorum collocatio et distinctio. nam incertum, utrum *si expostulant* intelligendum sit: an *si quam* pro una parte orationis accipi oporteat. *Idem.*

5 *Ultro accusant]* *Ultro*, nunc prave et perverse. *Idem.*

Id quia non est a me factum] Hæc interrogatio quasi subtristi vultu est proferenda. *Idem.*

6 *Ah, minime]* Non 'Minime ago:' sed, 'Minime te credo esse illorum in numero.' *Idem.*

7 *Quæso ut una mecum]* Servavit τὸ πρῶτον, adjiciendo, *una mecum esse*: quippe ad incognitam matremfamilias. *Idem.*

8 *Tute dicas mulieri]* In nomine ostendit, cur hæc ipse dicat. Mulieri enim, inquit, nimis pavidæ ac diffidenti. *Idem.*

9 *Suspicionem hanc propter fratrem ejus esse]* Nimis breviter ac succinote, et ut oportuit inter scientes. *Idem.*

Et illam psaltriam] Propter fratrem ejus esse, subaudiendum est. *Idem.*

10 *Si ita æquum censes]* A justo et utili est tota sententia. Et sane hi versus desunt, quos multa exemplaria non habent. *Idem.*

11 *Nam et illi animum jam relevabis]* Et deinceps illi maluit dicere, quam *parui*, adhuc divitem reveritus. *Idem.*

Dolore ac miseria] *Dolore*, parturientis: *miseria*, injuria ab Æschimo accepta. *Idem.*

Ac miseria] Menander, IV. Πολλὰν φέροι τοῖς πᾶσιν αἰτία κακῶν ἄσκη, διὰ λήτης καὶ μαυρία γὰρ γίνεται. Πολλοῖσι γὰρ νοσήματ' οὐκ ἰδίωμα, ἄλλοις τ' ἀνηρήκασι διὰ λήτης τινός. Adi Plantum Aululariæ act. 11. sc. 2. *Farnabius.*

12 *Sed si aliter putas]* Artificiose,

remittendo quod petebat, extorsit magis. *Donatus.*

13 *Imo ego ibo*] Hoc adverbio, quod ait *imo*, ostendit se prompte agere, et instanter, quod promisit. *Idem.*

14 *Minus secundæ*] Dicere sic maluit, ne *miseræ* diceret. *Idem.*

Nescio quo modo] Hoc est, vehementia, nulla palam ratione. *Idem.*

15 *Accipiunt magis*] Mire additum *magis*: quum possit sensus et sine hoc esse integer. *Idem.*

16 *Propter suam impotentiam*] Infirmitatem. Et rursus noluit humilitatem aut miseriam dicere. *Idem.*

Negligi] Legitur et *claudere* et *claudicare*. *Idem.*

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi] Vide Faënum p. 136. Profecto e vestigiis veterum librorum, et ex Donato, legendum est *calvier*, id est *calvi*, id est *decipi*. Verbum vetus est, sed temporibus Terentii, Scipionis, et Lælii usitatissimum. *Faber.*

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi] *Negligi*, quæ recentior lectio est, negotio; quo de agitur, non convenit; non enim dicit Hegio Micioni, i tu ad Sostratam, et Æschinum illi purga, nuptiasque confirma, ne se putet a te neglectam, si per alium hoc feceris: non inquam hoc dicit. nam *negligi* sane, et admodum leve esset, et pauperibus ac miseris, cuiusmodi erat Sostrata, usitatissimum, quorum fortuna adeo palam cunctis neglectui est, ut negligi se non credant, sed pro certo sciant, perspicueque videant: sed hoc significare vult Hegio: si ego Sostratam tuo nomine convenirem, ut Æschinum ei purgarem, et nuptias confirmarem, illa, quæ non eam profecto fidem mihi tuo nomine nuntianti haberet, ac tibi ipsi, decipi se, sibi que verba dari arbitraretur: 'Omnes enim quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis.'

quam tu illi aspicionem dempseris, præsens præsentem alloquendo. Hæc contra recentiore lectionem; vetustam vero, id est, *claudier*, quod est in libro Bembo, ad quod et Donatus alludit, omnes vident ad sensum poetæ non quadrare. quare in eam conjecturam venimus, ut pro *claudier*, unius tantum litteræ, id est *d*, detractio, et unius item litteræ transpositione, ut pro *cla*, *cal* scribatur, legendum arbitremur, *calvier*, qui est infinitivus modus verbi *calvo*, quod aliquando passivum invenitur apud auctores, et pro, decipi, accipitur, ita exponente Prisciano. aliquando deponens, et pro frustrari exponitur a Pompeio Festo, item a Caio Iureconsulto Cap. Si calvitur, De verborum significatione. Exempla vero usurpati hujus vocabuli ab auctoribus hæc, ex Festo excerpta, subjeci, ex leg. XII. tabularum: 'Si calvitur, pedemve struit, manum endojacito.' Plautus: 'Nam ubi domi sola sum, Sopor manus calvitur.' Pacuvius in Medo: 'Sentio pater te vocis calvi similitudine. Sed quid conspicio? num me jactans calvitur ætas? Sed memet calvor: vos istum jussi ocyus abstrahite.' Lucilius Satyrarum libro XXVIII. 'Si non it, capito, inquit, eum: et si calvitur ergo Fur dominum.' Pacuvius in Dulorestes: 'Me calvitur suspicio, hoc est quod fore occulte Ajax prædixit.' Sallustius Historiarum libro tertio: 'Contra ille calvi ratus.' Sane, quæ supra adduximus verba ex XII. tabulis, ita intelligi debent; *si calvitur*, active accipiendum, id est, si frustratur, et subaudiendum putamus, debitor, vel quid tale; 'Pedemve struit,' id est fugit: ita enim exponitur a Ser. Sulpicio; 'Manum endojacito,' pro manum injicito: antiqui enim, teste eodem Festo, *endo* pro *in* ponebant; unde *endoitium*, pro initium: *endoploro* pro imploro; 'Endo procinctu' pro

in procinctu. est ergo sensus: si debitor frustratur, aut fugit, manum injecto. *Færnus.*

Propter suam impotentiam se semper er.] Hinc, 'Minoribus major emulandi cura,' apud Tacitum H. iv. 48. Gabriel Færnus pro *negligi* rō *calvier* magno conatu hic inseruit, præter id quod res postulabat. *Bæclerus.*

17 *Quapropter te ipsum purgare]* Utrum *te ipsum* una pars orationis sit? an divine accipiendum? ut sit, *te Metionem, ipsum Æschinum purgare. Donatus.*

Coram, placabilis est] *Coram*, id est, præsentem, et *coram* præsentibus. et *coram* indiget adiectione: *palam* non indiget. Et præterea *coram*, ad cæteras personas refertur; *palam*, generaliter dicitur. *Idem.*

18 *Et recte, et verum dico]* *Recte*, ad verba retulit: *verum*, ad rem atque sententiam. Potest enim recte et falsum dici, dummodo nullo vitio verborum somini quædatur, quamquam et ipsum fallere in tempore, quidam, de officiis scribentes, rectum putent. *Idem.*

SCENA IV. Satyra est: hæc Scena: ex octonariis mistis, ac Iambicis; et septenariis, unoque et altero dimetro. v. Færn. et Guyet. et Fr. Fabric. vs. 2. duo *Man. nec quid agam.* vs. 4. omnes: *nihil consilii quid potest.* vs. 6. duo: *ex hac expectam me turba.* vs. 7. 8. omnes ut ed. vs. 9. omnes: *ubi vidi eam.* vs. 12. duo: *antis deū dediti verba nobis.* omnes: *antis adhuc tua,* &c. vs. 14. duo, *reprehendi*, unus, *reproxi.* vs. 16. omnes, ut edidimus. vs. 19. duo: *ipse ego solui arg.* omnes: *a me abducta est d.* vs. 21. omnes: *ut erat gesta cetera ut edid.* vs. 22. omnes: *cessatum usque adhuc est.* vs. 23. duo: *nunc hoc est primum:* unus: *ad illam ibo.* vs. 24. duo, ut edidimus. unus: *foras miser.* Bæcl.

Discrucior animi] *Hoc loco* χαρῶν ἡ πα ἀναντία *medice juvenis, et senis facit indulgentis, ac lepidissimi patris. Do-*

natus.

1 *Discrucior animi]* 'Ανταδόσις figura, ut, 'O præstans animi.' *Idem.*

Discrucior animi] Primi hujus scænæ versus sane difficiles sunt: tres tamen in principio sitos, trochaicos catalecticicos esse manifestum est. quorum primus dactylum habet in quinta sede, correpta ultima syllaba adverbii *deimprovisio*; tertius vero in sexta sede trocheum, non facta synalæpha in timore; iambum vero in septima, duabus ultimis syllabis dictionis obstituit in unam contractis. quartus iambicus trimeter scæzon. quintus iambicus dimeter hypercatalecticus. sextus trochaicus tetrameter acatalecticus, habens in penultima sede anapæstum, non faciendo collisionem in, *neque ea.* septimus cuius sit generis, aliis judicandum relinquo. octavus dimeter iambicus brachycatalecticus. Sed verius est hos omnes versus, præter duos primos, esse generis ejus, quod confusum vocavimus. *Færnus.*

Discrucior animi, &c.] Donatus: 'Hoc loco,' &c. Legendum est citra dubitationem, *immodice* pro *modice.* Res ita postulat: neque de adolescente ejusmodi comico, matrimonium amicum pollicito, *et* 401 diceretur, quod *modice* amet. et Donatus ipse vs. 24. illa verba, 'Horresco semper,' &c. comparat cum loco Eunnichi; 'Totus, Parmeno, tremo horreoque postquam aspexi hanc.' quæ profecto non modici sunt amoris. *Bæclerus.*

Animi] Constructio Græca, partis affectus: vide Grammaticam nostram, reg. 47. Syntaxeos. *Fernandus.*

Hocine de improviso mali] Hæc verba repentino nuntio percussam iudicant Æschinum propter divortium stare: et iram circa se Sotratæ, et ejus filie ob raptum meretricis, *Donatus.*

Offici] Proprie; quia inopinanti. Nam *offici* dicitur in utramque partem: ut si quos ante quis videt, quam

expectaverit. quo verbo magnitudo doloris ostenditur ex improvise incommodo. *Idem.*

2 *Ut neque quid me faciam*] Plus est, *quid me faciam*: quam, *quid faciam*. Illud enim de rebus: hoc, de ipso homine intelligitur. *Idem.*

Nec quid agam, certum siet] *Certum siet*, pro *certum sit*. nisi forte, 'ut,' quam significet. *Idem.*

3 *Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit*] Metu patris: timore divortii. *Idem.*

4 *Pectore*] Agel. l. XIX. c. 1. 'Visa animi, quas *parvas* appellant Philosophi, non voluntatis sunt neque arbitrii, sed vi quadam sua inserunt sese hominibus, adeoque motibus quibusdam rapidis tollunt mentem de cardine, atque officium rationis vertunt.' *Farnabius.*

Quomodo me ex hac exped. turba] Quam describit, et secum ipse conqueritur. culpæ, quam agnoscit, partim obtenta fuit officium in fratrem, (cui succurrendum fuisse, ne res in eum locum rediret, ut si omnes ceperent nihil ei possent auxiliarier, supra ostendit,) partim pudor patris, qui cunctationem et diversa consilia attulit. *Bæclerus.*

5 *Num suspicio*] Modo ostenditur causa trepidationis Æschini. *Donat.*

7 *Id anus mihi indicium fecit*] Illa anus cui Sostrata dixerat, 'Curre, obstetricem accerse.' *Idem.*

Anus] Canthara. *Farnabius.*

8 *Nam ut hinc forte eo ad obstetricem erat missa*] Apparet, inter cetera anum dixisse, ad obstetricem se missam: an alio hæc suspicatus est Æschinus? hinc autem addendo, ostendit se ante fores Sostratæ stare. ut alibi, 'Ex Andro commigravit huc vicinæ.' *Donatus.*

8. 9. 10 *Ut hinc forte eo ad obstetricem erat missa, &c.*] *Donatus*: 'Apparet inter,' &c. Hoc posterius tantum locum habet. nam si prius illud summas, perierit omnis gratia et vis, et

hæxus illius orationis: 'Illa exclamat, abi abi jam,' &c. quis enim non videt, hæc ad primam interrogationem et pæne conspectum Æschini, abrupte, et *duræ* ingeri? nec postea multum addidisse anum, præterquam ejusdem reprehensionis vocabula: abrupta itidem clausula ostendit: 'Valeas, habeas illam quam placet.' sed nec rei nec personæ convenit familiarius post hæc jurgia colloquium. Sciebat Æschinus tempus propinquæ partitudois, et in id animo intentus erat; viam quoque ad obstetricis domum ducentem instituisse anum videbat. non aliud ergo affectus et ratio subjecit, quod quereretur potius ex illa. quam cum ad hoc quidem nihil responderet, crimina autem objiceret, ac se corripere porro ad domum obstetricis irata dolensque, ex re præsentis utique cognoscere, quid ageretur, Æschinus potuit. *Bæclerus.*

Ubi eam vidi] Sunt qui addunt supervacue *hanc*: et legunt, *hanc ubi vidi*. *Donatus.*

9 *Pamphila quid agat: jam partus adsiet*] Amatoria interrogatio, qua monstrat Æschinus curæ sibi esse res omnes. *Idem.*

10 *Ille exclamat*] *Non respondet, sed exclamat*. Et bene vim addidit ad exclamationem fuisse. Ergo a vocis sono exclamat, non a verbis. *Id.*

Abi, abi jam Æschine: satis diu verba dedisti nobis] Usque dum intelligeremus. *Idem.*

11 *Sed adhuc tua nos frustrata est fides*] Usque dum deciperetur. *Idem.*

12 *Hem, quid istuc obscuro inquam est*] *Hem*, interjectio est novæ res et inopinatas audientis. *Idem.*

Valeas: habeas illam] Quasi recedat et longe abiat. ut in Andria; 'Valeant qui inter nos dissidium volunt.' *Idem.*

14 *Garrula, &c.*] Utpote anus. *Idem.*

Garrula, &c.] Taceri quod vis nemini dicas. ne mulieri quidem, cui si quid narraveris, hoc erit quod ait An-

tiphanes, *ῥῆσι τοῖς κήρυξι ἐν ἀγορῇ φράσαι.* Farnabius.

Ac fieret palam] Demeas scilicet, cui minime opus fuit. Donatus.

15 *Nunc quid faciam*] Figura *διὰ νόσου.* Idem.

16 *Age mitto*] Liber Victorianus amitto. Bembinus *ac mitto*, ut et in Phormione: 'Ac mitto imperium.' Faërnus.

Ut ne qua exeat] Erumpat. ut, 'Quum sponteus amnis Exiit, oppositasque evicit gurgite moles.' Donatus.

17 *Ipsum id metuo ut credant*] *Ipsum*, quod fratri rapui. et ut, pro *ne non* posuit. Idem.

Tot concurrunt verisimilia] Ut mea esse credatur. Idem.

18 *Ad me abducta est domum*] Proprie, non dixit *adducta*, sed *abducta*: *abducitur* enim alienum: ut in Heautontimorumeni, 'Abducimus tuam Bacchidem.' *Ad me autem domum*, moraliter dixit, pro *ad domum meam*. An ideo *ad me*, quia et illic luctatus Leno est in retinenda contra Æschinum puella? Idem.

19 *Patri*] Mitioni. Farnabius.

20 *Ut ut erat gesta, indicasse*] Id est, sive male, sive bene gesta erat: ut enim certam qualitatem significat: ut ut incertam: quasi dicat, Quoquo modo, male, bene. Donatus.

Exorasset ut eam ducerem] Sic enim promiserat se Sostratæ facturum. Idem.

21 *Nunc porro Æschine exspergiscere*] Sic et alibi, 'Enimvero Dave; nihilo loci est segnitæ, neque socordæ.' Legitur et *jam*: quod est correptivum interdum. Idem.

22 *Nunc hoc primum*] *Primum*, ab eo quod rogandus est pater. Idem.

Accedam ad fores] Sostratæ scilicet. Idem.

Nunc hoc primum est. ad illas ibo ut purgem me, accedam ad fores. Perii, *horresco semper, ubi fores pulsare hasce occipio miser*] Sunt Trochaici, et res certa est. Itaque vere, et ut inge-

nioso Italo dignum est, Ubaldinus Bandinellus legebat olim, in secundo versu, *Perii, horresco semper, ubi pulsare hasce occipio miser.* at *fores* debet repeti e versu superiori. Faber.

23 *Horresco semper*] Satis amatorie. nam nimum semper est calor, et frigus recedit a corpore. ut, 'Totus Parmeno tremo horreoque, postquam aspxi hanc.' Idem.

Horresco semper ubi] Donati nota habet ea, quæ stare non possunt. quis enim horroris causam ad nimum calorem referat? itaque vitium loci manifestum est. Cor horrescat autem Æschinus fores pulsans, hinc repetendum est: suberat hactenus perpetua sollicitudo, et hinc cunctatio, de qua præcessit, quomodo res posset aperiri patri, et illius auctoritas nuptiis adhiberi. id enim, sicut necessarium erat, ita pudor et metus quidam Æschini differebat; quod *ἐκ τοῦ φόβου* sumtum pars *ολκωπίας* fit; ut adolescentes Comiei non prius ferre suum peccatum, et obligatam vitiatæ fidem parentibus aperiant, quam ubi res ipsa se prodit; aut casu aliquo manifestatur. hinc enim turbaram causæ, et series: tandemque solvendi erroris occasio. Accedebat in Æschino, ad priorem causam, nova hæc ex suspitione mulierum perturbatio. utrimque ergo miser horrescit. *Bacclerus.*

Horresco semper] Plant. Captivæ act. I. sc. 1. 'Quæ ædes lamentariæ mihi sunt, quas quotiescunque conspicio, fleo.' Farnabius.

24 *Aperite aliquis actutum ostium*] Vim pluralem habet *aliquis*, quamvis singulariter dicatur: non est enim *aliquis*, nisi de multis. recte ergo *aperite aliquis*, et nove. nam non placet illud, ubi duæ distinctiones sunt: unde *aperite* est una, altera *aliquis*. Donatus.

Aperite aliquis actutum ostium] H. e. aliquis e vobis aperiat. Synthesis, vel *ἁλωθεὺς*. Plant. Epidic. act. III.

sc. 3. 'Exite huc aliquis.' *Farnabius.*

Actutum ostium] Ut assumatur rursus, *aperiat.* proprie enim veteres et *quis*, et *aliquis*, et *quisquam*, non observabant quo genere, aut quo numero declinarent. Est ergo figura *ἀρχαϊσμός.* *Donatus.*

SCENA V. Trochaicis tetrametris catalect. et Iambicis tetram. acatal. ac Senariis constat. vs. 2. Mss. nostri omnes: *facito.* et: *hæc acta sunt.* vs. 3. omnes: *pulsavit.* vs. 6. omnes: *ipse mihi.* vs. 12. duo: *quid?* M1. tibi dicam. vs. 14. omnes, ut ed. nisi quod pro certo habent certe. vs. 20. omnes: *hem, ut virginem s.* duo: *adchat,* ut et vs. præc. vs. 22. unus: *quid ipse aiunt;* duo: *quid istas censes.* vs. 28. omnes; ut ed. vs. 30. duo: *immisericorditer* sine copula. vs. 32. omnes: *qui cum illa conseruit prius.* vs. 33. duo: *amet.* vs. 36. duo: *quis despondit, et quis dedit?* vs. 43. 44. unus: *sed quid Æschine nobis cum illis?* vs. 47. omnes: *o mi pater.* vs. 48. unus omittit prius *me.* alter posterius mutat in *te.* vs. 55. duo omittunt posterius *nunquid.* et pro *tute* alter *tum* habet. vs. 60. omnes, ut ed. vs. 65. omnes, *uxorem ut accernas,* et vs. 66. *potes.* vs. 68. Argent. *quid ubi ille?* omissio *Miles.* unus meorum: *quid, ubi est Milesius?* duo: *ne mora.* *Bæclerus.*

1 *Ita uti dixi, Sostrata facite]* Hic apparet Micionem jam multa dixisse. *Donatus.*

Ita ut dixi Sostrata] Videtur elidendum t, ex ut, quemadmodum infra primo versu scenæ tertiæ actus quinti. *Færnus.*

Ita uti dixi Sost. Ex Donati annotatione ad initium scenæ præcedentis, colligas hanc non separatam esse scenam. est tamen idonea distinguendi ratio. *Bæclerus.*

2 *Facite]* Jubet vel securæ sint, vel adornent nuptias. *Donatus.*

Ego Æschinum conveniam] Mire, occursurus Æschino, Æschinum quærit. *Idem.*

Ut quomodo acta hæc sunt, sciat] Sc. quod auctor his nuptiis factus sim, quod velim hodie apparari nuptias, easque de re vobiscum omnia transegerim, &c. *Bæclerus.*

3 *Pater hercle est]* Quid est hoc, quod Micio timetur? an quia illi non est confessus? Ostendit autem Poëta, tantundem pudorem posse, aut amplius, quam timorem. *Donatus.*

4 *Quid huic hic negotii est]* Alius timor, quod hinc egreditur pater. *Idem.*

Tunc has pepulisti fores] Sic cæpit interrogare, ut negationi locum præbeat. Et nota *pepulisti*, elatum verbum: et tragico cothurno magis quam loquelæ comicæ accommodatur. *Idem.*

Tacet] Hoc apud se loquitur Micio. *Idem.*

5 *Tacet. cur non ludo]* Et hic quod ex *tacet* videtur elidendum t ultimum: ut sit anapæstus in prima. *Færnus.*

Tacet] Consilii subito deprehensi, et ex improvviso rogati tacent. Diphilus. 'Ἡ σύνεσις ἀπὸ τοῦ δειλοτάτου εἶναι ποιεῖ. *Farnabius.*

Cur non ludo hunc aliq.] Spectatoribus indicat suum consilium Micio; imo, Poëta. cujus ingenium egregie hic elucet. Pater, qualis Micio erat, objurgare non potuit filium: ergo deridet, sive deludit. non acerbo illo irrisionis genere, quod omni objurgatione et castigatione gravius est, sed lenissimo ac lepidissimo, et quasi ad hoc facto *elpevelas* commento. in quo explicando egregiam sane operam Donatus navat. *Bæclerus.*

Melius est] Et non, *ludere bonum est:* sed *melius.* et hoc meliore affectu dixit, quam si diceret, *dignus est.* *Donatus.*

6 *Hoc nunquam mihi ipse voluit credere]* Contra illud, quod ait, 'Postremo alii clanculum Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia, Ea ne me celet, consuefeci filium.' *Crederet*

antem magno affectu dixit. non enim confitetur, ut patri: sed crederet, ut parenti aut sodali suo. *Idem.*

7 *Non equidem istas*] Deest, *pulsavi. Idem.*

Quam sciam] Quantum scio. *Donatus.*

8 *Ita? nam mirabar quid hic negotii esset tibi*] Acceptit negationem Micio, ut ludere Æschinum possit. *Idem.*

9 *Erubuit: salva res est*] Nimis paterna sententia. et e contrario Simo in Andria, 'Vide, num ejus color pudoris signum naquam indicat?' Et quanti affectus est, non dixisse 'erubuit; salvus est; sed, 'salva res est?' Nonne videtur tibi res ejus omnis in Æschino constituta? eodem animo et supra dixit, 'In eo me oblecto, solum id est charum mihi.' Non enim solum intulit quod exspectabatur: sed absolute, quasi ex omnibus solum id est, inquit. *Idem.*

Erubuit] Menander 'Ὀνομαρτοῖς' 'Ἐρυθρὰν τὰς χροῖδας εἶναι μὲν δοκῶν. Verecundus iste color in adolescentiore ætate tinctura est virtutis. Est quippe ἀλοχρὴν φόβος δυνάμει φόβου. in senibus sceleris indicium. Aristot. Magn. Moral. lib. i. c. 29. et Problem. *Farnabius.*

10 *Nihil mihi quidem*] 'Mihi,' id est, meæ propriæ rei. Et callida negatione cœpit: ut et illi adimat consistendi locum ac fiduciam: simulque fiat ei desperatio ducendæ ejus, cuius mentio tam contemptim ab ipso tractatur. *Donatus.*

11 *Amicus quidam me a foro abduxit modo huc advocatum sibi*] Hinc incipit mendacium, mistum vero. nam 'Amicus quidam me a foro huc,' verum est: 'advocatum,' falsum. Sed 'huc' et 'quidam,' modo ἔμπασις habent levis negotii, et in quo nec magnæ personæ, nec res difficilis operæ aut longæ occupationis habentur. Et 'advocatum' dicendo, alienum negotium demonstravit: nam et 'sibi' non vacat. si enim 'mulieribus' ad-

didisset, potuit aliud sperari. *Idem.*

12 *Quam*] Deest 'ait:' ut sit, *quid ait?* *Ego dicam tibi.* Senile est. nam id jam dicendum fuit, et hoc ἔμπασις habet villis rei, quæ vel facile dici possit, vel non celandæ sit. *Idem.*

Ego dicam tibi] 'Senile,' &c. inquit Donatus. Pæne ego hic non ad Terentii, sed ad interpretis verba dicerem: ineptum est. nam id hic dicendum non fuit. Nihil hic senile, nihil ad moras aut ambages pertinens. Sed *ταπεινότης* actiosa, scenæ usitata, nec ab elegantis Latinis aliena. Si qua *εἰς* hic locum habet, hoc dices voluisse Micionem, ut serio et studio agere videretur, adeoque etiam, ad voluntatem Æschini, officiose. nisi forte putabis, id quoque senile esse, cum, interrogante Pamphilo, 'quid igitur tibi vult pater, cur simulat?' Davus respondet: 'ego dicam tibi.' Andr. ii. 3. 1. ne alia nunc loca, in re manifesta, afferamus. *Bæclerus.*

13 *Mulier pauerculæ*] Non potuit magis celare dignitatem formæ et ætatis puellæ, quæ amator ab Æschino, quam ut eam primo eodem nomine cum matre nominaret: deinde communiter diceret de ambabus universa, quibus contemni debeant. *Donatus.*

Quædam mulieres pauerculæ] 'Pauerculæ' addidit, ut magis desperet Æschinus impetrari posse has nuptias a patre. Et item 'quædam:' ut ignobiles demonstrarentur. Et totum hoc cum abjectione pronuntiandum est. 'Quædam' et 'pauerculæ' dicendo, adimit omnem spem nuptiarum: nam 'quædam' ignobilem indicat: 'pauper,' indotatam. Quid ergo remanet quod speret Æschinus? *Idem.*

Pauerculæ] Nec pauperes saltem. *Idem.*

Habitant hic quædam, &c.] Veluti altius repetiturus orditur, et expectationem arte dispensat: Ignotas pau-

latim in notitiam deducens: 'virgo est cum matre,' itaque: 'hæc virgo orba est patre.' hæc moram et figuram habent: cetera festinantur, et inexpectato compendio profunduntur: 'Hic meus amicus illi genere est proximus, Huic leges cogunt nubere hanc,' quo telo improviso necesse fuit animum adolescentis percelli, ut sequeretur illa, se tantum non proderentis, querela: 'perii,' &c. ubi non minus in vultu perturbationis fuisse intelligendum est. *Bæclerus.*

14 *Opinor*] Vel adeo obscuræ sunt, et nullius pretii, *ut opinor has non nosse te.* Potuit recte dicere et hoc, *ut opinor, has non nosti:* sed illud venustius. *Donatus.*

Ut opinor has non nosse te] Aut abundat 'ut:' aut deest 'scilicet.' Magnum autem crimen est, in forma vicinæ puellæ incognitam esse adolescenti de proximo. Et quia scit hunc esse de quo dixerit, 'Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit aliquid?' subdidit causam, ne dignitatis pudorisque esset, quod eam incognitam Æschino esse dixisset. neque enim diu huc, inquit, commigraverunt. Et 'ut opinor,' mire ipse sibi sumit atque confirmat, quod nondum ille confessus est. *Idem.*

Ut opinor has non nosse te] 'Ἀρχαῖον' in his verbis agnoscere sibi videtur *Donatus*, nec expedit. unde labor junioribus natus: quorum aliqui *ut* expungunt: nescio an antiquis libris adjuti; quod jactitant. alii subobscuræ, quid mallent, significant: *ut opinor has non nosse te.* quod si liceret facere, eadem libertate legeres, et *opinion* h. n. t. Sin retinendum est *ut*, simplicius fuerit, ἁλλοθεν admittere: *ut opinor, has non nosse te*, credendum est. quod prævenit et supplevit, vultu affirmante propositum *ut* et certo scio. *Bæclerus.*

Et certe scio] 'Ἐπαρόφθους. parum dixit, inquit. *Donatus.*

15 *Quid tum postea*] Gratissime pro-
Delphi, et Var. Clus.

ditur Æschionis amator, quum sedulo dissimulet. *Idem.*

16 *Virgo est cum matre*] Vult Micio sic audire Æschionem, tanquam alienissimum: et idem veluti inscius facti, diligentius narrat. 'Virginem' autem ἀρχαῖον pro 'muliere' dixit. *Idem.*

17 *Hic meus amicus*] Qui me advocationem abduxit de foro. *Idem.*

18 *Huic leges cogunt nubere*] Non 'permittunt' dixit, nec 'jubent:' sed 'cogunt:' ad perturbandum Æschionem. et recte. alia enim sinunt leges, alia cogunt fieri. Et ne esset quo resisteretur illi, vult ut mulieres a lege cogantur. *Idem.*

Huic leges cogunt nubere hanc] *Phorm.* act. i. sc. 2. 'Lex est, ut orbæ, qui sunt genere proximi, his nubant, et illos ducere eadem hæc lex jubet.' Lex Solonis; exstat apud Demosthenem ad Macartatum: Plutarch. in vita Solonis: 'Orbæ, qui sunt genere proximi, eis nubunt: aut his orbis dotem danto.' *Farnabius.*

Perii] Hoc audit Micio, sed dissimulat. *Donatus.*

Perii] Pressa voce et submissa. *Farnabius.*

19 *Nihil: recte*] Id est, recte quod perii. et nihil magis comicum. Et vide trisyllabum artificiose esse subiectum: ut qui 'perii' dixit, vix hoc locutus fuisse videatur. *Donatus.*

Perge] Vide instantius interrogantem, quam extraneum, decuit. *Idem.*

Is venit ut secum avehat] Aliud pejus in amatam, ut nec Athenis saltem alteri nuberet. *Idem.*

20 *Nam habitat Mileti*] Πίθωνος 'Mileti:' et est adverbium locale. *Idem.*

Hem, ut virginem secum avehat] Hic acrius commoveri proditur adolescens, ut affectu fateatur, quod verbis negat. *Idem.*

21 *Sic est. Miletum usque obsecro? ita animo male est*] Ille, oblitus sui, sic indignatur, ut in re propria: hic

5 A

rurus callide vultu nititur, tanquam aliena narrantis. *Idem.*

Miletum usque, obsecro] Bene 'usque.' nam Miletos colonia est Atheniensium in Ponto. *Idem.*

Miletum] In Caria, hodie *Molassum*. *Farnabius.*

Animo male est] 'Animo male fieri' dicitur, quum ietu alicujus mororis perculsus animus, non sustinet corpus: sequiturque ruina membrorum. *Donatus.*

22 *Quid ipse? quid aiunt*] Non statim credit Æschinus pudicam matremfamilias statim consentire in nuptias novas viri ignoti. *Idem.*

Quid istas censes] 'Poesse dicere,' subaudiendum. *Idem.*

Nihil enim] 'Dicunt,' subaudiendum. et sic intelligendum 'nihil.' non quod taceant, sed quod nihil confirmationis habeat id quod dicunt. *Idem.*

23 *Commenta mater est*] Nunc dicit quid dicat. etiam 'commenta' dixit, id est, fallaciam confinxisse, verisimile comminisci. *Idem.*

Commenta mater est, &c.] Artificiose causam, quæ hactenus simplex videbatur, dividere incipit: Æschini interrogatione ad commenti productionem veluti ultro invitante. dixerat modo: 'nihil enim' aiunt, scilicet quod alicujus momenti sit. *commenta mater est* (nam cum quod causarentur nihil haberent, mater a fallacia præsidium mutuari voluit coniungens, quæ nemini veri similia videantur) *esse ex alio viro* (ut se agnoscat suamque causam Æschinus; eo magis, quo minus id agi videtur; additur enim) *nescio quo*; et mox iterum (postquam de 'puero nato' adjecerat) *negue cum nominat*. Hæc diligenter, et cum mora, ad lacesendum Æschini animum. rationem juris, quæ pro ipso et amica staret, cito et per speciem negligentie transmittit: 'Priorem esse illum, non oportere huic dari.' itaque provocabatur denno Æschi-

nus ad defendendam suam causam; ut, parum quidem caute (eam enim sibi oblectationem ex hac *disputatq* machinabatur senex), merito tamen et jure, asseverantius sane quam pro alio illo viro responderet: 'Eho nemne hæc justa tibi videntur postea?' q. d. quid? cum hæc ex matre virginis audires, an non justior postea tibi causa hæc visa est, quam amici illius tui, qui te advocatum sibi huc adduxerat? Id cum Micio negaret, jam pæne coactus, se aperire Æschinus, ac meros affectus loqui cepit. in quibus hoc suavissimum seni esse debuit, cum, quæ posthac futura esset visa solitudoque illius viri, a cujus consuetudine abducenda erat Pamphila, tam *dequereretnr*. ergo concludere eum undique parat, et cumulo rationum a perturbatione ad disceptationem traducit. in qua mirifice Poëta operam dedit, ut levisimæ equitatis virum adolescens, tantum non succumbens, demonstratione æqui bonique vinceret; et ad abruptendam disputationem, specie excusandæ advocacy, ceterum erumpente affectu, cogeret; atque in vicem ad exuendam omnem dissimulationem adigeretur. *Basilius.*

Ex alio viro] Jam de proximo tangit Æschinum. *Donatus.*

25 *Priorem esse illum*] Mire tractat etiam partes Æschini. *Idem.*

Illum] Ex quo natus est filius. *Farnabius.*

26 *Nemne hæc justa tibi videntur postea*] Scilicet illa, quæ amicus tuus dixerat prius, quam hæc audires. *Donatus.*

Justa tibi] 'Justa,' quæ postea audisti, quum illa quæ pro Lemnio dicebas prius. Ant si hoc non est, quære quid sit 'postea.' Videtur enim 'postea' sic abundare, quomodo interdum 'hodie' de stomacho adjicitur loquentia. ut Virgilius dicit: 'Numquam omnes hodie moriemur inulti.' *Idem.*

27 *Non*] Vultuose pronuntiandum est 'non.' *Idem*.

An illam hinc abducat, pater] 'Hinc,' tanquam singulus ploraturi est; nam sic est pronuntiandum. *Idem*.

Pater] Quasi hoc ad supplicandum dicatur. *Idem*.

28 *Factum a vobis duriter*] Non 'dure' et 'crudeliter:' sed quasi dura mente, id est, inflexibili, et quod Græci dicunt *ἀσπῆς*. *Idem*.

29 *Immisericorditerque*] Nota octo syllabarum adverbium, atque insuper compositum, et cum conjunctione prolatum. *Idem*.

30 *Illiberaliter*] *Ἀλλήως*. nam multa duriter, etiam si opus sit, immisericorditer quoque, et facienda sunt, et patienda, si ita ratio et causa cogat, et non sit illiberalis, id est, nobis malum atque inhonestum. *Idem*.

Illiberaliter] Injuste, inclementer, non bene. quia 'liberalis' bonus dicitur. *Idem*.

Si est, pater, dicendum magis aperte] Id est apertius: quia jam apertum fuerat, duriter et immisericorditer. Et bene præfatus est, ne contumax adversus patrem videretur. *Idem*.

31 *Quam ob rem*] Delectari magis cupiens Micio, Æschinum vult protrahere ad defensionem sui. *Idem*.

Illi] Milesio. Farnabius.

32 *Foris animi misero*] Quid de se plus diceret, si factum fateretur? Donatus.

Qui cum illa consuevit] Legitur et *illam*: et dicebant veteres, 'Hanc semper consuevit, et *ἐσθῆς*. ut Plautus, 'Et clandestina ut celetur consuetudo.' Et majore affectu non amorem allegavit, sed quod est commune cum bonis, et multo justius, consuetudinem. *Idem*.

33 *Qui infelix*] Non 'qui:' sed 'qui infelix:' et non 'amat,' sed 'misere' dixit. et ita affectu proditor, qui ut alienus vult loqui. *Idem*.

34 *Præsens præsentis eripi*] Adjungunt significationem hæc ex abundan-

ti addita: ut, 'Illam absens absentem auditque videtque.' Et, 'Fratrem ne desere frater.' Sic Cæcilius in Eratosthene, 'Hæc caterva plena gladiatoria, quum suum sibi alius sanciat, socius socium.' Et totus hic locus est translatus ex Virgilio, in Æneid. iv. 'Quis tibi nunc Dido cernenti talia sensus! Quoave dabas gemitus, quum littora fervente Prospiceres arce ex summa, totumque videres Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor!' *Idem*.

35 *Istuc*] Deest, 'dicis.' *Idem*.

Quis respondit] Latenter objurgat Æschinum rem sine patre gessisse. et dicitur figura *ἐντροχῶσιν*. *Idem*.

Quis respondit] Quia non interfuit pater. *Idem*.

Quis respondit] Latenter ex obliquo perstringit Æschinum, qui sine patris consensu et auctoritate se nuptiis illaqueaverat. Farnabius.

Quis dedit] Quia rapuit ante quam pateret. Donatus.

37 *Quando nupsit*] Quia nuptiæ non factæ sunt. Et 'nupsit' molestè additum, quasi aliena sit, quæ non legibus ducta sit. *Idem*.

Auctor his rebus quis est] Dativo casu. non 'harum rerum.' Et Sallustius, 'Qui tunc Romanis imperator erat.' *Idem*.

Auctor his rebus quis est] Iterum objurgat, quia non interfuit pater. et agit sic dolens, velut sibi minus amoris præbitum fuerit, Micio: ut se his, quantum amor patitur, videatur ulcisci; quandoque sibi negotium non constiteatur Æschinus. *Idem*.

38 *Cur duxit alienam*] Utrum filiam? an quæ possit aliena esse? nam omnes alienas filias ducunt. *Idem*.

Cur duxit alienam] Possetne aliquid ineptius annotari, quam in Donato hic legimus? 'utrum,' &c. valde a Terentii lectione arcendus fuerit, qui non primo statim intuitu animadvertat, 'alienam' hic esse, alterius matrimonio debitam. v. Chresto-

math. *Bacclerus*.

An sedere oportuit] 'Sedere' proprie ignavæ cessationis est. ut, 'Sedeant spectentque Latini.' Et, 'Quid sedes, Verres? quid aspectas?' *Idem*.

An sedere oportuit domi virginem tam grandem] Proprie dictum de virgilibus, quæ conditionem non reperiunt. Menander. *Θυγάτηρ ἐπίγαμος, κἀν ὅλως μηδὲν λαλῇ, διὰ τοῦ σωπῆν πλεῖστα περὶ αὐτῆς λέγει.* Domi etiam apud matrem sedebant virgines, nec in publicum prodibant. Hesiodus in *ἔργois*. 'Ἡ τε δόμων ἑταροσὶ φίλη παρὰ μητέρι μένει, ὅθῳ ἔργ' εἰδυῖα πολυχρόστου Ἀφροδίτης.' *Farnabius*.

39 *Tam grandem*] 'Grandem' ad ætatem veteres retulerunt, non ad corpus. et in parte ætatis dicitur, 'grandis,' non in tota vita, nisi si addatur 'natu.' ut, 'Grandis natu parens adductus ad supplicium.' Et 'Grandis infans,' et 'grandis puer,' et 'grandis ephebus,' et 'grandis virgo' recte dicitur. Et unde scit *Æschinus*, an grandem hic fingit ignotam? an quia dixit pater, Commuenta mater est esse ex alio viro, nescio quo, puerum natum. Ergo et illa grandis: et serus Milesius, qui tunc virginem petit, quum jam alteri data sit, vel rapta sit alteri. *Donatus*.

Dum cognatus hinc illinc veniret] Proverbialiter 'hinc illinc.' *Idem*.

Virginem tam grandem, dum cognatus huc illinc veniret] In nota Donati fœdum iterum mendum fideliter reponunt etiam splendidiæ novitiæ editiones: 'ergo,' &c. quis enim *servo* hic locus? omnes vident, *serus* legendum esse. *serus Milesius*, i. e. qui 'ad sperata venit præreptaque gaudia serus.' Neque hoc ago, ut ubique emendetur *Donatus*; quem hac vice nec edendum suscepimus: sed obiter iudico, quam non debuerint ista ab editoribus negligi. Mox *Donatus* legit: *hinc illinc veniret*, tanquam proverbialiter dictum. quod multis pla-

cuit. nos consensum *Mass.* secuti sumus. v. et *Guyet. Bacclerus*.

41 *Et id defendere*] Non potuit magis amatorie, et magis pueriliter loqui, quam ut non contentus quod ait, 'Hæc dicere te æquum fuit:' etiam adderet, 'Et id defendere.' Patet autem qualis affectus eam, quum etiam patri ob alienam causam blanditur; ut ipse nunc simulat. *Donatus*.

Et id defendere] Non est alius sensus quærendus, quam qui ad asseverationem ducit: hæc tanti momenti sunt; quæ dixi, ut omnino illi amico tuo debueris oggerere, et eam tam bonam causam defendere. agnoscit *Donatus* instantiam sententiæ, et ad amorem refert. sed quod de puerili locutione addit, nisi referas ad id, quod *Micio* mox exprobrat, de officio advocati, non poterit locum habere. *Bacclerus*.

42 *Ridicule*] Vocativus est casus, ab eo quod est 'ridiculus.' *Donatus*.

Adversumne illum causam dicerem, cui veneram advocatus] Hoc est *Plauto*, 'Hinc stare, illinc causam dicere,' *Menæchm.* act. v. scen. 2. 48. *Bacclerus*.

Causam dicerem] Nove hoc dictum. cum hoc sit proprie rei ac defensoris. *Farnabius*.

43 *Quid ista, Æschine, nostra*] Hic jam ultima desperatio et *Æschinum* in confessionem protrahet, et in finem fallaciæ senem deducet. Et bene quidem 'nostra' dixit. memor est enim se respondisse *Æschino* interroganti, 'Tibi vero quid istic rei est? Nihil mihi quidem.' Totum autem hoc senex ad id redegit, non tam ut torqueret *Æschinum*, quam ut majus faceret beneficium suum, exponendo id quod pene periculum amor ejus incideret. *Donatus*.

44 *Quid est? quid lacrimas*] Quasi repente animadverterit flentem, et quasi causam omnem nesciat, sic inquirat. *Idem*.

45 *Quid lacrimas*] Ἀγὰρ ἀμυδά-

κρως ἄδρως. Farnabius.

Æschine] Non exhibuisset personam patris, nisi pietate victus, pati filium nollet confessione torqueri. Virgilius: 'Nec plura querentem Passa Venns, medio sic interfata dolore est.' Bene ergo intelligunt, qui sic accipiunt, perrecturum adhuc fuisse Micionem, nisi victus affectu, fallaciam projecisset. *Donatus.*

Æschine audiui omnia] Victus animo patrio, non ultra ferre personam Micio potest: et objurgaturus, ab amore suo in objurgandum orditur: cujus penitentiam in partem laudis trahit; ut de peccato magno mitius inferretur, quod dicendum erat. ibi quoque, excusatione aliqua ultro subjecta, brevis agens, pleramque orationem in negligentia castiganda consumere studuit, neque quicquam in hac fabula Micio indulgenter egit, quod plus rationis, aut minus ineptiarum haberet. *Bæclerus.*

Nam te amo] Bene addidit, *Nam te amo*, &c. nam et invidis et inimicis moris est scire, quid agamus. *Donatus.*

47 *Ita velim me promerentem ames*] Quam pie additum est 'promerentem': tanquam illic sit votum *Æschini*, quum possit pater etiam immeritum amare. Et animadvertendum est, 'ut' semper sequi vel statim, vel ex intervallo, maxime in bujiamodi confirmationibus. Sic Cicero: 'Ita velim mihi Deos propitios, ut quum illius temporis mihi venit in mentem,' &c. 'Velim' autem, pro 'volo,' antequam dicitur. *Idem.*

48 *Ut me hoc delictum admisisse in me*] *Me*, in *me αὐτῆς* adjectum est. *Idem.*

49 *Et me tui pudet*] Ambiguum quidam hoc dictum putant: sed apparet adolescentem propter suum peccatum dicere, non quod quicquam turpe fecerit patri. *Idem.*

Et me tui pudet] *Donatus*: 'Am-

bigue,' &c. legendum est *pater*. 'pudet me tui,' hic est, tui causa; propter te quem offendi. *Idem.*

50 *Ne indiligens nimium sies*] Non ergo ingratus, sed negligens *Æschinus*: nec negligens, sed 'indiligens': nec in alterum, sed in se deliquit. Miræ clementiæ genus est, aut omnino ignoscere, aut crimen in levius commutare. nam tota objurgatio ita amica est, ut non multum a blandimento discrepet: magisque proficiat apud audientem, ut vult Terentius, quam illa aspera atque præfracta. *Idem.*

51 *In qua civitate tandem te arbitrare vivere*] Commune locum inducit a loco, a persona, a facto, a tempore. *Idem.*

In qua civitate] Aliter pronuntiandum est, id est, presse ac leniter: ne faciat illud Tullianum, 'Pro DI immortales, ubinam gentium sumus? quam rempublicam habemus? in qua urbe vivimus?' Et *tandem* pro *tamen*. *Idem.*

In qua civitate] Hoc est, oblitus es Athenis te esse, ubi vivitur legibus? Vide omnes sententias poni accusatorias, et nihil amoris. isti sunt orationum colores difficillimi: sed elaboravit Terentius Micionem facere leniter accusantem, et inducere Demeam durissime blandientem. *Donatus.* Bene et erudite hoc postremum. illud, 'nihil amoris,' qui non disconvenit? si hanc ipsam sententiam, et quæ præmisit, consideres: 'Nam tota,' &c. Aut ergo aliquid excidit, loco post sententias accusatorias, a loco, a persona violata, a magnitudine peccati petitas, significaretur, statim leniri omnia verbis et consolatione; aut legendum, et nihil amari. accusat quidem, sed in accusatione nihil amari inest. id enim certe voluit notare *Donatus*, cujus annotatio, quæ sequitur, transposita est, et in suum locum obiter reducenda. Nam post ea, quæ dixi-

mus; iterum ponitur: '*In qua civitate: Quod,*' &c. Non hæc ad vs. 51. sed ad vs. 46. annotata fuerunt: indeque huc in locum alienum demota sunt. vox '*assentationis*' parum explicite hic adhibetur. vide an verius sit *asseverationem* substituere. *Bæclerus.*

In qua civitate] Quod objurgat Micio, magni amoris est, et necessaria pro persona assentatio: non enim convenit, patrem nimium diligentem filium ejus præterire peccata. *Donatus.*

In qua civitate tandem te arbitrare vivere] An utique oblitus es te Athenis esse, ubi vivitur legibus? *Farnabius.*

52 *Virginem vitiasi*] Vide et rem dici, et abesse tragicam inclamationem, et ostendi delictum: et ad veniam destinari. nam statim dicit: '*Jam id peccatum primum est magnum, at humanum tamen.*' Et tota pronuntiatio hujusmodi verbis summissa debetur. *Donatus.*

54 *Fecere alii, sæpe item boni*] Moris est exemplo lenire, quod purgare non possis. *Idem.*

Fecere alii sæpe, item boni] Consolatio ab exemplo. Et '*boni,*' non quum hoc facerent, sed alias boni. *Idem.*

Fecere alii sæpe item boni] Sententiam a Plauto acceptam (in cujus Epidico 1. 1. 30. '*edepol facinus improbum. at jam ante alii fecerunt idem*') validiorem fecit, addendo '*sæpe,*' et '*boni.*' *Bæclerus.*

Fecere alii sæpe, item boni] Plant. Mercat. act. 11. sc. 2. '*Fecere tale ante alii spectati viri.*' Heant. act. v. scen. 2. '*Volgo id facinus.*' *Farnabius.*

At postquam id evenit] '*Evenit,*' inquit, non '*commisum est.*' nihil innocentius dici potuit. *Donatus.*

55 *Numquid circumspexisti*] *Συγκομή* HAAHTANACMOC* pro '*circumspexisti.*' '*Circumspicimus*' præsen-

tia, '*prospicimus*' futura. *Idem.*

Numquid circumspexisti, &c.] Hos versus quomodo Gayetus explicet vide. *Bæclerus.*

56 *Qua floret*] Id est, qua ratione, quo modo fieret? et '*qua ratione;*' id est, quibus adminiculis, vel per quas personas? *Donatus.*

Si te ipsum mihi puduit dicere] Optime hoc additum est: quasi non debuerit Æschinum apud Micionem pudere. *Idem.*

57 *Qua rescicerem*] '*Qua,*' id est, per quos. et ad omnia subanditur, '*Numquid circumspexisti?*' *Idem.*

Qua rescicerem] Deest '*re,*' vel '*ratione.*' *Idem.*

Menses abierunt decem] Mire '*abierunt.*' Quasi dicat, te cessante, menses cessare: et locus est incusationis a tempore. Et '*abire*' dicitur, quod paulatim nos deserit: hoc autem ex partu intelligit. *Idem.*

58 *Prodidisti te, atque illam matram*] Vide festum senem, quantum se adolescenti accommodet: non enim illum, quem causa deprecit, sed amatorum ordinem fecit, prius dicendo '*prodidisti te,*' quam '*illam;*' tum etiam '*gnatum,*' ut ex animo amare videatur id quod natum est. *Idem.*

Prodidisti] Decepisti, vel deseruisti. ut Virgilius, '*unius ob iram Prodimor.*' *Idem.*

Prodidisti et te, et illam miseram, et gnatum, quod quidem in te fuit] Ex '*illam*' elidendum est alteram l, et ex '*quod*' d; ita '*te,*' et '*illam,*' et '*quod quidem in,*' erunt duo amplexi, et versus procedet. *Færmus.*

Quod quidem in te fuit] Sallustius, '*Quod in familia nostra fuit, præstitit ut in omnibus bellis adesset nobis.*' Et Cicero, '*Senator P. R. quod in vobis fuit, jacuit et pernoctavit in publico.*' *Donatus.*

Quod quidem in te fuit] Pro, id quod in te erat: id est, quantum in officio tuo spei et auxilii partemque tua-

rum fuit: vel, quantum ad te spectabat. Et hic est illud, quod obsequentibus pater vult, omnia per se esse correcta. *Idem.*

59 *Dormienti hæc tibi confecturos Deos*] Quam mitis, quam faceta objurgatio! Videtur satis Micio ille esse, qui ante est descriptus? *Idem.*

Quid credebas? dormienti hæc, &c.] Incerta distinctio: nam et per se quid, et quid credebas, legi potest: et velut hic subaccusatur Æschinus, 'Dormienti hæc tibi confecturos Deos?' *ἄνδ' τοῦ ὕπνῳ.* Et quæ sint, quæ a Diis cessantibus præstari non possint, sequenti versu docet, ne videatur de Diis male sensisse. *Idem.*

Dormienti] Multo melius, quam si diceret 'cessanti.' et non, 'facturos:' sed, quod plenum est, 'confecturos.' Et mire Deos ponit in eo negotio, quod ipse præstat: tanquam hic et se et Deos excuset, quod non fecerint Æschino quæ volebat, etiam dormienti. *Idem.*

Credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos] Cato apud Salustium: 'Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilium Deorum paratur: sed vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cadunt: ubi socordiam et ignaviam te tradideris, nequicquam Deos implores; irati infestique sunt.' Apollon. 1. *Ὅττι τε κῆας Ἀδελφῶν δόσαι τις ἴδων τοὺς ἐβήαντων.* Farnab.

60 *Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum]* *Ἄνδ' τοῦ ἔλ-λου ὕπνῳ.* Ordo, deductum iri domum. Donatus.

61 *Nolim ceterarum rerum te socordem]* Quam nihil imperiose ac pro auctoritate patria fit! *Nolim*, inquit, *te socordem ceterarum rerum esse:* non dixit *ne sis socors.* *Idem.*

Nolim ceterarum rerum te socordem eodem modo] Fingunt hic puto elegantiam aliam *ἑπιδόου*, quam Poëta in animo habuit, cum *τὸ ceterarum rerum* non a *socors* suspendunt, sed ita suppleant, quod ad ceteras res attinet. id

quod Scipioni Gentili, Rittershusio, Hotomanno, et aliis, etiam placuit. Vide Joh. Weitz. Nihil causæ est, cur dubitemus, poetam voluisse dicere: *Socordem ceterarum rerum.* nec aliter Donatus accepit. Ita apud Tacitum, qui, secus quam Sciepius putavit, optimos quosque antiquiorum sedulo et erudite imitatur, *Socordem futuri legas*, Hist. III. 31. *Bæclerus.*

62 *Bene animo es]* Apparet flenti hæc dicta omnia esse: et hoc decuit verecandam adolescentem, et ex vi tantæ orationis, et metu amittendæ puellæ. Et 'es' modo imperativi modi est, temporis præsentis. nam 'esto' futuri est. *Donatus.*

Duces uxorem] Datur in ultima objurgatione et breviter, et plena securitas. *Idem.*

Hem] Singultientis fletu et gaudio dixit 'hem.' *Idem.*

63 *Obsecro, non ludis tu nunc me]* Mœstus amatoris animus ludentem serio loqui credidit: vera dicentem, quia optata sunt, putat ludere nunc. Potest et ob hanc causam dicere, *Ludis tu me nunc?* quod numquam eum antea luserit. *Idem.*

Ego te? quam ob rem] Magna vis pronomini cur non ludat. quibus et accessit consideratio rei. nam primo 'ego,' deinde 'te,' deinde causæ propositio. Et recte *ludis.* Est enim amanti, in falsum metum conjicere imminente lætitia, qualibet sententia: inimici vero, in falsum gaudium quemquam impellere, sub alienj mœroris adventum. et ideo negat se Micio in hac parte lusurum Æschinum, qui in aliis luserit. *Idem.*

Nescio] Religiose dixit 'nescio:' quasi non sit ratio, quare non credat patri, quamvis subjecerit causam. *Id.*

64 *Quia tam misere hoc cupio esse verum]* Pro nimis: quia nimia miseria: ut 'ne quid nimis.' hoc enim putant, qui virtutes mediocritates esse dixerunt. *Idem.*

Nisi quia tam misera hoc esse cupio verum, eo vereor magis] Tò quia in nullo veteri libro apparet, ut ait Faërus. *Faber.*

65 Abi domum, ac Deos comprecare] Magnus institor sui beneficii est, qui a Diis petendum esse dixit, quod ipse præstabit: an ideo quia ordinis fuerat, prius rem divinam facere, et sic uxorem accersere? Et bene repetitum est. *Abi:* quasi hærenti morantique: ut, 'Vos istæc intro auferte: abite.' *Donatus.*

Abi domum ac deos comprecare, ut uxorem accers.] *Donatus:* 'Magnus,' &c. non recte. neque enim voluit hoc Micio dicere, quod sequitur, verius est: 'an ideo,' &c. *Bæclerus.*

Deos comprecare] *Plin. Panegyric.* 'Quod nihil rite nihilque providenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspiciantur.' *Farnabius.*

66 Quid? jam uxorem] Accessit ad beneficium tempus, et ideo 'jam' quasi gestiens repetit adolescens. *Donatus.*

Quid, jam uxorem? &c.] Mire affectus in hac scena commutavit et variavit Poëta. post curam et sollicitudinem, Æschini animo incussam, gaudendi materiam abunde suppeditat Micio, jocoque insuper et familiaritate commendat. vs. 68. *Bæclerus.*

Quantum potes] Aut deest 'cito:' aut 'quantum potest esse.' *Donatus.*

67 Ni magis te quam oculos nunc amo meos] Mire 'nunc' addidit, et eleganter inventum est, quod in se amator multum diligit, id est, oculos: ut e contra in Eunucho, 'Adolescenti ipsi eriperem oculos' id est, ipsos de quibus amat. *Idem.*

Ni magis te, quam oculos nunc amo meos] *Catullus ad Licin. Calvum:* 'Ni te plus oculis meis amarem.' *Farnab.*

68 Quid? quam illam] Commendat se Micio, et familiarioram amatori facit, mentionem faciendo sæpius de amica in uxorem ducenda. *Donatus.*

Æque] Sic infert hoc, quasi dubitando invenerit. *Idem.*

Perbenigne] Multum putat, quum amator hoc dixit: ergo 'benigne,' large abundeque. *Idem.*

Quid ille ubi est Milesius] Non amat, si statim timere desinit. unde *Virgilius,* 'Omnia tuta timens, eadem impia fama furenti Detulit, armari classem, cursumque parari.' *Id.*

69 Abiit: periit: navem ascendit] Facete, 'abiit:' ne diceret, mentitus sum. atque ita dixit, ut infantibus nutrices de terribilibus dicere solent: quas quum ipsæ confinxerint, abolitæ volunt, postquam illos vident nimium pavere. Et mihi videtur ridens hæc dixisse: ut intelligat Æschinus, Micionem joco fuisse mentitum. *Idem.*

71 Tibi obtemperaturos magis] Mira sententia, Deos obsequi bonis, quasi bonis hominibus multum debeant. et in excusationem precandi Deos, vide quæ facultas nata sit patrem sine assentatione landandi. Non est autem injuriosum, ad patrem referre deprecationem Deorum: sed magis honorabile. nam tale est apud *Virgilium,* 'Tu genitor, cape sacram, patriosque penates.' Ut ipse patrem portet, hic Deos. *Idem.*

72 Ego eo intro, ut quæ opus sunt, parentur: tu fac, ut dixi, si sapi] Hic versus in quibusdam non invenitur. *Idem.*

M1. Ego eo intro, ut quæ opus sunt parentur: tu fac ut dixi, si sapi] Hic trochaicus una syllaba est longior, nisi ex ut t elidatur, ut et alibi. *Færus.*

73 Quid hoc est negoti] Et mirantis hæc, et landantis oratio est. et bene videtur hujusmodi patrem Terentius probare. *Donatus.*

74 Qui magis morem gereret?] 'Qui,' quo modo, qua re, qua ratione, magis mihi indulgeret. *Idem.*

75 Hic non amandus] Omnia perfecit hic pater, ut et ametur, et lau-

detur, et foveatur. *Idem.*

76 *Magnam mihi injectis sua commo-
ditate curam*] Mira sententia, mala
etiam de bonis nasci. an bonus parens
magnæ curæ eat filio? *Idem.*

Itaque adeo magnam mihi injec.] Non
expedit bene sententiam Donatus.
hoc dicit Æschinus : sibi nunc inpr-
mis curæ fore, ut, pro tantis benefi-
ciis et summa indulgentia, patri con-
tra referat gratiam, obsequio cultu-
que. *ἀλλήτως* dictum est, *injectis mihi
magnam curam, ne quid imprudens
faciam, quod nolit* : ut propositum stu-
dianque obsequendi conspectius fa-
ceret, affectum demonstrando. *Bac-
clerus.*

77 *Sciens cavebo*] Facere quod no-
lit scilicet. *Donatus.*

78 *Sed cesso ire intro, ne mora meis
nuptiis egomet siem*] Bene hoc, utpote
objurgatus. *Idem.*

SCENA VI. Senarii aunt. vs. 4. Mss.
nostri omnes, ut edidimus. vs. 5. *rd*
se unus tantum habet.

In tempore reducit Poëta De-
meam : cui compositis jam, quarum
causa fratrem volebat convenire,
turbis, futurum sane erat, ut minue-
retur de Æschino quidem cura, ex
Ctesiphone vero augetur. *Baccler-
us.*

1 *Defessus sum ambulando*] *Hic ex-
emplum inducitur sævi patris ex affectu
vero, et ob hoc inveni omnibus. non au-
tem tantum amare vultu, quam ipsa re,
inducitur : nam neque sibi, neque cui-
quam alii, sed filio tantum consultum
cupit. De autem valde significat. Do-
natus.*

Ut, Syre, te cum tua monstratione
*Ut, pro utinam, et hoc omnia an-
helans dixit. Idem.*

Te cum tua] Adhuc non credit in
errorem se missum fuisse. *Idem.*

Te cum tua monstratione] *Ἰβυρτικός,*
Te cum tua monstratione. Idem.

3 *Perreptavi usque omne oppidum*
Tardus incessus, non perambulatio,
sed 'perreptatio' dicitur. 'Ad por-

tam, ad lacum.' *Idem.*

Perreptavi] Aptus seni incessus.
Farnabius.

Ad lacum] Facite Poëta memorem
inducit senem, quorum minime opus
fuit meminisse. *Donatus.*

4 *Quo non*] Mire propinquiora o-
misit : utpote 'porticum,' 'macel-
lum,' 'Cratini ædes,' 'templum Dia-
næ : ' et ultima posuit, ut quantum
peragraverit, demonstraret. *Idem.*

Quo non] Duobus dictis, 'quo
non ?' addidit : quasi et ad dicendum
lassus appareat. *Idem.*

Neque fabrica ulla erat] Amandarat
Demeam Syrus, ad fabricam, quæ
nulla erat, sc. 2. hujus actus. *Farna-
bius.*

6 *Certum obsidere est, usque donec
redierit*] Proprie 'obsidere' dixit.
convenit enim et irato, et repente ag-
gressuro. et ab eo quod est 'obsideo,'
'obsidere' facit, producta media syl-
laba : ab eo quod est 'obsido,' 'ob-
sidere' facit, eadem syllaba correpta.
Donatus.

SCENA VII. Hæc quoque scena
trimetris sive senariis constat. vs. 6.
omnes Mss. nostri, ut ed. ut et vs. 8.
vs. 20. omnes : *nequeo.* vs. 26. om-
nes : *vel gratis.* vide Faërn. vs. 29.
omnes, ut ed. vs. 30. omnes : *sanum
ne te cr.* vs. 34. omnes : *restim ducti-
tans.* vs. 35. illud *probe*, quod Demeæ
tribuitur, abest ab omnibus. nisi quod
in Argentor. in margine adscriptum
visitur. vide Faërn. vs. 44. duo : *ser-
vare prorsus hanc familiam non poteris.*
Argentor. eodem ordine collocat, sed
pro *servare*, habet *salvare.* et in mar-
gine ; *al. conservare.*

Scena hæc tota est *ἀνιδιότυχη* et
ἐπεριφύρῃ, ex persona Demeæ : cu-
jus tamen iracundia haud parum fes-
tive hebetatur compositis Micionis
moribus et sermonibus. quod jargium
erat futurum, si incidisset Demea in
eum qui contra tenderet, arte Poë-
tæ ad oblectationem theatri vertitur :
dum tam commode partim excipit je-

tus adversarii Micio, partim eludit. Serviant huic Poëtæ instituto, brevitas, et præter expectationem interrogantis, responsa: tum collecta celeriter rei summa et *ῥαπὴδα μυστική*, et ironia assentiendi speciem induta, cum ceteris opportunissime dispensantis figuris. *Bæclerus*.

1 *Ibo, illis dicam*] *In hac scena est exemplum intempestivæ obfurgationis, ac per hoc ridicula.* Donatus.

Ibo illis dicam] Sostrate et filie. *Idem*.

3 *Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adolescentis*] Magno sonitu ac ingenti ostentatione futura accusationis exorsus est. magna sunt enim omnia, et 'fero,' et 'alia flagitia,' et 'ingentia,' et quod *ελαφυνέω*, 'Boni illius adolescentis,' dicit. *Idem*.

4 *Boni illius adolescentis*] *Ελαφρεια*, quæ semper amarius ponitur, quam crimivatio manifesta. *Idem*.

Boni illius adolescentis] *Æschini*. Ironia. *Fernabius*.

Ecce autem] 'Ecce' dicitur, quum repente triste aliquid rebus intervenit lætis, aut certe, quum aliud agitur, aliud emergit novum: ut Virgilius, 'Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta, Horresco referens, immensis orbibus angues.' Et, 'Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus.' Et Cicero, 'Ecce autem repente ebrio Cleomene, esurientibus ceteris, &c. *Donatus*.

Nova] Recentia. an mira et magna? ut, 'Pollio et ipse facit nova carmina.' *Idem*.

5 *Nescis qui vir sis*] *Ελαφρεια*. nam 'vir' ad laudem sumi solet. ut alibi, 'Virum te iudico.' *Idem*.

Scio] Satis ridicule, nec quod ille caput, abnegat Micio: ut consentiendo iracundiam Demæ acriorem fieri * possibilem sibi, mitigare queat. nam 'scio' ad negotii totius gestionem retrahit; non ad illud quod ait, 'nescis qui vir sis.' *Idem*.

8 *Ehe, scis? et patere*] Jam et illi

irascitur, non *Æschino*. *Idem*.

9 *Non. malim quidem*] Alii volent Micionem dicere 'malim quidem:' alii Demeam. *Idem*.

Malim quidem] Respondet Mitio ad illa Demæ, 'scis et patere, quid ni patiar?' Malim quidem, si fieri posset, aliter esse: sed quando quod factum est, infectum esse non potest, æquo animo fero. tale quid cum dicere pararet, interpellatur a Demæ. *Fernabius*.

10 *Puer natus est. Di bene vertant*] Hic bono exemplo inducitur Micio irascentem juste Demeam leniter ferre: quia exanimato ob mœrorem non convenit inclementer iri obviam, quum possit in tempore obfurgari, postquam destomachus fuerit. Et vide quam facete: quum ille, 'Puer natus est,' ad argumentum mali attulerit, hic ita respondit, quemadmodum solent illi, quibus puellam nasci metuentibus, nuntiatur puerum natum esse. nam in omnibus quæ cupite venerint, 'Dii bene vertant,' dici solet: quia sæpe homines ea optaverant, contigissent. quam potestatem rerum vertentium semet in utramque partem, Vertumno Deo superasse, veteres existimaverant. *Donatus*.

Virgo nihil habet] Vult rem simo remedio videri: quia scit posse nuptiis finire sollicitudinem. Et vide amaritudinem Demæ contra omnes, ut nec virgini ipsi parcat. *Idem*.

11 *Audisti*] *Ἀφελῶς* et cum *εἰσθενομὲς* respondendum, quasi leve sit, quod admissum sit. *Idem*.

Et ducenda indotata est] Ducenda scilicet, nisi damnandus sit *Æschinus*. ut hoc verbum necessitatis vim habet: ut, 'Pacem Trojano ab rege petendum.' *Idem*.

Et ducenda indotata est] Coniunge: *virgo nihil habet, et ducenda indotata est*. Donatus recte agnoscit necessitatem in 'ducenda est.' q. d. nihil

aliud stupereat, quam ut ducat vi-
tiam, nisi malit iudicio cogi. ubi
hoc est miserrimum, 'uxorem sine
dote' domum deducere cogatur.
quam sollicitudinem patrum nobilio-
rum etiam alibi expressit poëta, in
tali negotio. cum enim interrogatum
esset, 'Non, si redisset, ei pater ve-
niam daret?' respondetur: 'Ille ne
indotatam virginem atque ignobilem
daret illi? nunquam faceret.' Ph. I.
2. 69. &c. *Bæclerus.*

12 *Quid nunc futurum est?* More
irascens, quum ipse sciverit quid
futurum sit, Micionem interrogat. et
huiusmodi interrogatio, secundum fi-
guram suam non habet responsionem:
sed Micio sic respondit, quasi simpli-
ter inquirenti. *Donatus.*

13 *Illinc hac transferetur virgo?*
'Virginem,' quæ etiam cum viro fuit,
vocat. Virgilius, 'Ah virgo infelix.'
Idem.

O Jupiter! isto cunctis pacto oportet?
'O Jupiter,' tragice adiecit a Mici-
one versus. 'Istocunctis pacto,' ad
ipsam Micionem respiciens dixit.
Idem.

Virgo? Quæ etiam cum viro fuit.
Virgil. Eclog. 6. de Pasiphaë. 'Ah
virgo infelix!' *Farnabius.*

15 *Si non re ipsa tibi istuc dolet?*
Nunc 'rem' pro veritate posuit. *Do-
natus.*

16 *Simulare certe est hominis?* Non
hoc dixit, quia hominis est mentiri:
sed quia sæpe iracundiæ simulatio,
custodia disciplinæ est. *Idem.*

Jam virginem despondi: res composita est: sunt nuptiæ? Ne diceret, *de-
spondi, compositi, facio.* Et *despondet*
puellam qui petit: *spondet* a quo pe-
titur. Recte ergo socer futurus *de-
spondi* dixit. *Idem.*

18 *Hæc magis sunt hominis?* Bene
'hominis': ille enim dixerat, 'Simu-
lare certe est hominis.' *Idem.*

Ceterum, placet tibi factum, Micio?
Nihil aliud volebat Demea, nisi ut
sæviret Micio: quod impetrare non

potuit, etiam ab eadem sentiente
de pravitate et peccato *Æschini.*
Idem.

21 *Ita vita est hominum?* Ex Plato-
nia lib. x. de Rep. videtur hoc de-
sumptum. Καὶ ὥστε ἐν πάσῃ κοῦβιν
πρὸς τὰ πεπρωμένα τίθεσθαι τὰ αὐτοῦ
πράγματα, ἔτι δ' λόγου αἰρεῖ βέλτιστα ἐν
ἔχῃ. quod et refert Plutarchus lib.
περὶ εὐθυμίας. Κυβείξ δ' Πλάτων τὴν
βίον ἀπελευθερῶν, ἐν ᾧ καὶ βαλεῖν δεῖ τὰ
πρόσφορα, καὶ βαλόντα χρῆσθαι καλῶς
τοῖς πεσοῦσι. *Farnabius.*

Quasi quum ludas tesserie? Rectum
erat si diceret, Ita vita est hominum
quemadmodum tesserie ludere, aut,
quemadmodum ludus est tesserarum.
Nota ergo genus locutionis. *Donatus.*

22 *Si illud, quod maxime opus est
jactu, non cadit?* Utrum, quod opus
est, jactu non cadit? incerta distinc-
tio. *Idem.*

23 *Illud quod cecidit forte, id arte ut
corrigas?* Ars adhibenda pro fortuna.
non enim si male jactus ceciderit, de-
serendus est ludus. et 'forte' nunc
pro fortuna intelligendum. *Idem.*

*Illud quod cecidit forte, id arte ut
corrigas?* Cæsari hoc est, 'fortunam
industria sublevare' de Bell. Civ. III.
73. *Bæclerus.*

24 *Corrector?* Quia dixit, 'arte ut
corrigas,' sed moris est iratis ab ul-
timo verbo contradicentis incipere.
Donatus.

27 *Neque est, neque illam sane stu-
deo vendere?* In scopulo versatur Mi-
cio, in quo ellgit ineptus potius vide-
ri, quam prodat Ctesiphonem patri.
Idem.

30 *Cur non?* Posset dicere, non est
Æschini amica: sed celanda est cul-
pæ Ctesiphonis. *Idem.*

31 *Ita me Di ament, ut video ego tu-
am ineptiam?* Ordo est, Ita me Di
ament, te facturum credo, ut habeas,
quicum cantites. Ipse se fallit, non
inquirendo ulteriorem causam reten-
tæ in domo meretricis. Mire autem
'cantites': quasi turpius sit cantare

senem cum psalteria, quam coire. *Idem.*

32 *Cantites*] Amatoria cantica et meretricia. *Farnabius.*

33 *Et nova nupta eadem hac discet*] Alius subaudiet *dicere*. sed o magna in verbis elegantia! vide enim quam vim significet '*discet*.' et ideo non '*uxor*,' sed '*nova nupta*,' quam ad omnia docilem esse ipsum indicat nomen. *Donatus.*

34 *Tu inter eas restim ductans, saltabis*] Lusor est natus ab eo fune, quo introductus equus Durius in Trojam est, cum nexis manibus fune, chorum ducunt saltantes. Hoc a quibusdam dicitur, sed ego puto, manu conser-tos choros puellarumque cantantes restim ducere existimari: et id maxime convenire ad exagitan-dam inopportunitatem senis, veluti pue-ros imitantis. Simul etiam quia iste connexus manuum lascivus ac petu-lans adiunit discretionem conditionis, dignitatis, ætatis, inter meretricem, novam nuptam, et senem. Et hoc, quemadmodum dictum est: et quan-to stomacho jam ab Æschino reces-sum est, et transitum ad Micionis lux-uriam describendam! *Idem.*

Restim ductans saltabis] Κόρδακτα ἔλ-κω. ductans funem in saltatione co-mica, quam natam volunt ab eo fune, quo in Trojam introductus erat equus Durius. expressit Livius l. vii. de-cad. iii. 'Et per manus recte dato vir-gines sonum vocis pulsu pedum mo-dulantes incesserunt.' Jul. Pollux l. iv. Athenæus l. xiv. c. 6. Aristot. in Nub. Lucian. περὶ ὀρχήσεως. Jul. Scaliger. Poëtic. l. ii. c. 18. Meursius de Orchestra pag. 42. *Farnabius.*

36 *Jam vero omitte, Demea*] Mire urbanitatem expressit ultro objurgan-tis, qui objurgatus est. *Donatus.*

Jam vero omitte, Demea] Postquam

et disputatum et lusu satis esset, vultu serio sed comi Micio Demeam, ut tandem omissa iracundia, vultum animumque tempori ac nuptiis filli convenientem caperet, exhortatur. sed nondum venerat Demeæ illud tempus, quo in lætiora tenderet. ita-que animum ad hæc nondum potuit adjicere. Sed digresso Micione ad-huc ringitur, suspicatur, et in præci-puas turbas suo impetu præcipitatur. *Bæclerus.*

37 *Tuam istanc iracundiam*] '*Tuam istanc*' dicendo, et ridiculam, et sup-ervacnam significat. Et bene '*ira-cundiam*:' nam '*ira*,' de causa est: '*iracundia*' de vitio multum irascen-tis. *Donatus.*

Atque uti decet, hilarum ac lubentem] Bene addidit '*lubentem*:' multi enim, hilares se simulant, non lubentes aunt. *Idem.*

Hilarum] Vetuste, non '*hilarum*.' *Idem.*

40 *Hancine vitam? hoscine mores? hanc dementia*] 'Ελλειπτικός omnia, utpote stomachose secum loquens. deest enim '*esse*,' aut quid tale. *Idem.*

42 *Domus sumptuosa*] '*Domus*,' id est, homines. *Idem.*

43 *Ipsa si cupiat Salus, servare pro-rsus non potest hanc familiam*] Σωματο-ποία. Plantus, '*Lubentior em te fa-ciam, quam ipsa Lubentia est*.' Ete-nim ὑπερβολή est, *Ipsa Salus si cupiat servare, prorsus non potest hanc famili-am*. Hinc licet æstimare quantum et calor et gravitatis apud Terentium sit, ad imitationem Cæcilianam. Vide quantum creverit a superioribus, ut sic finiat. *Idem.*

Salus] Dea Romanis, ut '*Tylus* Græ-cis. cujus ædem C. Jul. Bibaculus vo-vit Cos. bello Samnitum, mox dicta-tor dedicavit. Liv. l. ix. *Farnabius.*

ACTUS V.

SCENA I. Senarii sunt. vs. 4. Mas. nostri omnes: porro *deambulare*. et illud *vide sis*. et vs. 6. *ohē scelus*. vs. 8. duo: *tu si meus ē*. vs. 12. omnes: *potasti*. vs. 13. duo: *hunc exitum*.

Ut est varietatis artifex poëta noster, Syrum a semetipso diversum hic inducit, i. e. de callido, incallidum ebrietate. non uti proderet adolescentem, quod sobrius in Andria ex alia causa Davus fecit, sed uti prodituro imprudens ipse obtentui esset. *Bacchus*.

1 *Ædopol, Syrisce*] *Hic exemplum inducitur licentia servoꝝ sub miti domino*. Donatus.

Ædopol, Syrisce te, curasti molliter] Quia detexit Ctesiphonem, jam oportet ut ebrius inducatur Syrus: per cuius fallacias tegatur adeo. Et 'Syriscum' se dicit, non 'Syrum,' τῷ βροκόπολιτι. *Idem*.

Syrisce] Adblanditur sibi madidus servus, diminutiva sui nominis formula. *Farnabius*.

Molliter] *Delicate*. Donatus.

2 *Lauteque munus administrasti tuum*] Ut quicquid esset bellissimum carperes, cyathosque sorbillares. Aut munus servile, esse et bibere. *Idem*.

3 *Abi*] Verbum vel sibi, vel alteri cum laudatione blandientis. nam sic dicunt, qui jam compotes sunt votorum omnium, perfectique in rebus universis. *Idem*.

4 *Prodeambulare*] Nota duas præpositiones uni dictioni adjunctas. Ut: 'Pede prosnbigit terram,' et ἀμπερεμπερῶ. et optime ad delicias exprimentas hoc verbum convenit. nam procedere segnem, 'deambulare' significat. nam deambulare etiam intus potnit. *Idem*.

Sis] Si vis. *Farnabius*.

5 *Exemplum disciplina*] Quia unus

ex multis reliquis. An quia senior, et nuper etiam pædagogus, ut ipse ait, 'Quem ego puerum tantillum in manibus gestavi meis.' *Donatus*.

6 *Quid fit? quid tu es tristis*] Mire securitatem ebrii hic expressit. numquid enim pertimescit interventum senis, ut solebat, Syrus? aut quicquam præcavet? Subblanditur tantum, et ita rerum oblitus est, ut quum eum sævum sciat, causam tristitiæ ejus inquirat. *Idem*.

Exemplum disciplina. SY. ecce autem hic adest senex Noster. quid fit? quid tu es tristis? DE. *ohē scelus*] Et Bembinus, et omnes fere alii libri, ita ordinant, ut in adest finiant verbum, et sequentem incipiant a senex. et pro *ohē scelus*, aliqui *o scelus*, vel *oh* habent ut Bembinus. ita ergo legimus: *Exemplum disciplina*. SY. ecce autem hic adest Senex noster, quid fit? quid tu es tristis? DE. *oh scelus*. Multis autem modis sustentatur hic versus. *Færnus*.

7 *Ohe, jam verba fundis hic sapientia*] Scribe et distingue, ut in præclaro codice Bembi, *Ohe. jam*: id est, desine. Nam *Ohe* satietatem notat. Horat. In eodem libro pro *fundis* legebatur *fundes*. *Faber*.

Tu verba fundis hic, sapientia] Utrum 'sapientia verba?' an 'tu sapientia?' quia dixit supra, 'Tu quantus quantus es, nihil nisi sapientia es.' *Donatus*.

Fundis] Utrum sine ulla cessatione profers? An 'perdis?' secundum illud, 'Nam quid tu hic agas, ubi si quid boni præcipias, nemo obtemperat?' *Idem*.

Ohe jam tu verba, &c.] Fr. Guyetus delet hunc versum. Donatus retinet, nec satis expedit. in quo non placet illud, 'tu sapientia.' poëta noster haud solet ex tam longinquo petere

sententias. neque congruit exemplum illud, quod affert, tam ex prono et facili petitum, quam hujus loci explicatio a vero interpretandi modo abiret, si ad hunc modum inatituere-
tur. Ceterum, aut clare loquitur servus, in admirationem et simplicitatem compositus (q. d. ohe tu Demea, ut video, ad præcepta sapientiæ redi-
dis, seu verba fundis sapientiæ, ut dandum: subindicans, æ parum jam capacem esse talis philosophiæ. ita senex, non curans Syri verba, pergeret, ut cøperat: *oh! scelus. tun' si meus esses, exemplum, &c.*), autse cum hoc commentatur, ita ut nolit audiri a sene, q. d. ohe parum tempestive huc processi, si tu philosophari tuo more, ac de disciplina et moribus incipis loqui. possisque opinari, illa quoque, quæ comice subji-
ciuntur (*dis quidem esses Demea, ac rem tuam constabilisses*), ad spectatores dici, Demea non audiente. imo non opineris jam sed scias, si attendas, hanc Demeæ orationem revera coherere: *oh scelus! tun' si meus esses, exemplum omnibus curarem ut esses.* quicquid interponitur, non respondetur Demeæ. ad quem tum demum conversus Syrus: *quamobrem?* inquit, *quid feci?* et postea iterum non Demeæ sed secum, ut spectatores audirent: *sane nollem huc exitum.* Bæclerus.

8 *Dis quidem esses, Demea*] Ab eo quod est 'dis, ditis,' 'dites' facit: ab eo quod est 'dives, divitis,' 'divites.' *Donatus.*

Dis quidem esses] Dives esses, re tua familiari bene administrata. *Farnabius.*

9 *Exemplum omnibus curarem ut esses*] Liber Bembinus, *exempla.* sunt autem *exempla*, exquisita supplicia: hic tamen accipit Terentius *exempla*, pro eo exemplo, quod omnibus datur ex exquisito supplicio alicujus facinorosi. *Faërnus.*

10 *Quamobrem? quid feci*] Nihil nunc in Syro nisi simplex et puram

q̄b ebrietatem. Et vide, 'quamobrem? quid feci?' dicere, non esse sobrii Syri. *Donatus.*

11 *In ipsa turba*] Non minus ridicula importunitas Demeæ est, quam ebrietas Syri: qui adversum temulentum tantæ gravitatis oratione personat, ut ex dicentis vultu et verbis, et ex audientis habitu et stupore, magnam voluptatem percipiant spectatores. vides enim quanto pondere verborum cum ebrio litiget. *Idem.*

12 *Potastis, scelus*] Non quod plus videt senex, quam objicitur oculis: sed oratorie *potastis* dixit, quum anum ebrium cernat: propter illud quod ait, 'exemplum disciplinæ.' quasi in omnibus sit, quod in uno nunc aspicitur. Virgilinus, 'Et crimine ab uno Disce omnes.' *Idem.*

13 *Sane nollem huc exitum*] Et hoc dictum argumento est, Syrum oblitum omnium rerum nihil respondisse Demeæ per fallaciam: sed tantummodo pœnitere quod exierit. *Idem.*

SCENA II. Senarii sunt. vs. 1. *Mss. nostri omnes geminant rō heus.* vs. 2. dno; *quid de Ctesiphone.* vs. 4. unus omittit *rō quidam.* vs. 5. dno; *mitte me ire.* ex glossa. vs. 6. omnes; *non manus abstinere m.* vs. 7. omnes; *an tibi mavis cerebrum dispergi hōi abiit.* Bæclerus.

1 *Heus, Syre*] Quam clare dicat, ostenditur ex eo quod præmi-
sit, 'heus,' antequam loqueretur. *Donatus.*

Ctesipho] Mire additum nomen est: quum aut sine hoc, aut per pronomen intelligi possit Ctesipho. *Idem.*

Ut redeas] 'Redeas' dicendo, ostendit et illum inter pocula, a quo egressus est ebrius. *Idem.*

Rogat te Ctesipho ut redeas] 'Arcanum demens detegit ebrietas.' quod versutus Syrus diu celarat, prodit Dromo ebrius. *Farnabius.*

3 *Cur hic nominat*] Quasi non sint alii Ctesiphones. *Idem.*

4 *Est alius quidam parasitaster per-*

solus] Non alius parasitaster, sed alius Ctesipho, qui est parasitaster. et bene non 'aliter,' sed *alius*: quasi non duo, sed multi sint Ctesiphones. Et hoc sic pronuntiandum est, ut simul et quærat, et dicat 'nostin'. Quasi sycophanta, nunc addidit, 'nostin': nam veteratoris est, etiam mentientem confidere. *Donatus*.

Est alius quidam parasit.] Nota poetæ artem; qui Syrum ne in ebrietate quidem fallaciarum oblivisci facit; cum præsertim metu periculi præsentiore excitaretur. Denique hunc ebrium servum cum Plantinis compara, et, quid discrepent consilia utriusque poetæ, considera. *Bæclerus*.

5 *Quid agis? quo abis?*] Hoc jam ebrio convenit, non illi quem cognovimus Syrum. nam quod retinet senem, confessionis genus est. *Donatus*.

6 *Non manum abstinere? Mastigia?*] Etiam injectisse manum, ut teneret Demeam, ex ipsius verbis cernitur. *Idem*.

Mastigia? *Maorvylas*. servus aut alius quispiam flagris onustus, aut dignus verberibus, a *μαστιγῆ*, flagrum. *Farnabius*.

7 *An tibi jam mavis cerebrum dispergam hic?*] Ut apparet, baculo minatur. *Donatus*.

Abiit?] Quia prohiberi non potuit, demisso et desperanti vultu, quid factum sit, dicit, et abiisse pronuntiat. *Idem*.

Abiit? Evasit mihi e manibus atque introrupit. *Farnabius*.

8 *Edopol commissatorem haud sane commodum?* *Τῷ χλευασμῷ*, tantum inopinatus supervenit, ut omnia sic offendat, quemadmodum qui commissatum ingreditur: quia commissatoris est supervenire ad scortum, et vociferari aliquid injocularum strepitum. quare totum false, totum ad Demeam contulit. *Donatus*.

Commissatorem haud sane commodum? Convivam ingratum. Menander. *Ὁ αἰσχροὺς ἀνὴρ ἐστὶν ἐν νέῳ γέροντι*.

Farnabius.

9 *Præsertim Ctesiphoni?*] Bona exceptio, ut appareat omnibus incommodum, et in his Æschino, sed præcipue Ctesiphoni. *Donatus*.

10 *Nisi dum hæc silescunt turbæ?*] Non quæ jam sunt, sed quæ erunt. *Idem*.

11 *Edormiscam hoc?* *Ἐνδορμισαίνω* vini. Edormiscam crapulam hanc ex vino. *Farnabius*.

Hoc villi? *Ἐνδορμισμα* est vini: ut; unus ullus, asinus asellus, canis vallus, vinum villum. *Donatus*.

SCENA III. Senarii sunt iterum vs. 1. Mss. nostri duo; *parata nobis sunt*. omnes; *ita ut dixi Sostr.* vs. 3. omnes omittunt, *quid agam*. unus; *conquerar*. vs. 5. omnes, *scilicet*. unus; *propter id*. cum glossa. vs. 10. duo; *dictum inter nos hoc fuit*. vs. 11. *ex te video ortum est*. vs. 14. omnes; *nunc quid*. vs. 17. in omnibus distinctio est, quam editio præfert: vs. 22. omnes; *hæc tec. cog.* et vs. 23. ut ed. vs. 26. duo; *retine*. vs. 28. omnes; *gloriam tu istanc tibi obtine*. vs. 31. omnes; *omnia hæc si vol.* vs. 33. omnes; *et tibi et mihi e. i.* vs. 38. omnes; *hæc licet facere imp. h.* vs. 39. omnes, ut ed. nisi quod Argent. glossam Interponit; *quam faciunt*. vs. 40. duo; *quæ in illis esse video*. Argent. post *quæ* interponit *ego*. vs. 41. omnes; *video eos sapere*. vs. 50. duo; *tætæ nos rat.* vs. 54. 55. unus; *ceterum rus ibo cum illo cum prima luce hinc ibo*. alter meorum; *ceterum cum rus illo cum prima luce hinc ibo*. Argent. *ceterum rus cum filio cum prima luce hinc ibo*. vs. 56. omnes; *hilarem*. vs. 58. omnes, *prorsus*, et *illic*. vs. 60. unus; *illic*, duo, *illa*. vs. ult. unus; *et cui rei est opus*, *hilarem hunc sumamus diem*. alter meorum; *et cui rei opus est ei rei hil.* h. sum. d. ita etiam Argenteratensis. *Bæclerus*.

Parata a nobis sunt, ita ut dixi, Sostrata, ubi vis?] In hac scena collatio est personarum, mitis parentis ac sævi.

Donatus.

1 *Parata a nobis sunt*] De verbis abeuntis vult ostendere Poëta, quam orationem cum Sostrata habuerit ingressus Micio. et vides quas *ἑλλεῖψς* interposuerit. Primo, *Parata a nobis sunt* : quæ, non dixit: sed, *ita ut dixi* dicendo, significat se dixisse omnia. Deinde, *ubi vis*, fiant nuptiæ, vel quid tale, aut omisit, aut dicturus hoc ipsum, audit vehementius fores esse pulsatas, et quod agebat abiecit. *Idem*.

2 *Quisnam a me pepulit*] *A me*, modo, id est, *meas*. *Idem*.

Tam graviter] Quia irati omnia concite faciunt, quum pulsandæ fores essent exituro foras Demæ, sic eas pulsavit, ut et his ipsis irasci videretur. *Idem*.

Quisnam a me pepulit] Aposiopesis, audito pulsu ædium suarum. *Farnabius*.

Pepulit tam graviter fores] Vide Adelpi. act. II. sc. 3. *Idem*.

3 *Hei mihi, quid faciam? quid agam?* *quid clamem, aut querar?* o *Cælum*, o *Terra*, o *Maria Neptuni*] Multum laboravit Terentius, ut *ἡνολογῶν* servaret in dolore Demæ: quo major debet in Ctesiphone reprehensio esse, quam in delictis Æschini. Et nota, quod ubi non invenit quod dignum loqueretur, ab interjectione cœpit, *hei mihi*. Et adhuc quum pro rei magnitudine oratio parva esset, *quid faciam* inquit. In alieno indignatus est: in suo *quid faciam?* inquit. In alieno litigavit: hic ait, *quid agam?* In alieno clamavit et questus est: hic in suo relinquit. et præter *διὰ τὴν ῥῆσιν* in Æschini peccato Micionem accusavit: in Ctesiphonis, elementa cum Diis omnibus ac toto mundo. *Mira αἰθέρις*, et quam imitatur Virgilius in Orpheo, post amissam rursus Eurydicen, 'quid faceret?' inquit. omnia enim consumperat primus dolor. 'Quo se rapta bis conjuge ferret?' nam quid præter omnes terras atque

Inferos loci remanebat? 'Quo *βέτα* manes:' per quem *βέτα* manes; quasi omnes primis luctibus impleverat lachrymis; 'qua numina voce moveret?' cui nec ira quidem inexpressa remanserat. Et vide hic gradus doloris et iracundiæ: in tantum autem, ut jam crescere non possint. quippe in initio fabulæ tantum tristis est Demea. nam sic audit a Micione, 'quid tristis es?' et ipse, 'Rogas me (ubi nobis Æschinus siet) quid tristis ego sim?' Inde mox procedit in pejus: adeo ut sic incipiat, 'Disperii: Ctesiphonem audiui filium una fuisse in raptione cum Æschino.' Inde postea dicit, 'Ne ego homo sum infelix.' Ad postremum, 'Hei mihi quid faciam? quid agam?' Et naturali quodam modo, postquam summus furor ad extrema pervenit, repente senex mutatur, et mitis est. *Donatus*.

Heu mihi quid faciam, &c.] Donatus operosus est in explicanda hac exclamatione: sed quod circa *Maria Neptuni* suspicatur, velle Demeam diluvium et interitum rebus optare, ut omnia Neptunia fiant, nimis longe petatum est, nec Terentiani moris. *Bæclerus*.

Quid clamem] Omnia accusat iracundus. Et hoc est quod habet Horatius, Ep. ad Pisones; 'Interdum tamen et vocem comœdia tollit, Iratusque Chremes tunido delitigat ore.' *Farnabius*.

4 *O cælum, o terra, o maria Neptuni*] Neptunus, quia medius sit inter cælum et inferos, dum utriusque regni particeps habetur, elementorum omnium potior. nam ideo tridentem habet, pro numero trium elementorum: ut apud Virgilium idcirco dicit, 'Jam cælum terramque meo sine numine venti Miscere.' Et apud Homer. sic idem, *Ὡς εἰπὼν, σὺν ἄγεσιν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον, Χερσὶ τριαιραν ἐλὼν πάσας δ' ὁρόθιεν ἀέλλας Παντοίων ἀνέμων· σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον*. Et hoc

est, quod ait Horatius, in Arte Poëtica, 'Interdum tamen et vocem comœdia tollit.' In hæc enim tria, rerum natura dividitur. Ut Virgiliana, 'Principio maria, ac terras, cœlumque profundum.' Et per hoc totum mundum accusavit. *Donatus.*

O cœlum, o terra, o maria Neptuni] Utrum Deos elementa vocavit, quod Diis quoque irascitur, qui in iis commorantur, ut dolentes solent? an quia Deos esse non putat, ideo hæc omnia Neptuni dicit: quasi dicturus esset, *Neptunia sunt*: nisi intercederet persona Micionis: quem videns, ad aliud conversas, desit diluvium et interitum rebus optare, objecto fratre, cui maxime irascitur, et propter quem detestabatur omnia. Tale est apud Virgilium: 'Omnia vel medium fiant mare.' An omnia accusat, ut indignantes solent? Ut, 'Quem non incusavi amens hominumque, Deorumque?' Et ut, 'Atque Deos atque astra vocat crudelia mater.' *Idem.*

Hæc tibi Tō Burrupūq. Idem.

Tibi] Nulli enim Micio loquitur. *Idem.*

Id nunc clamat] *Id*, ob id. *Idem.*

Id nunc clamat scilicet: parata lites] In libro Bembino pro *scilicet*, *ilicet* legitur; itaque prius erat et in Victoriano, sed deinde priore i abraso, remansit *licet*. Sed *ilicet* videtur etiam legisse Donatus, qui in hunc locum ita ait, '*Scilicet parata lites: Videtur.*' &c. ex quibus conijcere licet, Donatum non *scilicet* legisse, quod nullam perturbationem metumve significat, sed *ilicet*, quod desperantia adverbium est: ut in Eunucho: 'Actum'st, ilicet peristi.' et apud Plautum in Cellularia: 'Illicet, actum'st.' *Faërus.*

Omnem rem] De amore Ctesiphonis. *Fernabius.*

Id nunc clamat scilicet: parata lites] Videtur et ipse pertimuisse, dicendo *scilicet*, et *parata lites*. Sed ut rursus confir-

Delph. et Var. Clas.

met se ipsum, quia *succurrendum est*, ait *succurrendum est*, Ctesiphoni scilicet. *Donatus.*

7 Communis corruptela nostrum] Qui communiter ambos corruperit. *Idem.*

Communis corruptela nostrum liberum] Major accusatio est ista quam prior: quippe quum jam modo de ambobus accusetur Micio, non de uno. *Idem.*

8 Tandem reprime iracundiam] Mira. Quia reprehendere nequit irascentem, nimietatem reprehendit irati. Et ira, de causa est: *iracundia*, de moribus. *Idem.*

Atque ad te redi] Quia ira, ab eo quod est ire dicitur, quod a se est, qui irascitur et furit. Et, *ad te redi*, propria dixit. Virgil. 'Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, victus In sese redit.' Et Cicero: 'Redit ad se atque mores suos.' *Idem.*

Atque ad te redi] Videntur quippe irati exiisse de potestate h. e. de consilio, de ratione, de mente. *Fernabius.*

9 Repressi, redii] Non quid dicitur, sed quo gestu dicatur, spectatur: et videbis neque adhuc repressisse iracundiam, neque ad se rediisse Deameam: sed quam mira est atque perapicua moralitas, in hujusmodi rebus, apparet. *Donatus.*

Repressi, redii, mitto maled.] Quam subita mutatio! qui modo præ iracundia tantopere exclamaverat; qui fratri contumelias dixerat, nunc ad nam ejus vocem, qua iracundiam reprimere, atque ad se redire monebatur, mitescit. Sed notabis, non tam mitescere eum animo, quam destitui adversario. quam enim parum moveretur Micio tali tumultu et jurgio, satis expertus erat. itaque, cum se jam effudisset ille furor, neque quo proveheretur, haberet; et Micio non voce tantum, sed gestu etiam ei demonstrasset, quam turpe homini seni esset, præ iracundia de potes-

Terent.

5 B

tate mentis exire, pudore commo-
veri eum oportuit. cum præsertim
cupidus esset convincendi Micionem
de violata conventionione; neque de
victoria dubitaret; adeoque ad eam
obtinendam, quocunque Micio vellet
modo hoc specimen cerni, contende-
ret. Et sane Demea causa et ac-
tione hac tota superior est: cujus
argumentis solidis et jure optimo
nixis, Micio ambages, et signas et
σὸν φάρμακον opponit. *Bæclerus.*

10 *Rem ipsam putamus*] Videtur
paulo citius destomachatus, quam
res etiam incertæ poscebant. Sed
et hoc morale: nam juste irati,
omissa sævitia, ad ratiocinationes
sepe festinant. et præterea illud ac-
cedit, quod non invenit jam, quod
condigne dicat: simul etiam quia in-
crepitus est a fratre, quod apud se
jam non sit periracundiam vehemen-
tem. *Donatus.*

Rem ipsam putamus] Tractemus,
purgemus. nam et hinc *putamina*,
purgamenta dicta sunt: ut Plantus
in Captivis ait, 'Nucleum amissi,
retinui pignori putamina.' Et Vir-
gilius, 'Multa putans,' inquit. *Putare*
proprie, est falsa et cassa a ver-
ris et utilibus rescare. unde arborum
purgatores *putatores*. Et *rem*,
causam ipsam litis ostendit: ut, 'Mitte
ista, atque ad rem redi.' *Idem.*

Rem ipsam putamus] Redeamus et
ad calculos, reique ipsius inter nos
pactæ computemus rationes. 'Ne-
que enim placet; quod omnes inter-
pretantur, amputemus, purgemus.
Metaph. ab arborum putatoribus
ducta.' *Farnabius.*

11 *Ne tu curares meum*] Nam am-
bos curare, propemodum reposcere
illum est, quem dedisti. *Donatus.*

12 *Factum est*] Apparet, Micio-
nem invitum quidem fateri, sed fa-
cte contemnere objecta. *Idem.*

14 *Cur emis amicam, Micio*] Inola-
matio ista nominis, magnam invidiam
significat. Ut, 'Regnumne, *Æs-*

chine, hic possides?' Et, 'Pacem
te poscimus omnes, Turne.' *Idem.*

*Num qui minus mihi idem jus æquum
est esse*] Ant, num, aut qui abundat. et
est ordo, Qui minus æquum est esse
idem jus mihi, &c. Qui ergo, quare
vel cur significat. *Idem.*

*Numquid minus mihi idem jus æq-
est esse, &c.*] Æquissima ratio. conventio-
nem enim reciprocam obligationem
inducit. convenit inter nos, ut ego
hoc faciam, tu illud facias. in hæc fi-
dem dedimus et accepimus. tu postu-
las, ut servem, quæ recepi. recte.
Sed non deteriori jure exigam a te,
ut tu quoque serves, quæ recepisti.
naturale enim est, hæc in vicem vā-
lere. Vult Demea par pari referre
Micioni. quasi ita ageret: tu antea
accusasti me, quod contra pactionem
inter nos initam *Æschinum* curarem;
quod equidem propositum mihi non
fuit, sed naturali tantum affectu hor-
tante de fama et vita ejus pertinui.
Tu autem nunc Ctesiphonem filium
meum, qui ejusdem conventionis
lege ad te nihil attinebat, receptas,
licentiamque ejus et amores adjuvas.
id est, cujus me culpæ voluisti inas-
mulare, eam ultro et manifesto com-
mittis. quasi vero tibi recedere a pactis
liceret, quibus ut ego starem, tan-
topere exegisti.

Ecce enim quid respondet Micio?
auctoritati conventionis, quæ distin-
xerat curam filiorum, obvertit vetus
illud verbum: 'Communia esse ami-
corum inter se omnia.' quod Cicero-
ni Græcorum proverbium dicitur
Offic. i. 16. et Pythagorea vox, τὰ
τῶν φίλων κοινὰ, de Legib. i. 12. non
simplici astu. nam neque ad omnia
hæc sententia potest extendi, adeo-
que hoc est καθόλου μὴ ὅρος, καθόλου
ἐκείνῃ neque conventio ita infirmatur,
quæ ab hac regula exceperat discipli-
nam filiorum, ne pro communi cura-
retur. nude iterum jure nititur De-
mea, cum respondet, ridiculum esse,
nunc demum ea afferre. quæ si con-

tra conventionem valere unquam debuissent, ab initio statim exprimenda fuissent. cum præsertim conventio talis sit, ut cum illo, sicut nunc affertur, pronuntiato stare non possit. Postea Micio controversiam deserit, et a quæstione juris ad utilitatem transiit, de qua nihil præcipue movebat nunc Demea. qui etiam, postquam Micio ostendisset, Ctesiphonem non de ipsius bonis, sed de suis, sumtum facere, notat hanc fraudem disputationi factam, et omitti jubet sermonem de re familiari; cum potius de consuetudine vitæ ac disciplina adolescentis corrupti agendum sit. Tum *denique* Micio, utrumque filium Demæ excusat, neque corruptos, sed mox defervescente adolescentiæ impetu ad officium reddituros, famæque et rei studiosiores futuros, quibusdam signis et conjecturis ab ingenii liberalis indole conficit: animumque Demæ varie versat, ut spem primum, subinde lubentiam admittat, ac tristitiam snam parum expetendam fateatur. Est autem eloquentia Micionis speciosa, et coloribus adornata, quæ apud simplicem Demæ animum impetrabilis esse potuit. *Bæclerus.*

17 *Non*] Confidenter non repetivit, non habens rationem quam subjiceret: nisi illi proverbium venisset in mentem. Nam quia se videt in malam causam incidisse totum vernaliter et facete agit: et subjicit æquitatem, ubi justo se tueri non potest. Quod tamen a Demæ statim vincitur, dicendo, 'Nunc demum isthæc oratio nata,' ut ostendat illum perturbatum contraria protulisse dictis suis superioribus. *Donatus.*

18 *Communia esse amicorum inter se omnia*] Inter Pythagoreos ortum dicitur. *Idem.*

Communia esse amicorum inter se omnia] Menander in Adelphis. Τὰ τῶν φίλων κοιν' οὐ μόνον τὰ χρημᾶτα, καὶ τοῦ δὲ καὶ σπορῆσθαι κοινῶς. quam sen-

tentiam Pythagoræ tribuit Cicero, i. de leg. et Timæus apud Diog. Laërtium. *κοινῶς* Pythagoricum laudat Agellius l. i. c. 2. vide et Senec. de Benef. l. vii. c. 4. *Farnabius.*

19 *Facete: nunc demum istæc nata oratio est*] Alii totum jungunt: alii separant. Et bene *nata est*: nam sic dicimus de rebus repentinis: ut supra, 'E re nata melius fieri hand potuit, quam factum est, hera.' *Donatus.*

20 *Ausculata paucis, nisi molestum est, Demea*] In duas partes dividitur tota persuasio: nihil passurum Demeam damni, nihil corruptelæ. *Idem.*

21 *Principio si id te mordet, sumptum filii quem faciunt*] Figurativa locutio est: ut, 'Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit!' *Idem.*

22 *Quæso*] Modo objurgatorium est *quæso*. *Idem.*

23 *Pro re tollebas tua*] Pro patrimonio tui qualitate. *Donatus.*

Tu illos duos olim pro re tollebas tua] Idem liber, pro *duos, duo*, habet: ut Virgilius, 'Si duo præterea tales Idea tulisset Terra viros.' pro *tollebas, tollerabas*, per duo 1; licet mendose. nam debet esse per simplex: *tolerabas* autem, id est, alebas, et sustentabas. Cæsar libro tertio belli civilis, 'Equos eorum tolerari, reliqua vero jumenta interiisse.' *Idem*, 'Ut foliis ex arboribus strictis, et teneris arundinum radicibus contusis, equos alerent, et cogerentur his rationibus equitatum tolerare.' *Tollebas* autem de adultis jam filiis non arbitror proprie dici: nec quid legerit hic Donatus, sciri potest: quia tantummodo habet, *pro re tua*, eaque dumtaxat verba exponit. *Fædrus.*

25 *Et me tum uxorem credidisti, scilicet, duoturum*] *Ἐταυρώς*. *Donatus.*

27 *Conserve, quære, parce, fac quam plurimum illis relinques*] Hoc sic pronuntiandum, ut appareat hanc ipsam voluptatem displicere Micioni. *Conserve* parta. *Quære* nova. *Parce* omnibus. *Idem.*

29 *Mea*] Meis, Archaice. *Farnabius*.
Utantur sine] Aut deest, *his*, ut sit,
his utantur: aut *mea utantur*, antique
locutus est. *Donatus*.

30 *De summa nihil decedet*] Rei tum
scilicet. *Idem*.

Id de lucro putato esse. *Omnia hæc*
si voles] Melius in lib. Bemb. *Id de*
lucro putato esse omne. *Faber*.

33 *Demeris*] Pro *demes*. *Donatus*.

34. *Mitto rem*] Pecuniam. Et hæc
exclamatio est moralis nimis adver-
sum tardos ac non intelligentes ho-
mines. *Idem*.

Consuetudinem ipsorum] *Loquor*, aut
quid tale, subaudiendum. *Idem*.

Mitto rem, consuetudinem ipsorum] *Vel*
ab utilitate ad honestatem trans-
it: vel a rebus ad illos ipsos, de
quibus agitur. Cavetur enim ne aut
rem perdant, aut ipsi pereant. *Idem*.

Mitto rem] Rem familiarem et for-
tunæ bona nil moror: ingenium et
mores eorum mala consuetudine cor-
rumpi non est æquum. *Farnabius*.

Mane scio: istuc ibam] Moralis et
faceta correptio, continens in se la-
tenter blandimentum, quo deliniatur
auditor. *Donatus*.

35 *Multa in homine, Demea, signa*
insunt] Obscurissimus sensus et re et
verbis. *Idem*.

Multa in homine, Demea] Homini in-
telligenti facile est de vita et moribus
adolescentum æstimare animum ipso-
rum et ingenium. adeo etiam, ut cum
duo idem facere videntur, dicat ta-
men peritus rerum æstimator, 'Hoc
licet huic impune facere,' qui sc. li-
berali ingenio præditus est, nec fa-
cile corrumpi potest. *illi non licet*,
quippe qui per naturæ improbitatem
obsequio abutitur. sequitur hypo-
thesis, 'Quæ ego esse in illis video,'
&c. *Farnabius*.

37. *Duo quum idem faciunt*] Obscu-
re locutus est, quum hic sit sensus:
Duo idem faciunt, quorum uni licet
facere, alteri non licet. *Donatus*.

Duo quidem idem faciunt] Nam am-

ho et sapiunt, et intelligunt, et loco
verentur. non ingenii vitium, sed æta-
tis est. *Idem*.

Sæpe, ut possis dicere] Melius est
sæpe ad superiora conjungere: nam
possunt duo idem facere, et casu,
non ut similitudinem facere videan-
tur. tunc ergo erit signum, 'Sæpe
idem faciunt.' *Dicere* autem posuit,
pro intelligere et scire: ab eo quod
præcedit, id quod sequitur. ut,
'Fœneratum istuc beneficium pul-
chre tibi dices,' et, 'Memorem me
dices esse et gratum.' *Idem*.

39 *Non quod dissimilis res sit*] An
quia huic licet? *Idem*.

40 *Quæ ego esse in illis video*] Ordo
et sensus hic est, Multa in homine,
Demea, signa insunt, ex quibus con-
jectura facile fit: quæ ego illis inesse
video, ut confidam fore ita ut volu-
mus. *Idem*.

41 *Intelligere, in loco vereri*] Non,
'In loco intelligere:' sed, 'In loco
vereri.' *Donatus*.

42 *Inter se amare*] Cito dixit *inter*
se: quod est, quum alter alterum in-
vicem amat. *Idem*.

Scire est liberum ingenium atque ani-
mam] Ego sic exposuerim, scire licet,
eorum ingenium atque animum libe-
ralem esse et nobilem. *Juvenalis*:
'Tu tibi liber homo, et regis conviva
videris.' *Færnus*.

44 *At enim metuas*] 'Ardeas ad
priorem tractatum pertinens, qui est
habitus de consuetudine rei familiaris.
Donatus.

Ne ab re sint tamen omissiores paulo]
Quia amant, potant, olent unguenta.
Idem.

At enim metuas, ne ab re sint tamen
omissiores paulo] Oratorie paulo: nam
non paulo omissiores fore Demea,
sed plurimum fore, credit et metuit.
et ab re, a patrimonio. *Idem*.

Ne ab re sint tamen] Ne rei familia-
ris sint paulo negligentiores. *Heau-*
tont. act. v. sc. 2. 'Animo vidi te
esse omisso.' *Farnabius*.

45 *Omissiones*] Ἀνημένοι, ἀνεδρέτοι, negligentiores. Sic in Heautontim. 'Ubi te vidi animo esse omisso.' *Donatus*.

O noster Demea] Blanda et cum quodam complexu ejus, qui reprehenditur, incusatio, et de more sublata. Et sic hoc dixit tanquam dicturus esses, Multa te latent, simplex homo es. nam hujusmodi sententia latenter quandam dicentis auctoritatem fiduciamque designat. *Idem*.

46 *Ad alia omnia aetate sapimus rectius*] Præterquam ad avaritiam. et per hoc, quod optas liberis, vitium senectutis est. *Idem*.

48 *Attentiores sumus ad rem omnes*] Proprie attentiores reddit *omissionibus*. supra enim dixerat, 'Ne ab re tamen sint omissiones paulo.' *Idem*.

Quam sat est] Quasi dicat, attentos nos esse, non statim crimen est. *Idem*.

49 *Quod illos sat ætas acuet*] Μεταφορικῶς, acuet. *Idem*.

Ne nimium modo Bonæ tuæ ista nos rationes, Micio, *Et tuus iste animus æquus subvertit*] Næ, valde, subvertit, infra legendum est. Si næ, pro non, conjunctio est, *subvertat* legendum est, ita ut subbandiamus timeo, vel aliquid tale. Et tuæ et ista quod ait, significationem habent nulliusmodi rationis et ineptam: nam apparet, non eas probari ab eo qui sic loquitur, ut supra, 'Jam vero omitte, Demea, tuam istanc iracundiam.' *Idem*.

51 *Tace, non fiet*] Tace nunc pro ἐπισημασθῆναι positum est. quasi diceret, Non subvertet: ne dixeris: quod mali omnis verbum est. *Idem*.

52 *Da te hodie mihi*] Accommoda te ipsum voluntati meæ. nam in animum transtulit quod est corporis. ut in Euncho: 'Mihi sese dare, sermonem quærere.' Cicero, 'Cerviculam jacitare, et populo se accommodare.' *Idem*.

Da te hodie mihi] Si non vis, inquit, propter te, vel propter me mitis esto. *Idem*.

53 *Exporge frontem*] Quia contrahi in verbo dicitur. Et verbo isto ostenditur, quanto conatu opus sit, ad explicandam tantam contractionem senectutis et severitatis. *Idem*.

Exporge frontem] Serena, explica frontem corrugatam. *Farnabius*.

Scilicet, ita tempus fert, faciendum est] Vide si non hoc sit, quod Græci ΜΙΡCΟΚαλῆμερον dicunt: nam sic, et ita tempus fert, et faciendum dicendo, ostendit se magis cogi necessitatibus, ut paulo sit tranquillior: et cum tanta difficultate promittit, tanquam mala subiturus sit. Atque adeo majorem partem secum disputat, necessario hoc velit nolit faciendum esse, ut sit lætior: et hoc quia tempus fert. *Donatus*.

54 *Faciendum est*] Satis mire: tanquam necessitate cogatur ad gaudendum agrestis senex et ἔμικΟΚΑΛΗΜΕΡΟC. *Idem*.

Ceterum rus cum filio cum primo luce ibo hinc] Hoc ideo facit, quasi gaudere interim non possit, nisi se vicinæ sævitæ proximitate soletur. *Idem*.

55 *Cum primo luce*] Ἀρροσίουης. *Idem*.

Cum primo luce] Veteres dicebant *lucum*, pro *luce*, pro sole ponentes. Ergo *cum primo luce*, quum primum sol cœperit illucescere. *Idem*.

Cum primo luce] Veteres masculino genere dicebant, *lucem*. *Idem*.

Ibo hinc] Tanquam de malo loco. *Idem*.

De nocte] Abundat *de*. *Idem*.

Cum primo luce ibo hinc] *Lucem* veteres masculino genere dicebant. Alii leg. *lucum*. ut *nocte* et *noctu*; ita *luce lucum* usurpantes. *Farnabius*.

56 *Face te*] Eodem verbo utitur, quo jamdudum: ut laborem ad lætiam se convertentis ostendat: id est elabora ut sis hilaris. *Donatus*.

Et istam psaltriam, una illuc mecum hinc abstraham] Vide singulas syllabas imbutas amaritudine rustica atque agresti. Nam *istam* odium significat,

Paaltriam: Sævitia in nomine est, quam deliciosam esse oportet. et, *una mecum*: quam cum adolescentibus esse convenerat. et *illuc*: ad quem locum paaltriam secum ire compellit. Deinde ne vel in itinere pœna cesset, 'Cum filio ibo hinc,' inquit, 'illam vero abstraham.' nam *illuc* eo animo dixit, quo supra, *ibo hinc*. Et apparet illum quasi mancipium ducturum puellam, non ut fidicinam. *Idem*.

57 *Mecum hinc abstraham*] Non abducam: sed quod est sævientis, abstraham. *Idem*.

Pugnaveris] Magnam rem feceris. Sic Lucilius, 'Vicinus o socii, et magnam pugnavimus pugnam.' *Idem*.

58 *Eo pacto prorsum illuc alligaris filium*] Hæc cum risu dicit Micio. Et *ligare*, est injicere alicui vincula. Quis vero dicitur alligari ad aliquid, sine quo esse non possit? Ergo proprie ad amicam alligari adolescentem dixit amatorem. *Prorsus* autem, certe, recte, ac vere significat. *Id.*

Illic alligaris filium] Ex iisdem et Donato, illi adverbialiter. *Faërnus*.

59 *Ut illam serves*] Acuendum *illam*: hoc est, non jam filium, sed *illam*, serva, in qua utrumque retinueris. *Donatus*.

Ego istuc videro] Hoc est, ut illam servem. *Idem*.

60 *Atque ibi favilla plena, fumi ac pollinis coquendo sit faxo, et molendo*] Atqui molere prius est, quam coquere: sed illud prius posuit, quo pulchritudo magis fœdatur. an quia prius torreatur triticum, ut tundi possit? Ut Virgilius, 'Et torrere parant flammis, et frangere saxo.' *Idem*.

61 *Coquendo sit faxo, et molendo*] Ne ametur scilicet. *Idem*.

Coquendo sit faxo, et molendo: præter hæc] *Ἀνθόβοις* octava. *Idem*.

Coquendo sit faxo et mol.] Notabilis locus est Plauti de operibus ancillarum, Mercatore II. 3. 62. 'Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ textat, quæ molat, Lignum credat, pensum

faciat, ædes verrat, vapulet, Quæque habeat cotidianum familiæ coctum cibum.' *Bæclerus*.

62 *Meridie ipse*] Quum sol vehementior est. Et nomen fecit de adverbio. *Meridiem* dixerunt veteres, quasi *medidiem*, r pro d posito, propter cognationem harum inter se literarum. *Donatus*.

Meridie ipse. &c.] Possis interpretari versibus Tibulli Eleg. I. 9. 'Jam mihi persolvēt pœnas, pulvisque decorem Detrahet, et ventis horrida facta coma: Uretur facies, urentur sole capilli, Deteret invalidos et via longa pedes.' *Bæclerus*.

Ut stipulam colligat] Quod sub sole fieri necesse est. *Donatus*.

63 *Tam excoctam reddam, atque atram*] *Ἰσχυρὸς* dixit *reddam*, pro *faciam*. Et *excoctam*, ad tenuitatem siccati coloris: *atram*, ad colorem retulit. Et vide quam aspera, quamque ingrata clausula sit, qua sævidici senis finitur oratio. *Idem*.

Placet nunc mihi videre sapere] Non contradicit: timet enim suasor, ne lætitiarum rursus provocet ad jurgium. *Idem*.

64 *Atque equidem filium*] Non solum suadet lætitiarum, sed etiam ridere cogit invitum. *Idem*.

66 *Derides? fortunatus qui istoc animo sies*] Hoc verbum vultu Demæ sic profertur, ut subrisisse videatur invitum. Sed rursus *ego sentio*, amare severeque dixit. Et *ridet*, qui simpliciter ridet: *deridet*, qui cum alterius irrisione et contemptu ridet. *Idem*.

Fortunatus qui istoc animo sies] Non laudantis est quod ait, *fortunatus*: sed moraliter reprehendentis, ut si dicas, quoniam te aliquid cura offenderit, fortunatos stultos qui nihil sentiant. At hoc quoque dixit in Eunacho, 'At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.' *Id.*

Fortunatus] In hoc felix videris, qui miseriarum sensu careas, ego ve-

ro sentio. Sophocles in Ajace. 'Εν τῷ φρεσὶ γὰρ μὲν, ἥδιος βίος. *Farnabius.*

67 *Jam jam desino*] Et hic velut necessitatem queritur imponi sibi. *Donatus.*

68 *Et cui rei opus est*] Cui rei credis, nisi nuptiis? hoc est, ludo atque lœtitiâ, voto et gaudio nuptiali. *Id.*

Hunc sumamus diem] Non accipiamus, sed impendamus, et consumamus. Unde et *sumptum* dicimus pecuniam, quæ insumenda est. *Idem.*

SCENA IV. Trochaici sunt tetrametri catalectici. vs. 4. omnes *Mss.* nostri in *experiendo repudies*, omisso τῷ *ut.* vs. 5. omnes, ut ed. vs. 14. *idem.* vs. 16. duo: *exacta re.* vs. 17. duo: *patria vitur commoda.* vs. 23. duo habent nunc pro *jam.* omnes, *contra hæc*, atque et omittunt. vs. 24. omnes, ut ed. vs. 26. unus: *obsequendo animo.* Argent. *post hæc* aliter in textu, aliter in margine inserit. *Bacclerus.*

Numquam ita quisquam bene subducta ratione] In hac scena exemplum inducitur hominem, qui virtutem lædio deserunt, ob contemptum ejus, quod apud omnes sævum esse, vitiosum sit. Et adeo favet Terentius clementioribus ac mitissimis patribus, ut hunc quoque adducat ad sententiam Micionis, non tamen hoc sentientem, quod ita fieri oportet, sed quod ita res cogat. Vult enim naturalem inesse ceris patribus acrimoniam: sed eam semper invidiosam esse adolescentibus. *Donatus.*

1 *Bene subducta ratione*] Bene disposita, bene computata: ducere enim est digitis computare. sed *ducere* est apud alium et palam: *subducere*, apud se ipsum et secreto. quo magis in verbo isto majoris attentionis et diligentie signum est. *Idem.*

Numquam ita quisquam, &c.] Semper quidem decet senes sententias loqui; ἀμύττει γὰρ γυναιολογεῖν ἡλικία πρεσβύτερον, ut ostendit Aristoteles *Rhet.* 11. sed ab hoc exordio, non

frustra gravitatem singularem præferente, Demeam præcipue sententiosum voluit esse Poëta. hactenus enim iracundia et ægritudo animi plerumque obstitit philosophanti. nunc, composita in novum quasi habitum mente, magnifica orditur *ῥήσις*: 'experiendo semper disci.' Servatur et auctoritas senis, quibus hic ad gloriam titulus potissimum placet: et voluntas proficiendi commendatur, quæ nunquam sera esse potest: et occasiones disciplinæ ex negotiorum varietate egregie demonstrantur. Undique confiat orationi dignitas: 'Nunquam ita quisquam' (ne quis *ἀφωδῆς* videri possit, si sapientissimus quisque *ἴδμεν* experitur) 'tam bene subducta ratione ad vitam fuit' (exquisito loquendi genere prudentia et ars vivendi notatur) 'quin res, ætas, usus' (quam plene et feliciter partitur illud, quod experientiam vocamus!) 'semper aliquid apporet novi,' (adeoque animos cognoscendi et proficiendi cupidos) 'aliquid moneat,' (unde scilicet te profecisse scias, id est,) 'ut illa quæ te scire credas, nescias,' (imo non in *οὐτάτοι* tantum, sed etiam in *δευδότητι* perficiaris) 'et quæ tibi putaris prima, in experiendo ut repudies.' Prorsus nihil potuit exactiore vel eloquentia vel philosophia dici. *Bacclerus.*

Bene subducta] Considerata recte vivendi via, translatus a calculatoriibus. *Farnabius.*

2 *Quin res*] Quin modo cur non significat. *Donatus.*

Quin res, ætas, usus] Tria posuit, ex quibus *res* pro experientia ponitur: et hac dicit se esse mutatum. nam mox dicit, 'Re ipsa repperi, facilitate nihil esse homini melius, neque clementia.' *Idem.*

Ætas, usus] Pindarus in Olymp. 'Ἀμύττει ἐπιδόμοι μάρτυρες σοφώτατοι. Pub. Syrus: 'Discipulus est prioris posterior dies.' *Farnabius.*

3 *Aliquid moneat*] Πάλληψι est per

casus. subauditur enim *quem*. Donatus.

4 *Quæ tibi putaris primâ*] Ante alia eligenda: quæ et primo loco ponenda, ac per hoc optima. *Idem*.

5 *Quod mihi nunc evenit*] Contrahe *mihi* in unam syllabam, eamque post *nunc* colloca ex libro Bembino et aliis antiquis. ita stabit trochaicus. *Færnus*.

Vitam duram quam vixit] *Ἀρχαλός*. ut Lucilius, 'Magnam pugnativam pugnam.' Donatus.

Nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc] Prius dixit quid faciat, quam cur faciat. *Idem*.

6 *Prope jam excursu spatio*] Id est, ad calcem, propter ipsos decursus metasque vivendi. et est *μεταφορά* sumpta a cursoribus. *Idem*.

Excursu spatio] Id est, in summa senectute. *Idem*.

Prope jam excursu spatio] Consensus Mss. codicum omnium facit, ut hæc lectio retinenda sit. quamvis Priscianus sæpius hunc locum laudet, et legat *decurso spatio*. quæ et Plautina phrasis est. v. Fr. et Georg. Fabricius, et Guyetum, qui *τὸ decurso* prætulit. *Bæclerus*.

Id quomobrem? re ipsa repperi] Quia secum loquitur, ideo multa reticet. et deest, *Factam*? et, *si quis quærat*: et, *dicam*. Donatus.

Muto] Omitto, muto. *Farnabius*.

7 *Facilitate*] Jam facilem se infert. Inter *facilitatem* et *clementiam* hoc interest: *facilis* enim, cuius ira cito solvitur: *clemens*, qui non irascitur. Donatus.

Facilitate nihil homini esse melius] Nos ex o. l. s. ita collocamus, *nihil esse homini*. *Færnus*.

9 *Ille suam semper egit vitam*] Hic jam quasi comparativa qualitas inducitur de utroque; et ut ille in initio fabulæ locutus est, sic in fine hic loquitur. Donatus.

10 *Clemens, placidus, nulli lædere os*] Mira varietas et in locis, et in parti-

bus orationis. Et *clemens* est qui colit mentem suam, nec eam vexat irascendo. *Idem*.

Clemens, placidus] *Clemens* est circa recte agentes: *placidus* etiam circa delinquentes. Et clementis est nulli lædere os: placidi arridere omnibus. Et clemens animo, placidus vultu. *Idem*.

Nulli lædere os] Id est, nullum presentem lædere. Et vide quam grate a nominibus verba transeant. *Idem*.

Nulli lædere os, arridere omnibus] Voluptatis affectus est duplex: aut enim ex quiete voluptas est, aut ex aliquo actu. ergo hic utrumque complexus est. *Idem*.

Et nulli lædere os] Adeo ut nulli se contristem faciat, et hæc est figura *ἀναπόρη*, quum recurrimus per ea quæ diximus: et *ἐκπληκτός* omnia repetita sunt. *Idem*.

Nulli lædere os] Nullius vultum offendere, nemini coram adversari, nulli pallorem aut ruborem ex ira aut pudore excitare. *Farnabius*.

Nemini lædere os] Hunc locum in animo habebat D. Augustinus lib. 1. de Civit. Dei, ubi de iis agit, qui alios in peccatis admonere metuunt, 'Vel cum laboris piget, vel os eorum verecundamur offendere.' Ex iis verbis facile intelligas quid sit *lædere os*, apud Terentium. *Faber*.

11 *Omnes bene dicunt, amant*] Juxta illud in Andria: 'Obsequium amicorum parit.' 1. 1. 41. *Bæclerus*.

12 *Ego ille agrestis*] Bene addidit *ille*, quasi jam notus, hoc ipso quod ferus atque agrestis. Et *sævus* factis: *tristis* animo: *truculentus* vultu. et aliter dici potest, ut *tristis* sit, qui dolet: *truculentus* et *sævus*, qui terret: et ideo *ἀέθριος* mira per ista decurrit. Donatus.

Ego ille agrestis] Non tantum notatur hic, quam Horatius describit, Ep. 1. 18. 'Asperitas agrestis et inconcinna gravisque,' sed etiam illud alterum vitium, quo apud eundem

Poëtam signatur 'Durus homo atque odio qui posset vincere regem;' itemque qui suis 'Immoritur studiis et amore senescit habendi.' *Bæclerus.*

13 *Duxi uxorem*] Pendet, *duxi uxorem*: sed etiam cum magne significatu addendum est: majore enim pondere subtrahitur conjunctio: nam, *duxi etiam uxorem*, dicendum fuit. *Donatus.*

Duxi uxorem] Menand. τὸ γυναικὶ ἔχειν, εἰς αὐτὸν παῖδων, Πατριῶν, Πατέρα, πατρὶως τῷ ὅλῳ πολλὰς φέρει. Et τὸ γενέσθαι πατέρα παῖδων, ἢν λόγῳ, φόβος, φροντίς. *Farnabius.*

Quam ibi miseriam vidi] Ibi inquit, quasi uxor locus sit. et hoc sine conjunctione, ut mala quæ enumerat, multa videantur. *Donatus.*

14 *Alia cura*] Non altera. *Idem.*

Porro autem, dum studeo] Non facile stat hic versus, nisi licentis sustentatus, quarum necessitatem evitabit qui pro *porro*, *heia* legerit, ut in libro Bembino et Victoriano est, ut sit vox seipsum vel hortantis ad enumeranda quæ restant, vel de uxore ducta reprehendentis: aut quod ætatem contriverit in quærendo. est enim *heia* adverbium corripientis, teste Donato in commentariis in Hecyram, super eo loco, 'Nunc video in illarum potestate esse te.' sane amat hæc interjectio jungi cum adverbio, autem. *Plautus* in *Amphitryone*: 'Heia autem inimicos?' *Færnus.*

16 *Fructi*] *Archalce*, pro *fructus*. *Farnabius.*

17 *Patria potitur*] Accusativo casu extulit quod nos ablativo dicimus. id est, *patrio potitur commodo*. *Accius* in *Clytemnestra*, 'Feras potiuntur plagas.' *Donatus.*

Patria potitur] Syntaxis vetusta pro, *patriis potitur commodis*. *Farnab.*

19 *Illum diligunt: apud illum sunt ambo: ego desertus sum*] Hic ostendit Terentius, verum patrem et molestiorum et odiosum esse magis adolescentibus. *Donatus.*

20 *Illum ut vivat optant*] Σέλλησις.

nam sic veteres loquebantur. Nos vero dicimus *illi optant*, non *illum*. *Idem.*

Illum] *Micionem*. *Idem.*

Illum ut vivat optant] Quidam quartum casum hic pro recto poni autumant, inter quos est ex Don. *Scioppius*. alii ἀνακλόουθεν agnoscunt. *Bæclerus.*

Meam autem] Supra act. i. sc. 2. 'Ubi te expectatum ejecisset foras.' *Farnabius.*

23 *Age, age, nunc experiamur contra hæc quid ego possiem*] Posset hic versus utcumque sustentari, melius tamen habet in Bembino, *Age, age, jam cuperiamur porro contra, et quid ego possiem*. Ita trochaicus optime procedit, vel attribuendo primam ejus syllabam præcedenti, vel ex quid d elidendo. *Færnus.*

Nunc experiamur] Magis comice pluraliter *experiamur* dixit, quam si diceret, *experiar*. *Donatus.*

24 *Quando eo provocat*] Non addit quis: sed intelligimus, *Micionem* significari. *Idem.*

Quando eo provocat] *Donatus*, et *liber Victorianus*, ac *Decurtatus* pro eo, habet *huc*: quam lectionem *Rivius* in multis Terentii libris asserit invenisse. *Bembinus* vero *hoc*, antiquorum more pro *huc*; quod et placet. *Færnus.*

25 *Ego quoque*] Confer *Plantii Asinariam*, act. i. sc. 1. 'Omnes parentes,' &c. *Farnabius.*

26 *Si id sit dando, atque obsequendo*] Bene naturam secutus est, qui artem ignorat, putans agi verbis omnia debere, non dando et obsequendo. *Donatus.*

Si id sit] Id est, jam a liberis si magni pendor. *Idem.*

Non posteriores feram] Subauditur *partes*: aut, *non parvi faciam*, id est, non vincar a *Micione*. Et translatio est a partibus histrionum in fabula. *Idem.*

Non posteriores feram] Primus in

his ero, inquit, in dando atque obsequendo. *Idem.*

27 *Deerit: id mea minime refert*] Vide, remanere in Demea non penitus ejectam securitatem. *Idem.*

Id mea minime refert, qui sum natus maximus] Ut apud Plantum Trinummus II. 2. 38. 'Mibi quidem ætas acta est ferme: tua istuc refert maxime.' *Bæclerus.*

Natus maximus] Adeoque propecta ætate. Cic. ad Attic. I. xvi. Epist. 6. 'Non longe a sepulchro.' I. xiv. Ep. 21. 'Sed mihi quidem *βελάραι*.' *Farnabius.*

SCENA V. Senarii sunt. vs. 2. duo ex Mss. nostr. *quis homo est? tertius: quis est homo.* Arte Poëtæ factum est, ut Demea, qui hactenus non suserat blande dicere, rudimenta novi consilii in servis experiretur. indicavit ipse scena sequente, vs. 10. *Bæclerus.*

Hæus Demea, rogat frater ne abeas longius] *Hic ostendit Poëta, quam absurde blandus conetur esse, qui non solet: et quam immodica sit repentina largitas, ubi animus a parcitate nimia in contrarium vitium profusionis excurrit.* *Donatus.*

1 *Hæus Demea, rogat frater, ne abeas longius*] Ut apparet, jam edormivit crapulæ Syrus. Et satis moraliter dixit frater: nec addidit tuus. *Idem.*

Frater] Moraliter. nam deest tuus. *Idem.*

2 *O Syre noster, salve: quid fit?*] Jam non hæc blanda, sed dura sunt. nam *salve* dixit ei, non solum quem sæpe viderit, sed cum quo toties litigaverit. *Idem.*

Quid fit? quid agitur?] Interrogat et quum sciat, et quum dampnet actus ejus. *Idem.*

2. 3 Guyetus delet. quos tamen maxime sustentat institutum Poëtæ, scena sequente vs. 8. 9. verbis Demeæ iterum *ἐκ παραλλήλου* expressum. quod et Donato observatum.

Bæclerus.

3 *Recte*] Bene respondit recte: hæc enim interrogationes de salute atque incolunitate ejus sunt, qui interrogatur. *Donatus.*

Hæc tria] Deest verba. *Idem.*

4 *Præter naturam*] Plus dicit quam si diceret, 'Præter consuetudinem.' *Idem.*

Jam nunc hæc tria primum addidi præter naturam, O noster, quid fit? quid agitur] Hoc pressius dictum est. *Idem.*

Præter naturam] Cic. II. de Oratore. 'Qui neque natura neque arte lepidi sunt, prudenter tacent: aut non loquuntur nisi necessario; alioqui, dum faceti esse student, inepti, ridiculi, aut etiam molesti fiunt.' *Farnabius.*

5 *Servum hand illiberalem*] Dura et importuna repente commutatio ex tanta vituperatione in laudem Syri, ostendit contra naturam suam niti Demeam. *Donatus.*

Probes te] Id est, te ostendis, factis probas. *Idem.*

Et tibi lubens bene faxim] Et bene ad quam rem adjectum est: an et bene* hoc addidit. Quis enim credat tam subitis post sævitiam blandimentis, nisi factis quoque vera esse ostendatur? *Idem.*

Et tibi lubens bene faxim] Et additum est, ut ostendat hanc esse sententiam, Non solum te laudo, sed etiam juvo: illud dicendo, hoc faciendo. *Idem.*

Et tibi lubens bene faxim] Potest hoc et sic intelligi, Bene tibi faxim, et lubens. multi enim bene, sed non ex animo faciunt. Omnia ergo addidit, quæ placidum ostendant ipsum, atque clementem. *Idem.*

6 *Atqui, Syre*] *Atqui* abundat per *παράλογον*. *Idem.*

Syre] Asseveratio est non creditis. *Idem.*

7 *Hoc verum est*] Quasi falsum fuerit illud, quod jurgabat: et hoc sit

verum, quod nunc dicit. *Idem.*

Propediem] *ῥῆμα*. Nam *propediem* adverbium est temporis: ut si diceret, *cito*. *Idem.*

SCENA VI. Eodem metro. vs. 1. *Mas.* nostri omnes: *hera ego hinc abiens ad hos provisam*. vs. 6. omnes, ut ed. vs. 7. unus, ob hanc rem. vs. 9. duo: *cum hoc existimas*: alter, *æstimas*. *Bæclerus.*

1 *Hera, ego hinc ad hos provisio*] *Ad hos*, ad Micionem et Æschinum scilicet. *Provisio* duas res significat: *procedo*, et *video*. *Donatus.*

Hos] Mitionem et Æschinum. *Farnabius.*

2 *Sed eccum*] *Hoc* apud se. *Donat.*

3 *O, qui vocare*] *Hac* interjectione utimur, ubi ex intervallo notos videmus. *Idem.*

O, qui vocare] Post o, nomine vocaturus, non habuit quod diceret: et ideo subiecit, *qui vocare*. Virgilius, 'O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus Mortalis: nec vox hominem sonat. o Dea certe, An Phœbi soror? an Nympharum sanguinis una?' Moris est autem inferiores proprio nomine vocari, si blandiri velis, sed hic nominis oblitus, dum dubitat et inquit, inhæsit pronomini. *Idem.*

Qui vocare] *Plant.* Trinum. act. iv. sc. 2. 'Agedum; nomen tuum primum memora mihi.' *Farnabius.*

Geta, hominem maximi pretii esse te hodie iudicavi animo meo] *Ridicula* morositatis fuga, et affabilitatis affectatio; ubi dominus servulo, grandior minori blanditur. Sed, 'Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.' *Horat.* ad *Pisones*. *Idem.*

4 *Animo meo*] *Hoc* est, secundum animi mei sententiam, et quantum ad animum meum pertinet. *Donatus.*

5 *Nam is mihi est profecto servus*] In hoc laudando quia non laborat, subiecit specialiter merita ejus: aut, ut existimo, nihil habuit quod diceret nisi laudem, sine ullius facti mentio-

ne. Et *mihi*, id est, quantum ad iudicium meum pertinet. *Idem.*

Nam is mihi est profecto] Aliqui libri, inter quos Bembinus, verbum est habent post *profecto*. *Færnus.*

6 *Cui dominus cura est*] Quum hic dominas habeat, dominum dixit: quia prævalet masculinum. Virgil. 'Descendo, ac ducente Deo flammam inter et hostes Expedior.' Et præterea sententia generalis inducitur, quum nullum specialiter dominum significat. *Donatus.*

Cui dominus cura est] In animo habuit Horatius hunc locum cum scriberet (*Sat.* ii. 7.) 'Davus ne?' (sc. vult loqui) 'ita Davus, amicum Mancipium domino, et frugi quod sit satis.' *Bæclerus.*

Ita, ut tibi sensi, Geta] Maximum delinimentum inferit, eum nomine vocans, quod tantum superioribus est. Et vide quam grate, postquam ipse dixit, nomine appellavit Getam. *Donatus.*

Ita ut tibi sensi Geta] Ex libro Bembino lege, uti; et melius versus procedet. *Færnus.*

7 *Et tibi ob eam rem*] Quid et tibi? utrum quemadmodum aliis? an quemadmodum Syro? *Donatus.*

Et tibi ob eam rem si quid unus veneris] Defectus quidam rustici præter naturam blandientis, cogit dicta repetere sine gratia. Hæ autem promissiones ad hoc præmittantur, ut quum in subjectis agi a Demea hujusmodi res cæperint, non sit absurdum spectatoribus, Demeam tam cito esse mutatum. *Donatus.*

Et tibi ob eam rem, &c.] *Donatus*: 'Defectus quidam,' &c. Minime hoc egit Poëta, quod suspicatur *Donatus*. quin potius οἰκονομία τῆς κατασκευῆς eo tendebat, ut humanitas Demeæ non in suos tantum, sed in novorum affinium familiam redundatura, integra παρασκευῇ, ut solet noster, instrueretur. sed nec bene stabit hæc *Donati* κρισις cum illis quæ sequuntur:

‘Hæ autem,’ &c. *Bæclerus.*

8 *Meditor esse affabilis*] Sic hoc lentius, ut illud supra, ‘Jam non tria hæc addidi præter naturam: O noster! quid fit? quid agitur?’ *Donatus.*

Meditor esse affabilis] Sibi gratulatur suam morum humanitatem, submissa voce. *Farnabius.*

10 *Paulatim plebem*] Moralter inferlorum turbam *plebem* dixit: hoc est, ut in urbe vulgus, ita in familia servos. Et fit translatio ab iis qui honores dolose, ac non pro merito petunt, ambitiosique sunt. *Donatus.*

Plebem primum facio meam] Hoc est, mihi faventem. Et e contrario Virgilius, ‘Vadimus immisti Danaïs, hand numine nostro.’ *Idem.*

Plebem primum facio meam] A servis initium sumo, et plebe: mox ab his rudimentis et experimentis ad dominos ascendam. *Farnabius.*

SCENA VII. Eodem metro. vs. 2. omnes: *totum cons. d.* unus interserit *huc.* vs. 5. omnes, ut ed. vs. 6. duo: *uxorem quæso accersi.* unus: *quæso ux. acc.* vs. 7. omnes ut ed. vs. 9. unus: *turbas, hymen.* l. alter: *turbam, hymen.* l. tertius: *hymenæum, turbam, lam.* vs. 11. unus: *hanc transfer.* vs. 14. duo: *fratris æd.* sed *Donatus* præfert *fratri.* vs. 15. duo: *amittet.* unus, *admittet.* vs. 17. omnes: *disnumeret ille babillo.* vs. 18. omnes: *quid ago.* vs. 20. omnes, *bene faciant.* vs. 23. unus: *hac nunc duci per v.* alter: *huc nunc d.* *Argent. duci nunc huc. Bæclerus.*

Occidunt me quidem] *Adolescens et Demea, inter se affabiles, imaginem præbent, et quam dulcis sit junioribus assentatio, et quam ingrata censura. Idiorrônês autem dixit occidunt me, pro nimis lædunt et cruciant me. Donatus.*

1 *Occidunt me quidem*] *Quidem* pro expectatione est: tanquam in hac mora nullus alius occidatur, nisi qui amat, id est, ego. *Idem.*

Dum nimis sanctus] Et nimis sanctas ridicule additum est in ea dncenda, quæ jam peperit. nam *sanctum*

est, quod omni observatione inviolatum est. Et bene additum est *nimis*: quia *nimium* pro vitio ponitur: juxta illam sententiam, qua dicitur: *ne quid nimis.* *Idem.*

2 *Sanctas*] Solenni et religiosa pompa apparatus. *Farnabius.*

Student facere, in apparando consumunt diem] Credo elidi n ex in, ut secundus pes sit anapæstus. *Færnus.*

3 *Quid agitur, Æschine*] Jam ipse docuit, *quid fit?* et *quid agitur?* blandimentum esse. Jam nunc hæc tria primum addidit præter naturam. *Donatus.*

O noster, quid fit? quid agitur? Ehem pater] Non sine consternatione respondet Æschinus, etsi hic blande interrogat, et miti vultu: nam ex improvviso objectus est Demea, et insperanti. *Idem.*

4 *Tuus hercle vero et animo, et natura pater*] Totum eripuit Micioni, cui ne animum quidem reliquit. *Idem.*

5 *Qui te amat plus quam hosce oculos*] Magis comicum, quam amo. *Id.*

Plus quam oculos hosce] Supra act. iv. sc. 5. *Farnabius.*

Sed cur non domum uxorem accersis] Bene subjecit, quæ volenti esse credebatur. *Donatus.*

6 *Verum hoc mihi moræ est, tibicina, et Hymenæum*] Hoc est quod ait, ‘Dum nimis sanctas nuptias student facere.’ *Hymenæum* quidam Liberi et Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. ideo per laudem cantatur virginalibus nuptiis ob hujusmodi meritum. Alii virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas prædonibus virgines, oppressis latronibus, intactas patriæ restituerit. Alii quod *ὑμῆν* dicatur membrana quædam, qua est monita virginitas, quæ primo dirumpitur coitu, *Hymenæum* putant veluti hymnum vocari virginalium nuptiarum. Ergo sic accipe *Hymenæum* in nup-

tilis, quemadmodum *ἄφρον* in funere, vel in sacris *hymnum*. Idem.

7 *Tibicina*] Plaut. Casin. act. iv. sc. 3. 'Quæ suavi cantu concelebrat omnem plateam Hymenæo.' *Farnabius*.

Hymenæum] Carmen nuptiale, Epithalamium. *ἐμψαλον* Photius deducit ἀπὸ τοῦ *ἐμψαλον*. *Æolice* pro *ἐμψαλον*, quod concorditer noviter maritatos vivere optarent. Alii ab Hymenæo quodam, qui virgines Atticas, dum in littore sacris Cereris operarentur, a piratis raptas vindicavit, piratis, qui rapuerant, interfectis. vide quæ nos ad Senecæ Thebaid. vers. 262. Alii ab *ἐμψυ* membranula quæ virginibus in primo Veneris aditu rum-pitur. *Idem*.

8 *Vin' tu huic seni auscultare*] Contempsit se ipsum dicendo *huic seni*: hoc solum afferens causam cur audiendus non sit, quod sit senex. Et totum hoc apparet lætissimo vultu dici. *Donatus*.

9 *Turbas, lampadas, tibicinas*] Bene totum pluraliter: ut qui reprehendit sic multa. Plautus, 'Quos tu mihi parasitos, Inacos, quos Summanos somnias?' Hæc igitur vultu pronuntianda sunt, ut appareat ea displicere dicenti. *Donatus*.

Lampadas] Faces quinque a pueris patrimis et matrimis prælatas. adi quæ adnotavimus ad vers. 507. vide et Rosinum lib. v. c. 37. et quæ Dempsterus in paralip. ad idem caput. *Farnabius*.

10 *Atque hanc in horto maceriam jube dirui*] *Maceria* dicitur paries nunc alicujus demacerata. *Donatus*.

11 *Unam fac domum*] Hoc colore valde plausibili utitur ad eos, qui hanc affinitatem elegerant, i. e. Micionem et Æschinum. Unde scena seq. cum periphrasi et incremento: 'Ego vero jubeo et hac re, et aliis omnibus, quam maxime unam facere nos hanc familiam; colere, adjuvare, adjungere.' Vix desinere potest in

commendanda et ornanda necessitudine. *Bæclerus*.

13 *Euge, jam lepidus vocor*] Apparet Demeam experiendi causa assentari, non quod animo faciat. *Donatus*.

14 *Fratri ades sicut pervia*] *Elegantius quam fratris*. Idem.

14. 15 *Turbam domum adducet et sumtum, &c.*] Ex illis, quæ ductu Mss. codicum erui possunt, haud dubie commodius est, ut edidimus. vide etiam Guyetum, *Bæclerus*.

16 *Ineo gratiam*] In gratiam eo, hoc est, amicos comparo. *Donatus*.

Ego lepidus] Irridens adolescentis animum, sic inquit. *Idem*.

Jube nunc jam] Insultantis est verbum *jube*. tanquam præstet Micioni, hoc dicit Demea. Aut apud se dicit hoc. *Idem*.

Jube nunc] Quasi insultantes dicere solemus, nunc minari, nunc assistere, quem afflictum tenemus: ita et Micioni Demea dicit, *Jube nunc*. Idem.

Jube nunc jam dinumeret Babylo illi viginti minas] Nimis morale est, quum de absente tanquam de præ-sente agimus. Est autem, *Jube nunc jam*, figura etiam apud Plautum frequentissima. *Idem*.

Jube nunc jam] *Jube* sic dicit, quemadmodum supra ille, qui quum alius nemo adesset alicui diceret. *Idem*.

16. 17 *Jube nunc jam, dinumeret illi Babylo, &c.*] Certum est, neque Donatum hic quicquam expedire, neque doctorum virorum quenquam aliquid afferre, in quo vel leviter possis acquiescere. igitur Guyetus duos hos versus ejicit. mallet unum tantum scil. 17. nam cetera satis coherent. 'Quid mea? Ego lepidus in eo gratiam. jube nunc jam Syre. cessas ire, ac facere?' *Bæclerus*.

17 *Dinumeret*] *Dinumeret* dixit, quasi multum numeret. *Donatus*.

Illi] Cui illi? Ctesiphoni? Lenoni? an Æschino? an Syro? *Idem*.

Babylo] Fratrem *Babylonem* ob nimiam liberalitatem vocat: an *Æschylum* nimis prodigum? *Idem*.

Babylo] *Micionem* frater *Babylonem* agnominat, quasi prodigum et profusum, inquit *Turneb.* lib. xix. c. 10. *Nannius* vel *babalo*, vel *batalo*, vel *bacelo* legendum ariolatur: quem lege, *Miscellaneorum* lib. ii. c. 12. *Farnabius*.

18 *Syre, cessas ire ac facere*] *Thurricus* dicitur. *Donatus*.

Diruo] Hoc vultu dicitur adhortante. *Idem*.

20 *Quum te video nostra familia tam ex animo factum velle*] 'Ex animo alicui facere,' est id facere, quod ille animo suo velit: aut certe ex tota mente præstare, non perfunctorie: sed 'ex animo factum,' bene factum intelligere debemus; ut sit, *ex animo*, quasi ex sententia. *Idem*.

21 *Dignos arbitror*] Multa desunt, et 'vos,' et 'esse,' et 'qui fiant.' *Idem*.

22 *Quid tu ais*] Eo vultu dicitur 'quid tu ais?' quo videmus loqui eos, qui interrogant gesticulante vultu, quid sentiant de consilio suo, quos sciunt approburos esse. *Idem*.

25 *Sic soleo*] Potest *elporela* videri, quippe quando tale consilium probat *Demea*, quod probaret adolecens. *Idem*.

Sic soleo] Formula applaudendi sibi, ut supra aliquotiens, nec sine *elporela* tamen. *Bæclerus*.

SCENA VIII. Senarii sunt, et Octonarii Iambici. vs. 9. duo: *quam rem hic agit.* vs. 12. duo: *quid tu asine huic auscultas.* vs. 14. nostri: *invenis.* DE. age. *da veniam quæso filio.* vs. 19. omnes: *ne gravare.* vs. 23. duo: *hoc cum fit, quod volo.* vs. 25. duo: *facere ipsi decet.* vs. 26. omnes: *foris.* vs. 27. ut edidit. vs. 33. *dabitur quidem quando hic vult.* vs. 34. *Argent. nunc mihi tu es germanus p. c. e. a.* alter meorum: *nunc tu mihi es germ. pariter et animo et corpore.* unus plane omittit. vs. 35.

duo: *suo gladio hunc jugulo.* *Argent. suo hunc gladio jugulo.* vide *Færm* notas de metro ordinando in compilaribus hujus scenæ versibus. *Bæclerus*.

1 *Jubet frater*] *Apparet Micionem dixisse*, Cur diruia? *Syrus respondisse*, Quia hoc jubet frater tuus. *Donatus*. *Jubet frater*] Dirui maceriam scilicet. *Idem*.

Jubet frater] Videtur *Mitio* interdixisse servis ne maceriam diruerent, et quæsisisse, quisnam iis autor esset illius diruendæ, respondisse servos, 'Jubet hoc frater tuus.' *Farnabius*.

Tunc jubes hoc, Demea] Interrogative pronuntiandum totum. ita erit una persona. Et ostenditur breviter ex hujus verbis, quid prior dixerit *Syrus*. Et mirum initium, ne proœmio opus esset *Demeæ*, ad profitendam mutationem voluntatis. *Donatus*.

Et aliis omnibus] Ut nuptiis senilibus. *Idem*.

4 *Colere, adjuvare, adungere*] 'Colere,' ad nurum pertinet: 'adjuvare,' ad Hegionem: 'adungere,' ad Sostratam. Et notandum 'coli' a superiore. ut 'Posthabita coluisse Sarno: hic illius arma.' *Idem*.

Colere] Subauditur 'jubeo,' per ζεύω. *Idem*.

Adungere] *Plant. Anul.* 'Ad probos propinquitatem proxime te adjuveris.' *Farnabius*.

5 *Imo hercle ita nobis decet*] Antiqui, si addebant statim verbum, 'Nos decet facere, nos decet dicere:' si non addebant, 'nobis decet,' dicebant. *Donatus*.

Nobis decet] *Supra*, act. iii. sc. 8. 'Ut vobis decet.' *Gracismus. Farnabius*.

6 *Primum hujus uxoris est mater*] Incipit a persuasionem, sed latenter; ita ut ea quæ proposito consilio dicenda erant, ante demonstrarit, quam dicat quid fieri velit. Et hoc semper fit ab oratoribus in his rebus, a quibus incipere non oportet, propter

terpitudinem, aut incommoditatem rei, quæ persuadenda est. Considera adeo apud Virgillum, ubi persuadet Iris matribus, ut naves suas incendant, et invenies hoc ipsum consilium ultimum poni post argumenta quamplurima, 'Quin agite, et mecum infaustas exurite puppes.' Et initium a possibili factum est: nam dicit, 'Hujus uxoris est mater.' *Donatus.*

Primum hujus uxoris est mater. *Mi. est, quid postea?* Aut *hujus* monosyllabum est, aut, *s* eliso, posterior ejus syllaba per synalæphen abjicitur. *Faërnus.*

Primum hujus uxoris mater. Oratorie rei inopinabilis suasio ita inducitur, ut argumenta prius absolvantur, quam res ipsa exprimatur. simul operam dat, ne quod consilio impedimentum objici queat a filio. huc enim spectat quod ait, parere jam non potest. Post hanc expeditionem rei, cetera orando, instando, urgendo consiciuntur: non sine urbanitate. *Bæclerus.*

Primum hujus uxoris est mater. Hujus uxor habet matrem. Primo autem proponit argumenta, prius quam quid fieri velit, indicet: quod in rem minus alias plausibili callide fieri recte notat hic Don. *Farnabius.*

7 Proba et modesta. Proba sibi: et Modesta apud alios. Et vide laudes consiliatoribus inventas et usitatas. *Donatus.*

Ita atque. Hoc ita respondet, quasi dicat, 'sed quid mea.' *Idem.*

8 Scio. Adhuc Micio non intelligit, quo res tendat: sed tamen vultu quodam admirantis, cur hoc dicatur, respondet. *Idem.*

Parere jam diu per annos hæc non potest. Hoc autem addidit, ne contra filios Pater suadere videatur nuptias, si illis cohæredes easse procreandos suadeat. *Idem.*

Parere jam diu per annos hæc non potest. Aliam collocationem versui con-

gruentem habent o. l. s. et *Donatus*, *Parere jamdiu hæc per annos non potest.* *Faërnus.*

Per annos hæc non potest. Bene 'per annos: quia non est sterilis. *Donatus.*

10 Hanc te æquum est ducere. Te, Micio, scilicet. *Idem.*

Et te operam. Te, Æschine. nam ad illum conversus a Micionem est. Et quare Æschinum operam dare æquum est? scilicet ut prosit socru. *Idem.*

11 Me ducere autem. Magna vis in pronominiibus posita est. nam 'me' ille sic dicit, quasi quem minime deceat. 'Te,' ille sic respondet, quasi quem maxime oporteat. *Idem.*

Ineptis. Verbum est, quod facit ineptis, ineptis, ineptis. *Idem.*

Si tu sis homo. Non 'si es,' sed 'sis' dixit: quasi in eo se hominem sit Æschinus probaturus. *Idem.*

Si tu sis homo. Æschine. Si sis, pro, si esse volueris, et, si credi homo volueris. *Idem.*

Si tu sis homo. Hic facete et mire coëgit Æschinum ad persuadendam. non enim dixit, *Si tu sis homo, persuade:* sed sic, *faciat:* ut ab illo non factum, sed effectum exigeret. *Idem.*

Si tu sis homo. Demea Mitionis nunc induta persona, etiam ipsissimis ejus verbis, quantum potest, utitur. act. 1. sc. 2. 'Et tu illum tuum si esses homo, Sineres nunc facere, dum per ætatem licet.' Et act. iv. sc. 7. 'Finnt nuptiæ: Dempsti metum omnem: hæc magis sunt hominials.' *Farnabius.*

12 Quid? tu huic, asine, auscultas? Aptum convitium grandi et fatuo. *Donatus.*

Mi pater. 'Mi' vocativus casus est, ab eo quod est 'meus.' *Idem.*

Quid tu huic asine auscultas? Plerique libri post *quid tu*, addunt adverbium *autem*. nos versus hos, in o. l. confusos, ita digerimus: *Mi. Me ducere autem? DE. te. Mi. me? DE. te inquam. Mi. ineptis. DE. si tu sis homo,*

Hic faciat. Eæ. mi pater. Mī. quid tu autem huic asine auscultas? Dæ. nihil agis. Fieri aliter non potest. Mī. deliras. Eæ. sine te exorem, mi pater. Mī. Insanis? aufer. Dæ. age, da veniam filio. Mī. satū sanus es? Ego novus maritus anno demum quinto et sexagesimo. Sunt hi octonarii iambici acatalectici, in quorum quarto ex satū eliditur n: in quinto ex novus s, ut primus pes sit tribrachus, secundus anapestus. Færnus.

13 *Fieri aliter non potest*] A necessario. *Donatus.*

Deliras] Proprio vocabulo usus est, tanquam loquaci. *Idem.*

14 *Insanis: aufer*] Congrue seni 'deliras: juveni 'insanis.' Et 'aufer,' vel te, vel manum: nam rogans, manum admovet scilicet, dicens 'mi pater.' *Idem.*

Aufer] Aut 'te' deest, aut 'manum,' aut pro eo quod est 'abi:' ut ait, Auferte. *Idem.*

Aufer] Te scil. id est, abi. *Farnabius.*

Da veniam] Id est, sine te exorari. vide Hec. act. iv. sc. 2. *Idem.*

15 *Ego novus maritus*] Apud Menandrum senex de nuptiis non gravatur. Ergo Terentius *ἀπρῦτος*, 'Ego novus maritus anno demum quinto et sexagesimo Fiam, atque anum decrepitam ducam?' Hic deest et 'quia,' et 'quid,' et 'quando,' et 'quomodo:' ut sit, Quis? ego. Quid? novus maritus. Quando? anno demum quinto et sexagesimo. Quomodo? anum decrepitam ducam. *Donatus.*

Anno demum quinto et sexagesimo] Hæc ætas est, ut Varro ait, etiam comicorum senum. Et 'demum' adverbium tarditatis est. *Idem.*

16 *Atque anum decrepitam ducam*] Hoc facite addit, tanquam faciendum hoc esset, si puella duceretur seni. *Idem.*

Id ne estis authores mihi] Hoc est, persuasores. ut Virgil. 'Author ego audendi.' *Idem.*

Decrepitam] 'Decrepitam,' aut stomacho anili et iracundo: aut 'decrepitam,' obtusi animi et læsæ æneclatis: aut 'decrepitam,' cui sæpe moribundæ crepuerit planctu familia. id est clamaverit. *Idem.*

17 *Largitor*] Verbum est imperativi modi, futuri temporis. *Idem.*

De te largitor puer] Acutius 'de te' dictum est, quam 'de tuo.' Et bene in eum, qui promiserat puellæ conjunctionem suam. *Idem.*

19 *Da veniam*] Præsta beneficiū, concede quod petitur. *Idem.*

Da veniam, ne gravers, &c.] De Plauto expressa sunt hæc, in Stichæ i. 2, 22. 'Sic facio. Promitte vero. ne gravare. est commodum. Volo, inquam, fieri. non amittam, quin eas.' addo III. 2. 19. &c. *Bæclerus.*

Ne gravers] Ne te difficilem præbeas. quia 'gravem se' dicitur 'præstare,' qui id facile non præstat in beneficio, quod potest. *Donatus.*

Da veniam, ne gravers. fac, promitte] Altrinsecus agentium, fatigantiumque verba sunt. *Idem.*

20 *Eæ. Non nisi exorem*] Ex ratione versus et o. l. s. addæ pronomen tā, post 'nisi.' *Færnus.*

Age, prolixæ, Mitio] Aut *age prolixæ*, id est, age benigne; aut sit *prolixæ* benigne, secundum veteres. aut per *ἀρόβηρον*, et *ἐλασφον*, *age*, correptivum: ut ad 'prolixæ' subaudiat, *noster estā*, aut quid tale: et Mitio velut insuavi dictum sit. *Donatus.*

Age, age, prolixæ Mitio] Vel posterius 'age' cum 'prolixæ' jungendum, *age prolixæ*: id est, benigne, ut Don. interpretatur: vel si ut hic editum est, tam sententia fuerit, *prolixæ* te Mitionem (verum Mitionem, a morum suavitate et facilitate sic dictum) nobis exhibe: vah *prolixæ* *noster sis Mitio*: ut Don. hic. *Farnabius.*

21 *Etsi hoc mihi prævum, ineptum, absurdum*] 'Prævum,' si anum ducit nullo commodo suo. 'Ineptum,' qui

non voto filiorum ducat uxorem. 'Absurdum,' homini qui nunquam duxerit, et nunquam ducere voluerit, seni duci uxorem, quæ adolescenti ducta non sit. *Donatus.*

Atque alienum a vita mea videatur] Reponimus *videtur*, ex o. l. s. *Faërus.*

22 *Si vos tantopere intus vultis, fiat*] Cur hic non vertitur de voluntate Sostrate? An quia illam consentire necesse est, vel propter pauperiem, vel ob amorem filiae suæ? *Donatus.*

Si vos tantopere istuc vultis; fiat] Rideliculus dixit et comice, uxorem se ducere, non quia velit, aut debeat, sed ut obsequatur iubentibus. *Idem.*

23 *Hoc confit quod volo*] Perficitur inquit quod volo; ut sumptum et turbam domum recipiat Micio, et ego ineam gratiam. *Idem.*

Hoc confit, quod volo] Verius, *quum fit*, ut Guyetus ex Mss. cui duo etiam nostri consentiant, declarat. Secum hæc Demea. estque *παροικεῖν* novam suasiorem molientis. cujus altera pars clare ad Micionem dirigitur. 'quid nunc quod restat?' arte factum, ut plura suasiurus hoc tanquam ultimum demonstraret. Mox varietate notabili, præmissis iterum argumentis, non infert totum consilium simul; sed beneficium primo, communi nomine; postea demum peculiariter, usum fructum agri suburbanii gratis Hegioni concedendum demonstrat, et objectionem allatam, quodam quasi *ἐντροχασμῷ* summam et cumulativam, ut de facili, expedit: 'pro patre huic est; bonus est; noster est; recte datur.' quid absolutius aut celerius? hæc a re petebantur. quod superest ad personam pertinet: tu dixisti, effugiendam senibus avaritiæ infamiam; tu dicti veritatem re ipsa comprobabis. quæ necessitate ita eam constrinxit, ut honeste non posset denegare, quod rogabatur. iterum autem cavet, ne ab Æschino aliquid obstare possit, ant, ne is ægre ferat hanc Micionis in

Delph. et Var. Clas.

alios liberalitatem. non enim, ut donetur ager, sed ut nans fructus sine fœnore concedatur, suadet. itaque facile assensum suum Æschinus commodavit, cum interrogatur: 'dabitur, quandoquidem hic' (i. e. Æschinus) 'vult.' statim enim respondet: 'Mi pater' sc. fac. quod suadet Demea, da fruentum Hegioni hunc agrum. *Bæclerus.*

Verum quid] Hæc Demea secum, de successu sibi plaudens, et ad pergendum seipsum excitans. *Farnabius.*

24 *Quid nunc quod restat*] *Quod restat*, pro quod sequitur. An 'quod restat' tanquam reliquiarum priorum, ac per hoc minimum? *Donatus.*

Hegio his est cognatus proximus] Commendatio personæ quasi notæ: etiam Micioni, ob merita sua. Et bene addidit 'proximus': nam multi gradus et veluti rami sunt propinquitatis in affinitate et cognatione dispositi. *Idem.*

25 *Adfuit nobis*] Recte. nam uxoris cognati marito affines sunt. *Idem.*

Pauper] Jam hoc nomine apparet aliquid flagitari. *Idem.*

26 *Sub urbe*] Suburbani. *Farnabius.* *Quod locitas foras*] 'Foras' dixit, locum pro persona ponens; quasi diceret, 'nescio cui alieno,' sic et nos dicimus, 'audi quid dicit * ecce hac,' pro 'ecce hic.' Cicero, 'Hic tum alius ex alia parte.' Deest ergo aliquid, ut sit, *quid locitus foras versum.* Aut si foris: foris posito, id est, alieno. *Donatus.*

Sub urbe est paululum agelli hic] Totum cum contemplatione pronuntiantum. *Idem.*

Foras] Quasi diceret, nescio cui alieno. *Farnabius.*

27 *Huic demus qui fruat*] Id est, qui frustum capiat, non proprietate potiatnr. Proprie ergo, et quasi de jure dixit 'fruat.' est autem 'fruator,' alatur: quia 'frumen' dicitur summa gula, per quam cibum lingua dimittit in ventrem. *Donatus.*

Terent.

5 C

Qui fruatur] Qui fructum ex eo percipiat, non qui proprietatem habeat ad usum non mancipium. *Farnabius*.

28 *Bonus est, noster est, recte datur*] *Ἐντροχαιοῦς* hortantis, et *ἀνδρῶν* oros multa congerentis. *Donatus*.

Bonus est] Potuit responderi, 'quid mea?' *Idem*.

Bonus est, noster est] Hæc omnia vultuose, tanquam invidiam parsimoniam faciat Micioni. Et plus significat 'noster,' quam si addatur, *quid noster*. *Idem*.

Noster est] Bene addidit. namque dixit, 'pro patre huic est.' *Idem*.

Recte datur] Quasi non quærat, an dandum sit: sed illud solum, an recte. *Idem*.

29 *Non meum illud verbum facio*] Nunc. 'Verbum' pro *ἀξιωματι* posuit, quod uno stringitur verbo. Ergo 'verbum,' brevis sententia. *Idem*.

Non meum illud verbum facio] Nota 'verbum,' pro sententia. ut, 'Uno verbo dic, si quid est quod me velis.' Et, 'Misera me, quod verbum audio?' 'Verbum' dixit, veram sententiam. nam verba esse a veritate dicta testatur Varro. *Idem*.

Postremo non meum illud verbum] Ad proprium ipsius testimonium provocat, quod maximum in judiciis momenti solet esse. et miro artificio dixit, 'quod tu Mitio bene ac sap.' q. d. laudem tam boni et sapientis dicti tibi præreptam nolo: non id ego mihi vindico. Sed quanto plus meretur vel ipsum dictum, vel dicti autor; tanto probrosius fuerit Mitioni a sua ipsius autoritate desciscere, et sibi non constare. *Farnabius*.

31 *Hanc maculam nos decet effugere*] 'Maculam' *τῆ χλευασμῆ* dixit, irridens opinionem Micionis: quia parsimoniam, maculam putet. et simul auxit, primo 'vitium,' deinde 'maculam' dicendo. *Donatus*.

32 *Effugere, dictum est vere*] Hujus

et sequentium versuum ordinatio difficilis est: quæ in hunc modum videtur posse fieri, *Effugere dictum est vere, et re ipsa fieri oportet*. M1. *Quid istic? dabitur quando quidem hic vult*. *Ea. mi pater*. DE. Nunc tu mihi germanus es pariter corpore et animo. M1. *gaudeo*. DE. *Suo sibi gladio hunc jugulo*. ut primi duo sint trimetri iam-bici: prior quidem hypercatalecticus, posterior acatalecticus, tertius trochaicus tetrameter catalecticus: cujusmodi generis est et sequens, constans ex duobus hemistichiis, uno in fine hujus scænæ, altero in principio sequentis. sane in his versibus hæc mutavimus, quod pro *istic* fecimus, *quid istic?* quod ægre consentientis est, ut sæpe alibi: et pro *quidem quando, quandoquidem* ex libro Victoriano; et pro *hunc gladio jugulo*, collocavimus ex o. fere l. s. et Donato, *gladio hunc jugulo*. *Faërnus*.

Dictum est vere] Sen. 'Verba rebus proba. Facere docet Philosophia, non dicere: et hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat; ne orationi vita dissentiat.' Vide et Phorm. act. 1. sc. 4. *Farnabius*.

35 *Suo sibi hunc gladio jugulo*] *Ἀλλ' ἡγοῦρα*. et non *suo*, sed *suo sibi*, moraliter, et ut veteres solent loqui. *Donatus*.

Suo sibi gladio hunc jugulo] *Τὸ σὺν* redundat, ut alibi. Plaut. 'Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum, atque hunc telo suo sibi malitia a foribus pellere.' at alibi, 'inscientes sum sibi fallaciz.' Dicitur autem Mitio hic *suo gladio jugulari*, qui suis dictis, et proprio quasi testimonio vincatur. *Farnabius*.

SCENA IX. Trochaicis tetrametris catalecticis constat hæc scena. vs. 1. *Mss. nostri omnes*, ut ed. vs. 3. duo, ut ed. unus: *feri Syrum esse æq.* vs. 10. omnes: *in psall. istac em.* vs. 12. unus: *denique hic fieri vult.* vs. 17. omnes; *optim. q. mul. equidem t. n.* et vs. 19. *haud dubium est, q.* vs. 21. omnes ha-

bent, oro, ex glossa, vs. 25. duo: *frugi homo es.* et mox duo: *primo consulam.* vs. 26. duo: *o mi pat. f.* vs. 27. omnes: *mores m. tuos Demea.* vs. 28. omnes: *quod proluuium.* vs. 31. duo: *sedassent.* vs. 32. duo: *Æschine est.* vs. 33. duo: *quia non ista injusta.* vs. 39. omnes: *quid opus facto est.* vs. 40. duo: *valete plaudite.* unus: *valete et plaudite.* Bæclerus.

1 *Factum est quod iusti, Demea*] Id est, diruta est maceria. *Donatus.*

2 *Frugi homo es*] Utilis, ut fruges. *Idem.*

Edepol hodie mea quidem sententia Judico Syrum fieri esse æquum liberum] Hoc est quod jamdudum promiserat Syro: sed nunc opportune. videtur enim modo meritum præcessisse. Et, 'sententia iudico,' *κυριολογία.* *Idem.*

4 *Quodnam ob factum*] Jure. ascribi enim causas manumissionis, in iure formula est. *Idem.*

Quodnam ob factum] *Donatus:* 'Jure,' &c. Ita supra in *Andria* i. 1. 10. et 11. 'Feci ex servo ut esses libertas mihi, Propterea quod serviebas liberaliter,' unde et 'pretium' vs. seq. appellatur libertas, ob merita scilicet persolutum. Recte autem *Donatus* vocat hanc 'comica manumissionem,' quæ mira festivitate conditur, et extemporali ludo festinatur. *Bæclerus.*

Multa] Oratorie maluit generaliter dicere, quam quærere specialiter, quod invenire non possit. Et *Micio* singulariter unum quærit, hic pluraliter multa respondet. *Donatus.*

Edepol vir bonus] Jurat bonum: quia præter opinionem est. *Idem.*

5 *Ego istos vobis usque a pueris*] Intelligit Syrus, laborem pro se Demeam non habere quod dicat: et ideo ipse prosequitur ordinem meritorum: secundum quem apparet, pædagogum fuisse. *Idem.*

6 *Docui, monui, bene præcepi*] Ridicule adduntur, et tantum consuetudine: quia imputantur etiam facta

prave, pro bonis. *Idem.*

Quæ potui omnia] Bene 'quæ potui:' quasi plura vellet. *Idem.*

7 *Res apparet*] Mire irridet Demea, sic tamen ut serio agere videatur. *Idem.*

Cum fide] Alii scr. *obsonare cum fide.* *Farnabius.*

8 *Apparare de die convivium*] Id est, repente, neque ante prædictum, nec pridie constitutum. *Donatus.*

Apparare de die convivium] Id est, repente, neque ante prædictum, nec pridie constitutum, ait hic *Don.* si tamen genuinus *Don.* quem mirum sit prisce moris et sermonis tam imperitum fuisse. Olim enim, (ab Hippocratis usque temporibus certe, ut ex ipso liquet,) rarus erat prandiorum usus. sed nec alia (quibus in usu) prandia fere, quam parvi et privati (ut *Plinii* verbo utar) refectus. *De die autem potare,* vel (quod idem est) *epulari,* semper probro datum, ut intemperantis ac voluptuariæ vitæ argumentum. Ita *Q. Curtius* luxum *Alexandri* notat, quod 'de die convivia iniret:' Et *Livius* *Pœnorum,* quod 'de die epularentur.' Nec aliter apud *Plautum,* 'de die potare;' aut *Catullum,* 'convivia de die facere,' capienda. 'De die' autem cum dicitur, 'medio' supplendum est, quod expressit *Horatius,* 'de medio potare die:' cum *Sol* adhuc altus, nec multo plus mediis confecit itineris. Nam alioquin cæna quæ ante *Solis* occasum, non cæpta tantum, sed peracta, multa. Hinc lux opportuna verbis *Apostoli,* *Act. ii. 15.* et *1 Thess. v. 7.* Ceterum, 'de die potare,' et 'in lucem potare' (quæ confundunt nonnulli) plane alia. sed nihil hoc ad *Terentium.* *Farnabius.*

9 *O lepidum caput*] Ut alibi, 'o festivum caput,' &c. Græce *φίλη κεφαλή,* &c. *Idem.*

10 *Postremo, hodie in psalteria hac emunda*] Et hoc totum serio dicitur,

ut magis ridiculum videatur, *Donatus*.

Hic adjutor fuit] In re bona 'adjutores,' in re mala 'impulsores' dicuntur. Ergo hic adjutor dicitur a non irascente: a criminante autem et irato, impulsor. *Idem*.

Hic adjutor fuit, hic curavit] De more repetitum est 'hic,' quum dicitur, 'hic adjutor fuit, hic curavit.' Sic enim solemus onerare audientem meritis ejus quem laudamus. Deinde quid non præstitit, qui et officium corporis, ut adjutor, et curam animi præbuit, ut consolor? *Idem*.

12 *Denique hic vult fieri*] Abutitur Demea sciens prodigam voluntatem adolescentuli. *Idem*.

13 *Syre, ego accede huc ad me*] Utrum ut eundem manu emittat, an ut palam fiat, jubet propius accedere, joris publici consuetudine ludens? Et vide quam comicam manumissionem, quam facete induxerit atque condigne. *Idem*.

Accede huc ad me] Ut te circumagat; qui usitatissimus manumissionis ritus. Pers. 'Heu sterilis veri, quibus una Quiritem' (i. e. liberum hominem) 'Vertigo facit.' *Farnabius*.

14 *Et seorsum tibi præterea, Demea*] Effecit Demea plus quam volebat. nam qui conabatur amari, præfertur etiam his qui amantur. *Donatus*.

15 *Gaudeo. Æs. et ego*] Gratulantium Syro hæc verba sunt: quibus de more ille, 'credo,' respondet. *Idem*.

Crede] Vide Hec. act. v. sc. 4. v. 5. *Farnabius*.

Utinam hoc perpetuum fiat gaudium] Integrum, solidum, et nusquam interruptum. *Donatus*.

Perpetuum fiat gaudium] Cui nulla ægritudo comes intercedat. And. act. v. sc. 5. 'Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quod voluptates eorum,' &c. *Farnabius*.

16 *Phrygiam ut uxorem meam*] Ut ipse Syrus, ita nxor Phrygia: secundum veteres, qui servis nomina a nationibus imponebant. *Donatus*.

Una mecum videam liberam] Hoc sic pronuntiandum est, quasi gaudeat se recordatum Demeæ: quod quum ultro cogitat habuisse * plene oblitus fuit. *Idem*.

18 *Hodie primam mammam dedit hæc*] Ridiculum meritum: siquidem oportuerit primam esse quamcumque. an quia causa est, quod ingenui dicuntur serio a nutricibus liberis educandi? *Idem*.

Primam mammam dedit] I. e. prima mammam dedit; mundi novum incolam prima cibavit. *Farnabius*.

Herce vero serio] Adverbia sunt confirmantia. *παράλκον. Donatus*.

19 *Siquidem prima dedit*] Nos primam reponimus ex aliquot l. s. quod convenientius videtur, ut referatur ad 'mammam.' *Færnus*.

Si quidem primam dedit] Festive. hoc Demea, cum alioquin quæ serva esset, nihil magnum præstiterit, quod jussa mammam præbuerit. *Farnabius*.

20 *Ob eam rem*] Hoc eo vultu dicit, quo rem veluti excutimus, et ostendimus momenti esse nullius. *Donatus*.

Argentum, quanti est, sumito] Quanto pretio valet. *Idem*.

Argentum, quanti est, sumito] Hoc verbo utimur, ut faciunt qui persuadere aliquid cupiunt. *Idem*.

Quanti est] Quanti empty est: vel, quanti a te æstimabitur, sed verbo tenus hoc dici, ut tanto magis persuadeat, censet Don. *Farnabius*.

21 *Dii tibi, Demea, oro omnes semper omnia optata offerant*] 'Omnes omnia:' antiqua elegantia, et figurata. *Donatus*.

Dii tibi Demea, &c.] Ita Plantus Captiv. ii. 2. 105. 'Dii tibi omnes omnia optata offerant.' Horat. Satyr. ii. 8, 'Tibi Dii quæcumque preceris,

Commoda dent.' *Bacchus*.

22 *Processisti hodie pulchre*] Nunc vere pulchre processit Syrus. *Donatus*.

Processisti hodie pulchre] Ex servo servæ marito, in liberum liberæ maritum. *Farnabius*.

Siquidem porro, Micio, tu tuum officium facies] Hoc est patroni, ut libertum non deseras, sed ut alas manumissum. *Plautus*, 'Facis melius quam pars lenonum, qui libertos habent, et eos deserunt.' *Donatus*.

23 *Tu tuum offic.*] *Donatus* recte, 'patroni officium,' interpretatur, 'ut libertum non deserat, sed alat manumissum.' *Bacchus*.

Præ manu] Quod *Plautus* non semel, 'argenti præsentarii,' videtur enim τὸ præ hic, non temporis, sed loci esse; ut cum dicitur 'præ oculis,' quod et *Plautus* absolute dixit, 'Trecentos nummos *Philippeos* portat præ sibi,' plane ut et *Angli* vulgo, *beforehand*. *Farnabius*.

24 *Unde utatur*] 'Utatur,' vivat: unde 'usura,' vita dicitur. ut, 'Unius usuram horæ gladiatori isti non dedisset.' An unde alatur, de quo usumfructum capiat, et cuius tibi sortem reddat? Et hoc melius: nam ideo addidit, 'reddet tibi cito.' *Donatus*.

Reddet tibi cito] Non rogat ut dono det, sed ad usum commodet. *Farnabius*.

Istoc vilius] Hoc egit *Terentius*, ut conversis officiis usque adeo prodigum faceret *Demeam*; donec parcum redderet *Micionem*. *Donatus*.

Istoc vilius] Quasi nihil minus: negatio enim est foccum ostendentis, aut quid tale, cum ἄλλοθεν. quia subauditur 'quicquam,' et 'non dabo.' *Idem*.

Istoc vilius] Explicat ex *Donato* *Guyetus*. *Bacchus*.

Istoc vilius] Q. d. Egone ut tali dem utendam pecuniam, quo nihil vilius, levius, vel perfidius? sed vel

ipse sponte sua reprimat se: vel ab *Æschino* prævenitur, 'frangi homo est,' opponente. *Farnabius*.

26 *Faciet*] Ne quid negatum in fine fabulæ videatur, addidit *Demea* faciet. et faciet, quod petis scilicet: quod irridens dixit: quasi de prodigo dicere videatur. Et mire faciet: quia nec credibile erat statim consensurum qui negaverat, et perpetuo negatio esse in fine non debuit. *Donatus*.

27 *Quid istuc? quæ res tam repente mores mutavit tuos*] Animadvertendam est, quæ calliditate *Terentius* quærens finem fabulæ, complere lætitiæ per ipsum *Demeam* nititur in universos, qui in tota comœdia tristic æsævus inturbavit et vociferatus est. *Idem*.

28 *Quod prolubium*] 'Prolubium,' quod Græci προθυμία, id est, promptus animus ad largiendum. *Idem*.

Quod proluviū] Liber *Vaticanus*, quod prolubium. et ita etiam legit *Donatus*, sic dicens: 'Proluvium,' &c. quæ expositio *Donati* cum prolubium optime quadrat, cum proluviū minime. *Farnabius*.

Prolubium] Major quædam, et effusa libido, flagrans studium. *Cæcil* apud *Non*. 'Mearastraria, quod prolubium, quæ voluptas? quæ te lactat largitas?' Apud *A. Gel*. 'prolnbium audiendi.' Alii legunt hic, proluviū, quod aliud est; quanquam et illud hic non male convenire possit. sed prius verius. *Farnabius*.

Subita est largitas] Repentina, ac per hoc ipsa est ingrata et immoderata: ut evenit, quum ex nimis parvis non largi et liberales, sed effusi prodigique redduntur. *Donatus*.

29 *Ut id ostenderem*] Abundat id. aut ἄλλοθεν est, pro per id. *Idem*.

Quod te isti facilem, et festivum putant] Multum detraxit *Micioni*, dicendo 'te isti putant,' per quod significatur, errare adolescentes, et hunc non esse festivum. *Idem*.

Quod te isti facilem et festivum putant] Bene in postremo dignitas personæ hujus servata est, ut non perpetuo commutata videretur: ut Trucenti apud Plantum. *Idem.*

30 *Ex vera vita*] Ex vera et laudabili facilitate naturæ tuæ. *Farnabius.*

Ex æquo et bono] Jure merito, vel ex vera æquitate. *Idem.*

31 *Indulgendo*] Attende indulgentiam a Demea culpæ adscribi denuo. *Idem.*

Et largiendo Micio] Severe additum est nomen verbis ex animo plorantis. *Idem.*

33 *Quia non justa injusta, prorsus omnia omnino obsequor*] Proverbiales sunt hujusmodi elocutiones, 'fanda nefanda,' 'digna indigna,' 'velis nolis.' *Idem.*

34 *Missa facio*] Omnia scil. *Farnabius.*

Effundite, emite, facite] 'Effundite' ad *Æschinum* pertinet: 'emite,' ad *Ctesiphonem*: 'facite,' ad omnes. *Donatus.*

Facite quod vobis lubet] Proprie rediit rursus ad amaritudinem pristinam. Hæc *ἐπιπονή* est figura, qua invitos nos permittere ostendimus quod nolumus fieri. *Idem.*

35 *Quæ vos potius præter adolescentiam minus videtis*] Hic ostendit Terentius, magis Demeam simulasse mutatos mores, quam mutavisse. *Id.*

36 *Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum*] *Elporela*, 'minus,' 'magis,' 'parum.' *Idem.*

Videtis] Providetis: vel intelligitis. *Farnabius.*

37 *Hæc reprehendere, et corrigere me, et secundare in loco*] Tribus tria redduntur: et utraque *αἰχμητός*. Illa in malam partem superiora: hæc in bonam, quæ inferiora sunt. Non tantum enim culpæ est, minus providere; quam impense cupere: nec tantum mali est, impense cupere,

quantum parum consulere. Item reprehendere bonum est: melius, corrigere: optimum, secundare. Nam qui reprehendit, non continuo corrigit: qui corrigit, non ilico secundat, id est, lætissimum reddit et fidelissimum. Alii *secundare*, obsequi dictum putant. et ideo additum esse 'in loco:' quasi non semper faciendum sit. Ergo '*secundare*,' vel in melius convertere, vel obsequi intelligimus. *Donatus.*

Obsecundare in loco] Pro re nata obsequi vobis et indulgere. *Micio* de se act. i. sc. 2. 'Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum. Ubi non erit, fortasse excludetur foras.' *Farnabius.*

38 *Tibi, pater, permittimus*] Noluit Terentius ab amoribus filiorum perpetuo repulsum patrem. *Donatus.*

39 *Plus scis quid facto opus*] Sicut modo adolescentes descriperat rerum imperitos, ita senem nunc peritia laudat, qui sciret *quid facto opus sit*. Tales enim senes, διὰ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὅππια. *Aristot. Eth. vi. 11. Bæclerus.*

40 *Sino, habeat, in istac finem faciat*] Hæc quidem permissio est: sed et exceptionem in se continet: et cum quodam stomacho, et velut minaci denuntiatione profertur. *Donatus.*

In istac finem faciat] Hoc est, aut ne aliam amet, aut ne alteram comparet: ne post istam luxuriaret ulterius. *Idem.*

Istuc recte] Bene. Et *Micio* non discessit de proposito suo, qui ut peccasse alias ostenderet fratrem ob nimiam asperitatem, cum exceptione quadam laudans verba ejus, *istuc recte* dixit. Quasi diceret, non ut cetera. Et simul reposuit ei, qui supra dixerat, 'Ut id ostenderem, quod te isti facilem et festivum putant,' id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo et bono, &c. *Id.*

HECYRA.

Personæ Mutæ] In aliis editionibus plures sunt, in aliis pauciores. Omissa fuit Nutrix, act. v. sc. 3. omissæ fuere ancillæ duæ Bacchidis. *Faber.*

In argumento Mureti Philumena dicitur Lachetis et Myrrhinæ filia. Error est memoriæ; alioqui suam sororem duxisset uxorem; nam Pamphilus Lachetis filius erat: at Philumena, Phidippi et Myrrhinæ filia fuit. *Idem.*

Philumena] In utraque Batavica editione majori, cur bis posita sit Philumena non video. Inter personas mutas puella est; inter alias est meretrix. hoc sane novum. *Idem.*

Senariis constat. *Bæclerus.*

PROLOGUS] Hæc comædia primum acta est sine prologo, aut ille prologus periit. Secundæ et tertiæ editionis prologus hic habes. Færnus ita distinguendos esse viderat, et diu ante Færnum Engraphius; et idem in libro Vaticano videas. *Faber.*

Duos esse prologos Gabriel Færnus operose docuit. Fr. Guyetus utrumque supposititium credit. Ego malim Donatum hic et Engraphium sequi: qui et artem hujus præfationis æstimant, et usum agnoscunt. aut enim nulla ex Terentianis fabulis, aut certe hæc opus habuit prologo. *Bæclerus.*

Hecyra est huic nomen fabulæ] Totus hic prologus subtilem conquestionem continet, ob hoc, ne aperte populum neglectæ fabulæ reum faciat, et facile revocet in favorem. Donatus.

1 *Hecyra est huic nomen fabulæ*] A nomine cæpit, ut incognitam probaret, et ideo spectandam. *Idem.*

Hecyra est huic nomen fabulæ] Nominativo casu figuravit: quum in usu sit, ut dativo dicamus. quamvis præsto sint exempla, quibus veteres per omnes fere casus hoc genus locutio-

nis enuntiabant. *Idem.*

Hecyra est huic nomen fabulæ] Hæc primo data est sine prologo, ludis Megalensibus: quo Sex. Julius et Cornelius Dolabella ediderunt, sed occupato populo studio funambuli, displicuit. Postea data est ludis Funebribus L. Æmilii Pauli: quos fecerunt Q. Fabius Maximus et Cornelius Africanus. Tunc quoque non peracta est, per studium populi circa gladiatores. Tertio ad postremum introducta, Q. Fulvio, L. Martio ædilibus, virtute actorum L. Ambivii et L. Turpionis est commendata. *Id.*

Hecyra] 'Εκυρά, socrus. Inde autem nomen quia per socrus et soceros (nt Don. in præfatione) pleraque hic aguntur. *Mer. Casaubonus.*

Hæc quum data est nova] Ita dicitur, *data est fabula*, ut 'data est cœna,' 'datum est prandium.' Et *editis*, a *dato* descendit. *Donatus.*

Hæc quum data est nova, novum intervenit vitium] Sic et Homerus: *Καῖσο μέγας μεγαλοστί λαλασμένος ἰπποσύνην*. Et 'dari' dicitur 'fabula,' quum agitur: 'stare,' quum placet. *Idem.*

Hæc quum data est nova, novum intervenit vitium] Σύλλησις prima: deest enim 'huic:' et est figura παρανομασία, nova, novum. *Idem.*

2 *Vitium et calamitas*] Bene secundum augures. 'Vitium' enim est, si tonet tantum: 'vitium et calamitas,' si tonet et grandinet simul; et etiam fulminet. *Idem.*

Vitium et calamitas] Translatio est ab angurio: et 'vitio creati' dicuntur 'consoles.' 'Calamitas' παρὰ τὴν καλῶμεν dicitur: 'clades,' quia clamat: ut aliud sit grandinis culmum frangentis, aliud furti aut doli mali. Sic Probus. *Idem.*

Vitium et calamitas] Ex disciplina

augurum petita verba. vitiosi enim magistratus, vel vitio creati, qui interveniente aliquo infaueto omnie creati. *Mer. Casaubonus.*

3 *Ut neque spectari*] Vitium, quod non spectata est: Calamitas, quod non cognita. *Donatus.*

Ut neque spectari, neque cognosci] Mira defensio. siquidem non iudicio comœdia exacta est, si spectari cognoscique non potuerit: placitura scilicet, si audiretur. *Idem.*

Ut neque spectari, neque cognosci] Ideo theatrum, ideo spectatores, ideo actores: quia major pars in gestu est, quam in verbis. *Idem.*

Cognosci] Vel probari, vel sciri: an Hecyra sciri dicatur, quæ scita sit nomine. *Idem.*

4 *Ita populus studio stupidus*] A derivatione causæ. Non quia mala, inquit, exclusa est: sed quia populus funambuli admiratione obstupuit: quod infra de gladiatoribus dicet, ad commutationem causæ inducendam. *Idem.*

Ita populus studio stupidus] Hic excusatur et populus, qui neque iudicavit de fabula, neque tamen stulte erravit. 'Stupidus,' pro stupens, ut, 'Timidisque supervenit Ægle.' *Idem.*

In funambulo] Qui Græce, *σχοροβάται*, et in τῶν θαυμαστοῦν (miranda representantium) numero. *Mer. Casaubonus.*

5 *Pro nova*] Recte: jam enim non est nova. *Donatus.*

6 *Et is qui scripsit hanc, ob eam rem*] Id est, ob eam causam. quasi dicat non iterum acta est sine causa. Cur ergo non post funambulū relata est, ubi ille cessaret? in quo maluit avarum Poëtā populo inducere, quam suo operi diffidentem. *Idem.*

7 *Iterum referre*] Supervacuum est 'iterum.' *Idem.*

Ut iterum possit vendere] Aliis scilicet ludis, hoc, ut diximus, ad laudem fabulæ referatur: postquam tantum fiduciam Poëtæ dedit. *Idem.*

Ut iterum possit vendere] Lege posset; alioqui gravissimus error sit; quod jam bis alibi monni. *Faber.*

Ut iterum possit vendere] *Donatus* ad laudem fabulæ refert: Guyetus modestiam Poëtæ desiderat, neque pudoris Terentiani hoc esse autumat. Aliter tamen de Poëtā actor, aliter de se ipse loqueretur. cum præsertim, nec dissimulandum nunquam actori sit, se emisso fabulam; et voluntas emendi hic potius, quam avaritia vendendi spectari debeat: considera vs. ult. prologi sequentis. *Bæclerus.*

Ob eam rem noluit iterum referre, ut iterum possit vendere] Reddit causam, cur, post funambuli spectacula, intermissa fabula non sit relata, sive denuo introducta. ideo scilicet, quia maluit in novos ludos differre, ut tum pro nova (tanta Poëtæ fiducia) venderet. atque ita maluit avarum Poëtā (ut recte Don. hic) inducere, quam suo operi diffidentem. *Mer. Casaubonus.*

8 *Alias cognovisti ejus; quæso nunc hanc noscite*] Mire illi favorem petit ex aliis, quæ spectatori notæ sunt. *Donatus.*

Ejus] Poëtæ. Quasi hæc omnino nota sit. At in Andria, quæ omnium prima est, aliter ait, 'Ut pernoscat is et quid spei sit reliquum: Posthac quas faciet de integro comœdias, Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius.' *Idem.*

ALTER PROL.] Senarii sunt. *Bæclerus.*

Orator ad vos venio ornatu prologi] Magna arte hic prologus scriptus est, et nimis oratorie. Nam totiens expulsa fabula, quomodo honeste revocari potuit in proscenium, nisi primo ipsa impudentia pro fiducia proferretur? deinde actor peritissimus ipse Ambivius probaret et Poëtā et comœdiam, cujus authoritas elucet ex verbis? tum deinde subtiliter novo Poëtā, a vetusto et magnæ auctoritatis Cæcilio, peteretur exemplum, et peteretur ingeniosissime? Nam quod ru-

di Terentio contigit, accidisse memoratur veteri Cæcilio: quod huic semel, illi sæpe: quod huic in aliis nunquam, hoc illi fere in omnibus. quod huic præter Hecyram et actæ et probatæ sunt ceteræ: illi partim exactæ, partim vix probatæ. Itaque his omnibus argumentis id actum est, ut neque desperandum sit de Terentio, quod expiosus est: ut nihilominus illi tantum attribuendum sit, ut aut par Cæcilio, magno tunc Poëtæ, aut ultro melior etiam esse possit. Hic autem L. Ambivius, histrio, fuit actor comædiarum. Donatus.

1 Orator ad vos venio] Oratorem audire oportere, jns gentium est, oratorem non licet injuriam pati. Ideo ergo ne expellatur, non se prologum, sed oratorem nominat. Plantus: 'Impia secrete oratorem verberas.' Id.

Orator ad vos venio] Hic novus Prologus (ut in Plantin. et aliis plerisque, editione) incipit; cum bis jam exacta fabula tertio non sine periculo reduceretur, atque adeo Prologo singulari arte elaborato (qualem hunc esse, pluribus docet Don.) indigeret. Loquitur autem L. Ambivius, histrio; magnæ tum, ut videtur, apud populum existimationis. Mer. Casaubonus.

2 Simile exorator ut sim] 'Orator' est dum agit: 'exorator' quum impetraverit. Ita illud, dicentis; hoc, jam effecti significationem habet. Et 'orator' est, cui causa defendenda mandatur. Donatus.

Eodem ut jure uti senem liceat] Ut, 'Me liceat casus miserari insonis amici.' Idem.

3 Quo jure sum unus adolescentior] Tanquam aliud agens affert exempla, quibus ostendat, turpe non esse Terentio, exclusam esse unam illius fabulam, quum multorum Poëtarum multæ exactæ sint: et in his Cæcili, cujus illo tempore magna authoritas fuit. Idem.

Adolescentior] Hæc comparatio minus a positivo sonat, et vim diminutivam exprimit; ut, 'Jam senior, sed

cruda Deo, viridisque senectus.' Id.

4 Novas qui exactas feci ut inveterascere] Σέλλητος. 'Inveterascerent,' denique agerentur. quia nondum acta, nova dicitur fabula. Idem.

Novas] Cæcili ac. veteris poëtæ Comici celeberrimi. Mer. Casaubonus.

Exactas] Expulsas. Donatus.

Inveterascerent] In consuetudinem venirent, spectarentur, amarentur. Idem.

5 Ne cum Poëta scriptura evanesce- ret] Causa facti honestior est, non se Poëtæ unius, sed ipsius Poëmatis causa laborare. Idem.

Scriptura] Poëma, fabula. Mer. Casaubonus.

6 In his, quas primum Cæcili didici novas] A simili argumentum, quod sit per comparisonem artificiosam et oratoriam rerum ac personarum. Donatus.

7 Partim sum earum exactus, partim vix steti] Vide, plus esse in exemplo: siquidem partim exactæ sunt Cæcili fabulæ, partim vix admissæ: quum una Hecyra exclusa sit. Et est sensus, aut displicui, inquit, aut in aliquibus vix placui. Idem.

Partim sum earum exactus] Pro, in aliis. Et simul splendida locutio est. 'Partim' adverbium est. Et proprie locutus est: nam 'fabulæ' aut 'agi' dicuntur, aut 'stare.' Idem.

Partim earum] In parte earum. nt, 'partim hominum,' pro, pars hominum: de quo Aul. Gell. l. x. c. 13. M. Casaub.

Partim vix steti] Quid igitur mirum, si Terentio Poëtæ in una accedit, quod Cæcilio in multis? Idem.

8 Quia sciebam dubiam fortunam] Non igitur Poëtæ culpa, sed casus est: nam ideo fortunæ eventum extulit. Donatus.

Dubiam fortunam esse scenicam] Antiquissimi libri scenicam per æ diphthongum habent: et infra scenicos. ita et apud Virgillum 'scænis decora alta futuris,' in antiquis libris scrip-

tum est: ita et in vetustis marmoribus. eoque modo etiam scribendum asserit Varro libro de lingua Latina: Item Priscianus. Nam quod ad testimonia antiquorum lapidum facit, cum alia etiam citare possem, libet hic ponere inscriptionem, quam mihi Petrus Victorius dedit, a se inventam Vulsiniis in hortulo quodam, notatamque diligenter: cum ipsi mirum videretur verbum, quod ducitur e Græco sermone, a Latinis hominibus aliter atque ipsi faciant, scribi solitum: est enim Græcis σκηπή et ποσκηπίων littera vero η, in e productum mutari solet: L. COMINIUS L. F. AN. C. CANULEJUS L. F. T. TULLIUS T. F. KANUS L. HIRRIUS L. F. LATINUS. III. VIR. THEATRUM. ET PROSCÆNIUM DE SUA PECUNIA FACIUNDUM COERAEVERUNT. *Fæcruis.*

9 *Spe incerta certum mihi laborem sustuli*] Sententiose, et verum. nam ubi certa spes est, nihil opus est labore certo ac vehementi. *Donatus.*

Spe incerta] Pro, spei incertæ. an deest 'in?' *Idem.*

Incerta certum] Honesta figura, quæ dicitur *ἀντρίθεος.* *Idem.*

10 *Easdem*] Exactas. *Idem.*

Cæpi] Difficultatem facti et molimen ostendit. *Idem.*

Ab eodem] Cæcilio scilicet. *Idem.*

11 *Notas studiosæ, ne illum ab studio*] Παράποιοι. *Idem.*

Ne illum ab studio abducerem] Iterum causa honestatis. *Idem.*

12 *Perfeci ut spectarentur*] Attende quantum pondus habeat, quod non 'feci' dixit, sed potius 'perfeci': ut molem difficultatis ostenderet. *Idem.*

13 *Placitæ sunt*] Nota participium sine origine verbi. *Idem.*

Ubi sunt cognita, placitæ sunt] Elegans promissio, et hanc placitoram, si cognoscatur. et est conjectura a futuro tempore. *Idem.*

Ita Poëtam restitui in locum] Mire non Cæcilium, sed Poëtam: ut hoc generaliter populo præstitisse, non

uni homini videatur. *Idem.*

Poëtam] Cæcilium, sc. *Mer. Casaub.*
Restitui in locum] Quia remotum et exclusum, dixit. *Donatus.*

14 *Prope jam remotum*] Geminauit secundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant. *Idem.*

15 *Ab studio, atque ab labore*] Bene ostendit se populo profuisse, Cæcilium Poëtam ad laborem revocandi. *Idem.*

Ab studio, atque ab labore, atque ab arte musica] Ultimum ab versus ratio non admittit; quam particulam, etiam Donatum ibi non agnovisse, quisquis verba ejus, quamvis aliqua ex parte corrupta, attentius consideraverit, judicabit. quæ nos, partim ex ipsius Donati libris scriptis, partim ex ejus sensu emendata, ita legimus, *Ab studio, atque ab labore, atque arte musica.* Versus Virgiliani idcirco ab Donato adducti sunt, ut ostenderet quod sicut in iis ter dici debebat, *Alis alii*, et tamen non nisi bis dictum est, quia tertio loco commode subaudiatur, ita etiam fieri debet in hac particula *ab*, tertio loco subaudienda. Hæc cum scripsissemus, postea nacti librum Victorianam, invenimus ita prorsus in eo scriptum fuisse, *atque arte musica*; sed deinde alia manu, alioque atramento interpositum fuisse *ab.* *Fæcruis.*

Atque arte musica] Ab tertio commode subaudiendum est: ut, 'Hic portas alli effodiunt, hic alta theatri Fundamenta locant alii, immanesque columnas Rupibus excidunt, scænis decora alta futuris.' *Donatus.*

16 *In præsentia*] Statim ut a populo ejiciebatur. *Idem.*

Si scripturam sprevissem in præsentia] Cum a populo sprete et explosæ Cæcilii fabulæ. *Mer. Casaubonus.*

18 *Ut in otio esset potius quam in negotio*] Ex ipsis rerum nominibus ostendit facilitatem deterrendi. *Donatus.*

20 *Nunc quid petam, mea causa*]

Bene 'petam,' et 'mea causa,' quasi orator. *Idem.*

Mea causa aequo animo attendite] Commendatio personæ levis, per aliam personam gravem, secundum præcepta in Rhetoricis. *Idem.*

21 *Hecyram ad vos refero]* A causa principium narrationis inducitnr. *Idem.*

Hecyram ad vos refero] Principium a principali quæstione, an cognita sit, et an spectanda sit. *Idem.*

Quam mihi] A persona dicentis. *Idem.*

22 *Ita eam oppressit calamitas]* Hoc succedit pro illo, quod est a persona adversariorum. Simul ad fortunam advenit culpam populi: non enim dixit quod præsto erat. *Idem.*

23 *Eam calamitatem]* 'Calamitatem' repetit, ne nos fabulam illum dicere putaremus. *Idem.*

Vestra intelligentia] Ab auditorum persona. *Idem.*

24 *Nostra industria]* Rursus a sua, et bene περιρρᾶσαι usus est: ne diceret, 'vos nobis.' *Idem.*

25 *Quum primum eam agere capi]* Jam hinc narratio subtilis inducitur, et ut non lædat populum, et ut defendat Poëtam. *Idem.*

Pugilum gloria] Περιρρᾶσαι ἄντι τοῦ, pugiles etiam gloriosi: ut minus turpe sit, antelatos eos esse. Sicut Virgilius, 'Vastis cum viribus effert Ora Dares, magnoque virum se murmure tollit, Solus qui Paridem solitus contendere contra.' Hæc est gloria pugilum, gratia funambuli. *Idem.*

Pugilum gloria] 'Pugil' dictus est a pugna: et 'pugna' a pugno. Veteres namque ante usum ferri et armorum, pugnis et calcibus, et morsibus, corporumque luctatione certabant. *Idem.*

Pugilum gloria, Funambuli eodem accessit expectatio] Πολυλογία. *Idem.*

Pugilum gloria, Funambuli, &c.] Horatius tractavit hunc locum Epist. II. 1. 'Sæpe etiam audacem fugat hoc ter-

retque poëtam, Quod numero plures, virtute et honore minores, Indocti stolidique, et depugnare parati, Si discordet eques, media inter carmina poscunt Aut ursum aut pugiles. his nam plebecula gaudet. Verum equitis quoque jam migravit ab aure voluptas Omnis, ad incertos oculos, et gaudia vana,' &c. *Bæclerus.*

Pugilum gloria] Qui pro gloria pugnant, et quorum victoriæ maxime gloriosæ solent esse. Cic. 'Acinas pugil, Olympionices, quod est apud Græcos prope majus et gloriosius, quam Romæ triumphasse.' vel 'pugilum gloria,' i. e. pugiles; ut apud Græcos, βῆη Πράμιοι, i. e. Πράμος, ἱερὸν μένος Ἀλκιδόιοι, i. e. Alcinous, et id genus alia. *Mer. Casaub.*

Funambuli eodem accessit expectatio] Duplex causa ad unam exclusionem adhibetur. *Donatus.*

Accessit expectatio] Narratio cur exclusa sit. hoc est, non Poëtæ culpa dejecta est, nec judicio populi: et ideo nunc admittenda est. *Idem.*

Expectatio] Desiderium. ut Virgil. 'Expectate venis.' *Idem.*

27 *Comitum conventus]* Utrum eos comites dicit, qui sunt pugilum assectatores? an servos, qui dominos sequuntur? *Idem.*

Comitum] Qui pugiles affectabantur. vel servi, ut qui de plebe homines. Hor. 'Arcta decet sanum comitem toga.' *Mer. Casaubonus.*

Studium] Certamen diversis faventium. *Donatus.*

Clamor mulierum] Bene mulierum: non enim timet eas, quibus suffragari vel refragari non licet in theatro. *Idem.*

28 *Ut ante tempus exirem foras]* Τῷ εἰσθερισμῷ, ne gravem passus videatur injuriam. *Idem.*

29 *Vetere in nova]* Ἀντίθετον primum. *Idem.*

Vetere in nova capi uti consuetudine] Nisi novam comædiam intellexeris, non erit aperta sententia. nam et su-

pra dixit, 'Nunc hæc plane est pro nova.' An a Terentio 'nova' ideo dictum est, quia numquam alias exclusus est? Et bene 'veterē' ut ostendat, turpe non esse, quod et aliis Poëtis sæpe contigerit. *Idem.*

Vetere consuetudine] Quia usus fueram in Cæcilianis fabulis. *Mer. Casaubonus.*

In nova] Comœdia sc. novæ enim Terentii Comœdiæ si cum Cæcilianis comparentur. *Idem.*

30 *In experiundo ut essem]* Ovid. 'Sed quid tentare nocebit.' *Idem.*

Refero denuo] Aut 're' abundat, aut 'denuo.' *Donatus.*

31 *Primo actu placeo]* Rationabiliter dixit 'primo' quia quinque sunt actus, partes fabulæ. *Idem.*

Placeo] 'Placeo' dixit pro eo quod est, fabula placet, aut Terentius. Et mire, Non diu, inquit, pependit iudicium, sed statim placuit: ut quod sequitur, non iudicio, sed perturbatione factum sit. *Idem.*

Cum interea rumor venit datum iri gladiatores] Hoc abhorret a nostra consuetudine: veruntamen apud antiquos gladiatores in theatro spectabantur. *Idem.*

32 *Datum iri]* 'Iri' dixit, ut fabulam commendat: ut et omnia spectatori et populo dicantur. *Idem.*

34 *Non potui tutari locum]* Facite repetit 'locum.' *Idem.*

35 *Nunc turba nulla est]* 'Ἀνταπόδοις πρὸς τὸ tumultuantur.' 'Turba,' id est, ὄχρους. *Idem.*

Nunc turba nulla est: otium et silentium est] 'Turbam' retulit ad id quod supra dixit, 'Clamor mulierum.' 'Otium,' πρὸς τὸ 'pugnant.' 'Silentium,' πρὸς τὸ 'Clamant.' *Idem.*

Nunc turba nulla est: otium et silentium est] Quæ adhortatio per enumerationem. *Idem.*

Nunc turba nulla est] Liber Bembinus et Donatus, non est. Færnus.

36 *Agendi tempus mihi datum est]* Ab Edilibus scilicet. *Donatus.*

Agendi tempus mihi datum est] Donatus: ab Edilibus scilicet. Non puto. 'tempus' est hic καιρὸς ἐκκαιρία. quia turbæ nullæ sunt, ideo tempus mihi opportonum datur ad agendum. *Bæclerus.*

37 *Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos]* Quasi et aliquid agat populus, quum spectet. *Donatus.*

38 *Nolite sinere per vos]* Ἀχίμα διαβολας, ἡγορηκὴ ἐνιστάλεις. *Idem.*

Artem musicam] Oratorie: quasi non Terentii causa agatur, sed artis musicæ. *Idem.*

Artem musicam] Poeticam. Supra, 'atque ab arte Musica.' *Mer. Casaubonus.*

40 *Meæ auctoritati]* Quia jam senex est. *Donatus.*

Meæ auctoritati satrix adjutrixque sū] Qua Terentium probo. et est figura ἀναλογία. Vult autem se esse ejus auctoritatis, ut et populo placere jam debeat, qui ipsi placet. *Idem.*

Meæ auctoritati] Donatus ad fiduciam, Engraphinus ad spem actoris, non inerudite retulit. Utramvis sentias, non deerit ratio explicandi. In Engraphii nota pro, *ad clangendum*, lege, *ad agendum*. Adde ejusdem Engraphii notam ad vs. 47. ubi item de auctoritate actoris. *Bæclerus.*

Meæ auctoritati] Qui Terentium tutari et erigere in me susceperim. *Mer. Casaubonus.*

41 *Si numquam avare]* Commendatio ab ante dictis, id est, a personæ adtributis. *Donatus.*

Si numquam avare] A meritis defensoris argumentum ad laudem fabulæ. *Idem.*

Si numquam avare] Per hæc verba Terentius vult demonstrare, quam gravis author sit, qui suas comœdias probet. Sic Horatius, 'Ea quum respondere coneris' Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.' *Idem.*

42 *Et cum esse quantum, in animum*

induci] Modo non nunquam subaudi-
tur: sed si. ut sit, Et si eum esse,
&c. *Idem.*

Maximum, quam maxime] Inique ini-
qui, παρόμοιος. *Idem.*

43 *Quam maxime servire vestris
commodis]* Plus dixit 'commodis,'
quam si diceret 'voluptatibus.' *Id.*

Vestris commodis] Vestrae volupta-
ti. *Mer. Casaubonus.*

44 *Sinite impetrare me, qui in tute-
lam meam]* Ordo est, Sinite impe-
trare me, ne eum circumventum ini-
que iniqui irrideant, qui in tutelam
meam studium suum, et se in vestram
commisit fidem. *Donatus.*

44. 45 *Qui in tutelam meam studium
suum]* Euphrasius: 'Poëta enim quo-
dammodo auctore commendatus est.'
Lege: *actori commendatus est.* Bæcle-
rus.

45 *Se]* Suam personam. *Mer. Ca-
saubonus.*

47 *Mea causa]* Quasi orator, 'cau-
sam' dixit. *Donatus.*

Mea causa, causam hanc accipite]
Hoc oratorie. sic enim fit, quum per-
sona ad commendationem affertur.
Idem.

Mea causa, causam] Παρομοιασία.
Idem.

*Mea causa causam hanc accipite, et
silentium, &c.]* Ait Faërnus versum

laborare, nisi τὸ ἡμῶν tollatur. Miror.
Nam 'mea,' 'meo,' 'meos,' &c. pro
monosyllabis censentur; quod et ipse
dixit, centies. *Faber.*

Et date silentium] Quasi fabulæ ac
Poëtæ. *Donatus.*

48 *Ut libeat scribere aliis]* Oratorie
ἀπὸ τῆς * ἱCATHOS. *Idem.*

Mihique ut discere novas expediat]
Proprie discere; docet enim Poëta,
discit scenicus. *Idem.*

49 *Novas expediat posthac]* Ab utili
argumentatio est. et bene, *ut expedi-
at:* tanquam facturus sit, et si non
expedierit, dnm quæstum maximum
servire populo putat. *Idem.*

Pretio emptas meo] Æstimatione a
me facta, quantum Ædiles darent:
et proinde me periclitante, si abjecta
fabula, a me pretium, quod Poëtæ
numeraverint, repetant. Ergo meo,
a me facto, a me statuto. nam quomo-
do alibi dixit, 'Postquam Ædiles
emerunt.' Et bene, ut sequatur po-
pulus iudicium ejus, qui æstimare
vere fabulas potuerit. *Idem.*

Pretio emptas meo] Ut quidam vo-
lunt, periculo. *Idem.*

Pretio emptas meo] Fabulas, inter-
dum histriones, ut hic; interdum Æ-
diles, ut Eunuchum, (si ludi erant
publici) emebant. *Mer. Casaubonus.*

ACTUS I.

SCENA I. Senarii sunt. *Bæclerus.*

*Per pol quam paucos reperias meretri-
cibus fideis]* Novo genere hic utraque
ἀπορριπτά πρόσωπα inducuntur. Nam et
Philotis et Syra non pertinent ad argu-
mentum fabula. Hoc autem maluit Te-
rentius, quam aut per prologum narraret
argumentum, aut θεὸν ἀπὸ μηχανῆς in-
duceret loqui. *Donatus.*

1 *Per pol quam paucos reperias]* Hæ
personæ Terentii more extrinsecus
assumuntur, ut sic argumenti obscu-
ritatem spectator effugiat. *Idem.*

Per pol quam paucos] Animadver-
tendum est in hac fabula, Terentium,
bonam meretricem inducturam, ne id
contra morem videatur facere, etiam
aliam meretricem non malam induce-
re: ut id exemplis fiat tritius, et usu
verisimile. *Idem.*

Per pol quam paucos] Ordo est, *Pol
per quam paucos reperias.* Nam 'per
pol,' non est Latīnum, sed κατὰ τὴν φύσιν
perquam, id est, nimio. *Idem.*

Quam paucos] Quidam non *paucos*,
sed *paucis* legunt. sic enim Ἀπολλοδο-

rus ἀλπαΙΧΡΑΣ ΤΗC rei ΙΟΝΗC
ΤΗΡΑΙCΙC ΠΑΡΥΒΑΙΩC *. *Idem.*

Per pol quam paucos, &c.] Vide nota-
ta supra ad Andr. III. 1. *Bæclerus.*

Per pol quam paucos] Pol per quam
paucos. *Mer. Casaubonus.*

Reperias] Aptum verbum ad rari-
tatem. et ideo non dixit 'pauci sunt,'
sed 'paucos reperias:' quasi quæ-
rens. Non autem reperitur, nisi quod
quæritur: non quæritur, nisi quod
præste non sit. *Donatus.*

2 *Fideleia*] Hujusmodi sententias
rhetores *διὰ πολὺς* vocant. Et mire,
non 'esse,' sed 'evenire' dixit: ut
non rationis, sed casus sit id, quod
rarissimum est. *Idem.*

Fideles] 'Fidi,' in maximis: 'fide-
les,' in minoribus negotiis. *Idem.*

3 *Vel hic Pamphilus*] Transitus a
generali sententia ad specialem. *Id.*

Vel] Nunc 'veluti,' alias conjunc-
tio disjunctiva est, alias correptionem
significat, ut apud Ciceronem,
'Vel optimam Messanæ vitam.' Vir-
gilius, 'Carmina vel cælo possunt de-
ducere lunam.' Aut *vel*, ut modo. *Id.*

*Jurabat quoties Bacchidi quam sanc-
te*] Tria sunt: quod jurabat, et quo-
ties, et quam sancte. Quod totum de
more amatorum et meretricum dixit,
quæ jurejurando teneant, quos lege
non possunt. *Idem.*

4 *Ut quivis*] Non modo Bacchis,
quæ amica erat. *Idem.*

Ut quivis facile possit credere] Par-
entheais, ut *quivis fac. pos. credere.*
Mer. Casanbonus.

5 *Numquam illa viva ducturum uxo-
rem*] *Παρθένους* prima. jurabat num-
quam illa viva uxorem ducturum.
Donatus.

6 *Hem, duxit*] Pronuntia ut miran-
tem ostendas. *Idem.*

Hem duxit] *Hem* adverbium de-
monstrantis est: ut, *hem alter*. *Idem.*

En duxit] Plures habent, *hem dux-
it*; quod et Guyetus probat: Ar-
gentoratensis codex, *en*. *Bæclerus.*

Ergo propterea] Modo 'ergo' af-

fectum exprimit reprehendentis tar-
de sibi consentientem: vel sic Vir-
gilius, 'Ergo age, chære pater, cer-
vici imponere nostræ.' *Donatus.*

Propterea sedulo] 'Sedulo,' instan-
ter, et ex animo: sine dolo. *Idem.*

7 *Et moneo, et hortor*] 'Monemus'
consilio, 'hortamur' impulsu. *Idem.*

Ne cuiusquam misereat] Deest *te*.
Idem.

Ne cuiusquam miser] Paraphrasin
sumas ex illo Plauti, in Trucul. II. 1.
13. et seqq. *Bæclerus.*

8 *Quin spoliés, mutiles, lacerés*] *Quin*
pro quo minns. Et magna persuasio
est ad malefaciendum. *Donatus.*

Spoliés] 'Spoliare' est, non mini-
mam partem auferre. 'Mutilare,' ali-
quid detrahere, sine quo res esse non
possit. 'Lacerare' autem, quum om-
nino non habeas, quod imminuas.
'Mutiles,' imminuas: unde 'mutili'
dicti sunt boves, aut capri, sine cor-
nibus. nam male, quia 'multa' pu-
tant dici. et inde 'Mulciber' Vul-
canus, quod sit mutilatus ac debilis:
id est, claudus. nam proprie 'Mulci-
ber' dictus est, quod omnia mulceat,
id est, molliat ac vincat. *Idem.*

9 *Utin' eximium neminem habeam*]
Utin' pro ut ne. Ἀπότοπος. Et per-
severat in ἀλλήγοι. Nam 'eximia
pecora' dicuntur, quæ a grege excep-
ta sunt ad usus dominorum suorum
ut uberius pascantur. Sed proprie
'eximii' sunt porci majores, qui ad
sacrificandum excepti liberius pas-
cuntur. Etenim boves, qui ad hoc
electi sunt, 'egregii' dicuntur. Et
'oves lectæ.' ut Virgilius, 'Mactant
lectas de more bidentes.' Ita et
'porci eximii.' *Idem.*

Utin' eximium] Deest 'censes,' ut
sit, Censes ut eximium neminem ha-
beam? vel certe, doces? *Idem.*

Utin' eximium] Separatum ex omni-
bus. Proprie 'eximius porcus' est,
exemptus a grege, atque signatus
macula aut nota. *Idem.*

Eximium] Præter alios charum. *M.*

Casaubonus.

Habeam] Deest 'censes,' aut 'vis,' aut 'mones.' *Donatus.*

10 *Nam nemo quisquam*] Παράλλου tertium. nam abundat 'quisquam.' *Idem.*

Scito, ad te venit] Bene additum est 'scito,' et moraliter, at acutius pronuntiandum. est enim verbum illorum, qui familiares corrigunt. *Idem.*

11 *Quin ita paret se*] Hoc verbum, 'paret,' adversum munificos et segnes sumitur. Ut alibi, 'Itane te parasti, ut spes nulla reliqua in te siet tibi?' *Idem.*

Abs te] Pro ex te. *Idem.*

12 *Suam voluptatem expleat*] Bene expleat, quod contrarium meretrici est, amatorem voluptate satiari. *Id.*

13 *Hicine*] Ἐπέρησις. Id est, talibus: ut vide si pulchra meretrix puella est. *Idem.*

Insidiabere] Insidiari malum est: sed contra insidiari, justum est. *Id.*

Non contra insidiabere] Eun. act. III. sc. 1. 'Par pari referes?' *Mer. Casaubonus.*

14 *Tamen eandem pol esse omnibus injuriam est*] Idem aliter, et vehementius intulit. nam pejus est eandem esse omnibus, quam nullum excipere. *Donatus.*

Eandem pol esse omnibus] Eodem modo omnes tractare. *Mer. Casaubonus.*

Injuriū] Iniquum. 'Injuriū' autem indignantis modo significatio est: et vim adverbii habet. *Donat.*

15 *Ulcisci adversarios*] De more adversarios mutato nomine posuit. durum enim fuerat, si amatores diceret. *Idem.*

Injuriū est autem ulcisci adversarios] Recte hoc illa, ut fœmina; cum vindicta nulli magis delectentur quam fœminæ, et qui fœmineos animos gerunt. 'Quippe minuti Semper et infirmi est animi exiguique voluptas ultio. continuo sic collige quod vindic-

ta,' ut optime Juven. Sat. 13. 'Nemo magis gaudet quam fœmina,' qui longe aliter saniores quosque Philosophos olim præcepisse ibi docet. *Mer. Casaubonus.*

16 *Qua via te capient*] Qui te captant sæpe, tu eos vel semel cape. *Donatus.*

Qua via capient te illi, eadem ipsos capi] Plaut. 'Tu si me impudicitie captas, non potes capere.' *Mer. Casaubonus.*

17 *Eheu me miseram*] Bene, quia non persuasit, sed affectum doloris expressit. Intelligitur enim ex vultu ejus, non eam persuasisse quod voluit. *Donatus.*

Eheu me miseram! cur non aut istæ mihi ætas, et forma est] Ἐμπαθὸς ait, quod reliquum est: quis, quod volebat, persuadere non potuit. et bene *istæ ætas et forma*, quia utrumque non habet. et mire e contrario descripta est deformitas Lenæ, et formam et voluntatem malam parentis. *Idem.*

Aut tibi hæc sententia] Δευκρῶς, simulque ostendit, secundum φυσιογνωμῶς, difficile deformem reperiri bonam. *Idem.*

SCENA II. Senarii iterum. *Bæcler.*

Senex si quæret me, modo isse dicito] Hoc serous dixit, in scenam de proscenio respiciens. *Duæ conjecturæ sunt in hac scena: an vere sint nuptiæ, et an verisimile sit, abstinere potuisse adolescentem a virgine sibi nuptum tradita.* *Donatus.*

1 *Senex si quæret me*] Magis expressit consuetudinem, dicendo 'senex:' quam si diceret, 'Dominus major.' *Idem.*

Senex si quæret me] Ut ex verbis suis tam meretrix, quam lena descripta est, ita et Parmeno ipse qualis sit, ostenditur ex sua locutione. Exeundi autem causa de argumento sumitur: quia Pamphilus absens est, et expectatur in dies ejus adventus. *Idem.*

Senex si quæret me, modo isse dicito

ad portum] Hæc omnia submissa et veloci pronuntiatione efferenda sunt. hoc enim desiderant huiusmodi verba, utpote et servi et festinantis. *Idem.*

2 *Percontatum aduentum Pamphili*] Honestam causam dixit, id est, Pamphili adventum. Et *percunctatum*, et *percontatum* scribitur: sed *percontatum* a conto dicitur, quo nautæ utuntur ad exploranda loca navibus opportuna. si vero *percunctatum*, ab eo quod a cunctis perquiratur, dicitur. *Idem.*

3 *Audin', quid dicam, Scirte*] *Audis*: modo, sentis, intelligis. ut Virgilius, 'Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci Audierat.' Item alibi, 'Neque audit currus habenas.' *Idem.*

Audin', quid dicam, Scirte] *Audis* modo pro advertis. *Idem.*

Audin', quid dicam, Scirte] Convenit nomen servo puero, *παρὰ τὸ σκῆπτρον*, quod est gestire et ludere. *Idem.*

Scirte] *Κωφὸν πρόσωπον* inducitur. *Idem.*

4 *Nullus*] Pro, non. *Idem.*

Nullus dixeris] Minime dixeris. ut And. act. II. sc. 2. 'Liberatus sum, Dave, hodie tua opera. At nullus quidem.' i. e. minime vero. *Mer. Casaubonus.*

5 *Alias ut uti possim*] Inter 'alias' et 'alia,' hoc interest: quod 'alias,' alio tempore significat: 'alia,' aliter, aut per alia. *Donatus.*

Causa] *Προφάσει*, prætextu. *Mer. Casaubonus.*

Integra] Non dicta. *Donatus.*

6 *Sed videon' ego Philotium*] Mire inventa est causa narrandi ideo, quia peregre venit meretrix: alioquin si Athenis esset, omnia sciret. *Idem.*

Sed videon' ego Philotium] Sic solet dubitari, advenientibus ipsis, quos post multum temporis intervallum vident. *Idem.*

Sed videon' ego Philotium] Ut narrandi argumenti occasio præberetur, assumitur persona huius meretricis Corintho reducis, et a Bacchide sub primum

statim adventum edoctæ, quemadmodum Pamphilus, relicto amore pristino, ad nuptias animum adieciisset. hinc querela scenæ superioris de inconstantia amatorum; et nunc, cum obvium haberet de Pamphili domo servum, percunctandi libido et rem totam cognoscendi, quidnam illud esset, quod a Bacchide tantum amata Pamphilum disjunctisset. huius enim fortunam quis miserari potuisset, nisi de eodem quæstu? Quoniam autem Poëta ad dissolvendum errorem fabulæ adhibiturus erat Bacchidem, familiaritas ejus cum Pamphilo, ex qua tanquam ex malo principio felix eventus artificiose quærebatur, opportune hic signari potuit. *Bæclerus.*

Huc advenit] Scribe, metri causa, *advenit huc*, et ita alicubi legi. *Faber.*

Unde hæc advenit] Cum quodam contemptu ejus, 'hæc' dicit Parmeno. *Donatus.*

8 *Salve mecastor, Parmeno*] Ollæ salutantes addebant iurjurandum, ut hoc sedulo facere viderentur. *Idem.*

Me] Ant adjectio est, et abundat, aut positum est pro *μὰ* syllaba: ut Græci *μὰ τὸν Ἀπόλλωνα* dicunt. *Idem.*

Et tu ædepol, Syra] Irrisit ad 'mecastor,' addendo 'ædepol.' et quod illa 'Parmeno,' ille hic addidit 'Syra.' *Idem.*

Syra] *Sura* veteres legunt, U pro Y ponentes: ut 'Musia,' 'Suria.' *Idem.*

9 *Dic mihi, Philoti*] Vide licentiam: supra 'Philotium,' hic 'Philotis' dixit. *Idem.*

Ubi te oblectasti tam diu] Facete dictum meretrici, non, *ubi fuisti?* sed, *ubi te oblectasti.* *Idem.*

10 *Minime equidem me oblectavi*] 'Me' acutius proferendum est: et respondet *παρὰ τὸ 'te.'* *Idem.*

11 *Corinthum hinc sum profecta*] 'Hinc' magnum ostendit dolorem habere Philotion, quod relictis Athenis Corinthi habitaverit. *Idem.*

Cum milite Corinthum hinc sum præ-

secta inhumanissimo] Multa dixit: et 'milite,' et 'hinc,' et 'inhumanissimo.' *Idem.*

Inhumanissimo] Quid potuit de milite dici, nisi in superlativo? namque omnis miles inhumanus: hic vero inhumanissimus. *Idem.*

Corinthum hinc sum profecta] Hæc argumenta sunt, an se oblectare poterit a persona, quia miles inhumanissimus: a loco, quod hinc profecta: a tempore, quod biennium: a re, id est, ab injuria quam tulit. *Idem.*

12 *Biennium ibi perpetuum*] Ut continuationem sui casus ostenderet, 'perpetuum' dixit. *Idem.*

Misera] Muliebris interpositio, et 'misera.' *Idem.*

Illum tuli] Non, cum illo fui, sed tuli: adeo non me oblectavi. *Idem.*

Illum tuli] Infra, act. iv. sc. 3. 'Ibi ego te, et tu me feres.' *Mer. Casaubonus.*

13 *Desiderium Athenarum*] Quod Corinthum profecta est. *Donatus.*

Athenarum arbitror] Quod dixit 'hinc' ante *ποδοῦρη* 'Athenarum, et ἀμφιβολία' te desiderium cepisse.' *Id.*

Edepol te desiderium Athenarum arbitror cepisse sæpe] Quod cum milite inhumanissimo. *Idem.*

15 *Consilium contempsisse*] Poenitudine esse possessam. *Idem.*

16 *Huc redeundi*] Iterum a loco. *Idem.*

Abeundi a milite] A persona. *Idem.*

Redeundi, abeundi, vosque hic videndi] Oratorie unam rem in tria divisit, Huc redeundi, Abeundi a milite, Vosque hic videndi: ut diceret, Huc veniendi. *Idem.*

17 *Vosque hic videndi*] A re. *Idem.*

18 *Agitarem inter vos libere convivium*] Inter 'agere' et 'agitare' hoc interest: quod 'agere' est aliquid vel necessarium facere; 'agitare,' voluptuarium. Ergo 'agitarem,' exercebam. *Idem.*

19 *Nam illic haud licebat nisi prænito loqui*] Legitur et illi: ut sit circ. Delph. et Var. Clas.

cum flexus accentus, et significet illic; ut, 'illi mea tristitia facta.' et abso- lutum est. *Idem.*

Prænito] Deest tempore, aut quid tale. *Idem.*

Nisi prænito loqui] A tempore. Hic ostendit, quid dixit supra, 'tuli:' et quid sit: *Agitare convivium libere.* *Idem.*

Nisi prænito loqui quæ illi placerent] Duo dixit: et *prænito*, et *quæ illi placerent*: ut neque quantum velles, neque quod velles, diceres. *Idem.*

20 *Haud opinor commode*] *Commode*, pro blande, et bene: nt, 'Nunquam tam dices commode.' *Idem.*

Haud opinor commode finem statuisset orationi militem] Jocandi materiam arripit vernula more suo, ex verbis mulieris non alias sanè valde ambigua, sed quæ tamen in alium sensum torqueri possint. Dixerat Philotium, haud licuisse sibi nisi 'prænito loqui,' &c. apud militem scil. qui ejus esset ingenii, quale describitur. Eun. act. ii. sc. 2. 'Est genus hominum,' &c. Optime illa ostendunt quid hic sit, 'prænito loqui.' Quia autem et illi qui 'ad legem et regulam,' (ut Quintil. alienbi loquitur) id est, ad amussim præceptorum rhetoricorum loqui student, et sermonem sollicite exigunt, ii quoque non male 'prænito' loqui dicantur; et militaris oratio ut plurimum incultior, (unde et illud ejusdem Quintiliani: 'Simpli- ciora militares decet:' et in Ean. per ironiam, de milite, 'Attica elegantia,') eo trahit Armeno, quasi de oratione ex præceptis artis, cuius se magistrum profiteretur miles, instituenda locuta esset. Etiam Persius, 'gentem hircosam centurio- num;' et alio loco, 'hircosos centuriones,' pro agrestibus et indoctis posuit: ut ibi docti viri, qui et vetus proverbiorum *στρατιωτικὴ ἀλογία*, de homine stupido. *M. Casaub.*

21 *Finem statuisset orationi militem*] Argute *militem*: quia quasi inimicus Terent.

5 D

sit orationi, quæ in pace plurimum potest. *Donatus.*

22 *Sed quid hoc negoti est*] Hic ad argumentum nunc descendit. In Phormione, 'Sed quid tu es tristis?' prælatis scilicet allocutionibus, et separatarum et permistarum personarum: ne jejune ad argumentum veniens, non agere fabulam, sed narrare videretur. *Idem.*

Quid hoc negoti est] Bene addidit 'negoti,' ut auget invidiam facti. nam potuit dicere, *quid hoc est?* Sed, ut diximus, ad invidiam et magnitudinem rei, *negoti* dixit. *Idem.*

Quæ narravit mihi] Quæ, qualia scilicet, et quanta. *Idem.*

Modo quod narravit mihi] Quæ legendum est: ut sit, qualia et quanta: et hoc *ἐν ὁροῖσι*. *Idem.*

23 *Quod ego nunquam credidi*] Hoc totum cum invidia pronuntiandum ex animo meretricis, quæ facinus indignum nuptias putat. *Idem.*

24 *Ut hac ille viva posset*] Mire ostendit ex eisdem verbis eandem hanc esse, quam supra dixit, 'Numquam illa viva uxorem ducturum.' *Idem.*

Posset animum inducere] Quasi in rem dnram et inmanem. *Idem.*

25 *Habere autem*] Ostendit pronuntiatione, quod prope est, ut non habeat. *Idem.*

Habere autem] Post verba familiaritatis, Philotis modeste quidem curiosa, sed cum aliqua tamen invidia et accusatione Pamphili orditur. quæ forma orationis inconsideratum servum eo perduxit, ut excusandi heri causa temere negatum iret, de matrimonio. *habere autem?* quasi tu dicas Pamphilum habere uxorem. statim igitur capti tam incaute progressus et constringi potuit: 'eho tu, an non habet?' quid rem tam certam, tam manifestam celare inceptas? ut confiteri cogeretur, quod negare voluerat, et cito ab illo male callido, *habere autem?* ad simplex,

habet, rejiceretur; non sine pudore aliquo; qui in novam eum fraudem precipitavit. dum enim quod deprehensus esset, excusare contendit, arcani herilis prodendi bonam de se spem præbet, familiarius et intentius subjiciens: 'sed firmæ hæ vereor ut sint nuptiæ.' Arripit iucallidi hominis familiaritatem meretrix, et instat; arcanaque et silenda caussantem, asseverantius primo, mox lepidio irrisu, ad rem omnem ordine denarrandam pertrahit. *Bæclerus.*

26 *Sed firmæ hæ vereor ut sint nuptiæ*] Bene pro persona servi, qui vult dominum uxorium esse magis, quam amatorem Bacchidis. *Donatus.*

Sed firmæ vereor] Animadvertite Terentium in nuptiis hoc dictum servare, utrum firmas an infirmas dicat nuptias. *Idem.*

Firmæ hæ vereor ut sint nuptiæ] Ne non. Andr. act. II. sc. 2. 'Id paves, ne ducas tu illam; tu autem, ut ducas:' i. e. 'ne non ducas:' ut ibi *Don. Mer. Casaubonus.*

Ut] Ne non. *Donatus.*

27 *Si in rem est Bacchidis*] Bene additum, *si in rem est Bacchidis*: ut ostenderet, se non malignitatis, sed benevolentiae causa, talia vota suscipere. *Idem.*

In rem] Pro, utilitatem: 'ab re,' contra utilitatem. *Idem.*

28 *Sed qui istuc credam*] Id est, nuptias esse infirmas. *Idem.*

Sed qui istuc credam, ita esse? dic mihi, Parmeno] Superiore voto excusavit crimen curiositatis: jam videtur post Bacchidem audire velle. *Idem.*

29 *Non est opus prolato: hoc percontarier desiste*] Vide quam convenienter Poëta, quum id agat, ut narrantem Parmenonem inducat, tamen multis diverticulis morales facetias internectat. *Idem.*

Non est opus prolato: hoc percontarier desiste] Incerta distinctio, utrum, *prolato hoc*, an *hoc percontarier*.

Idem.

30 *Ea causa, ut ne id fiat palam*] Ea nempe tibi metuendi sive celandi causa, ne per me aliis innotescat, quod mihi dixeris. *Mer. Casaubonus.*

31 *Ita me Di bene amabunt*] Pro ament. ut, 'donec regina sacerdos Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.' *Donatus.*

32 *Ut hoc proferam*] Prodam, Bacchidi scilicet, vel cuilibet. *Idem.*

Mecum gaudeam] 'Mecum,' intra me. *Virgil.* 'Hæc secum.' *Idem.*

33 *Nunquam dices tam commode*] Hæc pronuntiatio ejusmodi esse debet, ut ex ea appareat prope delinitum Parmenonem vix se posse continere quin narret. *Idem.*

Nunquam dices tam commode] Quasi ex parte labefactus est: sic enim loquitur. *Idem.*

34 *Ah noli, Parmeno*] Artificiose se fingit audire nolle, ut tacitura credatur, si audierit: quia curiositas signum est loquacitatis. Sic Horat. 'Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.' *Idem.*

Ah noli Parmeno] Minus explicat, quod vult, Donatus: cujus annotationes hoc loco nec ab una manu esse videntur. Verbo, et clare Guyetus. *Bæclerus.*

35 *Quasi non tu multo malis*] Deest, 'Ita dicis: ut sit, 'Ita dicis quasi.' Et nunc Philotis non est instantior hac calliditate, ut magis servum ad dicendum provocet. *Donatus.*

Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi] Ἐλλειψις deest enim, 'Ita gravis dicere,' aut 'Ita negas te esse locuturum.' *Idem.*

37 *Et illud mihi vitium est maximum*] Servile vitium est, tacere non posse. *Idem.*

Vera hæc prædicat, et illud mihi maximum vitium est] Hæc lentius apud sese: illud clare, 'Si mihi fidem das.' Etiam alia se habere vitia, exceptione significat, in hoc quod dicit, 'Illud mihi vitium maximum est.'

Idem.

Mi illud vitium maximum est] Hæc ille secum, ut Philotis non audiat. *Mer. Casaubonus.*

Si mihi fidem das] Animadvertite, his dilationibus etiam spectatorem suspendi, quo libentius audiat. *Donatus.*

Si mihi fidem das] Fideliter, prodes. *Idem.*

38 *Ad ingenium redis*] Quia a se discesserat, si taceret. Cicero, 'Redit a se.' *Idem.*

39 *Hanc Bacchidem amabat, ut cum maxime*] Ejusmodi est hæc tota narratio, ut defensionem adolescentis continere videatur, quod meretricem amicam necessitate coactus deseruerit. Mire igitur, unde quæstio est, inde cœpit: 'amabat,' inquit, 'Bacchidem.' Sic et in secundo Virgilius, an fortiores Græci Trojanis: 'Fracti bello,' inquit, 'fatisque repulsi Ductores Danaum.' *Idem.*

40 *Bacchidem amabat*] Ordo et sensus hic est, Hanc Bacchidem tum amabat Pamphilus, ut cum maxime amabat, quum pater uxorem, ut ducat, orare occipit. Et ut positum pro quemadmodum. Et maxime bis numero subauditur. Et cum maxime, una pars orationis est: aut cum maxime, pro nimis. *Idem.*

Amabat, ut cum maxime] Amabat tum, ut cum maxime (amabat scil.) i. e. nunquam magis quam tum amaverat. *Mer. Casaubonus.*

41 *Quum pater*] Quum modo adverbium est temporis, pro quando. *Donatus.*

Orare occipit] Maxima necessitas est, orans pater. *Idem.*

42 *Et hæc, communia omnium*] Quid si injustum est, quod orabatur? ostendit justum, et frequentatum, quod dicebat pater. *Idem.*

43 *Sese senem esse dicere*] Omnem causam adolescentis senex amputavit, pro suo senili commodo rogans: potuisset enim adolescens dicere,

Quam pro me curam geris, hanc precor pro me deponas. *Idem.*

Senem esse dicere] Hinc posset agere amator contra utilitatem suam: sed non poterat filius contra utilitatem patris. Ergo ut cogeret pater, suam causam interponebat. *Idem.*

44 *Præsidium velle se senectuti suæ*] 'Præsidium senectutis,' sobolem et successorem dicit. *Idem.*

45 *Ille primo se negare*] Utrum deest ducere? an *Negare se nuptiis.* *Idem.*

Ille se primo negare, &c.] Accuratas hunc locum tractavit poëta, ut suspicio levitatis averteretur a Pamphilo, qui juraverat Bacchidi, ut ante dictum est: simul difficultas ipsius rei, ut supra in *Heautontimorrmeno* exemplo Clitiphonis et in parte argumenti demonstrata est, ita hic narratione non perfunctoria indicatur. *Bacchidius.*

Negare] Posse ducere scil. *Mer. Casaubonus.*

Sed postquam acrius pater instat] Tria dicit, et acrius, et pater, et instat. *Donatus.*

Sed postquam acrius pater instat] Postquam, inquit, acrius instat, non compulsus est Pamphilus, sed tantum deliberavit. *Idem.*

46 *Pater instat*] Major vis est quam pater instat, quam quum rogat. *Idem.*

47 *Pudoris, anne amor obsequetur magis*] Sic ostendit in utramque partem, ut tantum in animo honesti adolescentis pudor amorem vincere debuisset. *Idem.*

Pudoris anne amor] 'Ανακόλουθον. non enim præposito utrum intulit anne. *Idem.*

Pudoris, anne amor] Latens excursionis ratio explicata est. *Pudori,* Patris scilicet: *amori,* Meretricis. *Idem.*

Pudoris anne amor obsequetur magis] Ovid. 'Pudor est qui suadet istuc, Hinc dissuadet amor: victus

pudor esset amore: Sed leve si munus,' &c. *Mer. Casaub.*

48 *Tundendo, atque odio*] *Tundere,* est sæpius idem repetere: translatio a fabrorum malleo. *Donatus.*

Odio] Assiduitate. Attendenda est difficultas uniuscujusque verbi. *Idem.*

Tundendo, atque odio denique effecit] *Denique* temporis longitudinem significat. *Effecit* vero, quod cum magno conatu et molimine facimus, vixque per nos finem accipit. *Idem.*

Tundendo, atque odio denique effecit senex] Mire interposuit moras, ad postremum confessurus uxorem ductam. Primo, inquit, negavit: post, deliberavit: ad postremum, duxit. Non, inquit, ipse: sed effecit hoc senex. Ita mutatione personæ totam voluntatem adolescentis absolvit. *Idem.*

Denique effecit] Oratorie tempus apposit: nam hoc significat *denique.* *Idem.*

Odio] Hoc est, instantia. *Idem.*

Tundendo atque odio] Sæpius eadem repetendo, atque importunitate. *Mer. Casaubonus.*

49 *Despondit ei genatam*] Vide, non hic dici, Duxit uxorem Pamphilus: sed totum ad patrem referri. *Donatus.*

50 *Neutiquam*] Non nixtis. *Idem.*

51 *Donec jam in ipsis nuptiis*] Nota locutionem sensu magis, quam verbis manifestam. *Idem.*

Donec jam in ipsis nuptiis] *Deest,* positus constitutusve ita doluit, et ægre tulit. Aut repetere debemus sic, In ipsis inquam nuptiis. *Idem.*

Donec jam in ipsis nuptiis] In mentione nuptiarum effervescit animus amatoris. *Idem.*

In ipsis nuptiis] Positus constitutusve: ut hic *Don.* vel, in *ipsis nuptiis.* i. e. in nuptiarum tempore et celebritate. *Mer. Casaubonus.*

52 *Nec moram ullam, quin ducat, dari*] Ubi nec aliquam dieculam vel dilationem videt ad nuptias. *Donat.*

Quin] Quominius. *Idem.*

53 *Ibi demum]* Denique, postremo. Et mire additum est *ibi*: quia male pendebat, in *ipsis* nuptiis. et sic est, quasi dixisset, in *ipsis* inquam nuptiis. *Idem.*

Demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi ejus oomiseraceret] Hoc *ὑπερβολικῶς*. ut Virgilius, 'Vel Priamo miserranda manus.' *Idem.*

Ut ipsam R. Bacchidem] Quæ nunc accusatrix est. Et est argumentum ab animo. *Idem.*

Ægre tulit] *Idem* Virgilius, 'Quis talia fando Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles Ulyssei, Temperet a lachrymis?' *Idem.*

Ut ipsam Bacchidem] Credo ipsam Bacchidem; pro, credo quod ipsa Bacchis, &c. ut supra: 'Metuo leonem' pro, 'metuo ne leno,' &c. *Mer. Casaubonus.*

54 *Credo ibi]* *Ibi*, pro tum. Donatus.

56 *Ut colloqui mecum una posset]* *Παράλογον* tertium. Et argumentum a persona, quod ait, mecum. *Idem.*

Parmeno, perii] Argumentum a dictis: quod ait, *Parmeno, perii*. *Idem.*

Parmeno] Morali ter, et antonomasiace nomen repetit. Et significanter fecit, non addendo dicebat, et in *μυητικὸν* a *διηγηματικῷ* transeundo. Et mire interposuit nomen, ut affectum doloris ostenderet. Sic Virgilius: 'Anna, fatebor enim.' *Idem.*

58 *Parmeno, &c. Parmeno]* 'Εν ἡβῇ repetit nomen. *Idem.*

59 *At te DI Deaque perduint]* Obtinuit et persuasit servus, nam jam meretrix seni irascitur, non Pamphilo. *Idem.*

At te dii deæque perd.] Hunc verum ejicit Guyetus. Sed magna est ratio Donati, et quæ merito eum teneatur. Bene enim consilium poetæ videtur conjecisse, cum annotat: 'Obtinuit et persuasit servus. nam jam meretrix seni irascitur, non Pam-

philo.' id voluerat tam diligens amplificatio narrationis, de qua modo egimus. *Bacclerus.*

Cum istoc odio] Cum instantia ac molestia. *Donatus.*

60 *Ad pauca ut redeam]* Tanquam multa sint, quæ de Pamphili amore dici possint. *Idem.*

Ad pauca ut redeam] Præceptum oratorium in longa narratione, pro veritatis inquisitione. reddit enim auditorem acriorem, quem spes finis recipit fatigatum. *Idem.*

Ad pauca ut redeam] Ut paucis absolvam. *Phorm. iv. 3.* 'Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.' *Mer. Casaubonus.*

Uxorem deducit domum] Uxor dictur, vel ab ungendis postibus, et figenda lana: id est, quod quum puellæ noberent, maritorum postes ungebant, ibique lanam figebant. vel quod lotos maritos ipsæ ungebant. cujus rei testis Ennius: 'Exin Tarquinium bona femina lavit et unxit.' *Donatus.*

Uxorem deducit domum] Quod vulgo, *uxorem ducit vel domum ducit*. *Plant.* 'Nam bona uxor, si ea quidem deducta est usquam gentium, ubi ea posset inveniri? verum egone eam ducam domum Quæ mihi dicat,' &c. *Mer. Casaubonus.*

61 *Nocte illa prima]* Pronuntians acutius *illa prima*, quasi dicat, plena desiderii, plena cupiditatis. Similiter addidit *virginem*. et expresse, 'Non attigit nocte illa prima.' Quasi dicat, plena amoris et plena dulcedinis: ut mirum sit quod infertur, *Non tactam virginem*. Et hic argumentum est, quanta fecerit Pamphilus erga amicam suam. *Donatus.*

Virginem non attigit] *Virginem ἑταίρας* est: quamvis non amatam, virginem tamen. et non dixit, non amplexus est: sed, 'Ne attigit quidem.' *Idem.*

62 *Quæ consecuta est nox]* Eam primam noctem scilicet. *Idem.*

Nihilo magis] Quasi in nihilo possit esse magis aut minus. Et *nihilo magis*, asseverationis est. *Idem*.

Eam nihilo magis] Ea nocte eam nihilo magis attigit. *Mer. Casaubonus*.

63 *Quid ais? cum virgine una*] Invenitur quasi interjectio una, id est, simul uno loco. *Donatus*.

Quid ais? cum virgine, &c.] Comice narratio distinguitur et eleganter sermone ad meretricis ingenium apto. *Bacclerus*.

Cum virgine] A persona. *Donatus*.

Una] A loco. *Idem*.

Adolescens] A persona. *Idem*.

Cubuerit] Ab habitu et occasione. *Idem*.

Cum virgine una adolescens cubuerit] Argumenta in conjecturam necessario posita: quibus Terentius ex utraque parte disputans, τὸ ἀντίπαλον purgat, ne quis illum stulte hæc posuisse iudicaret. Hæc enim meretrix tarde credit argumentis, ne a Parmenone vincatur. Hinc est quod ait Horatius, 'Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.' *Idem*.

64 *Plus potus*] Ab impulsione, et ex accidentibus. *Idem*.

65 *Non verisimile dicis*] Ἀλλήως per-versa: prius est enim verum, deinde verisimile. Sed ideo sic dicit, quia est sæpe non verisimile, verum tamen: ut, Decios pro alieno com-modo mori voluisse. *Idem*.

Non verisimile dicis] Hoc jam plus est, tantum eum amasse Bacchidem, quantum non possit credi. *Idem*.

66 *Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit*] Magno compendio usus est, non ostendens cur hoc falsum sit, quod putet meretrix: sed cur hoc putet, ita ex ejus persona totum refellitur, quod objicit. *Idem*.

67 *Ille invitus*] Invitus dicendo, quasi admonet iterum iterumque. ut Virgilius, 'Italiam non sponte sequor.' *Idem*.

68 *Quid deinde fit*] Interponitur

persona ad exitum festinans: ut alibi, 'Quam metui quorsum evaderes!' * *Idem*.

Diebus sane pauculis post] Hic exitus est. *Idem*.

69 *Pamphilus me solum seducit foras*] Ne testis quisquam et arbiter secretorum interveniat. *Idem*.

Me solum seducit foras] Familiaris in servo jactantia, de dominorum familiaritate, simul quia decens est, ut per eum, quid gestum sit, spectatores sciant. *Idem*.

Pamphilus me solum sed.] Fides totius narrationis in hoc vertitur. *Bacclerus*.

70 *Narratque, ut virgo a se integra etiam tuum siet*] Hoc est illud quod supra dixerat, 'Nocte illa prima virginem non attigit.' *Donatus*.

71 *Seque ante, quam eam uxorem duxisset domum*] Bonus color purgationis: diceretur enim, Quare si illam odio habebat, ducebat uxorem. *Idem*.

Seque ante, quam eam uxorem] Antequam ux. *Mer. Casaubonus*.

72 *Tolerare posse*] Tolerare, verbum est male patientis. *Donatus*.

73 *Quam decrerim me non posse diutius habere*] Ἀποστροφὴ καὶ ἡθροδία, καὶ διγρηγματος εἰς μνηστῆρας. *Idem*.

Decrerim] Statuerim et defixerim. *Idem*.

Sed quam decrerim me non p. d. &c.] Vertitur narratio in προσωποποιῶν μνηστῆρας, ordinario apud Comicos schemate. quod et Donatus monet. Sensus et φηδός, aliqua declaratione opus habet. In prima consultatione, Pamphilus hoc dicit: Integra et intacta dimittenda est, quam segregare a me decrevi. In altera: Cum repudiari honeste non possit, operam dandum est, ut sua sponte abeat. Prius consilium in hunc modum proponitur: Quoniam decrevi, me non posse cum hac ætatem degere, (id enim est, diutius habere,) nihil aliud superest, quam ut a me discedat, sicut accepi. Si

aliter fieret, i. e. si eam, dum mecum est, attingerem, contumeliæ me postulare et injuriæ haud immerito posset. cujus rei exemplum in Phormione poëta exhibet, quando conjugem *item ut meretricem, ubi abusus sis, amittere*, nefas esse ostenditur. atque hoc esset, *ludibrio haberi*. unde in Pamphilum, infamia; in segregatam immedicabile detrimentum, quantum ad muliebrem insequentis temporis fortunam, emergebat. Bene igitur et honeste Pamphilus: 'Quam decreverim me non posse diutius habere, eam ludibrio haberi, quin (i. e. quo minus) integram itidem reddam, ut accepi ab suis,' id vero, 'neque honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.' qua figura, summam ibi infamiam, hic irreparabile damnum signari, palam est. vide omnino Guyetum.

Altera deliberatio hoc fere ambitu concluditur. Si remittere volo in domum patris, aut causa proferenda est repudii, aut absque causa et juri titulo repudiare eam oportet. Causam vero, quæ me ab illa abstrahit, et alibi attinet, in publicum transferri, non uno nomine 'Incommodum mihi esse arbitror.' Repudiare autem, nec repudii causam repudiatae dicere, parentibus ejus approbare, incivile, *superbum*, insolens. Relinquitur, ut sperem, sponte abituram, si cognoverit, mihi animum ab hisce nuptiis prorsus abhorreere. Hæc verissima hujus loci sententia est. in quo nec se nec alios expediunt eruditorum nonnulli. Sunt, qui *re proferre* in *perferre* mutatum cupiant. Non enim satis ceperunt, quid esset, *hoc proferre*. hoc i. e. quod amoris meretricii causa repudium cupiam, nec possim ad stabile connubium animum applicare. Donatus: '*Hoc ego proferre*. amorem scilicet meretricis.' recte. 'Cui tu nihil dicas vitii,' Guyetus explicat, erudite sane. vide Chrestomath. Alii *re cui* ad patrem

referunt. *Bæclerus*.

74 *Eam ludibrio haberi*] Honesto verbo et pudoris pleno usus est; et nove pro, vitiari. *Donatus*.

Ludibrio haberi] Nove, inquit Don. pro, vitiari: et honestum pudorisque plenum verbum pronuntiat. recte hoc, ex sanctæ linguæ consuetudine; ut Gen. xxxix. 11. 14. &c. ubi vulgata non male, *illudere*, quomodo et alii Latini autores in eadem notione. *Mer. Casaubonus*.

75 *Quin*] Quo minus. *Donatus*.

Integram] Id est, honestam. non enim dixit, spoliata virginem aut mulierem. *Idem*.

Ut accepi a suis] Vigilanter quidem integram specificat: id est, talem, qualem accepit a suis. potuit enim vitiatam accepisse, ut sæpe evenit. Ergo non abundat, *ut accepi a suis*, sed habet significationem. *Idem*.

77 *Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili*] Erga meretricem *pium*, *pudicum* erga virginem. Cogitur *pium* dicere Pamphilum, quem perjurum putabat. *Idem*.

Pium et pudicum ingenium narras Pamphili] An simul erga virginem et *pium* et *pudicum*? an *pium* erga meretricem, *pudicum* erga virginem? *Idem*.

Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili] Nupiam disertiores sibi videntur Grammatici, quam in explicandis, quæ *ἐκ παραλλήλου* ponuntur. Scire utique possunt, eruditos multam plerumque philosophiam hac figura concludere. sed interpretatio non est cujusvis operæ. Donatus hic: 'Erga meretricem *pium*; *pudicum* erga virginem.' Et iterum in eodem commentario: 'An simul,' &c. Ad virginem et ejus domum spectare utrumque vocabulum, orationis series, et poëtæ consuetudo, non longe arcissentis judicia de moribus, ostendunt. *Pietati* honestatis et juris religio potenter inest. *Pium ingenium* idem hic est, quod in Andria Teren-

tius dixerat bonum: 'Quandoquidem ipse est ingenio bono, Quumque huic yrritus est optimus adolescenti facere injuriam.' Non alia hic sententia. *puicum* autem, verecundiam illam notat, quam Pamphilus ipse sibi debuit, indignum se illud existimando, quod ab honestate tantum abiret. qui enim abuti honesta fœmina et postea dimittere eam in animum induceret, injuriam atrocem in illam, turpitudinem in se admitteret maximam. injuriæ pietas obstat, turpitudinij pudor. *Bæclerus*.

78 *Hoc ego proferre*] Verba Pamphili sunt: non ut quidam putant, ad personam Parmenonis referentes. *Donatus*.

Hoc ego proferre] Amorem scilicet meretricis. *Idem*.

Incommodum esse mihi arbitror] Propter patris iram, qui antor istarum nuptiarum. *Mer. Casaubonus*.

79 *Patris*] Proprio patri Philippo. *Idem*.

Cui nihil dicas vitij] Nunc vitij, culpæ uxoris. *Donatus*.

Nihil dicas vitij] Sine justæ causæ allegatione. *Mer. Casaubonus*.

81 *Mecum esse*] Uxoris loco: ut apud Plautum sæpe. *Idem*.

Abituram denique] Denique, moram significat, et postremam tarditatem. itaque postremo, vel sero abituram indicat. *Donatus*.

82 *Quid interea*] Exultantis est, et gestientis audire. *Idem*.

Interea] Inter eos dies. *Idem*.

83 *Postquam hunc alienum ab sese videt*] Pro alienatum dixit. ut in Phormione, 'Quid ego vobis, Geta, alienus sum?' Nam quomodo alienum, si amabat, dixisset? *Idem*.

Postquam hunc alienum] Oratorie, non jam Bacchidem excusat, quam a verisimili causa vult inducere, quod ipsa sit in Pamphilum durior. *Idem*.

Alienum ab sese videt] Id est maritum: nam hoc nomen a meretricibus alienum est. *Idem*.

84 *Maligna multo*] *Maligna*, difficilis ac superba. *Malignus* est, qui difficultatem sui ostendit. *Idem*.

Procax] Dispoliatrix et petax. *Procacare* enim, est petere. Virgil. 'Procacibus austris,' id est, impudentibus. nam qui multum petit, impudens est et procax. Unde et *proci* dicti sunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt. *Idem*.

85 *Non ædepol mirum*] Obtinuit quod volebat Parmeno. nam credidit Philotis injuriam factam Pamphilo. *Idem*.

Non ædepol mirum] Donatus hic annotat: 'Obtinuit,' &c. credidit, inquam, dum excusat: nec mirum esse, ait, si quid in Pamphilum durius consuluisset Bacchis. *Bæclerus*.

Atqui ea res multo maximo] Opportune concitatus Pamphilum defendit Parmeno, postquam Philotis inducta est, ut fateretur injuriam factam. *Donatus*.

Atqui ea res] *Atqui*, imo. Legitur et alique. *Idem*.

87 *Et illam*] Meretricem malam. *Idem*.

Et hanc, quæ domi erat] Uxorem modestam. *Idem*.

Et illam, et hanc quæ domi erat] Illam quæ meretrix esset: hanc, id est, uxorem. *Idem*.

Cognovit] Diligentius et attentius consideravit. nam *cognoscere*, est diligenter et attente considerare. *Idem*.

Cognovit satis] Bene satis, ex ipsius moribus, et ex meretricis. *Idem*.

88 *Ad exemplum*] Quasi ad imaginem, et collationem, et speciem comparationis. *Idem*.

Ad exemplum ambarum mores earum existimans] Donatus: 'Quasi,' &c. Nihil satis expedit. Res mira: omnes videntur sibi intelligere, et interpretari hunc versum, dum nihil agunt interim. non enim sufficit dicere: 'Mores earum comparavit ac contendit, et de utriusque moribus ex hac comparatione judicavit.' non-

dum enim nec de *φδοσι*, nec de *σω-
ράδι* constat. in qua re cum non pa-
rum incommodi videret Franciscus
Goyetus, versum totum delevit. Ma-
joris id esse candoris dixeria, quod
fateri ita voluit, non satis commode
explicari posse; ut cum Terentiana
scilicet stili civilitate consentiat ex-
plicatio, ac eruditus approbari queat,
Sive enim dicas: *earum ambarum mo-
res, ad exemplum existimavit*; satisne
Latium erit, *ad exemplum existimare*,
ut efficiat sensum, quem *vis*? Sive
ita distinguas: *ad exemplum ambarum,
mores earum existimans*, quid aliud po-
teris afferre melius quam ut dicas,
exemplum, cotidiane vitæ consuetu-
dinem esse, *mores* ad ingenium poten-
dum pertinere? q. d. exigendo et
comparando hujus consuetudinem, ad
illius consuetudinem, quo ingenio tra-
que esset, facile judicare potuit ac de-
prehendere. nam 'Cotidianæ vitæ con-
suetudo, ut cujusque ingenium sit, de-
clarat maxime.' Heaut. II. 8. 43. Nec
dubitandum est de re, quin de compa-
ratione liberalis in Philumena ingenii,
meretricis ingenium parum liberale
perspexerit Pamphilus. id quod vs. 80.
et seq. satis ostenditur. sed quid in
verbis desiderare queant eruditæ au-
res, norunt, qui castum Terentianis ser-
monis genium intelligunt. *Bæclerus.*

Existimans] Intelligens. *Donatus.*

Mores earum æstimans] Mores ea-
rum comparans ac contendens; et
de utriusque moribus ex hac compa-
ratione judicans. *Mer. Casaubonus.*

89 *Hæc, ita ut liberali esse ingenio
deceat*] Qualitas comparativa. *Donatus.*

Hæc ita uti liberali esse ing. hęc.] Egre-
gie induxit hanc figuram Poëta,
ut quantum præstaret matronæ vir-
tus meretricis moribus intelligere,
dum daret: dum enim adolescens uni
deditur meretrici fuit, non statim
deprehendit fucatos mores, et nihil
ex sincero trahens. Verum post-
quam comparandi copia fuit, non po-

tnit liberali Pamphili ingenio (tala
enim facit poëta) dubium esse, quid
amari, quid præferri deberet. Inge-
nia enim similitudine sibi concilian-
tur invicem. atque ut pravi facile in-
ter se conspirant; ita præstantes
nec distortas naturas arcano quodam
et elegante commercio consentire vi-
demus. cujus sententiæ vim, quasi
obiter, sed penetrabili efficacia, extul-
lit noster in illis; 'Huc traxit
Amorem, postquam par ingenium
nactus est.' *Bæclerus.*

Uti liberali esse ingenio deceat] Ut
eam deceat, quæ liberali sit ingenio.
Cæterum, posterius membrum com-
parationis consulto omittit, ne mere-
tricem absentem insecutando præsen-
tem offenderet. *Mer. Casaubonus.*

90 *Pudens, modesta*] Hæc contra
vitia meretricia posuit. Pudens hæc,
illa procax: modesta hæc, illa ma-
ligua. reliqua vero superadduntur, or-
namenta uxoris, matronæque laudes.
Donatus.

Incommoda atque injurias] Callide,
laudata uxore non repetit vitia mere-
tricis apud meretricem: et simul con-
tentus de uxoris laudibus, vitia me-
reticis intelligit. *Idem.*

*Incommoda atque injurias viri omnes
ferre*] Figura *ὅλως*. *Idem.*

Tegere] Hoc plus est, quam ferre.
et *tegere*, quod meretricem amaret.
Et plus dixit *tegere*, quam celare.
Tegere enim ad hoc dixit: ut non so-
lum cuiquam non ediceret, sed et ne
quis sciret. *Idem.*

92 *Hic animus*] Oratorie dixit; non
enim Pamphilum dixit, sed animum
Pamphili. *Idem.*

Hic animus] *Hic* pro tum. Virgilius,
'Hic annis gravis, atque animi ma-
turus Alethes.' *Idem.*

Uxoris misericordia] 'Ἀμφιβολία.
Idem.

Uxoris misericordia] Recte, quia ex
misericordia amor nascitur. Sic et
in Phormione, 'Misertum est, virgo
ipsa facie egregia.' Virgilius, 'Heu

quibus ille Jactatus fatis!' *Idem.*

93 *Devinctus, partim victus*] De proximo repetivit *παρμπούς*, *devinctus, victus.* *Idem.*

Devictus] Alii melius, *Devinctus. devinctus, victus, elegans παρμπούς. Mer. Casaubonus.*

Partim victus hujusce injuriis] Qualitas relativa. *Donatus.*

94 *Paulatim elapsus*] Adeo est tardus amor Pamphili et magnus, ut etiam post injurias difficile discedat. *Idem.*

Elapsus] Animus, non Pamphilus. *Idem.*

Huc] Alii, *huc.* Mer. Casaubonus.

95 *Postquam par ingenium nactus est*] An sibi par? an absolute bonum? ut dicimus, 'Si par est facere te.' Ergo aut sibi par, aut uxori: id est, liberali fœminæ. *Donatus.*

Par ingenium nactus est] *Par ingenium, eandem voluntatem. Salustium, 'Quos eadem odiase, et eadem metuere id unum coëgit.'* *Idem* alibi, 'Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.' *Idem.*

Par ingenium nactus est] Quod mori et amori suo melius congrueret: ille 'Pius ac pudicus,' ut paulo supra; hæc, 'Pudens, modesta,' &c. ut modo. Mer. Casaubonus.

96 *Interea in Imbro moritur cognatus senex*] Bene causa abitiōnis Pamphili narratur. *Donatus.*

Imbro] Insula Thraciæ proxima. Mer. Casaubonus.

Moritur cognatus senex] Bene quod ait *senex*: nam acerbum funus non conveniebat fabulæ. In comœdia itaque apud Terentium, aut meretrix molesta, aut ex duabus una uxor moritur, aut senex. Ita ex hujusmodi mortibus, vel incommodum vitatur, vel lucrum insuper nascitur, ut non sit causa legendi. *Donatus.*

97 *Horum*] Maluit *horum*, quam *dominorum*, dicere. *Idem.*

Ea] Quæ ex cognato sene. nam

mortui senis commemoratio, ex communi loquentium consuetudine, tacitam habet et hæreditatis significationem, quo spectat relativum illud, *ea.* Mer. Casaubonus.

Ad hos redibat lege hereditas] Verbo jñris usus est: ea enim legitima est hæreditas, quæ familiæ debebatur. *Donatus.*

98 *Eo amantem*] Modo jam uxorem: non enim amicam. *Idem.*

Invitum Pamphilum extrudit pater] *Invitum* recessisse vis verbi demonstrat. Nam proprie *extrudere* dicitur, qui manibus expellit: sed hic translatione usus est, ut ostenderet, tantum importunitatis verbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset. *Idem.*

Extrudit] Verbum necessitatis et aptum importunitati. *Idem.*

99 *Relinquit*] Inertia præsentis temporis. Legitur et *reliquit.* *Idem.*

Relinquit cum matre hic uxorem] Præparatio ad futurum errorem. *Idem.*

100 *Nam senex rus abdidit se*] *Nam* hic inceptiva particula est, ut, 'Nam meus conservus est homo haud magni pretii.' Plautus in *Milite Glorioso.* *Idem.*

Rus abdidit se] Verbum reprehendentis senem: quod, *se abdidit*, dixit. *Idem.*

Huc raro in urbem commeat] *Huc* bene dixit, ut ostendat Parmenionem in urbe esse. Mira *οκκοποία*. fac enim præsentem, et nullus error in fabulæ est. *Idem.*

Commeat] *Commeare* est abesse inde, ubi te esse oporteat. Ergo hoc dicto ostendit, quam raro ad urbem veniat senex. quippe *commeatus* est ex aliqua commoratione temporalis abscessus. *Idem.*

101 *Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ*] Bene usque adhuc suspensa narratio est. et in hac interrogatione quasi subestomachatur Philotis decapta, quod nihil videat infirmitatis

in nuptiis, quod optaverit. *Idem.*

Quid adhuc habent? Hoc tristior meretrix dixit. *Idem.*

Infirmatias? Instabilitatis. *Phorm.* act. v. sc. 1. *Mer. Casaubonus.*

102 *Nunc audies?* Sic ait, quasi jamdudum audire cupienti, vel quasi ad molestatam percontatricem. *Donat.*

103 *Bene conveniebat sane?* Bene, pro multum: et sane, valide, quia qui sanus, idem et validus. *Idem.*

104 *Interim miris modis odiasse?* Huc usque Parmenonem Poëta verba passus est dicere; cætera actibus servaturus. *Idem.*

Interim miris modis? Mire ad finem comædiæ rerum explanatio reservatur. namque si quæras, fallitur Parmeno, quum non odio socrus, sed pudore similitatem adversus socrum Philumena similaverit. *Idem.*

Interim? Modo repente: et est adverbium temporis. *Idem.*

Miris modis? Miris exemplis. *Idem.*

105 *Postulatio?* Expostulatio, querela, sed proprie *expostulatio* est apud illum ipsum, qui peccaverit. *postulatio*, de illo apud alterum. *Idem.*

Postulatio? Expostulatio, querela, ex quibus non solum amor sæpe confirmatur: (And. act. III. sc. 3. 'Amantium iræ, amoris redintegratio est:') sed et dulcior interdum fit amoris fructus; ut apud Ælianum De Var. Hist. nescio quis, *αὐτὸς δὲ τὴν καὶ ἐγὼ ἡδὺν ἐπαύω, ἥδιον ἐπὶ τῶν εἰρησίων ἐπὶ τοῖς ἐρωσὶ πρὸς τὰ παιδικὰ ἐκ διαφορᾶς καταλλασσέσθαι.* *M. Casaubonus.*

106 *Quid igitur?* Recte dixit, si hoc non fuit, quid ergo? *postulatio*, querela et quasi justa interpositio querelarum. *Donatus.*

Quid igitur? Unde igitur de odio tibi constat? *Mer. Casaubonus.*

107 *Fugere e conspectu illico?* Bene e conspectu: utpote, quæ caveret gravis intelligi. Sed tamen subjungit, *videre nolle*: ut ignorantia Parmenonis appareat, qui argumentum odiorum credidit, quod Philumena neque vi-

deri vellet, neque videre. *Donatus.*

Fugere e conspectu? Ne videretur. *Id.*

108 *Videre nolle?* Ne videret. *Idem.*

Denique, ubi non quit pati? *Pati* et sustinere, et sustineri intelligi potest hoc loco. utrum postquam non potuit sustinere socrum? an postquam illam socrus ferre non potuit, sic se celantem nurum? Potest etiam sic intelligi, Ubi non potuit argumenta odii sui ipsa nurus pati et continere, migravit ad socrum. *Idem.*

Non quit pati? Tolerare aut tolerari: quia *patior* commune est, nam '*patior te*,' et '*a te*,' dicimus. *Idem.*

Accersi ad rem divinam? Tum enim amici et familiares vocari solebant. *Mer. Casaubonus.*

Abiit? Proprie *abiit*: quia non expectavit ut mitteretur. *Donatus.*

110 *Ubi illic dies est complures?*

'Apulas dies, non diebus dixit. *Idem.*

Accersi jubet? Non addidit quæ, quia intelligitur. *Idem.*

Accersi jubet? Socrus scilicet. *Mer. Casaubonus.*

111 *Dixere causam tunc, nescio quam?* Ideo *nescio quam*, quia nullius momenti, ac falsam. *Donatus.*

Dixere causam tunc nescio quam? Nescio quid causati sunt. *Mer. Casaubonus.*

112 *Nemo remisit?* Hic jam apertins odium videtur, ubi nec jam fingitur causa. *Donatus.*

Postquam accersunt? Subanditur nostri, id est, missi a socru. *Idem.*

Postquam accersunt? Id est, missi a nobis scilicet. Et mira varietas. *Id.*

114 *It visere?* Ut, '*Populare penates Venimus.*' *Idem.*

It visere ad eam? *Visere*, officii est: *videre*, quærentis aliquem. *Idem.*

Admisit nemo? Injuriosa etiam ipsa pronuntiatio est. *Idem.*

Hoc ubi senex rescivit? Scimus quæ ad nos deferuntur: *rescimus* celata. *Id.*

115 *Hæc ea causa?* Bene *ea causa*, quippe qui se ruri abdidisset. *Idem.*

117 *Nondum etiam scio?* Παράλαρον

tertium : et deest *scire*. Et est *ἐλάφης*, scio *scire*, cum *ἐλαφίδου*. *Idem*.

Nondum etiam] Recte servavit reliquis partibus fabulæ pendulum et attentum spectatorem. *Idem*.

118 *Nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet*] Bene, quia curiosus est Parmeno, et idem garrulus, nam per totam fabulam talis inducitur. *Idem*.

Nisi sane curæ est] Vide Phorm. act. III. sc. 1. *Mer. Casaubonus*.

Quorsum eventurum] *Ἐλλας* deest *scire*. Donatus.

119 *Habes omnem rem*] Quasi dicat, quam audire expetisti. *Idem*.

Pergam quo cæpi hoc iter] *Pergam hoc iter* : ut, 'Tendere iter pennis.' *Idem*.

Quo cæpi hoc iter] Ad portam scilicet. *Idem*.

120 *Nam constitui cum quodam hospite*] Dicit causam cur in reliqua fabula non appareat persona hujus meretricis. Donatus.

Constitui] *Constitui* proprie, nam de hujusmodi rebus dicitur convenire et constituere, de cujusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt. *Idem*.

Nam constitui] Heaut. act. IV. sc. 4. 'Aut cum venturam dixero et constitutero,' &c. *Mer. Casaubonus*.

121 *DI vorlant bene quod agas*] Sæpe enim res eveniunt aliter, quam volumus : et ideo *veritumus* colitur, qui præest rebus vertentibus. Donatus.

ACTUS II.

SCENA 1. Satira est hæc scena, Octonariis et Senariis Iambicis, tum septenariis Trochaicis constans. *Bæclerus*.

Pro Deum atque hominum fidem] In hac scena accusatio socrus est : quæ se conjugaliter defendit dicens nihil a se factum in perniciem mariti. Donatus.

1 *Pro Deum atque Hominum fidem*] *Ἐκράβης* ab exclamatione cæpta scena est. Senex enim est diffidens et iratus. *Idem*.

Quod hoc genus est? quæ hæc est conjuratio] Conatur Terentius adversus famam socrum bonam reperire, et incipit a generali exclamatione, quo vehementior sit ejus accusatio : paulatimque ad speciale crimen descendit. *Idem*.

Quod hoc genus] Accusatio a persona : cui accidit ex sexu, quod socrus est. *Idem*.

Quod hoc genus est] *Quod genus*, i. e. hominum. Virg. vel eo respicit, quia ut genus, ita et mores sæpe : boni ex bonis, &c. Vide Phorm. act. I.

sc. 2. *Mer. Casaubonus*.

1 et seq. Ut æquissimam esse hanc socrum constaret, Poëta omnes socrus accusari fecit, nam et accusatio illustrabit virtutem innocentis et comparatio. pertinetque hic locus ad explicandum fabulæ titulum. *Bæclerus*.

Conjuratio] *Confessio* bonæ rei est : *conjuratio* malæ, et inde conjuratio Catilinæ dicta est. Donatus.

Quæ hæc conjuratio] Accusatio a re. *Idem*.

2 *Ut omnes mulieres*] In lib. Bembii et Victorii, *utin' omnes*. quod commotum, fervidumque magis est, et homini irato convenit magia. Post istud, *conjuratio*, distinctio interrogativa poni debet. *Faber*.

Ut omnes mulieres eadem æque studeant] Bono argumento utitur. Læssi nupam, quia socrus ea : et nulla socrus diligit nupam. *Idem*.

Ut omnes mulieres] Accusatio a causa eadem. *Idem*.

Studeant] Majoris operis est *studere*, quam *velle*. *Idem*.

Nolintque omnes] Menand. *ἦναι γιν*.

καὶ οὐκ ὁδοῖ' οὐδὲν διαφέρει. *Mer. Casaubonus.*

3 *Neque declinatam quidquam*] Id est, flexam vel inflexam, ab eo quod declinaverit: ne parum sit, diversam vel dissimilem dixisse. ut est illud, 'Illum tumultum inflexit.' *Donatus.*

4 *Itaque adeo uno animo*] Nescias an ex sententia hac, vel adeo ex hac scena nomen fabulae sit inventum. *Idem.*

Itaque adeo] Necessaria sententiae ἀμφιβολία, ad describendam utramque personam. *Idem.*

Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus] Nemo potest hic dubitare, aut de ambiguo sensu queri, socrus enim accussantur, non nurus. *Donatus* summam ponit: 'Læstisti nurum, quia socrus es: et nulla socrus diligit nurum.' Mox non inrudite, 'necessaria sententiae ἀμφιβολία' agnoscit, 'ad describendam utramque personam.' *Bæclerus.*

Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus] Necessaria sententiae ἀμφιβολία, ad describendam utramque personam, sit hic *Don.* ambiguitas autem ex eo, quod utrumque *socrus*, et *nurus*, vel ut accusativi, vel ut nominativi possint accipi; sed ideo quaesita ambiguitas, quia utrolibet accipias modo æque vera fuerit oratio, nam et si *socrus* ut plurimum oderunt al *nurus*, et rars *nurus* al *socrus*. *Mer. Casaub.*

5 *Viris esse adversus*] Aliud argumentum: Læstisti nurum, ut mihi adversareris. nam mulier es, et mulieres omnes adversantur viris. *Donatus.*

Æque studium est] *Studium*, est voluntas hominis attentior atque impensior. *Idem.*

Similis pertinacia est] Ἀἰξίσις. nam *studium* et bonum est: *pertinacia* vero nunquam non mala. *Idem.*

6 *In eodemque omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam*] Tria in accusatione posuit, ex quibus duo sunt communia, unum ipsius. quod mulier

est, et quod socrus, communia: quod ipsa specialiter magistra est ad malitiam *Sostrata*. Ex his colligit injuriam passam nurum per conjecturam. *Idem.*

In eodem ludo] In eadem schola: vel eodem Gymnasio. *Mer. Casaub.*

7 *Et ei ludo, si ullus est, magistrat*] Magna amplificatio criminis. Dubitat an sit ludus malitiæ: et magistrat non dubitat *Sostratam*, sed, 'Certo scelo,' inquit. *Donatus.*

8 *Me miseram*] Et hæc ἐμπαθὲς cœpit, sed ad misericordiam spectat defendentis oratio. *Idem.*

Quæ nunc, quamobrem actuser, nescio] Oratorie pro se loquitur mulier, siquidem majoris innocentie est nescire crimen, quam defendere. et his verbis ostenditur, sine poxa esse etiam *Philumenam*: non solum hanc, quæ loquitur, *Sostratam*. *Idem.*

9 *Non ita me DI ament, mi Laches*] *Modo mi Laches* non est blandientis, sed ejus qui periclitetur innoxius. *Idem.*

Non ita me DI bene ament] Ἀρεχρος πλοῦσις per jusjurandum. *Idem.*

Non, ita me DI bene ament] Animadvertendum, veteres, non minus ἐφημεροῦς in verbis, quam κακῆφορος neglexisse: velut hic, *Ita me DI bene ament*. *Idem.*

10 *Itaque*] *Modo* dux partes sunt orationis. *Idem.*

Una inter nos agere ætatem liceat] *Virg.* 'Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat, et pulcra faciat te prole parentem.' *Mer. Casaubonus.*

DI mala prohibeant] Seniliter odit uxorem, cujus amor optabilis fuit in adolescentia. *Donatus.*

DI mala prohibeant] Ut una inter nos agamus ætatem. *Idem.*

Dii mala prohibeant] *Sc.* 'Ut una,' &c. et 'Seniliter,' &c. ita *Donatus*. Satisne ἡδύς hoc fieri putabimus, si senex iracundior sane, minime ex durissimis tamen, uxoris præsentis mor-

tem optet, quod plerique hic putant intelligi? an Comœdia Terentiana huc progreditur? Manifesto hoc fieri vix crediderim. itaque rectius forte fuerit, ut credamus, secum hæc Lachetem in iracundia mussitare; non audiri ab uxore velle. Qui diversum sentiunt, tolerabilius ita explicarent, quasi Laches potius sibi optaret mortem, quam uxori. Sed quod ante dixi, verius videtur. inter orationem enim Sostratæ murmuratione: quæ connectenda est: 'Non, ita me dii ament, mi Laches: itaque una inter nos agere ætatem liceat: meque abs te immerito esse accusatum postmodo rescisces.' *Bæclerus.*

Mala prohibeant] Ut una inter nos agamus ætatem. *Plant. in Trin.* 'M. Quid agit tua uxor, ut valet? plus quam ego volo.' et quæ ibi sequuntur. *M. Casaubonus.*

11 Postmodum rescisces] Hæc figura ab oratoribus ἐκδύσσεια nominatur: in qua aliquid promittimus iudicibus nos probaturos, quum metuimus, ne quid illis temere persuasum sit. *Donatus.*

Postmodum rescisces] Fiducia innocentiae. *Rescisce* est, quum quod de industria celatur, vix argumentorum vi agnoscitur. *Idem.*

12 An quidquam pro istis factis] *Amare*; ἀπὸ πρὸς δὸν λαβ. *Idem.*

An quicquam pro istis, &c.] Nota ἐπέγραυα Poëtæ et δεινότης in augendo amplificandoque. crimen erat: 'offendisti nunc, atque ut abiret effecisti.' Hæc sunt *facta ista*, quæ nulla reprehensione satis exaggerari possunt: quæ *dedecus* et *luctum* in omnem familiam inferunt; quæ *inimicitias* in affines spargunt; quæ sacra necessitudinis exoptatæ violant ac perturbant. considera singula verba, et exquire, si quid potuit comprehendendi plenius, aut gravius incusari. *Bæclerus.*

13 Quæ me, et te, et familiam] Jam sic accusat, quasi probaverit crimen. est et amplificatio. *Donatus.*

Quæ me, et te, familiam] Hæc exaggeratio est, quæ δεινότης appellatur, quum ex uno maleficio multa sunt ab oratoribus crimina. *Idem.*

Dedecoras] *Dedecoratur*, quod honestum est; *turpatur*, quod honestum est corporale. *Idem.*

14 Ex amicis inimici ut sint] Operosius locutus est. ut in *Andria* 1. 1. 10. 'Feci ex servo ut esses libertus mihi.' Ita *Cæsar*, B. C. III. 104. 'Plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt.' Et ex diverso: 'Cum eo reveni ex inimicitia in amicitiam,' apud *Plantum Stichum*, III. 1. 8. *Bæclerus.*

15 Dignum, suos cui liberos committerent] Multum sonanter, et accussatorio strepitu, nec masculinum genus nec femininum posuit: nec unam, sed liberos. Sic *Cicero*, 'En cui tuos liberos committas?' quum de uno ageret, et, 'Habemus enim liberos:' de puella. *Donatus.*

Dignum] Sic dixit *dignum*, ut honoris genus sit, accipere uxorem meruisse. *Idem.*

Suos cui liberos committerent] Nota liberos in significatione etiam unius filiae. *Idem.*

16 Tu sola exorere] *Emergis*, reperiris. Verbum hoc impudentiam notat. *Cicero*, 'Exortus est servus, qui quum in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus.' *Idem.*

Exorere] Existis. *Exoriri* dicitur, qui non expectatus invadit in aliquem. *Idem.*

Tu sola exorere] *Emergis*, reperiris. verbum hoc impudentiam notat. *Don.* recte sane. nam τὸ ὀρι proprie de magnis dicitur, ut de Sole, vulgo. et *Hor.* de Aug. 'Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.' Hic igitur de muliere, cum indignatione, ac contemptu: q. d. Tu muliercula inventa es, quæ tantum tibi pro tua impudentia sumeres, &c. *Mer. Casaubonus.*

17 Tu inquam mulier, quæ me omnino

lapidem, non hominem putas] Tu mulier, ὑμᾶσι malitiæ habet. et omnino expressio consuetudinis est ad indignationem. Et lapis nunquam utilis, nisi ad telum, quem magis ad injuriam delegit. nam saxum melius, quam lapis. Ut Virgilius: 'Saxaque subvectare humeris.' *Donatus.*

Tu inquam mulier] Sic Euripides: Πολλὰς δὲ εἶπας μηχανὰς, γυνὴ γὰρ ἐλ. et Virgilius: 'Varium et mutabile semper Fœmina.' *Idem.*

Quæ me omnino lapidem, haud hominem putas] Heaut. act. v. sc. 1. 'Non (ita me dii ament) auderet hæc facere viduæ mulieri, Quæ in me fecit.' ibid. 'Quot res dedere ubi possem persentiscere, Nisi essem lapis?' Aut Plautus etiam ad hominem vafrum et rigidum transtulit: ut in Mostell. 'Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest. Verba dare illi non magis hodie quisquam, quam lapidi potest.' *Mer. Casaubonus.*

Lapidem, haud hominem] Sufficeret, 'Lapidem putas:' sed de stomacho; 'Haud hominem,' additum est. Plautus; 'Herus meus elephantii corio circumtectus est, non suo.' *Donatus.*

Haud hominem putas] 'Ἐν ἡδὲ. Sic Apollodorus: Σὺ μὲ πᾶνδραστὸν ἐχέ-
AT αἰθρ. *Idem.*

18 *An quia ruri crebro esse soleo]* *Donatus:* 'Memor sui est, qui dixerat, 'Rus abis.' Ubi hoc dixerat? nuspiam. Corrige: *Rus abdidit se.* quod extat act. i. sc. 2. vs. 100. et, ne quid dubitationis relinquatur ad vs. 27. 'Rus habitatum abii,' iterum annotat sive priorem annotationem repetit: 'Quia dixit, senex rus abdidit se.' quid agunt, qui semper tanta diligentia obvia errata typis ornant? *Bæclerus.*

19 *Quo quisque pacto hic vitam vestrorum.* Vestrorum, pro vestrum. sic veteres. *Donatus.*

20 *Multo melius hic quæ sunt]* Τρεπ-
Βολῆ usus est. ut in Adelphis, 'An

non prius totis sex mensibus olfecissem.' *Idem.*

Illic] Pro *illic*, antique. *Mer. Casaubonus.*

21 *Ideo, quia, ut vos mihi domi eritis]* Mire confirmat, unde sciat: ne suspiciose crimen objicere videretur. Et bene mihi: quia commoditas familiaris ad hunc redundatura est. *Donat.*

Proinde ego foris] Honesta curiositatis excensatio: nempe quod ab illarum vita, et conversatione domestica sua fama foris penderet; quæ bona, si vita illarum talis; mala si et illa. *Mer. Casaubonus.*

22 *Pridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam]* Primo, objuratio est Sostratæ, cur non amet nulum. Secundo, cur non ametur a nullo. Tercio, cur usque adeo puella nupta deserat domum. *Donatus.*

23 *Minimeque adeo mirum]* Satis amare, pro merito dicit odium, contra meritum amoremque: simul excensat nulum, quæ oderit talem socrum: et simul prævenit, Quid si non læsa est, sed odio me habet? *Idem.*

24 *Sed non credidi adeo]* Deest ocuram fuisse. *Idem.*

25 *Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras]* Senili jurgio, quo magis iniquam nurui socrum credit, tanto vehementius pro Philumena nititur; ut etiam officiorum ordinem pervertat. in quo suggeritur Sostratæ occasio ejus consilii, quod infra act. iv. sc. 2. 3. simul, quod nimis a Lachete duriter hic dictum est, corrigitur a poëta, tum statim, quando effuso iracundiæ impetu ratiocinari incipit senex et honestius cum uxore loqui, tum accurata disputatione Pamphili, qua Sostrata vero officiorum ordine Philumenæ præfertur act. iv. sc. 2. 3. *Bæclerus.*

26 *At ride, quam immerito ægritudo hæc mihi oritur abs te, Sostrata]* Ἡδ-
κῶς post acrem invectionem, se ipsum miseratur, ut invidiam duræ iudicam-

tionis in ipsam convertat. Sic in Andria, 'Age nunc: jam ego pol' hodie, si vivo, tibi Ostendam, herum quid sit periculi fallere.' Et continuo, 'Chreme, Pietatem gusti! nonne te miseret mei, Tantum laborem capere ob talem filium?' *Donatus.*

Quam immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te, Sostrata] Postquam de injuria dixit, de persona ejus cujus fama est, id est, *cùm 'Ægritudo hæc oritur.' *Oritur*, et magnitudinem vel significat, et repentinum impetum. at supra, 'Tu sola exorere.' *Idem.*

27 Rus habitatum abis] Quia dixit, 'Senex rus sese addidit.' *Idem.*

Concedens vobis] Ne diceretur, quod sit voluptatis causa. *Vobis*, melius pluraliter, quam si diceret cui. *Idem.*

Concedens vobis, et rei serviens] *Concedens vobis*, id est, ut vos in arbo essetis. *Idem.*

Rei serviens] Res servit divitiis, quia abundant: rei serviunt pauperes, quia se coartant ad angustias rei. Ita ergo res pro qualitate sua et servit, et ei rei servitur. Horatius, 'Imperat aut servit collecta pecunia cuique.' *Idem.*

Rei serviens] Rei faciendæ et augendæ dans operam. *Mer. Casaubonus.*

28 Vestros sumptus, otiumque] Sumptus vestros, idem quod alibi, 'Otium, vitam urbanam.' Vel quod nihil acquiritis, ut in Adelpis, 'Hanc ego clementem vitam urbanam, atque otium sequuntur sum.' *Donatus.*

Otiumque] Hoc est, amorem: quasi nihil agentibus. *Idem.*

Ut nostra res posset pati] Mediocris scilicet: ut comici patresfamilias. *Idem.*

Otium] Vitam otiosam. *Mer. Casaubonus.*

Nostra res] Nostræ facultates. *Id.*

29 Præter æquum, atque ætatem meam] *Præter æquum*, quia vos estis domini: vel quia vos fruimini, quum

ego doluerim. *Donatus.*

Præter æquum atque ætatem meam] *Meant.* act. 1. sc. 1. 'Quod mihi videre præter mentem tuam Facere, et præterquam res te adhortatur tua.' *Mer. Casaubonus.*

Ætatem] Quia senex. *Virgil.* 'Vires ultra, sortemque senectæ.' *Donatus.*

30 Non te pro his curasse rebus] Mirus sensus: Pro his, inquit, tot rebus unam et facilem redderes: curares, ne quid ægre esset mihi. Et te sic pronuntiandum, quasi dicat, Etsi alii non curarent, curare debuisti. *Idem.*

31 Non mea opera, neque pol culpa] Vellet dicere, Nurus culpa evenit: sed melius dixit, non mea: ne accusando confirmaret quod dixit senex, 'Omnes socrus oderunt nurus.' *Idem.*

Neque pol culpa evenit] Bene additum, 'Neque pol culpa.' Potuit enim fieri ut non fecerit ipsa injuriam; sed tamen permiserit fieri, mire tamen nec ipsa accusat nurum. *Idem.*

Non mea opera, neque pol culpa] Videtur unum dixisse opera et culpa: et tamen non est idem. *Opera* enim est, si scientes læserimus: *culpa*, si nescientes, quorum alterum sceleris, alterum stultitiæ est. *Idem.*

32 Sola hic fuisti] Ratio. et deest enim: ut sit, Sola enim hic fuisti, quod ad filium et maritum pertinet: nam non sola, cum qua nurus. *Idem.*

Sola hic fuisti] *Sola*, quantum pertinet ad regendam domum: cæterum et filius, et nurus erant: sed *sola*, id est, sine me. *Idem.*

In te omnia hæret culpa] Etsi in nura culpa aliqua, in te omnis est tamen, Sostrata. *Idem.*

Sola, Sostrata] Optime geminavit sola, more irascentium: nondum nomen posuit, et *Sostrata* additum ad amaritudinem inclamantis. *Idem.*

33 Quum ego vos solvi curis cæteris] Vos, pro te: ut, 'Desiste manum committere Teucris.' *Idem.*

Quum ego vos solvi] Nova figura,

solvi vos. *Idem.*

34 *Cum puella animum suscepisse inimicitias*] Hoc dicit, tanquam concessit etiam nunc iniquam esse. *Id.*

Cum puella] *Puellam* blande dixit: ita hanc cum amaritudine, *enim. Id.*

35 *Illius dices culpa factum*] Prævenit defensionem: et eam sic pronuntiavit ut crimen. *Idem.*

Haud equidem dico, mi Laches] *Mi Laches* modo dixit, quasi gravissimum accusatorem arguens, et quasi defatigata et delassata ejus inclamationibus. Non ergo blandientis est modo mi: sed invidiose rogantis. *Idem.*

36 *Gaudeo (ita me DI ament) gnati causa*] Quod similis filius non sit, an quod talem uxorem habeat, quam nec inimica accusare possit? Et *gnati causa*, dixit, quia talem uxorem habens, sua causa quid gaudeat, non habet. *Idem.*

Nam de te quidem satis scio] Id est, nihil detrimenti fit, si tu pecces. Id est, nunquam, inquit, peccando pejor fieri potes: sed es eadem quæ semper es. Sensus est: Jam talis es, ut pejor fieri non possis. Sic Cicero, 'Est idem Verres, qui fuit semper.' *Idem.*

37 *Peccando detrimenti*] *Servas*, inquit, numerum peccatorum, nec fit ullum copię detrimentum. sed quum plurimum delinquas, tantumdem semper admittitur. *Idem.*

Peccando detrimenti] Hic sensus obscurus est: attamen hic, dum quantumcunque inquit sceleris admiseris, id est, quantumcunque peccaveris, nihil de tua exultatione minuitur, nihil de pudore derogatur: eadem es quæ fuisti, quia pejor fieri non potes. *Idem.*

Peccando detrimenti nil fieri potest] Quidam hanc putant *aliquid*: quasi dicat, Certus sum, quod ex nullo peccato tuo damnum pati possumus: sed male. *Idem.*

Peccando detrimenti nil fieri potest] Cic. 'Scurra, exhausto rubore, quæ putaret nihil habere, quod de exis-

timatione perderet, ut omnia sine famæ detrimento facere posset.' *Mer. Casaubonus.*

38 *Qui scis, an ea causa, mi vir*] Defensio a derivatione causæ, in qua ostenditur non hanc esse, quam objicit causam senex, cur abierit nurus ad matrem suam. *Donatus.*

39 *Ut cum matre*] Deest *sua. Idem. Ut cum matre una plus esset*] *Idem.* *Idem.*, dixit: id est, diu, ac majorem partem. *Idem.*

40 *Quod heri nemo voluit*] Bene infirmavit defensionem senex, dicendo, Si propter matrem abiit, cur tu exclusa es, quum venires? *Idem.*

Videntem te ad eam intromittere] Nos ex libro Bombino ita legitimus, *visentem ad eam te intro admittere*. *Færnus.*

41 *Enim lassam oppido*] Infirmitas defenditur socrus, ut error senis usque ad *καταστροφήν* perseveret. *Donatus.*

Enim lassam oppido] Pro, *oppido enim* dixit. Supervacua ponitur interdum hæc conjunctio, aut pro altera conjunctione. *Idem.*

Lassam] *Ægrotam*. unde mox, 'Tu es esse illi mores morbum magis,' &c. et sc. 2. 'Quia ægra est,' &c. nec mirum, cum Græci τὸ *ἀδυνάτω*, (unde *κακὰνδρες*,) et Heb. τὸ *רַבָּה*, etiam de mortuis usurpent. τὸ *ἐν*im autem, pro *nam*, vel *siquidem*, sæpius apud veteres. *Mer. Casaubonus.*

Oppido] Valde. translatio a rusticis, qui interrogati, quemadmodum fruges provenissent, respondebant, *oppido*, id est, quæ sibi et oppido sufficere potuissent. *Donatus.*

Eo] Propterea, ideo. *Idem.*

42 *Tuos esse illi mores*] Acerbissime institit senex et accusationi uxoris, et defensionem nurus: siquidem hoc sensu dicat, nunc nec mendacii culpam incurrere, quæ vere ægrotet ex moribus malæ socrus. *Idem.*

43 *Nam vestrarum nulla est*] Pro *vestrum*. hoc enim venit ab eo quod est *vestra*. *Idem.*

Delph. et Var. Clas.

Terent.

5 E

Quin gnatum velis] *Quin*, quæ non. *Idem*.

44 *Et quæ vobis placita conditio est*, datur] Imago hic quædam argumentationis, quæ dicitur ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου: quod Latine dicitur, 'Ab initio ad finem.' et ut generaliter cœpit invectionem, ita generaliter concludit in socrus: et est sensus, Eo improbius facitis, quod illas, quas elegeritis, odistis. *Idem*.

Conditio] Vide Phor. act. iv. sc. 1. *M. Casaubonus*.

45 *Ubi duxere impulsu vestro*] Bene verba eadem stomachosæ, et significanter repetivit, ut improbitas ex proximo appareat impulsu. *Donatus*.

Ubi duxere impulsu] Videtur, ut supra diximus, hæc tota scena ad hoc interposita, ut fabulæ nomen hinc intelligeremus inventum. Et impudentiam socrum, impulsus repetitio demonstravit. *Idem*.

Impulsu vestro] Sic in Heautontim. 'Scortari crebro nolant, nolunt crebro convivari.' *Idem*.

SCENA II. Iambici sunt tetrametri catalecticici. *Bæclerus*.

Etsi scio ego, Philumena, meum jus esse] *In hac scena moralis allocutio Phidippi est ad filiam, mississimi patris colorem ostendens*. *Donatus*.

1 *Etsi scio*] Apparet et hic multa prius patri suo Philamenam locutam fuisse. Ergo hæc responsio est, non principium. *Idem*.

Scio meum jus esse ut te cogam] Hoc idem in Adelphis, 'Non necesse habeo omnia pro meo jure agere.' *Idem*.

Ut te cogam] Etiam invitam scilicet. *Idem*.

2 *Patri animo victus*] Bene *victus*: quia non ratione facio. *Victus* est underwinque, qui recedit a jure. *Idem*.

Ego tamen patri animo victus] *Non necesse habeo omnia pro meo jure agere*. *Mer. Casaubonus*.

3 *Ut tibi concedam*] Faciam ut tibi concedam: nec multo aliter in vulgari Idiotismo, *I do love: I do eat*.

q. d. 'Facio ut edam: Facio ut amem:' i. e. edo, amo. *Idem*.

Neque tua libidini] *Libido* est quælibet voluntas temere suscepta. Et bene *libidini*: est enim non æquum, domo mariti abesse nuptam. Etsi enim pro voluntate posuit *libidinem*: tamen subaccusavit hoc nomine. *Donatus*.

Libidini] Voluntati, simpliciter. vel, temerariæ, iniquæ voluntati. *Mer. Casaubonus*.

4 *Optume*] *Opportune*. *Donatus*.

Ex hoc jam scribo] Legitur et hinc, locale adverbium. et quasi comminatur uxori, modo se inventurum, ipsam peccasse non nurum. *Idem*.

Quid siet] Utrum quid sit rei? an quid siet nurus? utrum innocens, an iniqua? Et videtur hoc Sostratæ dicere: nam vicini sunt inter se proximi Laches et Phidippus. *Idem*.

Ex hoc jam scribo quid siet] *Donatus*: 'Utrum quid,' &c. Male dubitavit. non potest *ὀφραῖς* nisi ad rem referri, si quis bene scribendi consuetudinem novit. *Bæclerus*.

5 *Phidippe, etsi ego meis*] Expositio Lachetis apud Phidippum, accusationem continens, tanquam causam injuriarum intendat. *Donatus*.

Scio me esse, adprime obsequentem] Principium a persona ejus cum quo agitur, et sua: et an utile sit, nimis obsequi hominem suis. *Idem*.

Adprime] Vehementissime. *Idem*.

Obsequentem] Facilem. *Mer. Casaubonus*.

6 *Sed non adeo ut mea facilitas*] *Facilitas*, indulgentia. *Donatus*.

Sed non adeo, ut mea facilitas] *Deest tamen*. et est ἀνακλονος tertium. *Idem*.

8 *Nunc video*] Jucunde temperat ejus culpam, quem accusat, quum dicat illum coactum a suis facere sibi injurias. *Donatus*.

Eia vero] Modo adverbium corripientis. *Idem*.

Eia vero] Παράλκων. *Idem*.

9 *Adii te heri de filia*] Narratio. et

memoriter Poëta : quia dixit *heri*. ea causa rure huc advenit, patrem continuo Philamenæ convenit. *Idem*.

Itidem incertum amisisti] Pro amisisti. *ovvovwñ*. Et *itidem*, quid est? an id, Incertum amisisti, ut ad te incertus veni? Jungendum ergo *ut veni itidem*. ut sit, Ut veni, amisisti itidem incertum. Incertus inquit veni : incertus a te recessi. *Idem*.

Ut veni, itidem incertum amisisti] Incertus veni : et incertum dimisisti. *M. Casaubonus*.

10 *Haud ita decet*] Non usque adeo decet. et est confirmatio. *Donatus*.

Haud ita decet] Bene additum est *ita*. etsi enim celandæ iræ : non usque adeo tamen, ut discordiam pariant. *Idem*.

12 *Aut ea refellendo, aut purgando*] *Refellit* qui negat : *purgat*, qui fatetur. et sic defendit. Ergo *refellimus* per conjecturam : *purgamus* per ceteros status. *Idem*.

Refellendo] Negando factum. *Mer. Casaubonus*.

Purgando] Faciendi rationes ostendendo. *Idem*.

Vobis corrigemus] Plus dixit vobis, quam tibi. *Donatus*.

13 *Te iudice ipso*] Virgilius : 'Pan Deus Arcadiæ * mecum si iudice certet.' Quid enim est *te ipso*, nisi scilicet reo culpæ, et tibi ipsi ac tuis faventi? vel qui me speres vincere. *Idem*.

Sin ea est causa retinendi apud vos] Reprehensio. *Idem*.

14 *Arbitror, Phidippe*] Bene addidit nomen, excitans audientem. *Idem*.

15 *Satis ut mea domi curetur diligenter*] *Ut*, ne non. et jungendum est, 'Satis diligenter.' non enim 'Metuis satis.' *Idem*.

Ut] Ne non. Supra, 1. 2. *Mer. Casaubonus*.

16 *At, ita me DI ament, haud*] Addidit iurandum : vix enim credibile est tantundem amare socerum, quantum patrem. *Donatus*.

Etsi illi pater es] Salustius in primo libro, 'Et liberis ejus avunculus erat.' *Idem*.

Etsi illi pater es] Compendium attulit Virgilius : 'Heu fuge nate Dea.' Hoc enim sentit, Quanquam natus Dea sis, fuge tamen. *Idem*.

17 *Id adeo gnati causa*] Honestate amoris nurus rationem subjecit piam. Nam non continuo rectum est, nimis amari a socero nulum, nisi propter filium diligatur. Bene ergo *gnati causa*. incredibile est enim, patrem non patris pietate superari. *Idem*.

18 *Quem ego intellexi*] Et causam sui amoris ostendit, et mariti nullam erga conjugem culpam : quippe qui amet. et a Parmenone dictum, 'Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.' *Idem*.

Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnificare] Hic subtiliter oneratur culpa nurus : si quidem indigne injuriam faciat socero et marito. *Idem*.

Magnificare] Magnificare. *Mer. Casaubonus*.

19 *Neque adeo clam me est, quam esse*] Ingeniosissime Poëta jam præparat causam simulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo. *Donatus*.

Quam esse eum graviter laturum credam] Graviter laturus sit : ut *re credam* redundet. *Mer. Casaubonus*.

20 *Studeo hæc prius*] Ideo cupio ut hæc prius domum redeat, &c. *Mer. Casaubonus*.

Hæc prius, quam ille ut redeat] Hic subtiliter etiam terrorem iniecit iracundiæ mariti. *Donatus*.

21 *Laches, et diligentiam vestram*] Principium similiter a persona est factum. *Idem*.

Laches, et diligentiam vestram] Remotivo statu agit Phidippus pro persona sua. nam in filiam removet culpam, cur non redeat : et relativam simul tentat qualitatem. potest enim videri, eam injuria socrus ad hanc

voluntatem esse compulsam. *Idem.*

Laches, et diligentiam vestram] Ab eo cœpit, quo maxime motus est, et quod in primis purgandum sibi fuit: ne suspectam aut voluntatem aut diligentiam habere videatur affinium. Et cum affectu quodam et gemitu dixit Laches, quod ille ait Phidippe, et bene a nomine cœpit, ut consentire illi videatur. *Et diligentiam*, quod ille ait: 'Sin metuis, satis ut meæ domi,' &c. *Et vestram* melius, quam *tuam*: quum ille dixerit de se tantum. *Et benignitatem*, quod ait, 'Haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut tu illam,' &c. *Idem.*

Et diligentiam vestram, et benignitatem] 'Αρόβους ad utrumque. Diliigentiam: quia dixit, 'Si metuis, satis ut meæ domi curetur diligenter.' Benignitatem: quia dixit, 'Haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut tu illam talvam magis velis, quam ego.' *Idem.*

22 *Et quæ dicis, omnia esse, ut dicis]* Quod juravit: et quod dixit gnati causa, et quod addidit, 'Quod illam amet Pamphilus.' *Idem.*

23 *Et te hoc mihi cupio credere]* Melius, quam si et hic juraret. *Idem.*

Et te hoc mihi cupio credere] Bene collegit ex vicissitudine, quod volebat. *Idem.*

24 *Si facere possim]* Hic est remotio, *Si facere possim ullo modo*. et mollius dixit, quam si *Nec facere possum*, dixisset. hoc enim vult intelligi, *Volo, et non possum facere.* *Idem.*

25 *Eho, num quidnam accusat virum]* Gesticulatio quædam, secretiora quærentia. sæpe enim de maritis puellæ parentibus queri solent aliquid ejusmodi, quod solis ipsis committendum est. *Idem.*

Eho, num quidnam accusat virum] *Eho*, interjectio ponentis aurem propiorem. nam illa quærit, quæ solent de maritis puellæ matribus queri. *Idem.*

Nam postquam adtendi] Institi. Et vide, num desit animum: ut ait, ad-

tendi animum. Non enim plentum est, sed nudum. Adverti enim oculos; aut animum subauditur. *Idem.*

26 *Sancte adjura]* Τὸ ad, nunc auctivum est: significat enim *valde.* *Idem.*

27 *Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare]* Bene hic addidit Poëta verba Philomenæ, ad quæ Phidippus respondebat: quum diceret, 'Etsi scio ego, Philumena, meum jus esse,' &c. *Idem.*

Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare] Magnifice contra illud quod Laches dixit, ægre laturum Pamphilum. et ita locutus est, quasi hoc Pamphilo gratius esse debeat. *Idem.*

Perdurare] Proprie et muliebriter dixit. *Idem.*

Se absente perdurare] Absente Pamphilo se perd. *Mer. Casaubonus.*

28 *Aliud fortasse aliis vitii est]* Sic dixit, ne diceret, Sed coge ut redeat. et mollis dixit *aliis*, quam si tibi dixisset. *Donatus.*

Aliud fortasse aliis vitii est] Hor. 'Vitii nemo sine nascitur: optimus ille Qui minimis urgetur.' Vetus Poëta cuius meminit Dem. *Μῆδὲν ἀμαρτῶν ἐστὶ θεῶν, καὶ πᾶντα κατ' ὁμοίαν.* 'Ex *βουτῇ* μολπὰν δ' ὀβρι φρυγῶν ἐκροει.' *Mer. Casaubonus.*

Ego sum animo leni natus] Hoc contra illud quod primum dictum est. Etsi ego meis omnibus scio me esse apprime obsequentem. sed non adeo, ut facilitas mea illorum corrumpat animos. *Donatus.*

Ego sum animo leni] Qualitas venialis. *Idem.*

Animo leni natus] Hoc est plentum. nam *Sum animo leni*, quum dicimus, *ἐλαττωμένως* profertur. *Idem.*

29 *Non possum]* Conclusio. *Idem.*

Non possum advorsari meis] Lenem esse, non est vitium: sed adeo lenem esse, ut corrumpi sinas potius quam adverseris, magnum vitium est. merito igitur hoc addit, quod si non

addidisset, se potius laudasset, quam culpam agnovisset. *Mer. Casaubonus.*

Hem Sostrata] Quæ dixisti, 'Non mea opera neque pol culpa evenit.' *Donatus.*

Hem me miseram] Ad se rediri totiens, quasi delassata, conqueritur. *Idem.*

30 *Certumne est istoc*] Quod Philumena non redeat. *Idem.*

Certumne est istuc? nunc quidem ut videtur] Certumne est istud? sc. quod non reditura sit Philumena ante adventum Pamphili. respondetur: nunc quidem, ut videtur. mitigavit enim Phidippus, quasi spei locum daret, posse aliquid accidere, quo Philumena animum mutaret; sibi que, ut rediret, persuaderi pateretur.

Quod ad accusationis et defensionis, inter hos senes, momenta et argumenta pertinet, bene explanavit *Donatus. Bæclerus.*

Certumne est istud] Itane stat sententia? *Mer. Casaubonus.*

Num quid vis] Discedentis verbum. *Donatus.*

31 *Transire*] Cito ire. *Idem.*

Quod] Propter quod; ut sæpe. *Mer. Casaubonus.*

SCENA III. Trochaici septenarii sunt.

Morata est apologia matronæ, opposita importunæ accusationi Lachetis in scena prima hujus actus. *Bæclerus.*

Ædepol ne nos mulieres sumus inique æque omnes] In hac scena est allocutio qua inducitur secum loquens anus: per quam orationem mores ejus, et animus mitis intelligi possit. *Donatus.*

1 *Ædepol ne nos mulieres*] Laches generaliter inculpavit socrus; hæc plurimas defendit. Causa accusationis iniquæ, Non enim omnes sumus malæ. *Idem.*

Inique æque] Comicum παρῳοιον. Et vide sententiam, defensionem accusatarum socrum continentem: contra illud quod ait, 'Itaque uno animo omnes socrus oderunt nurns.' Officium enim boni Poëtæ est, nullum genus hominum specialiter lædere. Sic Virgilius: 'Quod sæpe malæ legere novercæ.' Id est, non omnes novercæ, sed tantum malæ. *Idem.*

3 *Nam ita me DIament*] Bene jurat. nam sine jurejurando incredibile est, sit bona socrus. *Idem.*

Quod me accusat] Deest in eo. ut sit, In eo quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam. An quod, propter quod. *Idem.*

4 *Ita animum induxerunt*] *Inducere animum* est ita tenere, ut non amittant: id est, persuadere animo suo. *Idem.*

5 *Socrus omnes esse iniquas*] Intelligitur, quibus iniquas, id est nurbus: quia socrus nomen est ad aliquid dictum. *Idem.*

Haud pol me quidem] Esse iniquam subaudiendum est a superiore, ut sit pol, pro pleno jurejurando. *Idem.*

Haud pol me quidem] Subaudiendum scio esse, aut novi esse, aut tale quid, secundum ἔλληνιν, quæ familiaris est his, qui secum loquuntur. *Idem.*

6 *Nec, qui hoc mihi eveniat*] Qui, unde. *Idem.*

7 *Multis modis*] Vehementer. *Id.*

Jam exspecto, ut redeat domum] Quia nihil mirum in matre est, expectare ut filius redeat: idcirco additum multis modis. *Idem.*

Nisi pol filium multis modis jam exspecto ut redeat domum] Ex ratione versus, qui est trochaicus catalecticus, legendum multimodis; quam dictionem et in Andria reposuimus, ex libro Bembino, ubi in vulgata lectione pariter erat, multis modis. *Færnus.*

ACTUS III.

SCENA I. Satura est hæc scena: nec eodem modo ordinant metrum. vide Antesignanum, Glareanum, et alios. Guyetus omnes Iambicos facit, octonarios catalecticos et acatalecticos ac Senarios. Alii Trochaicos etiam agnoscunt. Nimum autem sibi permiserunt iterum, qui voces ubique pro lubitu transponunt. *Bæclerus.*

Nemini ego plura acerba] Hic allocutio est per conquestionem. Et bene non ac amatoribus modo, sed infelicibus amatoribus comparavit: et principium est a summa totius mali. Donatus.

1 *Nemini ego plura acerba]* Ab eo loco conquestionis, in quo dicitur, quod nulli fere talia adversa contigerint. *Idem.*

Nemini ego plura acerba] Nimis cothurnati et tragici in hac scena dolores essent, non comici, nisi adderet, ex amore. *Idem.*

Nemini ego plura acerba esse credo] Acerba dupliciter eveniunt Pamphilo. ex præterito, de meretrice, ex præsenti, de uxore. *Idem.*

Nemini ego plura ac. &c.] Donatus: 'Nimis cothurnati,' &c. Vide an accurate dictum sit. *Bæclerus.*

2 *Hæu me infelicem]* Ab ipsa simplici exclamatione. *Donatus.*

Hæu me infelicem] Lachrymans hoc dicit. *Idem.*

Hancine ego vitam] Ab eo quod ab adversis ad adversa delatus sit. *Id.*

Parsi perdere] Parco, conservo, parsi facit: parco, veniam do, peperci. Modo ergo continui, abstinui significat. *Idem.*

3 *Cupidus redeundi domum]* Ab eo quod contra spem contigit malum. *Idem.*

4 *Ubivis gentium agere ætatem]* A malorum suorum comparatione. *Id.*

Ubivis gentium agere ætatem] Magna

detestatio præsentis loci, eligere quasvis terras, vel quamvis gentem potius, quam eam in qua est. Virgilius: 'Tollite me, Teucri, quascunque abducite terras.' Et *Gentium* hic abundat. Et bene, 'Ubivis gentium agere ætatem:' quia supra dixerat, 'Hancine ego vitam parsi perdere?' Nimis enim tragicum fieret, 'Satins erat in mari perire.' *Idem.*

5 *Atque hæc ita esse miserum me resciscere]* Quod ait, lachrymantis est. *Resciscere*, est vix reperire, quod de industria fuerat colatum. *Idem.*

6 *Nam nos omnes, quibus est alicunde]* Aut deest apud, ut sit, Apud nos omnes. Aut nos omnes, pro nobis omnibus. *Idem.*

Nam nos omnes] Ratio superioris sensus. et deest apud, aut penes, aut quid tale. *Idem.*

Nam nos omnes, quibus est] Constat hanc σύλληψιν esse. retulit enim *lucro est*, non ad nos omnes, sed ad quibus est alicunde: ut sit ordo, Nam quibus est alicunde aliquis objectus labos, *lucro est tempus*. hoc est, nos omnes. *Idem.*

Nam omnes, quibus est] Hac figura usus est etiam Tullius pro Murena, 'Prætor quoque ne se pulchrum ac beatum putaret, ei quoque carmen compositum est.' Nam ille dativum casum subiecit, cum præposuisset nominativum. Et totum Apollodori est, qui sic ait * ΟΙΓΑΡΑΚΙΟΤΝΙΕC ΤΟΝ ΧΡΩ CNOT ΔΙΕΝΤΙΚΗΚΟΤΗC. *Idem.*

Quibus est alicunde] Hoc genus locutionis absolutum dicitur. Tale est apud Virgilium: 'Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, Ingentes Rutulæ spectabis cædis cervos.' *Id.*

Nam nos omnes, &c.] Donatus non inerridite ita ordinat et explicat: 'Nam quibus,' &c. Subjicit: 'Hoc genus,' &c. *Bæclerus.*

Labos] Dolor, ærumma: ut Græcis, *πένος*, pro dolore, vulgo. qui tamen eo nomine reprehendantur a Cicerone Tusc. Quæst. II. nbi discrimen ostenditur. *Mer. Casaubonus.*

7 *Resciturum est*] *Ἰσχυρά ἔσται* NON. * *Donatus.*

Prius quam id resciturum est, lucro est] Quamdiu ignoramus mala nostra, non dolemus, et ista temporis intermedii mora quoddam quasi lucrum est. *M. Casaubonus.*

8 *At sic*] Sed sic. *Donatus.*

At sic, citius qui te expeditis ærumnis reperias] At hoc modo, quod venisti, et discordias esse celerius reperire poteris; et quo modo his ærumnis te absolvas. Et bene *expeditis ærumnis*, aut enim solvant nos curæ abeuntes, aut impediunt et ligant advenientes. Ut, 'Solvite corde metum, Teucri, secludite curas.' *Idem.*

At sic, citius qui] Sententia contraria. nam supra sic collegit, Si ignorare mala sua unicuique bonum est: sequitur ut malum sit, ea cito cognovisse. Hic per contrarium: Si in adversis suis succurrere unicuique quamprimum bonum est: sequitur, ut cito ea cognovisse, sit quam optimum. *Idem.*

10 *Sed nunc adventum tuum ambas*] Ne accusare alteram altera audeat. *Idem.*

11 *Rem cognosces*] Melius est rem, quam litem. *Idem.*

Rem cognosces] Iræ expedites: rursum in gratiam restitues. *Τὴν ῥῆσιν* sententia. Et bono ordine usus est. Prius enim fit querela, deinde ponitur iracundia, postremo redditur in consilium. *Idem.*

12 *Levia sunt hæc quæ tu pergravia esse*] Genus consolationis, non a substantia sed a quantitate. non dicit non esse causam sollicitudinis, sed levem dicit. *Idem.*

Quæ tu pergravia esse] Bene additum contra *levia*, non gravia, sed *pergravia*. *Idem.*

Levia sunt] A quantitate. *Idem.*

In animum induxisti tuum] Id est persuasisti tibi. *Idem.*

13 *Quid consolare me? an quisquam usquam*] Ut solet in vero angore, ipsa consolatione ægrescit dolor. Et ingeniose, non inquit *dicis*, sed *consolaris me*: et hoc ipso ostendis scire te, quod miser sum. *Idem.*

14 *Prius quam hanc uxorem duxi*] Hoc refert ad illud caput in quo ait, 'Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini unquam oblata.' *Idem.*

Prius quam hanc uxorem duxi] Ante rem. *Idem.*

Habebam alibi animum amoris deditum] An miser sit in amore dæ' ἀρχῆς ἀχρητέλους, Ante rem, in re, et post rem. *Idem.*

Habebam alibi] Gravius dixit *alibi*, quam si in meretricis diceret; et maluit *alibi* dicere, quam *ad meretricem*. *Idem.*

16 *Quam mihi obtrudit*] Recte enim dici potuit, Quomodo ergo uxorem duxit, si amabat? Et bene, *obtrudit*, quia invito. Sic alibi, 'Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.' Et *obtrudit*, pro obtrudebat, ἐνέπυσσεν temporis. *Idem.*

17 *Vix me illinc abstraxi*] *Vix*, vel *μόλις*, vel *statim* significat. *Idem.*

Vix me illinc abstraxi] In lib. Bembæ est *illi*. Sin minus, erit Creticens in quarta sede. Ceterum æque dicere possis, 'abstraxi me illi,' atque, 'eripi me illi,' quod vulgatissimum est. *Faber.*

Atque expediti animum meum] Curæ, ut diximus, aut ligant, aut solvunt. Virgilius, 'Quæ mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.' Amatoris enim curæ vincula dicantur. *Idem.*

18 *Vixque huc*] Maluit *huc*, quam *ad uxorem* dicere. *Idem.*

Huc contuleram] Supra, act. I. sc. 2. 'Paulatim elapsus' est Bacchidi,

atque huic transtulit Amorem.' *Mer. Casaubonus.*

Hem nova res orta est, porro] Porro, deinde: et vim habet deinde modo implicationem continuarum miseriorum referentis. *Donatus.*

20 *Quod cum ita esse invenero, quid restat nisi porro ut fiam miser]* Ordinem servavit allocationis, in quo a præteritis, a presentibus, a futuris inducitur personæ loquentis oratio. *Idem.*

Quod cum ita esse invenero] Jam ante dixi, operarum incuria hic non comparere vocem esse. quæ nunc restituitur. *Bæclerus.*

Nisi porro ut fiam] Porro, postea, vel in postremum. Alii conjunctionem putant. *Donatus.*

21 *Matris ferre injurias me, pietas jubet]* Pia sententia, quæ pluribus a divino Platone tractatur in iv. de Legib. ubi de liberorum erga parentes officio multa: et inter alia ista eximia, et sacris Oraculis valde consona: Παρά δὲ πάντα τὸν βίον ἔχειν τε καὶ ἀσχημέναι χρή πρὸς αὐτοὺς γαστέρας εὐφροσύνην διαφερόντως, διότι κοῦφον καὶ σπηνῶν λόγων βαρυνέσθαι ζημία. πῶσι γὰρ ἐπισκοπὸς τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη δικῆς νέμεσις ἄγγελος. θυμούμενοις τε οὐδὲν ὑπελείπειν δεῖ καὶ ἀποσιμπᾶσι τὸν θυμὸν, ἢ δὲ τ' ἐν λόγοις, ἢ δὲ τ' ἐν ἔργοις δρᾶσι τὸ τοιοῦτον, συγγινώσκοντα ὡς εὐκρίτως μάλιστα παρὴρ υἱεὶ δοξάζειν ἀδικεῖσθαι, θυμοῖτ' ἐν διαφερόντως. *Mer. Casaubonus.*

21 *Pietas jubet]* Apte, quia ferre dixit, addit jubet. *Donatus.*

22 *Tuen uxori obnoxius sum]* Matris cum dixisset, non intulit uxoris, sed mutavit casus. *Idem.*

Ita olim suo me ingenio pertulit] Olim, ad diuturnitatem retulit, non ad spatium præteriti temporis. *Idem.*

23 *Tot meas injurias]* Hæ sunt injuriæ quas supra dixit, 'Nocte illa prima virginem non attigit: quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.' Et deinde, 'Quid interea? ibatne ad

Bæclidem? Quotidie.' *Idem.*

Tot meas injurias] Aliam vim habet quod dixit, me pertulit: aliam quod adjecit, injurias meas: aliam, quod retinuit. *Idem.*

Quæ nunquam ullo patefecit loco] Non dixit quas, sed quæ, ut ad omnia, non ad injurias, referatur extrema conclusio. *Idem.*

24 *Sed magnum nescio quid necesse est]* Bene de ambabus sentiens, putat magnam causam esse quæ iram fecerit, et iram diuturnam. *Idem.*

25 *Quæ tam permansit diu]* Et a re, et a tempore. *Idem.*

26 *Haud quidem hercle parum est]* Servilis ratio et sordida: et non his respondens omnibus quæ dixit Pamphilus, sed tantum novissimæ parti. *Idem.*

Parum] Subaudiendum necesse est evenisse, vel evenit. nam consequens sententia tollit, quod ille dixit, Necesse est. *Idem.*

Haud quidem hercle parum est] *Donatus:* 'Servilis ratio,' &c. Quid habuit causæ, cur hoc diceret? τὸ *haud* aliqui in hoc, aliqui in at commutarunt. vide Guyeti notas. *Bæclerus.*

Si vis vero veram rationem exequi] Vero, vel nomen est, vel conjunctio, vel adverbium. *Donatus.*

27 *Non maximas, quæ maxime sunt interdum iræ, injurias faciunt]* Injuriæ faciunt iras, non iræ injurias. sed hic faciunt *ὁππότε* dixit, secundum superiorem rationem increpans errorem Pamphili, qui de iræ magnitudine æstimet injuriæ quantitatem. Alii faciunt, probant, ostendunt, intelligunt. Cante dixit interdum: plerumque enim sic. *Idem.*

Non maximas, quæ maxime sunt] Sensus est, In quo primum, Non iræ injurias faciunt; accipiendum est, secundum, Non maximas maxime. *Faciunt*, pro ostendunt. *Idem.*

Non maximas, quæ maxime sunt interdum iræ, injurias faciunt] Ex his,

quæ Donatus annotat, melius videtur: 'Faciunt pro ostendunt.' Guyetus animose corrigit. *Baslerus*.

28 *Faciunt*] Arguunt, ostendunt: *faciunt*, pro factas arguunt, ut apud Virgil. *circumdare, et erigere*, pro, *circumdatas et erectas* (interprete Servio) canere: apud Ciceronem emere pro, emptum scribere. Philosophos *γενῆν καὶ φθάρειν τὸν κόσμον*, pro, genitum et corruptibilem asserere; et id genus alia non pauca, doctis observata. *Mer. Casaubonus*.

29 *Cum de eadem causa*] Rectum erat si diceret, *cum in hisdem rebus*, adjiciendo *causa* obscuravit elocutionem suam, sed convenit servo hæc humilitas orationis, nam plenum erat si diceret: Nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est, cum de eisdem rebus est iracundus factus inimicissimus. *Est* autem pro, evenit, dixit, et est ordo: Sæpe est, cum quibus in rebus alius ne iratus quidem est, de eadem causa iracundus factus est inimicissimus. *Donatus*.

Iracundus factus inimicissimus] *Iratus* quidem est, qui ex aliqua re laceratus irascitur: *Iracundus*, qui ex parva nullave causa præcedente irascitur. *Idem*.

30 *Pueri inter sese*] Argumentum a simili. *Idem*.

Quam pro levibus noxiis] Interrogative. *Noxiis*, injuriis, enipis. *Idem*.

31 *Quapropter*] *Διαλεκτικῶς* interrogat. *Idem*.

Quia enim qui eos gubernat animus] *Ἀντιλογικῶς ἀποκρίσας*. *Idem*.

Qui eos gubernat animus] Inde Græcis, τὸ ἡγεμονεύειν: et Sall. 'Dux et imperator vitæ.' *Mer. Casaubonus*.

Infirmum gerunt] *Ἐσχηματισμένως*, ἀπὸ τοῦ, *infirmus* est. Sed ἀνακλονθία ista convenit servo. *Donatus*.

Infirmum gerunt] Ita, ex impotentia (i. e. imbecillitate) animi: unde impotentia, apud Latinos, pro ira, aliove quovis affectu majore: et impotentes, qui affectibus cedunt et indulgent. *Mer. Casaubonus*.

32 *Idem illa mulieres sunt ferme ut pueri*] Artificiose mulieres a persona: a similitudine, *pueri*: a facto, *irus gerunt*: ab accidentibus similitudinibus, *animus infirmus*: a collatione personæ mulieris accidentium, *levi sententia*: a facto, 'Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram in hanc conciverit.' qua sententia totum hic sublatum est, quod ait: 'Sed magnam nescio quid necesse est evenisse, Parmeno, unde ira inter eas intercessit.' *Donatus*.

Idem illa mulieres] *Sexus* alius ad ingenium, et sensus, idem est. Et mire similitudinem contulit ad id quod agitur. *Idem*.

Sententia] *Γνώμη*, animo. *Mer. Casaubonus*.

33 *Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit*] Sic Plautus, 'Fortasse te amare suspicabere?' Nam veteres infinitivo modo adjungebant *fortasse*. *Donatus*.

Conciverit] *Commoverit*. *Idem*.

Iram hanc conciverit] *Legitur et concivisse*, et rem concivisse, est rem novam fecisse. *Idem*.

Conciverit] *Decreverit, fecerit*. *Id.*

34 *Me venisse nuntia*] Ex consuetudine Rom. de qua Nann. Miscell. l. II. ex Plutarcho. *Mer. Casaubonus*.

35 *Trepidari sentio, cursari rursum prorsum*] *Trepidatio*, ad vocem refertur loquentium: *cursatio*, ad sonum pedum. Et trepidatur primo ab his, qui morbum putant: cursatur ab his, qui partum sciunt. *Donatus*.

Cursari rursum prorsum] *Rursum* proprie retro: *prorsum*, ante significat, et est proverbiale, ut dicimus, 'Sursum deorsum,' 'intro foras,' 'hæc illac,' et similia: Græci *ἔνα κατὰ*. *Idem*.

Rursum prorsum] Retro et ante, ultro citroque, quod vulgo, *to and fro*. *Mer. Casaubonus*.

Tute loqueris, me vetas] Mire expressus est mos auscultantium. *Donatus*.

38 *Tace obsecro, mea gnata*] Non solum hic Juno Lucina non inducitur,

sed etiam silentiam parturienti insuper imponitur: quia furtiva conceptio est. et tamen ejusmodi verba sunt matris, ut dontaxat argumentum scientibus manifesta sint. Pamphilo vero et Parmenoni, tanquam ægram continentis filiam videantur. *Idem.*

Tace, obsecro, meagnata] Conceptum furtivum furtim convenit nasci. *Id.*

Tace obsecro] Hic Argenteratensis codex orditur novam scenam. In metrorum uno ad marginem annotatur, in aliis hic novam scenam incipi, 'Eo quod hic Myrrha introducitur.' hic erroris per imperitiam fons est. *Bæclerus.*

Matris vox visa est] Omnia hæc quæ sensu percipi possunt, *visa* dicimus. Virgilius, 'Visæque canes ululare per umbram.' *Donatus.*

Matris vox visa est] Eun. act. III. sc. 2. 'Audire vocem visa sum modo militis.' *Mer. Casaubonus.*

39 *Nullus sum*] Rursus se infelicem et miserum appellavit hic. *Donatus.*

Nullus sum] Αὐτῆρυκός. *Idem.*

Quia peri] Satis amatorie. *Idem.*

40 *Me celant*] Aliæ 'ed. me celas.' *Mer. Casaubonus.*

Uxorem Philumenam pavitare] *Pavitare, τῇ ἐκουθενισμῷ. Donatus.*

41 *Pavitare nescio quid*] *Pavere* et *timere*, et ad corporis, et ad animi perturbationem veteres referebant. Plautus in Bacchidibus: 'Nam ut in mari vecta es, credo timida es.' Ergo, *pavitare*, ægrotare: quia sic horruisse *visa* ac *palpitare* venis, &c. *Idem.*

Pavitare] Horrere, ægrotare. fortasse audierat ancillas mussitantes, Philumenam *pavitare parere*: id est, ad partum propere; quod ille per errorem *pavitare* retulit. *Mer. Casaubonus.*

42 *Quia non poteram una omnia*] *Deest, dicere.* *Donatus.*

Quia non poteram una omnia] Cum stomacho pronuntiavit: et *deest, dicere.* *Idem.*

43 *Nemone modicum adduxit*] *Scilicet ex quo scire posses.* *Idem.*

Nescio] Parturbatus Parmeno idem repetit verbum. et verbum aptum est personæ servili. *Idem.*

44 *Cesso hinc ire intro*] In vultu proloquium. Sic autem dixit Poëta, ut gravem morbum in uxore suspectans maritus, protinus ingrediat, et partum improvisus offendat. *Idem.*

45 *Quonam modo, Philumena*] *Amatoria ἀπορροφή.* Sic in Phormione, 'Quod si eo meæ fortunæ redeant, Phanium, abs te ut distrahatur, nulla est mihi vita expetenda.' *Idem.*

Offendam affectam] *Lassam* possumusamque morbo, ab eo quod est *affici*: unde affectus dicuntur, propter quos afficimur. *Idem.*

46 *Nam si periculum ullum in te inest*] Multum dixit, Si in te periculum inest, me periisse non dubito. Tantus autem affectus non est mariti tantum, sed amatoris quoque. *Idem.*

Nam si periculum ullum] Non permisit amor dicere Perituram: sed si *periculum.* *Idem.*

47 *Non usus facto est mihi*] Vide artificem Terentium, quemadmodum alias per Pamphilum, alias per ipsum Parmenonem invenit, quemadmodum nesciatur a ceteris virginem ante nuptias ab ipso Pamphilo vitiatam esse. *Idem.*

Non usus facto] Non utile. *Facto* abundat. *Idem.*

Non usus facto] Opus facto. id est, non expedit: non est ex re mea. *Mer. Casaubonus.*

48 *Nam invisos omnes nos esse illis sentio*] Acute ejusmodi causam repetit, quæ vel hominem curiosum contineret: quæque non Parmenonem modo, sed mox etiam Sostratam arceat ab ingressu. *Donatus.*

49 *Heri nemo voluit Sostratam*] Quasi alius dixerit, 'Unde intelligis.' *Idem.*

Heri nemo voluit Sostratam] Argumentum odii. *Idem.*

51 *Maxime heri causa mei*] Bene maxime: qui et propter ipsam, vel propter invidiam socrus non velit fieri graviorem morbum. *Idem.*

52 *Servum ilico introisse*] Mire, ut criminosius, suspiciosumque sit: non Lachetis aut Pamphili servum, sed Sostratæ: nec Parmenonem saltem. *Idem.*

53 *Comminiscuntur*] Dicent, cum confinxerint. *Idem.*

54 *Capiti atque atati illorum*] Bene *τῷ ἐθνύσῳ* maluit illorum, quam puella, dicere: quod utique intelligitur. *Idem.*

Capiti atque atati illorum morbus qui actus siet] Sensus et ordo est: comminiscuntur, *Sostrata servum introisse et aliquid mali secum tulisse* sive intulisse in domum, *qui*, seu unde, *morbus actus siet capiti atque atati illorum*, i. e. quare morbus Philumenæ major atque capitalior factus sit. *ἀσθενὴς illorum*, cum de Philumena sermo sit, ad totam domum retulit. *capiti* ejus augetur morbus i. e. ipsi, eodem figuræ genere. additur amplius, *atque atati*; non ineleganti incremento. in *caput* et *atatem* hominis dicuntur fieri, quæ ad ipsum potenti quodam effectu spectant, aut vitam petunt. An malis? *tulisse aliquid mali capiti atque atati illorum*, i. e. intulisse aliquid veneficii in caput atque ætatem illorum parati, unde seu *qui morbus actus siet*. Ita non quidem imprecatio fuerit, sed imitatio tamen *ῥαδὲως* imprecantibus usitatæ. eo magis, quod inter veneficii genera, imprecationes quædam et devotiones habebantur. *Bæclerus.*

Capiti, atque atati illorum, morbus] Phorm. act. III. sc. 2. 'Ne quid suo inat capiti.' et ibid. act. v. sc. 7. 'Malum quod est,' &c. *Mer. Casaubonus.*

Qui] *Qui*, unde. *Donatus.*

55 *Hera in crimen*] Sostrata in litem. *Idem.*

Ego vero in magnum malum] In quæstionis tormenta. *Idem.*

SCENA II. Iambici sunt Octonarii catalectici. *Bæclerus.*

1 *Nescio quid jamdudum hic audio tumultuari*] *In hac scena quasi quædam deliberatio est, continens suasionis dissuasionisque partes, quas in subditis considerabimus.* *Donatus.*

Hic] Quia nimis vicini sunt. *Idem.*

2 *Male metuo, ne Philumenæ magis*] Instat Terentius bonam socrum facere, ut bonam meretricem faciat. *Idem.*

Male metuo] *Donatus*: 'Instat Terentius,' &c. Non debuit hæc conjungere. non enim æque mirum est, socrum bonam esse, quam meretricem. *Bæclerus.*

Magis morbus adgravescat] Gravior fiat. Proprie, quia morbi graves sunt dicti. Virgilius, 'Ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis, Deficit.' Sallust. 'Morbi graves ob inediam insolita vescentibus.' *Donatus.*

3 *Quod te Æsculapi, et te Salus*] Deest propter: ut sit: propter quod. *Idem.*

Quod] Deest propter; ut sit propter quod: ait hic Don. sed est solennis implorandi (ut at, imprecandi) particula; ut in Andr. act. I. sc. 5. 'Quod ego per hanc te dextram oro, et genium tuum,' &c. et apud Virgil. 'Quod te per superos et conscia numina veri,' &c. et alibi passim, ubi Donati expositio non habet locum. *Mer. Casaubonus.*

Ne quid sit hujus] Quod male metuo. *Idem.*

4 *Nunc ad eam visam*] Sic Virgil. 'Respice ad hæc.' *Donatus.*

Hem] Interjectio est novas res audientis. *Idem.*

Heus Sostrata] Tollendum est obiter mendum ex *Donato*, annotante: 'Vide, quemadmodum per se ipsum Parmeno,' (scen. præced.) 'per Parmenonem arceatur Sostrata: quæ neque deesse propter officium, neque ingredi propter socrum' (lege omnino servum) 'inducitur.' res clamat. *Bæclerus.*

Iterum istinc excludere] Bene iterum: ut illi pudorem incuteret repetitione injuriæ. et memoriter. jam enim dixit, Nostra illico it visere ad eam. admisit nemo. Et simul vide, quam vehementius ad injuriam sonet *excludi*, quam *non admitti*. Donatus.

5 *Ehem Parmeno*] *Ehem*, interjectio est ejus, quæ commota sit nova re. *Idem*.

6 *Non visam uxorem Pamphili*] Ut dixit supra, 'Servum Sostratæ, non Parmenonem: sic hic, uxorem Pamphili dixit magis, quam Philumenam: ut animum et officium ejusdem socrus, et matris breviter demonstraret. *Idem*.

7 *Non visas*] Unam rem Sostrata consuluit, hic de duabus respondet: namque et illam non vult ingredi, et cavet ne ipse mittatur. et bene, *quemquam*: ne aperte pro se loqui videatur. *Idem*.

8 *Nam qui amat, cui odio ipse est*] Aliam causam subjunxit: quia durum fuerat ipsi Sostratæ dici, quod supra dictum est. *Idem*.

Nam qui amat] Una causa a sententia morali. *Idem*.

Cui odio ipse est] Deest eam, vel eum. *Idem*.

Hic facere stulte duco] Plant. 'Nulum beneficium esse duco id, quod cui facias non placet:' et Hor. 'Invitum qui servat, idem facit occidenti.' Mer. Casaubonus.

9 *Laborem inane ipsus capit, et illi molestiam adfert*] Hoc validissimum ad dissuadendum fuit. Donatus.

Et illi molestiam adfert] Bene hoc adjecit, ne qui amat, hoc dicat, Laborem, dum promereat, quem amo. *Idem*.

10 *Tum autem filius*] Alia causa ab eventu. *Idem*.

Videre, ut venit, quid agat] Quod supra, *visere*. An *visere*, officii est apud ægros: *videre*, cognitionis? et ideo additum, *quid agat*.

Ut venit] Statim ut rediit, aut advenit. Mer. Casaubonus.

11 *An venit Pamphilus*] Bene imitatur affectum. Donatus.

12 *Hem*] Interjectio fœminina ac matronalis. *Idem*.

Ex corde excessit] Geminavit præpositionem. *Idem*.

13 *Hunc nunc intro ire nolo*] Cur, si venit Pamphilus, non sit introeundum, causa narratur. *Idem*.

14 *Nam si remittent quippiam*] Verbum activum quasi neutrum posuit. *Idem*.

Nam si remittent quippiam Philumenæ dolores] Ita Donatus, qui explicat. potius videtur, quam, *Philumenam*, quod tamen in Mss. nostris est. vide Guyet. et Rivium. Bæclerus.

Philumenæ dolores] *Δραματικός* errat; non enim vere dolor morbi est, cum sit partus. Donatus.

15 *Scio. continuo sola soli*] Ut, 'Haud (credo) invisus cœlestibus, anras Vitales carpiat.' Et sic, *sola soli* dicitur, quomodo *præsens præsent*. sic Virgilius, 'Illum absens absentem auditque videtque.' *Idem*.

16 *Unde ortum est*] Pro sit. *Ἀναλόγως* tertium. *Idem*.

Quæ inter vos intervenit] Melius sic, quam si diceret, *quæ illi feceris*. *Idem*.

Unde ortum est initium iræ] A quo initio orta sit ira, quæ inter nos intervenit. Mer. Casaubonus.

17 *Quam tristis est*] *Χαρακτηρισμὸς* locuturi Pamphili. Donatus.

O mi gnate] Ordo est, O mi gnate, gaudeo te salvum venisse. sed intercedit Pamphilus tristis. *Idem*.

Salvan' Philumena est] Cito probat Pamphilo se amare nrrum, cum post salutationem nihil prius, quam de salute uxoris ejus inquirat. *Idem*.

Salvan' Philumena est] Mire obviam sibi exeuntem filium nihil aliud, nisi de Philumena interrogavit: ut ostenderet ejus morbum curæ sibi esse. *Idem*.

19 *Melinscula est*] Verum est, quantum ad morbum pertinet. *Idem*.

Melinscula est] Hoc et ad morbum;

et ad eventum paritudinis verum est. Ita non mentitur Pamphilus matri. *Idem.*

Meliuscula est] *Meliuscule est.* Cic. paulo supra, 'Si remittit quippiam dolores.' *Mer. Casaubonus.*

Utinam istuc ita DI faxint] Dilligentiore officio loquitur, ut rea apud filium socrus. *Donatus.*

20 *Quid tu igitur lachrymas*] Locut ab eo quod agitur: quo significat, Si ita est, quare ergo tu tristis es? *Id.*

Recte, mater] Sic dicimus, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus. Et bene additum *mater*; ut dedita reticentiæ blando nomine molliretur. Alii *recte* sic accipiunt, ut intelligant, *nihil est mali.* *Donatus.*

21 *Quid fuit tumulti*] Antiqui sic declinaverunt, *tumulti, senati*, ut Salustius, 'Decretum senati fit.' *Idem.*

Dic mihi] *Dic*, verbum est instantis audire, et curiosius interrogantis. Virgilius, 'Dic mihi, Damaëta, cum-que pecus.' *Idem.*

Dolor repente invasit] Proprie *invasit*, quia repente. *Idem.*

22 *Ita factum est*] Moris est assentiri ad dicta interrogantium, qui quæ vera sunt celant. *Idem.*

Ita aiunt] Bene aliis adscripsit: si falsum sit, ut ipsis adscribatur mendacium. *Idem.*

Ita aiunt] In hac tota interrogatione et responsione, colorem induxit secretum, ægre objurgantis. *Idem.*

Ita aiunt] Religiose mendacium ad rumorem retulit. *Aiunt* inquit, ne ipse falsum dicere videretur. *Idem.*

23 *I sodes intro*] Metuit, ne ingrediat mater ad socros, et ideo dicit, *I sodes intro.* Et apparet intro dicentem, manu annuere, ut domum redeat: et simul quo magis faciat addit causam. *Idem.*

Consequar jam te, mea mater] Adjecit et tempus, *jam.* *Idem.*

Mea] Necessario additum: *mea mater.* Et *sodes*; quia *intro*, durum est. *Idem.*

Fiat] Abiens dixit hoc mater. *Fiat*: ne omnino jussis alienis parere videatur. quasi imperemus et nos, quæ nos ipsi facturi sumus. *Idem.*

24 *Tu pueris curre, Parmeno, obsequam*] Probabilis causa: qua ablegat etiam Parmenonem, dum jubet eum pueris occurrere. Et simul notandum, quod in hac fabula ridicule vexatur usque ad ultimum servus et ablegatur, cum sit et piger et curiosus. *Id.*

Atque his onera adjuta] In *Ma. Bembi* legitur *eis*, quod melius. *Faber.*

Atque eis onera adjuta] Locutio antiqua figurata. Et est *ὄντα*, pro, ipsos onera portantes, eis onera adjuta. *Donatus.*

25 *Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant*] Jam vide quemadmodum servetur Parmenoni persona loquacis, curiosi, pigri. *Domum*, adverbale est. *Idem.*

Domum qua redeant] Qua si locum significet, videbitur reliquam præceptum servus non audivisse. Sin audivit, *qua, quomodo* intelligemus. id est, quemadmodum onus portent de navi. ut, *quid fieret*, et *qua fieret.* *Id.*

Cassas] De industria omnes ablegavit suos, ut non audirent quæ intra post scenam sunt acta: quæ tamen populo est narraturus. *Idem.*

SCENA III. Trochaici sunt, et in fine Senarii Iambici. *Bacchylus.*

Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum] *In hac scena questio est ad deliberationem descendens, an habeat Pamphilus, an excludat uxorem: in qua tota oratio Pamphili ad argumentum spectans, amatoris magis quam maritalis est; nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, nisi adolescens furtivum conceptum uxoris, et partum, aliquante lenius, quam conjugaliter dolor expetit, toleravisset.* *Donatus.*

1 *Nequeo mearum*] Hæc est Homericæ illa *διὰ πόρος. Τί πῶρος, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὁρᾷον καταλέξω;* *Idem.*

Nequeo mearum rerum initium] Hoc

principium magna *διαστροφῆς* oneratur: ut ostendantur ærumnæ et mæltæ et graves. *Idem.*

Idoneum] Aptum, conveniens. *Id.*

2 Unde] A quo. *Idem.*

3 Partim quæ perspexi his oculis] *Hic*, quasi miseris, vult intelligi, quibus perspexi, vel audiui mala. An sic dictum est, ut apud Virgilium, 'Vocemque his auribus hausi.' *Idem.*

4 Quæ me propter exanimatum] Inter *exanimatum* et *exanimum* hoc interest: *exanimatus*, est contreritus, conturbatus. 'Ut, Sed quidnam Pamphilum exanimatum video?' Et Virgilius, 'Exanimata sequens impingeret agmina muris.' *Exanimus* vero, est occisus. Virgil. 'Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acetes Servabat senior.' *Idem.*

Qua me propter] Qua propter me. *Mer. Casaubonus.*

Exanimatum] Perterritum, consternatum. *Idem.*

6 Nam modo me intro, &c.] Multum, opinor, decederet tractationi hujus affectus, et narrationi, si undecim hiversus ejicerentur, quod doctissimus Onyetus voluit. Vide etiam, an ad illa 'Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus, Qua me propter exanimatum citius eduxi foras;' bene statim consequatur: 'Postquam aspexi, o facinus indignum, inquam, et corripui ilico Me inde lacr.' *Bæclerus.*

Me intro ut corripui] Raptim ingressus sum. *Donatus.*

Timidus] Pro timens, nomen loco participii. *Idem.*

6 Morbo me visurum affectam] Quia et hic morbus est. *Idem.*

Hei mihi] Interjectio dolentis est. Virgilius, 'Eloquar, an sileam?' Et dicitur hæc figura *ἑμφορῆς*. *Idem.*

Hei mihi] Mire interposuit *οὐχ ἁσπόμεν*. *Idem.*

8 Id quod me repente] Deest propter. ut sit, Propter id: ac per hoc, Ideo. *Idem.*

Id quod me repente adspexerant] Causa cur lætæ exclamaverint. *Id* ergo, ob id. *Idem.*

9 Sed continuo vultum earum sensi immutari omnium] Mire Pamphilus etiam ancillarum metu impellitur, ut alienum nasci puerum suspicetur: nec ullo modo in memoriam redeat, hanc se puellam, vel hujusmodi vitiasse. *Idem.*

Vultum earum] Quæ viderint. *Id.*

10 Fors obtulerat] Offerri dicuntur tam bona quam mala, si insperata objiciantur aspectibus. *Idem.*

Obtulerat] Oblatum dicitur in utramque partem, quidquid expectationem prævenit. *Idem.*

12 Ego ejus videndi cupidus] Non erit plena vis repentini doloris, si aliquid præsentientis suspicatur. et ideo addidit, 'Ego ejus videndi cupidus.' *Idem.*

Recta consequor] Absolute, et sine adiectione: non enim addit *via*. *Id.*

13 Extemplo ejus morbum] Morbum mitiore animo, quam vitium dixit, aut probrum. Et recte: quia dixit, 'Allo me suspicans morbo visurum affectam, ac sensi, esse uxorem.' *Donatus.*

14 Spatium] Moram. *Idem.*

16 Ac res monebat] Partus. *Idem.*

16 O facinus indignum] *Facinus indignum*, non ad illam, hoc est, Philumenam, sed ad authorem vitii refertur. *Idem.*

Et corripui ilico] Ardens scilicet dolore. Et est causa cur cito exierit. *Idem.*

17 Lachrumans] Non furens, sed *lachrumans*: non iratus, sed misertus. *Idem.*

Atque atroci] Id est, vehementi. *Idem.*

18 Mater consequitur. jam ut limen exirem] Ostendit affectum misericordiæ suæ, matrem potius dicendo, quam *Myrrhinam*, et addendo *miserram*. *Idem.*

Jam ut limen exirem] Jam in eo

eram, ut limen exirem. *Mer. Casaubonus.*

Ad genua accidis] *Accidere*, est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis: propter, *ad*, quod est iuxta, et *cadere*. Sallustius autem sine præpositione dixit, 'Qua accidam, aut quo.' *Donatus.*

Ad genua accidis] Plin. 'Hominis genibus quædam et religio inest, observatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant; fortassis quia inest illa vitalitas.' *Mer. Casaubonus.*

19 *Lachrumans misera]* Miserabiliter se habens. *Donatus.*

Miseritum est] Ut recte supra dictum sit de illo, 'Pium et pudicum ingenium narras Pamphili.' *Idem.*

Miseritum est] Hoc ipse sibi. *Idem.*

20 *Omniibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus]* Mire dixit *dant sese*. Homerus: Τοῖος γὰρ ρόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, ὅλον ἐν ἡμέρᾳ ἄγχοι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Sed hic *sese* illo et validius dixit, et est hæc καθολικὴ sententia. Apollodorus: ὁβτός ἕκαστος διὰ τὰ πρόγματα σεμνὸς ἦν καὶ ταπεινός. *Idem.*

Omniibus nobis ut res dant sese] Quam ex Apollodoro et Homero *Donatus* affert, Guyeto explicata vide. *Bacchius.*

Omniibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus] Prout se res habent nostræ, vel bene, vel secus, ita animos gerimus vel superbos, vel humiles. In eam autem cogitationem incidit hic, ex Myrrhinæ, nobilis matronæ, miseranda specie, quæ dignitatis suæ oblita, ad pedes ejus se abjecerat. *Mer. Casaubonus.*

22 *O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abieris]* A nomine et blandimento. mire: quia secreta confitetur. Ut Virgil. 'Anna, fatebor enim miseri post fata Sichæi.' A principio idem elaboravit, ut adversus pudorem conscientia et voce et confessione duraret. *Donatus.*

O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abieris] Venialis status, in quo confessio est et precatio. *Idem.*

O mi Pamphile] Exemplum eloquentiæ Terentianæ singulare hæc oratio esse potest. *Bacchius.*

Abs te quamobrem] Morale blandimentum ante confessionem. *Donatus.*

23 *Nam vitium]* Est confessio. *Id.* *Nam vitium est oblatum]* Cœpit a causa. *Idem.*

Oblatum] Ad repentina pertinere superius annotavimus. et *oblatum*, quasi non expectant] et nolenti. *Idem.*

Virgini] Quasi quæ falli posset. *Idem.*

Olim] Recte olim: quia facilis venia circa vetera jam delicta. unde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante menses novem. *Idem.*

Ab nescio quo improbo] Mire contemnit personam, dicendo *nescio quo*, id est, nescio quem dixit. ut ostendat ignobilem, ita abjectum. nam si nomen illi est, habet et dignitatem: ut, 'Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.' Et ne placere videatur is qui fecit, *improbum* dixit. *Idem.*

25 *Sed quum orata ejus]* Bona raptores. *Idem.*

Nequeo quin lacrumam miser] Viletur quasi distillantes fletus detergere. *Idem.*

Nequeo] Deest continere. *Idem.*

26 *Quaque fors fortuna]* Τῶς, id est, subita fortuna. Et *fortuna*, in incerto: *fors fortuna*, in bono ponitur. Virgilius, 'Si qua in te fortuna fuisset.' Et ipse, 'O fors fortuna.' *Idem.*

Quæ quæ] Al. plerique libri *quæque*. *Mer. Casaubonus.*

Fors fortuna] Phor. act. v. sc. 6. *Idem.*

27 *Per eam te obtestamur]* Oratorie inducuntur et pro tacentibus preces. *Donatus.*

Per eam te obtestamur amba] Obtes-

tatio, est precatio cum mentione earum rerum, per quas petimus: ut, 'Per eversæ genitor fumantia Trojæ Excidia obtestor.' *Idem.*

Si jus, si fas est] Utrum hoc invidiose an quasi femina, quæ leges nesciat. *Idem.*

Si jus, si fas est] 'Utrum hoc invidiose; an quasi femina, quæ jus nesciat.' ait hic vetus neacio quis Interpretas. nempe, quis de jure dubitanter loquitur. in quo judicium Grammatici desidero. est enim pulcherrima et usitatissima figura, quam etiam Apostolus adhibet in re omnium gravissima; Philip. iv. 8. *Et tuis dperet, et tuis irascas, &c.* *Mer. Casaubonus.*

28 *Uti adversa ejus*] Mire non crimen: sed adversa. Donatus.

Per te tecta, tacitaque] *Tecta*, si redecis: *tacita*, si repudias sub alia excusatione. An idem significant? an potius, Neque te, neque verbo indices? An *tecta*, ne videantur: *tacita*, ne dicantur? *Idem.*

Tecta, tacitaque] *Tecta* sint, ne hæc alii sciant: *tacita*, ne ipse indicet. *Idem.*

Adversa ejus per te tecta tacitaque ep. omni.] Imminutam pudicitiam, non ad crimen, sed fortunam retulit, humanitate figuræ. Donati *reperit* in distinguendis vocabulis *tecta* et *tacita* involvit rem potius, quam declarat. *Bælerius.*

29 *Si unquam erga te*] Virgilius, 'Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.' Terentius in Andr. 'Si te in germani fratris dilexi loco, sive hæc te solum semper fecit maximi.' *Donatus.*

Si unquam erga te] Ab anteacta vita. *Idem.*

Sensistin] Pro audistin'. Ita Virgil. 'Sensit, et ad sonitum vocis,' &c. Ita ut Itali hodie dicunt, ubi de Missa, &c. *Faber.*

30 *Sine labore*] Ex quo tibi nihil incommodi; ut mox. *Mer. Casaubonus.*

Uti sibi des pro illa] Subauditus gratia. Donatus.

Uti sibi des pro illa] Hanc gratiam (silentii scilicet) rogat te ut sibi des pro illa; gratia scilicet, vel pro amico illo, quo erga te fuit animo. *Mer. Casaubonus.*

31 *Ceterum de reducenda*] Tentat etiam hoc persuadere, sed oratorie et verecunde. Et mire, de reducenda dixit, non de respuenda. Donatus.

9 *Ceterum de reducenda*] Versus est Trochaicus: quamobrem RE longum est, ut sæpe apud Lucretium. *Faber.* *Quod in rem sit tuam*] Nam nisi reducat, reddenda dos erit. *Donat.*

Quod in rem sit tuam] Quod commodam tibi videbitur. Nam nisi reducat, reddenda dos erit. *Mer. Casaubonus.*

22 *Solus conscius*] A possibili. nam hoc nomine ostendit tacere eum posse, quod conscius sit ipse solus. *Donatus.*

Solus conscius] Dextre insinuat, posse eum (si ita velit) uxorem sine mala fama retinere, ut qui solus sciat eam non ex se gravidam esse. Quo pertinet etiam quod de mense septimo mox sequitur, in quem cadebat abortus suspicio. *Mer. Casaubonus.*

33 *Nam aiunt*] Honestius aiunt, pro ait, dixit: nam quis aut scire aut dicere potuit, nisi Phitumena? ergo recte. Aiunt enim potius honestam esse, quam ait. Donatus.

Post duobus concubuisse eam mensibus] *Post duobus*, simpliciter accipiendum. non post duos. est enim ἀρτισποφ, pro duobus post, id est, non statim ut nupta sit, sed postquam nupta est, post duos menses nuptiarum: ut sint reliqui quinque menses. Et hinc apparet, ante duos menses, priusquam cum Pamphilo concumberet, vitiatam, quatuor mensibus cum Pamphilo fuisse: ex quibus duobus posterioribus amatam esse, reliquis tribus peregrinatum fuisse Pamphilum. An post duobus, pro post duos?

ut Plautus, 'Post principio denique,' et, 'Post paulo.' *Idem.*

Neque hic Donatus rem expedit. ejus annotatio etiam corrupta est. *Baerlerus.*

35 *Quod te scire ipsa indicat res]* Quia contristatus corripuisti te foras. *Donatus.*

Quod te scire] Rationem temporis inivisse. *Mer. Casaubonus.*

Si potis est] Si fieri possit. ut *Phorm. act. II. sc. 2. Idem.*

36 *Partus coecius]* Philumenæ scilicet. *Donatus.*

38 *Abortum esse]* Non est Latinnm *aborsa est*: sed, *abortum fecit.* *Idem.*

Abortum esse] Deest, natum, vel *factum*, vel absolute. quomodo dicimus, *e re nata*: vel quemadmodum dicimus, 'Ex te mihi orta est injuria.' *Idem.*

Dicam abortum esse] Rationabiliter dixit. fit enim abortus mense septimo sine perniciæ fœminæ. *Idem.*

Suspectum fore] Suspicabilem, suspiciosum. *Idem.*

39 *Ex te recte cum natum putent]* Nove dixit *natum abortum*: quasi abortus nascatur. *Natum* ergo pro facto, conceptoque dixit. *Idem.*

Ex te recte cum natum] Infantem abortivum. nam alioquin minus proprie dicatur abortus nasci. *Mer. Casaubonus.*

40 *Exponetur]* Ad mortem scilicet. *Donatus.*

Continuo exponetur] Vide de toto exponendi infantis negotio, quod in hac fabula tractatur, *Chrestomathiam* nostram, voc. *Expon.* *Baerlerus.*

Hic tibi nihil est quidquam incommo- di] Quam alienus exponitur, et non tollitur pro tuo. Et mire necandi pueri non fit mentio: quia Pamphili filius invenietur, quom ei etiam per patrem puellæ Poëta succurrit: *Donatus.*

Hic tibi nihil est quidquam incommo- di] Ab utili. et est *ναπέλας* quartum: ut, 'Nihil vidi quidquam lætius.'

Delph. et Var. Clas.

Idem.

41 *Et illi miseræ indigne]* Ut non sit *ἀναξιδόσως*. Superiori versui *τὸ et* addendum est: ut sit, 'Et tibi nihil est quidquam incommodi.' *Idem.*

Et illi miseræ] Conclusio per enumerationem. Et non laderis inquit, et proderis miseræ. *Idem.*

Factam injuriam] Mire injuriam dixit, ut non contemnenda sit; sed tollenda. *Idem.*

42 *Pollicitus sum]* Plus quam promisi. *Idem.*

Quod dixi] Quod promisi. *Idem.*

43 *Id vero neutiquam honestum esse arbitror]* Neutiquam, non est omnino negativum, sed aliquid assensionis habet. Est enim *neutiquam*, non nimis, non valde. *Idem.*

Honestum] *Εὐσχημὸν*, decorum. *M. Casaubonus.*

44 *Nec faciam]* Bene addidit, *nec faciam*. multa enim etiam inhonestæ amore suspicimus. *Donatus.*

Etsi amor me graviter, consuetudoque tenet] Hoc cum gemitu. *Etsi* non complexivum, neque præpositivum, sed subjunctivum, id est, pro tametsi. *Idem.*

Amor me graviter, consuetudoque] Quæ duæ res contra honestum et utile validissimæ. Et bene *tenet*, non tenuit. *Idem.*

45 *Lachrumo, quæ posthac futura est vita]* Bene propensior in affectum est, ut verisimile fiat potuisse reticere. Et *Lachrumo* non pendet a superiori: sed interpositis diu fletibus dixit. *Idem.*

Lachrumo, quæ posthac] Quæ modo vim pronominis non tenet, sed querelæ. Et *lachrumo*, sic dixit, ut Virgil. 'Sic affata, sinum lacrimis implevit obortis.' Et est ordo, *Lachrumo, cum in mentem venit.* *Idem.*

46 *O fortuna]* Hic fortunam pro bona posuit. *Idem.*

Ut numquam perpetuo es bona] Legitur et *data*. nam et sic pro bona intelligitur necessario. *Idem.*

Terent.

5 F

O fortuna, ut nunquam perpetus es bona] Vide Georg. Fabric. et Guyet. Horatius Sat. II. 8. itidem *μείζονος παύρην* addidit sententiæ: 'Heu Fortuna, quis est crudelior in nos Te Deus? ut semper gaudes illudere rebus Humanis!' *Bæclerus.*

O Fortuna, ut nunquam perpetus es bona] And. act. v. sc. 5. 'Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quod voluptates eorum propriæ sint.' Plaut. 'Ita quoque comparatum est in ætate hominum, ita Dis placitum, voluptati ut mœror Comes consequatur.' *Mer. Casaubon.*

Quem ego tunc consilio missum feci] Magna ratio movit Guyetum, ut ejiceret hunc versum. argumento enim et *τῇ ἀκοροπλῇ* obest, si dicatur Pamphilus, ad pristinum amorem Bæchidis animum referre. Repugnant, quæ habentur infra act. IV. sc. 4. vs. 75. et act. v. sc. 1. vs. 25. 26. *Bæclerus.*
Consilio] Ratione et prudentia. *M. Casaubonus.*

Idem nunc operam huic dabo] Si idem, ego. si eadem, hoc est amori. *Donatus.*

Operam dabo] Difficultatem rei ostendit, dicendo *operam dabo.* Idem.

Idem nunc operam huic dabo] Quod in illo amore feci, idem nunc in hoc conabor, vel operam dabo; ut faciam scil. vel idem, id est, idem ego; ut Don. *Mer. Casaubonus.*

49 *Adest Parmeno cum pueris*] Quia idem Parmeno est secretorum conscius, addidit, *cum pueris.* *Donatus.*

Minima est opus] Id est, omnino non est opus. *Idem.*

50 *Nam olim soli credidi*] Vide supra, act. I. sc. 2. 'Diebus sane pauculis Post Pamphilas me solum seduceit foras,' &c. *Mer. Casaubonus.*

Aliquo mihi est hinc abogandus, dum parit Philumena] In tota comœdia non cessabit, cum sit piger; nec resciscet aliqd, cum sit curiosus Parmeno. *Donatus.*

54 *Dum parit Philumena*] Dum,

alias dummodo, alias donec; nunc, quamdiu. *Idem.*

SCENA IV. Senarii sunt. *Bæclerus.*
Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse iter] *Alia ratio est, currentis ad argumenta: alia actuum Comicorum. Sed perfecti Poëtæ est ita servire argumento, ut tamen spectator novis delectationibus teneatur. Nam in hac scena, donec perveniat ad Pamphilum Parmeno, hoc *ἐσθρῖα* inducitur, cum hoc ostenditur, quid mali sit navigatio. Donatus.*

1 *Ain' tu*] Pro *aisne tu*? Et sic jam aliquid dixisse magni in præcedenti oratione ex respondentis sermone demonstratur. *Idem.*

Ain' tu] In scena nascitur oratio, aut in scenam defertur. *Idem.*

2 *Tantum quam re ipsa navigare incommodum est*] *Ἀνακλῶντος* quantum. non enim intulit quantum. Ut Virgil. 'Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes: Tanto, pater, magis contende tenacia vincula.' *Idem.*

Re ipsa] Plaut. 'Nimio pol hominum fortunæ minus miseræ memorantur, Quam reapse experiundo iis datur acerbum.' *Mer. Casaubonus.*

4 *O fortunate, nescis quid mali præterieris*] Bene majori affectu, dicens *o fortunate*, quam si responderet, *ita.* *Donatus.*

O fortunate, nescis quid mali præterieris] 'O fortunatos nimium, bona ai sua norint, Agricolas.' *Mer. Casaubonus.*

5 *Qui nunquam es ingressus mare*] Proprie dixit, *ingressus.* nam qui jam navigavit, *egressus* dicitur. sic Virgil. 'Egressi optata potiuntur Troës arena.' *Donatus.*

6 *Nam alias ut mittam miseras*] *Παράπλους* oratoria. Et *miseras*, navigationes scilicet. *Idem.*

7 *Dies triginta*] Accusativus casus plenum numerum et continuationem rei significat. *Idem.*

Dies triginta, aut plus eo, in navi fui] Hoc exitiosum vel sine periculo videri potest. Sed vide quid addat, *Aut*

plus eo, in navi. Absolute eo, ut alibi, 'Annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut conjicio.' *Idem.*

Dies triginta aut plus eo, in navi fuit Priscianus lib. vii. legit ego pro eo; et ex Heantont. *ἀναγρηται. μνημονεύει* citat. Donatus eo retinet, et explicat. *Bacclerus.*

8 *Semper mortem expectabam miser*] Dura est expectatio mali. Virgilius, 'Inclusi poenam expectant.' *Donatus.*

Semper mortem expectabam] Id est, horis omnibus, cum continuatione triginta dierum. *Idem.*

9 *Ita usque*] *Usque, vel diu, vel valde. Idem.*

10 *Odiosum*] Esse scilicet in mari triginta dies. Et nomen pro adverbio posuit: *odiosum* pro odiose. *Idem.*

Haud clam me est] *Ἀπόρρητος.* pro Ego maxime intelligo, quam odiosum sit. Nam qui jungunt, et sic legunt, errant, et non intelligunt. *Idem.*

Auferim] Sic veteres, quod nos, *fugerim. Idem.*

12 *Olim quidem te causam impellebant leves*] Mire in servum fugitivam, qui ob vitium hujusmodi, non ob causam fugiat. Et bene *leves* dixit, hæc enim non est levis. *Idem.*

13 *Quod nunc minitare facere*] Ut sit ordo, Olim quidem te causæ impellebant leves, Sosia, ut faceres quod nunc minitaris facere hac occasione. Artificiose. Et in Andria sic ait recusanti perjurium servo Mysis, 'Nova nunc religio in te incasit?' *Idem.*

Quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia] Q. d. facile credo tibi te tanti mali, quantum videtur esse navigatio, vitandi causa fugam arrepturum, cum jam olim levibus de causis fugam adornaveris. ita jocosè ut servum nequam et fugitivum perstringit. *Mer. Casaubonus.*

Facere] Ut faceres. Comicum est et Terentianum. *Donatus.*

14 *Sed Pamphilum ipsum video*] *Ipsum* a quo missus sum: vel dominum,

ut Græci dicunt *αὐτόν. Idem.*

15 *Ego hunc adibo*] Vel nova custoditate ait Parmeno. *Idem.*

16 *Equidem te exspecto*] Bene excepit Pamphilus Parmenonem, ut videatur vera dicturus. *Idem.*

Equidem te exspecto] Apparet Pamphilum Parmenonis absentiam desiderare: eo quod nunc prior Parmenonem alloquitur. *Idem.*

17 *In arcem transcurso opus est*] Ostendit quam longe sit, cum in arcem dicat. Et bene in arcem, quam Minerva condidit. *Idem.*

In arcem] Pronuntia, ut ostendat quam longe sit in arcem transcurrere. *Idem.*

Transcurso] Pro transcurrere. *Idem.*

In arcem transcurso opus est] Nescio quid illis hic in mentem venerit, qui arcem, Pyræum interpretantur. Pyræus portas longe extra urbem, sed longo muro urbi junctus: arx, in medio urbis, *ἀκρόπολις* proprie, et olim πόλις dicta. *Mer. Casaubonus.*

Cui homini] Hæc verba cum sua pronuntiatione vim recusationis in se continent. *Donatus.*

Cui homini] Cum recusatione pronuntiandum. et est pigri responsio, laborem ad alium transferentis. *Idem.*

19 *Qui mecum una advectus est*] Apparet eum cum eo aliquid negotii habere, cum dicit, 'Qui mecum una est advectus.' *Idem.*

Qui mecum una vectus] Færnus ex Bombino codice *ὁδὲ vectus* attulit. Donatus *advectus* (quod in plerisque Mss. est) habet. *Bacclerus.*

20 *Vovisse hunc dicam, si saluos domum Redisset unquam*] Facete dixit. More enim hoc sit eorum, qui longis itineribus maris periclitati, vovent aliquid si pervenerint. Et convenit hoc Pamphilo quem supra male navigasse audierat. *Donatus.*

Vovisse hunc dicam] Interdum dicere est idem ac credere, putare. Ita apud Hom. *εὐπίσσιμε, φάσθαι*, id est, 'apud se se dicere.' *Faber.*

21 *Ambulando rumperet*] Rumpi dicuntur, quibus ex nimia intentione vocis aut laboris, vel vena, vel peritoneum rumpitur. *Mer. Casaubonus.*

22 *Quid vis dicam? an conveniam modo*] Non enim mandaverat quicquam, qui sine causa mittebat, oblitus bene dissimulare: ut qui mentitur. Et sic pronuntiandum, *An conveniam modo?* ut reprehendere dominum Parmeno videatur. *Donatus.*

An conveniam modo] *Βλαπυνῆς* dixit. Nam non hoc interrogantis simplicitate. *Idem.*

23 *Imo quod constitui me hodie*] Deest, *nuntia*: ut sit, imo nuntia. et sumitur a superiori sententia, qua dixit, 'Quid vis dicam?' *Idem.*

Imo, quod constitui me hodie] Apparet eum hanc conquisitam, et vix corrasam invenisse causam. *Idem.*

Illi] *Pro illic*, ut supra, *Mer. Casaubonus.*

Vola] *Ἡμεῖς ὕπερβολῇ* usus est. Ita curras, ut volare magis, quam currere videaris. Et autem transcurrere iusserat: nunc adiecit imperio, non curre, sed *vola*. *Donatus.*

25 *At non novi hominis faciem*] Moralis expressio pigritiæ in tot excusationibus posita est. *Idem.*

At faciam ut noveris] Stomachose pronuntiandum *at*. quod et Pamphilus repetit dicens, *at faciam ut noveris*. *Idem.*

At faciam] Bene monet Dom. stomachose hæc esse pronuntianda. Nam quod irati solent, cum colloquentium verbis offenduntur, ut regerant illis sua verba, sed vel pronuntiando, vel leniter immutando perversa, et detorta; ita hic fit a Pamphilo. 'At non novi hominis faciem,' dixerat Parm. servus. *At faciam* (*faciam* pro *faciem*) regerit ille, tristis, et intempestiva servuli sedulitate irritatus. *Mer. Casaubonus.*

26 *Magnus, rubicundus, crispus, cæsius, crassus*] Properatio, *συναδροῦµες*, et acerva sine conjunctivo est

usus. *Donatus.*

Magnus, rubicundus] Imperite Terentium de Myconio crispum dixisse aiunt, cum Apollodorus calvum dixerit. quod proprium Myconis est. ut Lucilius, 'Myconi calva omnis juventus.' Unde etiam proverbium Græcum; *Μυκόνιος φαλακρός*. Sed ego Terentium puto scientem facetias Myconium crispum dixisse. *Idem.*

Magnus, rubicundus, &c.] Effictio memorabilis; sed assimilata. in qua *cadaverosam faciem*, cum *rubicundo* parum convenire, plerique animadvertunt. Donatus dedit operam ne nihil diceret, nec expedivit. Vide etiam Chrestomathiam nostram voc. *Cadav. Bæclerus.*

Crispus] Quanquam Myconii ut plurimum calvi, unde Proverbiarum *Μυκόνιος φαλακρός*, nihil obstat tamen quin inter illos etiam *crispi* nonnulli, ex alio fortasse genere, ut rufi inter Anglos. Ant fortasse Poëta ita consulto maluit, ut Myconium istum non hominem verum, sed merum Pamphili commentum, ad eludendum servum, intelligeremus. *Mer. Casaubonus.*

Cæsius] Glancis oculis, quasi felis oculis habens et glaucos. *Donatus.*

27 *Cadaverosa facie*] Sublivida, ac personata rubore et livore. Rubicundi enim et crassiorem faciem sæpe habent: quod est proprium cadaveris. Potest et pulposa intelligi et crassa, quasi carnosæ: caro enim dicta est, eo quod careat anima. Et caro proprie dicitur mortuorum. Virgilius: 'Et corpora luce carentum.' Unde *carnifices* dieti, quod carnes ex homine faciant. *Pulpa* vero, proprie ea quæ manducatur, eo quod pulsetur et conscindatur. Potest et *r* pro *d* poni, ut *caro* sit dicta quasi *cado*. ut Virgil. 'Belloque caduei Dardaniæ.' Quod jam scilicet sine anima sit et cadat. *Idem.*

Cadaverosa facie] Sublivida, ac personata rubore et livore; ut Dom.

vel, ut alii, fæda et turpi, tetra et exsangui facie. Quod si *cadaverosa facies*, quod vulgo dicimus, a *pocky face*: scabiosa facies, a papulis et variolis erosa, et frequentibus maculis et cavernulis conspersa: si tamen variolos, ut nunc vulgo vocantur, vel eo, vel alio quocunque nomine veteribus notos fuisse concedent medici. *Mer. Casaubonus.*

Dii illum perdsint] More pigrorum, male optat ei, propter quem mittitur. *Donatus.*

28 *Quid si non veniet*] Omnia dicit, ne eat. *Idem.*

29 *Maneto: curre*] Etiam Pamphilus tanquam de industria perseverat. *Idem.*

Non queo: ita defessus sum] Hoc in gestu et spectaculo plus est; nam incessu et author exprimit lassitudinem. *Idem.*

30 *Ille abiit*] Quasi dicat, licet jam loqui. *Idem.*

Ille abiit] Quasi cum difficultate completam rem ostendit hoc dicto. *Idem.*

32 *Suas gnata partum*] *Ἐνέθῃνσις.* *Idem.*

33 *Quod potero, faciam*] Id est, celabo quantum potero. an quasi projiciens curas, et fessus angore dixit, *Quod potero, faciam*: id est, si potero, cedam amori: et rursus, tanquam pietatis admonitus, adjecit exceptionem, *tamen ut pietatem colam*. Servat enim in illo amorem Poëta: cujus non pœnitebit, re cognita, et errore sublato. *Idem.*

Quod potero, faciam] Id est, amori obsequar. nam misericordia mulieris de amore descendit. *Idem.*

Quod potero, faciam] Apparet hoc dictum, defectus esse, non virtutis. *Idem.*

Quod potero faciam, &c.] Nihil præter argumentum dixit in his sententiis, ad honestatem ingenii in Pamphilo pertinentibus. Ut amorem retineret erga Philumenam Pamphilus,

argumenti intererat. amor ille perfectus, ut rectum taciturnumque, sicut rogatus erat, infortunium ejus vellet esse. Aliter autem tegi non poterat, nisi ut causa discessionis probe assimularetur, ex illo dissidio, quod in ore et animo omnium versabatur. nisi enim servaretur nomen illius dissidii, qui poterat Pamphilus recusare, quominus reduceret, cujus famam et pudicitiam nolebat prodere. in assimulanda ergo hujus dissidii causa, (vult dicere Pamphilus) doleo equidem incusandam esse vel Philumenam vel matrem: licet utramque sciam innocentem esse. Sed licet amor ab incusanda Philumena me retineat, pietas tamen in matrem fortius urget; meritoque præferri a me debet. igitur sic mihi versandum in hoc negotio esse intelligo, ut primam pietatis rationem habeam, et eatenus Philumenæ parcam, quatenus innocentia matris omnibus modis defendenda patitur. Ut autem innocens videretur mater, in quam tam gravis turba incubebat, necesse erat, non innocentem videri Philumenam. quam rem ita Pamphilus tractabit, ut ultra quam necesse est non provehatur. Qui aliter explicant, non satis attendunt argumento. *Bæclerus.*

Tamen ut pietatem colam] Recordatus est læsam matrem esse ab uxore: hoc enim credit, et ideo se ad exceptionem revocavit; ita se amori cedere oportere, ut non obliviscatur omnino pietatis. Et bene in eam causam contulit necessitatem non reducendæ uxoris, quæ invenietur nulla esse. Sunt tamen quæ, manente eadem sententiâ, totum hoc jungunt: *Quod potero, faciam tamen ut pietatem colam*; hoc est, in quantum potero, dabo operam adversus amorem, ut, omissa eo, pietatem colam. Et subjungitur causa. *Donatus.*

Tamen ut pietatem colam] Deest ita: ut sit tamen pro duntaxat. Ut sit, Ita ut pietatem colam. dixerat enim, *quod*

pōtero : et ideo addidit exceptionem, *Tamen ut pietatem colam*, Id est, non sum oblitus et matris. *Idem*.

Tamen] Pro ita tamen. *Idem*.

Tamen ut pietatem colam] Id est, si ita potest fieri, ut sine parentum graviore offensa et ira hoc uxoris vitium celem, (quod sane difficile, quia dimittendæ uxoris legitimam aliam causam reperire non in promptu,) libenter celabo, et uxoris famæ consulam. Sin aliter, pietatem erga parentes amori præferam. Multus hic Don. qui tamen mentem verborum non videtur assecutus. *Mer. Casaubonus*.

34 *Nam me parenti potius, quam amori*] Amori, scilicet uxoris, quia dixit, *Quod potero, faciam*. et hoc est quod dixerat, *Quod potero, faciam*. Donatus.

35 *Atat*] Interjectio est conterriti et conturbati. *Idem*.

36 *Horsum pergunt*] Modo pergunt, pro eunt. alias perseverant. *Idem*.

SCENA V. Trochaici sunt septenarii. reliqui Senarii Iambici. *Bæclerus*.

Dixtin' dudum, dixisse illam, se expectare] *Facile principium est interrogantis ita, ut sciat quid sibi respondurus sit, quem interrogat. Illaturus est enim argumentum per εἰς αὐτὴν*. Donatus.

1 *Dixtin' dudum*] Quia dixerat, 'Sancte adjurat non posse Pamphilo se absente perdurare.' *Idem*.

Dixtin' dudum] Captiosa interrogatione cæpit, dicturus, 'Venisse ajunt: redeat.' *Idem*.

2 *Factum*] Id est, Dixisse illum, aut me. Et deest est: ut sit, *Factum est*. *Idem*.

3 *Quamobrem non reducam, nescio*] Habet causam: sed non vult veram dicere, et præterea non vult cum invidia matris suæ loqui: si in illam conferat, ut uxorem non reducat domum. *Idem*.

Quem ego hic audivi loqui] Ut solet, primo personas inducit secum loquentes: deinde ipsas convenire invicem,

ut alibi, 'Quis hic loquitur? Mysis, salve.' *Idem*.

4 *Certum obfirmare est viam me*] Adversus omnia obstinate agere, id est, contra omnes. *Idem*.

Obfirmare est viam me, quam decrevi persequi] Id est, ut matri potius, quam amori, morem gerat. *Idem*.

Obfirmare viam] Firmiter et pertinaciter insistere viam, (i. rationem, consilium,) quam mihi insistendam sive persequendam proposui. nempe, ut dimittam uxorem, et dimittendæ causam veram celem. *Mer. Casaubonus*.

6 *Bene factum*] Id est, gaudeo. vide supra. *Idem*.

7 *Atque adeo, quod maximum est, salvum atque validum*] Ordo est, primum advenisse, deinde salvum, postremo validum. Absque ad salutem. *Validus* namque, robustus et habitior corpore. Donatus.

Quod maximum est] Legitur et quod maxime est. *Idem*.

Creditur] Minus blande respondet, de repudio locuturus. *Idem*.

Creditur] Donatus: 'Minus blande,' &c. Melius Guyetus: submisce dici a Pamphilo ad spectatores converso. *Bæclerus*.

Creditur] Vide act. v. sc. 4. 'Facitis ut credam facis.' *Mer. Casaubonus*.

8 *Advenis modo*] Difficile invenitur præsentis temporis modo. Atque ut ostendat esse momentum etiam præsentis temporis, dixit admodum: quod est minus. Donatus.

Advenis modo] Virgilius, 'Vigilans Deum gens Ænea? vigila.' *Idem*.

Admodum] Excusatio cur adhuc non viderit patrem. *Idem*.

Cedo, quid reliquit Phania consobrinus noster] Utrum jactanter Laches de hereditate loquitur præsentis socero, ut illum cupidiores faciat ad revocandam filiam? (et fit sæpe hoc, ut ex alio principio pervenire queramus ad ea, quæ volumus dicere:) An ideo, ut

sciatur rem, et divitias suas? cupidior-
rem socerum redditurus. *Idem.*

9 *Consobrinus noster*] Quasi sorori-
bus. *Sobrii*, sunt ex duabus sorori-
bus. *Consobrini*, ex fratre et sorore.
Et propinquitatem Terentius frequen-
tata movetur, ut heredum. *Idem.*

Consobrinus noster] Quum de fratre
natus est alter, et alter ex sorore,
consobrini: quum ex fratribus, *pa-
truces* dicuntur. *Idem.*

*Sane hercle homo voluptati obsequens
fuit*] *Sane*, satis, valide. nam qui sa-
nus, et validus est. *Idem.*

Voluptati obsequens fuit] Contra
facit Pampylus: disjungi enim vo-
lens, nihil dicit vel parum relictum.
Idem.

10 *Et qui sic sunt, &c.*] Peregre-
gia et ex vitæ communis moribus
opportune petita sunt *ephœra*, qui-
bus tota hac fabula poëta utitur.
Baculus.

Haud multum heredem juvant] Pa-
rum consulunt heredi. *Donatus.*

Heredem adjuvant] *Elegantius* in
Ms. Bembli, *juvant*. *Faber.*

11 *Sibi vero hanc laudem relinquunt:*
Vixit, dum vixit, bene] Bene et facete,
Nihil heredi relinquunt, sibi vero re-
linquunt. *Donatus.*

Sibi vero hanc laudem relinquunt:
vixit, dum vixit, bene] Loquitur hic,
ut Epicuri de grege porcus; si tamen
ex sua, et non potius ex vulgi sen-
tentia; qui quid homo distet a bestia,
parum intelligit. Aliter Philosophi,
et quibus humanæ præstantiæ sensus
aliquis. Sen. 'Laudemus itaque et in
numero feliciū reponamus enim, cui
quantulumcunque temporis contigit,
bene collocatum est, &c. Alter post
mortem quoque est; alter ante mor-
tem perit.' *Sail.* 'Multi mortales, de-
diti ventri atque somno, &c. verum
enimvero, is demum mihi vivere, et
frui anima videtur, qui aliquo negotio
intentus, præclari facinoris, aut ar-
tis bonæ famam querit.' *Mer. Casau-
bonus.*

Vixit, dum vixit, bene] *Πλοχ.* unum
vixit aliud significat: et alterum *vix-
it*, aliud. *Donatus.*

Vixit, dum vixit, bene] Sententia
est hortantis ad delicate vivendum.
Idem.

Vixit, dum vixit, bene] Hoc enim
scilicet relinquit. *Idem.*

12 *Una sententia*] Expressit ani-
mum avari senis. *Idem.*

13 *Quidquid est id, quod relinquit,
profuit*] *Quidquid*, et ad parvitatem
refertur. ut, 'At enim id mihi satis
est, quod est de me opinionis, quid-
quid est.' *Idem.*

Quidquid est id quod relinquit] Nul-
lum in hoc sene fuit doloris officium,
antequam sciret aliquid relictum.
Idem.

Profuit] Id est, pro nobis fuit: ac
per hoc nostrum est. potest enim
ipse profuisse, potest res ejus. *Idem.*

Profuit] Non est quod ejus pœni-
teat. *Mer. Casaubonus.*

Imo obfuit] Morem eorum expres-
sit, quibus relinquitur: qui quum au-
dierint sibi aliquid esse relictum,
tunc tristes se fingunt. *Donatus.*

14 *Nam illum vivum et saluum vel-
lem*] Non idem *vivum*, quod *salvum*.
Idem.

Impune optare istuc licet] Bene *Im-
pune*: quia heredi pœna est, mortuū
reviviscere. An sine detrimento op-
tas? ut quum medicus dicit de jam
mortuo, 'Ego si illum curarem, vive-
ret.' *Idem.*

Impune optare] Si optata evenirent,
numquam, inquit, optares ut ille re-
vivisceret. *Idem.*

15 *Ille reviviscet jam numquam*] *Mi-
re* Poëta his verbis Phidippum quo-
que subinvdere indicat. Plus est
numquam, quam *non*. *Idem.*

Et tamen utrum malis, scio] Mortu-
um illum magis, quam ut reviviscat
denno. *Idem.*

Et tamen utrum malis scio] Quid
malis de duobus, scio: utrum illum
mortuum permanere, an reviviscere.

Idem.

16 *Heri Philumenam*] Hoc erat, quo omnis tendebat oratio. *Idem.*

Ad se accersi hic jussit] Bene et accersit et jussit: ut nihil uxor sua sponte fecerit. *Idem.*

Heri Philumenam ad se accersi hic jussit] Et heri et jussit, bene: ut breve tempus sit, et coacta videatur exisse. Et non adduci, sed accersi: nec a nobis, sed ad se. *Idem.*

Hera] Alii, *Heri*. Mer. Casanbonus.

Dic jussisse te] Hoc ille in aurem Phidippo, qui non adeo callidus. *Idem.*

17 *Noli fodere*] Latus scil. quod faciunt interdum, qui minus promptos (digito pungentes) excitare volunt. *Idem.*

18 *Omnam rem scio ut sit gesta*] Virgilius: 'Trojanas ut opes et lamentabile regnum,' &c. *Donatus.*

19 *At istos invidos DI perdant*] Bene invidos, qui matrimonio invideant: ergo revocanda uxor est, et adeo non puidit mendacii honeste deprehensum senem, ut invidos faceret, qui vera prodiderant. *Idem.*

20 *Ego me scio caviisse*] Principium a tempore, a dictis factisque, tam suis quam adversariorum: et ab anteacta vita et præsenti. *Idem.*

Ego scio me caviisse, ne ulla merito contumelia] Mire addidit merito, non enim cavere, inquit, ne fieret ea, potui: igitur, ne merito fieret, quod in me fuit. *Idem.*

21 *Idque si nunc*] Ab anteacta vita. *Idem.*

Et clementi fui] Pro fuerim, indicativum pro conjunctivo posuit. *Idem.*

23 *Ni te ex ipsa hac magis velim resciscere*] Παράλυσος. *Idem.*

24 *Namque eo pucto maxime apud te meo erit ingenio fides*] Bene, non dictis, sed ingenio. *Idem.*

Meo ingenio] Meis factis, moribus. Mer. Casaubonus.

25 *Quum illa quæ nunc in me iniqua est, æqua*] Iniqua æqua, παρωνομασίαι sunt Terentianæ. Et bonum argu-

mentum. Nam et Virgil. 'Ipse hostis Teneoros insigni laude ferebat,' inquit, et Cicero, 'Te ipso teste iniquo, atque improbo: verum ad hanc rem satis idoneo: te, inquam, teste, dicam.' *Donatus.*

In me iniqua est, æqua de me dixeris] Quia adversarii testimonium, si contra se dicat, tam grave est, quam vel boni viri. *Idem.*

26 *Neque mea culpa hoc dissidium evenisse*] Non ergo quid fiat, verum per quos fiat, quærendum est. Et nimis abrupte dixit *evenisse*, non *evenire*. *Idem.*

Hoc evenisse dissidium] Ad confirmationem, non *evenire*, sed *evenisse* dixit. *Idem.*

27 *Sed quando sese esse indignam*] Hoc sic profert, ut eam ostendat causam esse dissidii: et hoc ipso tentat, utrum dotem relinquere possit. et ideo supra, 'Neque mea culpa hoc dissidium evenisse, Id testor Deos,' inquit. *Idem.*

Sed quando sese indign. &c.] Quidam indignam mutarunt in indignum. neque sic tamen explicarunt satis locum. exempla enim, quæ de irregulari pronomini Syntaxi afferunt, non conveniunt. Optime igitur forsitan Guyetus fecit, qui emendavit, quæ. ita expedita omnia. *Beaclarus.*

Deputat matri meæ, cui concedat] Fortasse ergo indigna est, et recte deputat: mihi tamen mater colenda est. hoc sentit. *Donatus.*

Deputat matri meæ, cui concedat] 'Εν βροχολοί matri meæ, ut idonea sit causa repudii. *Idem.*

Indignam deputat] Injuriæ putat, id a se exigi, ut ad socrus suæ mores se componat. Indignum se putat, eo usque se demittere, &c. Mer. Casaubonus.

28 *Cui concedat*] Sensus: quæ concedat matri meæ. Syntaxis autem, indignam matre meâ, postularet. Sed antecedens hic sequitur casum relativi, ut in Eunuchæ, 'Eunuchum

quem dedisti:’ et Virgil. ‘Urbem quam statuo, vestra est:’ et alibi non raro. *Idem.*

Cui concedat] Semper putavi legendum *quæ*, et tollendam distinctiunculam, quæ est post *mea*. Abhinc aliquot annis vidi ita legisse Bandinellum, hominem ingeniosum. Ita etiam in Ms. Bembi scriptum. *Elle croit être trop grand' dame pour ceder a ma mere.* Faber.

Cujusque mores toleret] Hoc melius, quam *obsequatur*, aut *inserviat*. Donatus.

Mores toleret] Bene mores, ut anicula: notat enim pravitatem. unde *senes*, *morosi* appellantur. Horatius, ‘Donec virenti canities abest Morosa.’ *Idem.*

Mores toleret sua modestia] O temperamentum! mores potius quam injurias dixit. *Idem.*

20 *Neque alio pacto componi potest*] Nisi ut concedat matri, toleretque mores ejus. *Idem.*

Neque alio pacto potest componi inter eas gratia] Phorm. iv. 3. ‘Cum bona componantur gratia.’ *Mer. Casaubonus.*

20 *Segreganda aut Mater est a me, Phidippe*] Bene tanquam ex deliberatione colligit, quod facturus est. Et mollius *segreganda*, quam *excludenda*. Donatus.

Segreganda aut mater, aut Philumena. nunc me pietas matris commod. &c.] Hic impletur deliberatio illa scena superiore. vs. 33. 34. accusando excusavit Philumenam; quod summæ humanitatis erat: postea pietatis antiquiorem rationem esse duxit. quæ in sequentibus amplius illustrantur. *Beclerus.*

31 *Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi*] Quam mollibus verbis repudium nuntiatum est a Pamphilo! *Donatus.*

Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi] Non mirum, ubi divortia tam frequentia et minima ex

causis, si uxor potius quam parentes deseruntur. at nbi jus connubii sanctum et inviolabile, aliter res habet. *Mer. Casaubonus.*

32 *Ad aures haud invito*] Optime dictum, *haud invito*. non enim in totum volenti, quippe de dissidio: sed tamen quis pie locutus est, mediocriter approbavit. *Donatus.*

Pamphile, ad aures haud invito] Gravis oratio est a nomine incepta. Virgilius, ‘O præstans animi juvenis.’ Et est figura *Λόγους*. Sic Virgil. ‘Posthabui tamen illorum mea seria ludo.’ *Idem.*

Haud invito sermo mihi accessit tuis] Senili loquacitate: pro, ‘Recte locutus es.’ *Idem.*

33 *Omnes res*] Plus dixit, quam si uxorem diceret. *Idem.*

Præ parente intellige] Bene parente, quod nomen commune et cum patre est, et cum omnibus, quos hæc necessitudo conjungit. Melius ergo, quam si diceret *matrem*. *Idem.*

34 *Verum vide, ne impulsus ira prave insistas, Pamphile*] Leniter et suadenter. *Idem.*

Ira] Non ergo jndicio. *Idem.*

Ne impulsus ira prave insistas] Vido Phor. act. i. sc. 5. ex Thucyd. Ennch. act. ii. sc. 3. ‘Quam insistam viam?’ *Mer. Casaubonus.*

Insistas, Pamphile] Non enim incipere, sed insistere hic malum est. *Donatus.*

35 *Quibus iris impulsus*] Non dixit *qua ira*, ne superbe loqueretur, sed *quibus iris*: ut hoc ipsum per *elapvelas* derideret, quod pater dixit, *impulsus ira*. An iris matris, aut mese uxoris, et mea? an omnium trium? *Idem.*

Quibus iris impulsus] Recte non vult iram esse, ne peccasse videatur uxor. Sic enim quasi nec ipsa peccaverit. *Idem.*

Quibus iris] Ille iram singulariter dixit, hic iras pluraliter: ne videatur unus iræ causa mittere uxorem. *Idem.*

36 *Quæ nunquam quidquam erga me commerita est, Pater*] Adverte, proprietatem expressit commerendi et merendi. *Idem.*

37 *Et scæpe, quod vellem, meritam scio*] *Mereri* bona dicimus: *Commereri* mala: id est, delinquere, peccare. Ergo hic *meritam*, pro præstitisse dixit. Virgilius, 'Ego te quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam regina, negabo, Promeritam.' *Idem.*

38 *Amoque, et laudo*] Non statim qui amantur, et laudantur: nec qui laudantur, etiam continuo desiderantur. Multa ergo dixit, *amoque, et laudo, vehementer desidero.* Et vide, amoris impulsus nimius hic est circa uxorem: et quasi oblitus suæ matris et vitiatæ, loquitur. sed tali opus est Pamphilo ad ejusmodi argumentum, donec perveniat ad *καταστροφήν*, in qua uxorem reduci necesse est. *Idem.*

39 *Nam fuisse erga me*] Quantum valet quod *fuisse* dixit, et non *esse*! quasi re transacta. *Idem.*

Erga me] Hoc totum repndiatnrus inaniter diceret, nisi ad exitum fabulæ Poëta respiciens, reducturi animum in Pamphilo reservaret. Et nota repudiantem eam, quam laudat, pietate sola compulsam. *Idem.*

40 *Ut reliquam vitam exigit*] Satis flebiliter dixit, *reliquam exigit.* Virgilius: 'Omnes ut mecum, meritis pro talibus, annos Exigit.' *Idem.*

41 *Cum eo viro*] Non invidere, jam non est mariti. *Idem.*

42 *Quandoquidem illam a me distrahit necessitas*] Omnis conclusio verborum Pamphili, repudii confirmationem continet: plus tamen sententia significante, quam verbis. *Idem.*

Quandoquidem illam a me distrahit necessitas] Excusatio in necessitate, quæ est inexorabilis. Et *necessitas*, partus scilicet, quam necessitatem domi offendit: quod ex alio scilicet peperit. Sed modo vult necessitatem, matris videri iracundiam, quæ a nura ira offensa sit. *Idem.*

43 *Tibi id in manu est; ne fiat*] Hoc opposuit, quod minime vult Pamphilus videri, et quod prodest socero. *Idem.*

Tibi in manu est] Infra, act. iv. sc. 4. 'Uxor quid faciat, in manu non est mea.' *Mer. Casaubonus.*

Si sanus sies, jube illam redire] Pro, *si sanus es*: nam aliter jubeas dicere debuit. *Donatus.*

Si sanus sies] Bene pater supra iram dixit: nunc insaniam significat inesse Pamphilo. *Idem.*

Si sanus sies] Non ergo culpa est, cui ut redeat jubere potest. *Idem.*

44 *Non est consilium*] Durus erat, non *reducere*. ergo hoc lenius dixit. *Idem.*

45 *Matris servibo commodis*] Hoc verbo necessitatem, qua cogatur, ostendit. *Idem.*

Servibo] Ut scibo, et alia non pauca, antiquis usitata. *Mer. Casaubonus.*

Quo abis] Factum Pamphili ex patris verbis ostenditur, quod discessit. et bene: nam ulterius præsentem patre resistere durum fuit. *Donatus.*

46 *Mane, inquam; quo abis*] Bene *quo abis?* quia patrem deseris et uxorem. *Idem.*

Quæ hæc est pertinacia] Sicut docuit socerum. et subindignatur, quia eoram sibi sit contumelia. *Idem.*

47 *Dixine, Phidippe.*] Artificiose Laches, ut minus miretur, et minus indignetur socer, irasci Pamphilum dicit: quando et prædictum est, et sic oportuit. *Idem.*

Dixine, Phidippe, hanc rem agrelaturum esse eum] Renovavit verba sua eidem personæ. nam ita dixerat, 'Neque adeo me clam est, quam esse eum graviter latrum credam,' hec ei resciverit. *Idem.*

48 *Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres*] Invidiose adversum Phidippum, tamquam in illo sit, unde se purget, et non accuset Pamphilum. *Idem.*

49 *Adeo inhumanum fore*] Bene,

quasi iratus, inhumanum esse inquit. *Idem.*

Non credidi ædēpol adeo] Potuit enim dicere, Non credidi inhumanum fore: sed acerbe addidit *adeo*. *Idem.*

50 *Ita nunc is sibi me*] *Sibi et me*, magno pondere legendum est utrumque pronomen, nt, 'Cantando tu illum?' Id est, genero socerum, vel Pamphilo Phidippum, vel si quid tale inveniēris. *Idem.*

Supplicaturum] Parum est *satis facturum*; *supplicaturum* addidit. *Idem.*

51 *Si est*] Si ita res habeat. *Mer. Casaubonus.*

52 *Sin est alio animo, renumeret dotem huc; eat*] Hoc recte socer. non tam ut dotem recipiat, quam ut terreat, hoc dicit. Et *renumeret*, proprie, quia dos, pecunia est. Et *ἰσχυρός* irascentis est, et exigentis debitum. *Eat* vero mire dictum: quasi ipse projiciatur, qui jubetur ire. et simul in hoc verbo quasi renuntiatio caritatis est. *Donatus.*

Renumeret dotem huc; eat] Terrorem repetendæ dotis ostendit, quum dicit, *renumeret dotem*: simul cum injuria, *huc*: et iracunde, *eat*. *Idem.*

Renumeret dotem huc] Vide supra, act. III. sc. 3. *Mer. Casaubonus.*

Eat] Valeat. *Idem.*

53 *Ecce autem tu quoque proterve iracundus*] Addendo quoque, nonnihil assensus est: quasi dicat, *quomodo Pamphilus*. *Donatus.*

Proterve iracundus es] *Proterve*, immoderate, et superbe, dictum est ideo, quod proterat alium, qui protervus est. Nam *protervus* est, qui dum alius obvius est, poterit: quod faciunt et tauri in appetitu coitus fœminarum, in quas calent. *Idem.*

54 *Percontumax redisti*] *Proprie contumax* dicitur contemptor potiorum. *Idem.*

Percontumax redisti huc nobis, Pamphile] Magnæ indignationis est, absentes alloqui. ut alibi, 'O Æschine, pol haud paternum istuc dedisti.'

Idem.

Nobis, Pamphile] *Τῷ ἄνθρωπῳ*. nam aut abundat, aut significatu adjuvat pronuntiationem. *Idem.*

55 *Decedet jam ira*] Quasi in ira sit culpa: non, *deponetur ira*, inquit, sed *decedet*. *Idem.*

56 *Quia paululum vobis accessit pecuniæ*] Facete: quasi dicat, Quia habetis unde dotem reddatis. aut, Quia nullam causam habeatis repadii, sed ditiores quæratīs conjunctionem. *Idem.*

Quia paululum vobis accessit pecuniæ, sublatis animi sumi] Et non, Major est factus Pamphilus. simul majore stomacho, quod cum labore celabat, aperte ostendit. *Idem.*

57 *Sublati animi sunt*] Pro elati, sublatis dixit. Et hoc proprie ferarum est. ut, 'Attollitque animos: Pœnorum qualis in vulvis, Saucius ille gravi venantum vulnere pectus, Tum demum movet arma leo,' &c. Nam bestię pro animi qualitate vel erigunt corpora, vel deponunt, ait Cicero. *Donatus.*

Sublati animi sunt] Supra, act. III. sc. 3. *Mer. Casaubonus.*

Etiā mecum litigas] Belle: et illum ex invidia iracundiorem, et hoc ad se dicentem, quod propter Pamphilum dicebat, effecit. *Donatus.*

Etiā mecum litigas] Invidiose, quasi jam cum Pamphilo litigaverit. *Idem.*

58 *Deliberet, renuntietque hodie*] Ferocius quam socerum deceret: attamen mature, quod *deliberet* dixit. *Idem.*

59 *Ut alii, si huic non sit, siet*] Magna fiducia conditionem filiæ asserit: quoniam jam si Pamphilus nolit, paratum alterum dicit esse. *Idem.*

Si huic non sit] Subauditur uxor. Sed dura dictu reticuit, ut debebat. *Donatus.*

Siet] Uxor. scil. quod, ut *ἄσφηνον*, reticetur. *Mer. Casaubonus.*

60 *Phidippe, ades*] Nomine appellat: quod facere solemus, iratos mitigare conantes. *Donatus*.

61 *Postremo inter se transigant*] Non enim hæc votiva sunt, quibus interesse delectet. *Idem*.

62 *Quando nec gnatus, neque hic*] Invidiose gnatus, et non obtemperant, et 'Hic non familiariter' dictum, quasi ab irato. *Idem*.

63 *Quæ dico, parvi pendunt*] Quia obtemperamus etiam tacitæ voluntati. *Idem*.

Porto hoc jurgium ad uxorem: cujus, &c.] Bene rursus in errorem reditur: ne quæ vera sunt, contra fabulæ propositum cognoscantur. *Idem*.

Porto hoc jurgium] *Porto*, quasi aliquid magnum. *Idem*.

Porto hoc jurgium ad uxorem] Ita

postulat *okoropla*, ut innocentis matronæ miseria ostendatur, in quam morosi senis suspicio et inhumanitas magnam turbarum partem cumulat. *Bæclerus*.

Cujus hæc sunt consilio omnia] Non transacta objiciuntur uxori, sed quæ nunc aguntur. *Donatus*.

Consilio] Utrum dispositione? an *εἰσπρέλα* est in male consulentem? *Idem*.

65 *Atque in eam hoc omne, quod mihi agre est*] Non quod irascor, sed quod mihi agre est, dixit. *Idem*.

Evomam] Bene: quia ægritudinem solet vomitus relevare: sic Cicero in Catilinam, quum dicit, 'Quæ quidem lætari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque projecerit.' *Idem*.

ACTUS IV.

SCENA I. Satira est hæc scena, Iambicis et Trochaicis catalecticis constans, et secundum quosdam acatalecticis. Iterum nimis sibi permiserunt multa eruditi. quo factum est, ut non emendatius metrum sed molestius fieret.

In hac scena alteram matronam senex maritus jurgio adoritur: sed illa plus constantiæ habet, quam Sostrata. itaque patientiam Sostratæ cum Lachetis iracundia, Myrrhinæ fiduciam cum lenibus Phidippi moribus, apposite Poëta comparavit. *Bæclerus.*

Perii quid? Mire in hac scena iterum rixa est senis atque anus: et tamen varie et alio modo, ut mores inter se diversos, et tamen notos, possimus agnoscere. Donatus.

1 *Perii! quid agam?* Hæc proloqui oportet Myrrhinam, ut ex ejus persona reminiscatur spectator gestæ rei: simulque ex hujus personæ verbis, quid agat altera persona, monstratur. Nam perscrutari Phidippum universa conclavia et ire per totam domum cognito partu filæ suæ, apparet ex præsentibus dictis. *Idem.*

Perii! quid agam? Singula ita pronuntia, ut perturbatum ostendas. *Idem.*

Quid agam? quo me tortam? Figura *διὰ νόμου*, apta turbatis. *Idem.*

2 *Nam audisse vocem pueri visus est vagientis?* Virgilius, 'Continno auditæ voces, vagitus et ingens, Infantumque animæ fientes in limine primo.' Et est *ὀνομαστική*. nam vox ipsa sic est, ut quasi vagitus sæpius sonet. *Idem.*

Pueri visus est vagientis? Proprie dixit *vagientis*, et infantium est. *Id.*

Visus est? Quomodo, 'Andire vocem visa sum modo militis.' *Idem.*

Audisse vocem pueri visus est? Non

erat certa, sed inde conjicit, quia 'Ira corripuit,' &c. *Mer. Casaubonus.*

3 *Ita corripuit derepente?* Raptim intulit. Et *derepente*, una pars orationis est, ut *defessus*. adverbii etiam præpositiones separatim non adduntur. *Donatus.*

Derepente? Ἐξέπ. Nam si separaveris, non est Latinum, *de repente*. *Idem.*

4 *Quod si?* Quod, pro, Nam, aut Itaque. sed et nos in hujusmodi significatione sic dicimus. *Idem.*

Quod si te rescierit? Scimus manifesta: rescimus occulta. *Idem.*

Id qua causa? Id, hoc ipsum, peperisse eam. *Idem.*

5 *Non adeo scio?* Ideo quia vera causa dici non potest. *Idem.*

6 *Sed ostium concrepuit?* Plus est quam *crepuit*: nam *con* modo auctivum est. *Idem.*

Ad me? Bene *ad me*, quasi litigatorum. *Idem.*

7 *Ubi me ad filium ire sensit?* Hoc ante rem: et simul argumentum delicti est, quod exiit a filia marito ingresso mulier. *Idem.*

Uxor ubi me ad filium? Mirantis est gestus et dictum. *Idem.*

Se duxit foras? Ordo, *duxit se*. Et verbis usus est, intra domesticos parietes, artis, τῶ *ἑστιάριον*. *Se duxit*, pro *abiit*. *Idem.*

Se duxit foras? Servius ad ix. *Æn.* cum explicat illud, 'Is enim se primus agebat,' addit: Plautus in *Mossellaria*: 'Unde agis te? ut enim nos e contrario dicimus, duco me: ita illi (veteres) agit se,' ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ. *Bæclerus.*

Duxit? Subdixit. *Mer. Casaubonus.*

8 *Atque eccam video?* Apparet mulierem fugere, et viri aversari præsentiam. et ideo hoc separatim pronuntiandum. *Donatus.*

Hæu, tibi dico] Ostendit Myrrhinam avertentem se: quasi nihil inveniat quod dicat de filia. *Idem.*

Mihine, mi Vir] Sic et in Andria, *nihil respondes?* quum turbatum se ostendit Davus. *Idem.*

Vir] Ad maritalem conditionem retulit, non ad sexum. ut Virgilius in Bucolicis, 'Vir gregis ipse caper.' *Idem.*

9 *Tum' cirum me]* Accusatio ab ineprecatione incipiens. *Idem.*

Tum' cirum me, aut hominem] Vide supra, act. II. sc. 1. *Mer. Casaubonus, Aut hominem deputas adeo esse]* Ab-
ξηος perversa. *Adeo* autem abundat. Virgil. 'Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura Deorum Concilia incertum est.' *Donatus.*

10 *Nam si utrumvis horum]* Vir aut homo. *Idem.*

Mulier, unquam tibi visus forem] Acerbe *mulier:* ut supra, 'Tu, inquam, mulier, me quæ omnino lapidem, non hominem putas.' *Idem.*

11 *Quibus]* Callide mulier, et quasi nullius culpæ conscia, *quibus* dixit: *Et quibus,* factis scilicet. *Idem.*

At rogitas] Bene irascitur interroganti; nam interrogare quæ sciat impudentiæ est. *Idem.*

12 *Peperit filia]* Propositio criminis. *Idem.*

Hem! taces] Non taces nunc: sed taces, celas. *Idem.*

Ex quo] Bene *ex quo,* quia argumentum impudicitia est puerperium taciturnum. *Idem.*

Itus patrem] Mira calliditas. Rea mulier hoc solo defenditur, quod accusat. *Idem.*

Ituc patrem rogare est æquum] Ex sua interrogatione accusavit accusatorem. *Idem.*

13 *Perii, ex quo censes]* Mire additum ad effectum perii. *Idem.*

Nisi ex illo, cui data] A verisimili argumentum. *Idem.*

Nisi ex illo, cui data est nuptum] Solutio criminis per fiduciam re-

spondentis. Sallustius, 'Ita fiducia, quam argumentis purgatio est.' *Id.*

14 *Credo, neque adeo arbitrari]* Ab accusatione maritus ad defensionem sui conversus, omisit quod sperat. *Idem.*

Sed demiror quid sis] Mollior factus, jam non irascitur, sed miratur. *Adeo* vides Phidippum nulla re alia, quam mulieris correctione lenitum. *Id.*

Demiror] Valde miror: quod minus est quam irascor. *Idem.*

15 *Quamobrem tantopere]* Alia intentio criminis. *Idem.*

Omnes nos celare volueris] Antiqua locutio, 'Illam rem celo te.' *Idem.*

16 *Præsertim quum et recte, et tempore suo peperit]* Vide, dum causæ sunt celandi partus. si non tempore suo venerit, quod indicium stupri est: et si non recte evenierit: hoc est, monstri aliquid natum fuerit. Hic autem et tempore suo, et recte natum prædicat. *Idem.*

Præsertim quum et recte] Attollit mulieri compendium credulitas senia semel correpti, ne aliter suspicetur. *Idem.*

Præsertim quum et recte, et tempore suo] Recte, ad illud pertinet, Quod non monstrum peperit. *Tempore suo,* ad spatium, quo prægnantes esse consueverunt, id est, ad mensium dinumerationem: quia et septimo mense nasci solent. *Idem.*

Tempore suo pepererit] Ergo tum apud Græcos partus septimestris tempestivus habitus est. nam post nuptias hic mensis agebatur septimas. Videndus omnino Gellius III. 16. ubi medicorum et philosophorum illustrium de tempore humani partus et varietate puerperii sententias ponit. Qua auctoritate etiam nititur Paulus, cum, 'Eum, qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum filium esse credendum' confirmat I. XII. de Stat. Hom. I. e. die 182. a nuptiis. I. III. in Fin. de suis. *Baculus.*

17 *Adeon' pervicaci esse animo]* In-

vectio. *Donatus.*

Adeon' perruicax esse] Pervicax est perseverans cum quadam vi. Idem.

Ut puerum praeoptares perire] Ab ætate infantis invidia. Idem.

18 *Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires] Ab accidentibus, Invidia. Et bene additur scires: quia imprudentia in delicto veniam frequenter extorsit. Idem.*

19 *Potius, quam advorsum animi tui libidinem] A voluntate peccantis, invidia. Animi tui libidinem dixit, ut minima causa magnis sceleribus subiecta esset. Idem.*

Esset cum illo nupta] Antiqui non illi nupta: sed, cum illo nupta. Ergo ambo sibi invicem nubunt. Idem.

Advorsus animi libidinem] Plant. 'Qui animam vincunt, quam quos animus semper probiores cluent.' Mer. Casaubonus.

Tui] Al. edit. Potius quam adv. animi tui libid. esset cum illo nupta. Ego etiam, &c. minus bene. Plantin. ut hic. Idem.

20 *Ego etiam illorum esse hanc culpam] Bene, etiam illorum: non enim hoc se errasse ait, quod illorum putaverit culpam, quæ minor est: sed, etiam illorum: ut commune peccatum fuerit. sed nunc quidem totum credit esse Myrrinæ. An etiam, pro adhuc, ut major sit dolor, qui nec opianti acciderit. Donatus.*

21 *Utinam sciam ita esse istuc] Te miseram esse. Alibi, 'Miserum quem minus credere est.' Et erit sensus, Utinam vere sis misera. Idem.*

Utinam sciam ita esse istuc] Hoc quidam sic accipiunt, quasi Phidippus dicat, penes te culpa est, quam illorum esse credebam: et utinam quod credo, penes te esse culpam, ita non esse certo sciam. quia dixit, se miseram: et miseros non nisi innocentem dicimus. Ille enim hoc respondet: Utinam in hoc negotio miseram te, non scelestam reperiam. Sic Sallustius, 'Atque ea cogentes,

non coactos: scelestos magis, quam miseros distringi.' Et ideo sequitur, 'Sed nunc mihi in mentem venit.' Argumentum ex antecedentibus dictis et factis. Idem.

Nunc mihi in mentem venit] Recte nunc: quasi alias nihil suspicanti. Idem.

22 *Quod locuta es olim] Pro Ante. Idem.*

Quum illum generum cepimus] Ut arbitrum capere dicimus, id est, eligere. et cum laude locutus est Pamphili. Idem.

Cepimus] Elegimus. Virgilius, 'Ante locum capio oculis.' Idem.

24 *Cum eo] Viro. Idem.*

Qui meretricem amaret: qui pernoctaret foris] Non in hoc est accusatio, quod hæc locuta sit: sed argumentum est, quod celare voluerit partum, quæ hoc olim dixerit. Idem.

Qui pernoctaret] Propter illud quod dixerat, 'Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Quotidie.' Et nota, familiariter hoc verbum poni a Terentio. Sic in Adelphis, 'Sed si hic pernocto, causæ quid dicam, Syre?' Idem.

25 *Quamvis causam] Hoc propter spectatorem dicitur, ut gestorum meminere. Idem.*

Quam ipsam veram] Quia sola ex omnibus defendi non potest. Idem.

26 *Mullo prius scivi, quam tu] Bene pergit, quia taciturnitas pro confessione accepta est. Idem.*

27 *Verum id vitium] Hoc intelligi non potest, nisi vitium bis numero subaudieris. Idem.*

Verum id vitium, &c.] Exemplum disciplinæ Atticæ non uno loco Poëta ostendit, quod propterea observandum est, quia ad rationem argumenti non raro inde aliqua petuntur. Bæclerus.

Decrevi] Κέκρυκα, judicavi, censui. Mer. Casaubonus.

Adolescentiæ] Melius dixit adolescentiæ, quam Pamphili: ut quod in

etate fuerat, non timeret in ingenio.
Donatus.

28 *Nam id omnibus innatum est*] Amare in Adolescentia. *Idem.*

At pol jam aderit, se quoque quum oderit] Mire senectutem accusat senex, quum et velocem ostendit his verbis, *jam aderit*: et addit, *se quoque oderit*: quasi dicat, Non solum non amabit, sed et odio habebit: et non alienas mulieres modo, nec uxorem quoque, sed etiam se ipsum. Plus ergo illatum, quam ratio deposcebat: sed mire ad affectum senis exprimendum. *Idem.*

Se quoque etiam quum oderit] Id est, ut poeniteat enim sui facti. Sed plus dixit, quam si diceret, *Facta sua*. *Idem.*

Se quoque etiam cum oderit] Don. ad senectutem refert, quæ vulgo onus grave habetur, et omnium rerum fastidium afferre solet: sed male meo iudicio. Non enim id vult, opinor, eum ad senectam amori illicito indulsurum, quod perditissimi fuisset ingenii; sed mox, (ut qui talis: *pius* alioquin, *ac pudicus*. act. i. sc. 2.) ad saniolem mentem rediturum ac facti sui odium. Infra, act. v. sc. 1. 'Nam neque hoc animo erit ætatem,' &c. Sen. 'Demus illi spacium, quo despicari quod fecerit possit. se ipse castigabit,' &c. *Mer. Casaubonus.*

29 *Sed, ut olim te ostendisti*] Quum superiora dicta sunt. *Donatus.*

Sed ut olim te ostendisti, eadem esse] Ostendisse eandem te esse, quæ olim fuisti. Al ed. *Sed ut olim te ostendisti, eandem esse nihil cess. usque adhuc.* *Mer. Casaubonus.*

30 *Ut filiam ab eo abduceres*] Vehementius dixit, quam si diceret, Ut filiam ei non redderes. *Donatus.*

Nun, quod ego egissem, esset ratum] Quod ab eo abducis, non bona socrus: quod filiam, non bona mater: quod irrita facis quæ gessi, non bona uxor es, inquit. *Idem.*

31 *Nunc res indicium facit*] Hoc est,

quod celavisti partum. *Idem.*

Id nunc res] Quasi dixerit, *Unde scio.* *Idem.*

Quo pacto factum volueris] Non solum quod fecit, sed etiam quod voluit, objicit. *Idem.*

Quo pacto factum volueris] Deest fieri. *Idem.*

32 *Pervicacem*] Per vim agentem, perniciosam me esse censes. *Idem.*

Cui] Deest ei, vel circa eam. *Idem.*

Cui mater siem] Rursus a verisimili: an mater contra filiam faciat. *Idem.*

33 *Si ex usu esset nostro hoc matrimonium*] Callide mulier, ex his quæ dixit senex, defensionem arripuit. Nam ille sic ait: Negabis posse filiam tuam te pati cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris. *Idem.*

Ex usu nostro] Modo, utile: si pro nostra esset utilitate. *Idem.*

Si ex usu esset nostro, &c.] Myrrhinam quoque, ut alibi Pamphilum, contentio illuc abripit, ut aliquid dicendum esset, in speciem. Itaque quod proximum erat et latius patebat, quam ut proderet aut nimis oneraret partem necessitate non animo segregatam, utilitatem obtendit. Sed haud molliter occurrit maritus; non mulieris id arbitrii aut sollertis esse, de utilitate matrimonii liberorum iudicare; ut hic quoque exaudiri velit sui muneris auctoritatem, de qua postea dicit: 'Aderam, cujus consilio ea par fuerat prospici.' *Baculus.*

Ex usu nostro] E re nostra, et filie. *Mer. Casaubonus.*

34 *Tunc prospicere*] A persona. *Donatus.*

Aut iudicare] Prospicere futura: iudicare presentia. *Idem.*

35 *Audisti ex aliqua fortasse*] Hucus satis et oratorie. *Idem.*

Aliquo] Non a certa persona. Bene aliquo: ademit iudicibus auctoritatem. *Idem.*

Qui vidiſſe eum diceret] Non Qui vidiſſet. Idem.

36 *Exeuntem aut introeuntem*] Sic Cicero, 'Tibi autem, Balbe, respondebo: primum precario, ſi licet, ſi fas eſt defendi a me eum, qui in hortis fuerit, qui unguenta ſumpſerit, qui Bajas viderit.' Non enim dixit, 'Amplectentem amicam.' Idem.

Aut introeuntem] ἔλλανθῃς prima. 'In ludum ducere et reducere.' Idem.

Exeuntem aut introeuntem] ἔλλανθῃς *διαβολας*, et mollis eſt, quia luditur de ſequentibus ad amicam. *ἐφουθενῖς* criminis, de conſuetudine. Idem.

Exeuntem aut introeuntem ad amicam] ἔλλανθῃς *διαβολας* Donatus vocat, et comparat cum illo Ph. 1. 2. 36. 'In ludum ducere et reducere.' Plautus Servius ad illud Virgilii: 'Nec jam amplius armis Sed votis precibusque jubent expoſcere pacem.' Homericum eſt, *εἶρον καὶ ὄλρον ἔσθες*. Baclerus.

Quid tum poſtea] Ἰδιωτισμός, quo contempnimus crimina leviora. Donatus.

37 *Si modeste*] Adhibito modo: vel certe cum pudore ac modestia, ut celatum voluerit. Idem.

Nonne ea diſſimulare nos] Duobus modis feruntur peccata: vel ignoscendo, vel cohibendo. Modo *diſſimulare*, eſt ignorantiam fingere. Idem.

38 *Magis humanum eſt*] Bene, quia et illud humanum diſſimulare. an magis humanum diſſimulare, quia et irasci et arguere humanum eſt? Idem.

Magis humanum] Nota, pro *Humanus*, Terentiano more. Idem.

Qui nos oderit] Qui, unde vel quamobrem. Et recte, nemo enim dolens quod non ametur, id facit quo magis odio ſit. Idem.

39 *Nam si is posset ab ea sese repente avellere*] Oratorie. non contentus defendiſſe Pamphilum, hoc ipſo

illum, quo accusatus eſt, laudat. Idem.

Derepente] Una pars orationis eſt. Idem.

40 *Quicum tot conſueſſet annos*] Laudat ubique eos Terentius, qui conſuetudine vincuntur. Et alibi, 'Hic parvæ conſuetudinis cauſa, hujus mortem tam fert familiariter.' Et mox, 'Ut neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoveat, neque commoneat, ut ſervem fidem?' Ergo ferus, quem longa conſuetudo non commovet. Idem.

Qui cum tot conſueſſet annos] Non quacum, ſed quicum: ut a quibus, et non a quis. Et conſueſſet proprie dicitur in ſtupro. Idem.

Non eum hominem ducerem] Non ſolum, inquit, homo non eſſet, id quod forſitan nihil noſtra intererat: ſed quod nobis maximum eſt, vir ſtabilis filiæ eſſe non poſſet. Idem.

Non eum hominem ducerem, nec virum ſatis firmum gnatae] Poſteſt et ſic intelligi, Non eum hominem ducerem, qui conſuetudinem longi temporis temere abrumperet. Idem.

41 *Nec virum*] Vir modo maritus. Idem.

Nec virum ſatis firmum gnatae] Quem res veneræ non moverent. nam firmum etiam hoc poſſumus intelligere, validum in officio coitus. Sic Horatius, 'Fortique marito Deſtinet uxorem.' Idem.

Mitte adolescentem obſecro] His verbis ſolemus commentitia argumenta contempnere; ut, 'Miſericordia, animus maternus: ſino.' Et alibi, 'Mitto omnia. Adde iſtuc, Imprudens timuit adoleſcens: ſino. tu ſervus.' Idem.

Mitte adolescentem] Etenim ille dixerat: 'Verum id vitium numquam decreviſſe ego adoleſcentiæ. Adeon' perſicaci eſſe animo, ut puerum præoptares perire Potius, quam adverſus animi tui lubidinem eſſet cum illo nupta?' Idem.

42 *Et quæ me peccasse ais. abi: solus solum conveni*] Recte hæc dicit mulier, utpote memor quod cum Pamphilo sit locuta. Et *solus solum* ideo quia metuit, ne orata sua non servet Pamphilus, et ideo multi sciant. *Idem.*

43 *Roga, velintne uxorem, an non*] Verba quibus cum Pamphilo loquatur socer: ne si aliter agat, respondeatur a genero. *Idem.*

44 *Recte consului meæ*] Illum, inquit, nolle, signum erit me providisse filix. *Idem.*

45 *Siquidem ille ipse non vult: et tu sensisti*] Animadvertendum, quemadmodum omnia, quibus se defenderit Myrrhina, in malam partem accipit Phidippus: et hinc magis accusat, unde illa se purgat. *Idem.*

46 *Cujus consilio ea par fuerat prospici*] Non dixit, cujus consilio repudium daretur Pamphilo, ita ad bonum omnia exitum spectant. *Idem.*

47 *Esse ausam facere hæc te injussu meo*] Abducere filiam, celare partum, exponere puerum. *Idem.*

48 *Interdico*] Inter *edico* et *interdico* hoc interest: *edico*mus, quod jubemus fieri: *interdicimus*, quod vetamus fieri. *edico*mus etiam uni generi hominum: *interdicimus* diversis. Itaque *Prætoris edicta* et *interdicta* dicuntur. *Interdico*, separatim dicendum legendumque, quia *interdico ne velis*, non est integrum. *Idem.*

Interdico ne extulisse extra ædes] Id agitur, ne sub incerto intercipiatur puer, et tragædia fiat ex comœdia. *Idem.*

Interdico, ne extulisse extra ædes puerum usque velis] Don. separatim hæc legit, *Interdico; ne velis*, &c. quia, inquit, *interdico ne velis*, non est integrum. Id opinor vult, ideo non integrum, quia voluntas non cogitur: nec votis leges feruntur, sed factis. Sed hoc subtilius; cum, *ne velis extulisse*, valeat hic, *ne efferas*. Mer. Casaubonus.

Ne extulisse extra ædes puerum us-

quam velis] Doctissimus Muretus subtiliter et exquisitè explicat hoc genus loquendi ad v. Eth. Aristot. Omnia exempla interdictum habent, cui minæ insunt, adeoque τὸ πρὸς ἀποδιδρᾶν τοῖσιν, ad præsentium terrendum, eo facit hæc figura. *Bæclerus.*

49 *Meis dictis parere hæc qui postulem*] Demonstrative et accusatorie dixit hæc, quasi tam contumacem. *Donatus.*

Hanc qui postulem] Quid est hæc? utrum mulierem? an uxorem, an contumacem fœminam? *Idem.*

50 *Ibo intro*] Sibi ipsi hoc dicit τῷ ἑωυτοῦ. *Idem.*

Edicam servis, ne quoquam efferni niant] Et hoc recte Poëta, quia ita opus est, ne compleat Myrrhina, quod promisit de exponendo puero. Ait enim, 'Dein continuo exponetur.' *Idem.*

52 *Nam ut hic laturus hoc sis*] Sic ostenditur causa, cur perpetuo celandum sit seni vitium virginis. *Idem.*

Nam ut hic] Quantum iracundiæ habiturus sit, quantum furoris: hoc enim significat *ut*. Et simul Poëta, quod alibi obscure facit, hic aperte demonstrat, quod periculum sit in fabula, nisi κατὰ τὸ πᾶν succurrat. *Idem.*

53 *Non ædepol clam me est*] Id est, scio. *Idem.*

54 *Nec qua via sententia ejus possit mutari, scio*] Nescio quo modo ex iracundo placidus fiat. *Idem.*

Sententia ejus] De puero non exponendo. *Idem.*

55 *Hoc mihi unum*] Hoc adhuc, inquit, malum non mihi evenerat, quum evenerint multa. Et vide, an si *puerum ut tollat cogit*, quasi cum gemitu et percontative pronuntiandum sit. etenim *si*, obscuram locutionem facit: nisi forte *cum*, vel *quod* significat. *Idem.*

Hoc mihi unum ex plurimis miseriis reliquum fuerat malum] Ex omnibus malis reliquum quam dicat, maximum

malum significat. Nam non mediocre est, quod omnium miseriarum est ultimum, et inter mala multa reliquum, quod sic accipimus. Possumus et nos interrogative pronuntiare. *Idem.*

56 *Puerum ut tollam cogit*] Recte tollam. quæstio, unde sit. *Idem.*

57 *Forma in tenebris nosci non quita est*] Ab activo queo, passivum fecit queor, retinendo participium *quita est*, sed antiquè dixit. *Idem.*

Non quita est] Antique, pro non potuit. Mer. Casaubonus.

58 *Neque detractum*] Solet enim fieri. Donatus.

Qui] Unde. Mer. Casaubonus.

59 *Ipsè eripuit*] Hic ad exitum spectat *ῥαπαρκευή*, quia per anulum flet cognitio. Donatus.

Ipsè eripuit] E contrario, inquit, factum est, ipsa ut non eriperet, sed ipsi eriperetur. *Idem.*

60 *Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra*] Scilicet si sustulerimus, cogente sene, enim puerum, quem expositum iri Pamphilo paulo ante promisi. *Idem.*

Simul] Præterea. Mer. Casaubonus.

61 *Quam sciet alienum puerum tolli pro suo*] Non solum, inquit, tolli egre feret alienam, verum etiam pro suo. Donatus.

Cum sciet alienum puerum tolli pro suo] Cum ratione metuit eventum, quem virtus Pamphili discutit infra iv. 4. 82. Bæclerus.

SCENA II. Iambici sunt octonarii acatalectici. vs. 29. omnes; *reduce*. Bæclerus.

Non clam me est, Gnate mi] In hac scena velut qualitas negotiatis in disputationem venit: justumne sit repudiari conjugem causa matris, et omnino quid fieri debeat. Donatus.

1 *Non clam*] Vero ordine a purgatione sui incipit mater abitura: ne, quod discedit, iracundiæ videatur. *Idem.*

Tibi me esse suspectam] Id est, in suspicionem venisse. *Idem.*

Uxorem tuam propter meos mores hinc abisse] Blandius uxorem significat, quam si diceret *Philomenam*. Et mores, proprie senum dicuntur: unde 'senectus morosa,' et 'morosi homines,' qui sui cujusdam moris sunt. *Idem.*

2 *Etsi ea dissimulas sedulo*] Ea, id est, quæ scio: et ea pro eam rem. sed absolute occurrit supra latæ sententiæ, et genere neutro. et est ordo, Etsi ea dissimulas sedulo, non clam me est, &c. *Idem.*

Etsi ea dissimulas sedulo] Bonum et honestum ingenium Pamphili demonstrat mater hac sententia. Bæclerus.

3 *Verum ita me DI ament*] Conjectura, quæ solvitur jurejurando. Donatus.

Itaque obtingant ex te] Pro se jurat, et ita rem Pamphilo probat, ut blanda sit. *Idem.*

Itaque] Dux partes orationis. *Id.*

4 *Nunquam sciens commerui*] Bons exceptio: quia possumus aliquem inscienter lædere, quæ res ad veniam pertinet. *Idem.*

Ut nunquam sciens] Hic ordo est iurisjurandi, ut quum proposuerit ita, sequatur ut. Cicero, 'Ita velim mihi Deos propitios, ut quum illius temporis mihi venit in mentem,' &c. *Idem.*

Merito ut caperet odium illa mei] Bene dixit merito: nam ut nos immerito quis non oderit, non est in nostra manu. hæc est exceptio. Plautus in Trinummo, 'Quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est.' *Idem.*

Merito ut caperet odium illa mei] Id enim est culpa sine merito. *Idem.*

5 *Teque antequam me*] Deest tam. ut sit ordo; Et quam te amare me rebar, tantum firmasti fidem ei rei. *Idem.*

Teque antequam me amare rebar, et firmasti fidem] Ordo et sensus hic est, Et quod ante rebar, ei firmasti fidem meam: neque me fefellit, quod ante rebar, te me amare; nam ei rei hodie

firmasti fidem, id est, probationem attulisti. *Idem.*

Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmasti fidem] Obscuritatis causa hunc versum ejecit Guyetus. Donatus ita expedit, ut dura tamen adhuc videatur locutio, nec Terentiani moris: et quam amari me rebar, i. e. et quod existimabam de tuo affectu, quam me egregie amares, *ei rei firmasti fidem.* et quam te amare me rebar, tantum firmasti fidem ei rei. Nolo referre, quæ alii comminiscuntur: non alio tamen successu, quam ut hæreat sententia, et dictio, et connexio. *Bæclerus.*

Ei rei firmasti fidem] Sed nec sic male fortasse, ut nihil desit: 'Et firmasti fidem ei rei quam ante rebar te amare.' *M. Casaubonus.*

6 *Nam mihi intus tuus pater*] Dixit enim supra, 'Atque in eam hoc omne quod mihi ægre est, evomam.' potuit enim evomendo narrasse, quod matrem filius præposuisset uxori. *Donatus.*

Tuus pater] Familiaris, quam diceret, *Laches.* *Idem.*

7 *Præpositam amori tuo*] Plus dixit, *amori tuo*, quam si *uxori tuæ* diceret. *Idem.*

8 *Ut apud me præmium esse positum pietatis scias*] Laborat mulier, ne quod dictura est, odio, aut dolore, aut certe ira facere videatur. *Idem.*

Præmium esse positum pietatis] Sic Virgilius, 'Hic pietatis honos, sunt hic sua præmia laudi.' *Idem.*

9 *Mi Pamphile, hoc et vobis, et mea commodum*] Rem duram dictura, vide quantis præblanditur verbis, remque præmolliat, 'Nunc tibi me certam est contra gratiam.' *Contra* nunc vicissim. *Idem.*

Et mea commodum famæ] Ab honesto. *Idem.*

Mi Pamphile, hoc et vobis et meæ] Principium hoc aliquid est precantis fæminæ. A blandimento ergo incipit, ut libenter audiat. *Idem.*

10 *Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decrevi patre*] Certo dixit, ne sit dissuadendi locus. *Idem.*

Cum tuo me esse certo decrevi] Ad hoc addidit, *certo decrevi*: ut non audeat dissuadere filius. *Idem.*

11 *Ne mea præsentia*] Non dixit jam culpa, sed *præsentia.* *Idem.*

12 *Quid istuc consilii est*] Bene: quia illa *decrevi* dixerat. *Idem.*

13 *Illius*] A persona. *Idem.*

Stultitia] A causa. *Idem.*

Victa] Non enim volens. *Idem.*

Urbe] A loco. *Idem.*

Tu] A persona. *Idem.*

Habitatum] A facto. *Idem.*

Illius stultitia victa, ex urbe tu rus habitatum migres] Vide quam oratorie omnia congesse, a personis, a cansis, a locis, a factis. *Idem.*

Illius stultitia] Ab utili. Mire autem, et *rus*, et *ex urbe*, et *habitatum*, dixit. *Idem.*

Victa] Impulsa, adacta. *Mer. Casaubonus.*

14 *Non facies: neque sinam*] Primo, *non facies*: deinde, Si facere perseveraveris, *non sinam.* Et, *non facies*, non est interdicentis, sed quasi dicat, Scio te non facturam rem tam pravam. Sunt autem qui *neque sinam* jangant interioribus: sunt qui totum contexte legant, *non facies*, usque *modestia.* *Donatus.*

Ut qui nobis, mater, maledictum velit] Ab honesto. *Idem.*

15 *Mea pertinacia esse dicit factum*] Bene retinet, quum vult sua interesse ne fiat. *Idem.*

Modestia] Moderatione, facilitate. *Mer. Casaubonus.*

16 *Tum tuas amicas te et cognatas deser.*] Fortius hanc *pharrisiarum* Catullus movet carmine LXIV. 'Egone a mea remota hæc ferar in nemora domo? Patria, bonis amicis, genitoribus abero? Abero foro, palæstra, stadio

et gymnasiis?' *Baculus.*

Tuas amicas te, et cognatas deserere] Quæ vitam urbanam, ut in re lauta, omnes amplectuntur. hinc, 'Ab hominibus relegati,' Ciceroni III. de Off. dicuntur, qui ruri habitare coguntur. *Mer. Casaubonus.*

Et festos dies] Tum enim præcipue convivâ et computationes: unde Plaut. 'Festo die si quid prodegeris, Profesto egere liceat, nisi pepercieris.' nialcharistia quæ vocabant, propriè intellexerit; de quibus Ovid. 'Proxima cognati dixere charistia chari: Et venit ad socios turba propinqua Deos,' de quibus plura doctiss. Kindanbr. hic. *Idem.*

17 *Mea causa nolo]* Non est superbum nolo: sed consuetudine dicitur. *Donatus.*

Nihil jam mihi istæc res] Contra omnia. Et ab ultimis dicitur. *Idem.*

Istæc res] Amicæ, cognatæ, dies festi. *Idem.*

18 *Dum ætatis tempus tulit]* Tulit, pro passum est, permisit. et in bonis enim, et in malis dicitur. *Idem.*

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum] Si, inquit, meæ voluptatis causa exercenda sunt, jam non delectant: si officii ac religionis, jam non possum, quæ sim annis. Necessaria divisio: quia ille et religionem incuserat festorum dierum. *Idem.*

Dum ætatis tempus tulit] Non, inquit, reprehendat, quæ quum potuerim, perfuncta satis ann. Sic Virgilius, 'Sat patriæ Priamoque datum.' *Idem.*

Satias me jam tenet] Nimis materne atque aniliter. *Idem.*

19 *Hæc mihi nunc cura est maxima]* Hoc nimis serio pronuntiandum. et ne cui odioso, ne tibi diceret. *Idem.*

Ut ne cui mea longinquitas ætatis obet] Hoc ad nulum, expectationem ad filium refert. hinc enim odio digni parentes, expectati appellantur. *Idem.*

20 *Longinquitas ætatis obet, mor-*

temve expectet meam] Quum sedulo agat socrus, ne quid per iracundiam statuisse videatur. Vide tamen ut intermiscetur indignatio, et multa dolore deprompta sint: quod Poëta non invitus facit, ad mores exprimendos, personasque reddendas. *Idem.*

Longinquitas ætatis] Longitudo, diurnitas. *Mer. Casaubonus.*

3 *Mortemve expectet meam]* In aliis exoptet; sed glossema est. *Faber.*

Exoptet] Alii expectet, quod puto verius: sed eadem sententia. *Mer. Casaubonus.*

21 *Hic video me esse invisam immarito]* Quia rus decrevi pergere: non quasi norum vitatura, sed locum. Et mire invisam, et non addidit cui: sed dixit, *tempus est concedere.* Quia annus sum? an quia nurus in domo? *Donatus.*

22 *Omnes causas præcidam omnibus]* Bene omnibus: ne specialiter læsisset nulum. Et generaliter dixit. *Idem.*

23 *Et illis morem gessero]* Mire illis non nurus. Et morem gessero, acriter dictum ut ostendat, hoc illos olim voluisse, ut expelleretur domo. ut si dicas, inimicum tibi morem gessisse, quod se suspenderet. *Idem.*

Morem gessero] Obsequens, indulgens fuero. *Mer. Casaubonus.*

24 *Sine me obsecro effugere]* Quia dixerat maritus ejus, 'Omnes socrus oderunt nurus.' *Donatus.*

Sine me obsecro hoc effugere] Potentissimum est ad extorquendum aliquod argumentum, quum illis quibus chari esse debemus, nostra causa potius, quam illorum, dicimus velle nos, aut nolle quod facimus. Nam et Pamphilus supra sic dixit, 'Non facies, neque sinam.' *Idem.*

Quod male audis] Supra dixit ab honesto. *Idem.*

Quod] Propter quod, ut alibi non semel. *Mer. Casaubonus.*

25 *Abaque una hac foret]* Abaque extra: ut sit adverbium magis, quam

præpositio. et una, res subaudienda. Et totum *ἐν ὀνόματι*, statimque jungendum, 'Hanc matrem habet talem, illam autem uxorem.' Vel certe, *absque foret*, pro abesset. Alii *hac* de uxore dici putant, ut *absque* sit præpositio. *Donatus*.

Absque una hac foret] Vide Phorm. act. i. sc. 4. sed alise edit. *Absque una hac foret*: ut *ῥδ absque* sit adverb. non præpositio: q. d. hæc una res si abesset, aut, extra foret. Don. utriusque lectionis meminit. *Mer. Casaubonus*.

27 *Non tute incommodam rem, ut quæque est, in animum inducas pati*] Horat. 'Durum, sed levius fit patientia, Quidquid corrigere est nefas.' *Donatus*.

In animum inducas pati] Ita omnes quas vidi edit. claudunt hic sententiam, sed, ut arbitror, perperam. Id enim dicit: Obsecro te, mi Pamphile, non tu ita sponte tua animatus es, ut si quid tibi contra animi tui sententiam accidat, id æquo patiaris animo; dum certe reputas, alia esse, plura, et maiora, quæ tibi pro veto succedant. Hoc certe est, quod passim ethnici inculcant Philosophi; quodque Græci vulgatissima ista (qua Cic. non semel utitur) sententia jactant, *Ἄλλως ἐν ἑσθλοῖς τὸνδε ἀποδοῦναι λόγον*. Apud Virgil. autem, 'Fatis contraria fata rependere.' Ita igitur solum hunc locum distinguendum censeo: Obsecro mi Pam. *Non tute incomm. rem, ut quæque est, in an. ind. pati, Si cetera sunt ita, ut tu vis, itaque ut esse illam existimo?* per interrogationem, scil. Pamphilus enim cetera laudabat uxorem, ut optimam: hoc unum erat quod illi vitio verteret, quod ad mores socrus suæ, mores suos componere non poterat. *Mer. Casaubonus*.

28 *Si cetera sunt*] Bene cetera, absque uno dicenti. *Donatus*.

Itaque ut esse ego illam existimo] Quia potuit dici ei, o socrus, ergo du-

bitas de integritate mæris: addidit, 'Itaque ut esse ego illam existimo.' *Idem*.

Itaque ut esse ego illam existimo] Redit flexu prono, oratorie, ad Philumenæ excusationem; estque hic aditus ad preces de reducenda ea. *Bæclerus*.

29 *Da veniam hanc mihi*] Mihi, propter quam putas non reducendam. *Donatus*.

Da veniam hanc mihi] Concede hoc mihi, ut Cornelius Nepes sæpe loquitur. Ita et Adelph. act. v. sc. 8. *Mer. Casaubonus*.

Va misero mihi] Nec negat, nec promittit: sed intumescit, utpote qui penitus dolore commotus, ætatem animi dissimulare jam non potest. *Donatus*.

Va misero mihi] Nihil potuit pro rerum qualitate respondere, nisi ut ingemisceret. *Idem*.

30 *Et mihi quidem*] *Ἄγδης*. quid enim, *Et mihi?* an ei? multa sic in usu nostro sunt. *Idem*.

Nam hæc res non minus] Hic in lacrimas solvitur Sostrata, quæ orationem absorbent. *Bæclerus*.

SCENA III. Scena satira est Iambicis Octonariis et Trochaicis Septenariis, senario et dimetro Iambicis constans.

Gnyetus egregiam in hac scena explicanda operam navavit. *Bæclerus*.

1 *Quem cum istoc sermonem habueris*] In hoc colloquio reconciliatio senum est post iurgium, mista disputatione Pamphili de non reducenda. *Donatus*.

Procul hinc stans] Scribendam procul hic stans; nam procul, hoc quidem loco, est prope, ut apud Virgilium, 'Serta procul,' &c. Idem in Æneide. 'Terra procul vastis,' &c. id est, non longe. Vide interpretes, et eos etiam, qui ad Plautum scripserunt. Si loqueris hinc, tum procul significarit, longe; quod falsum: neque enim longe erat Laches, cum verba uxoris acceperat. *Faber*.

Procul] *Procul*, nunc prope. *Donat.*

Procul] *Tò procul*, pro *prope*, anti-quis usitatum fuisse, notant Grammatici. *M. Casaubonus.*

Hinc stans accipi, uxor] *Accipi*, audivi. Et modo *uxor*, ante *mulier*: et de uxore, *DI mala prohibeant*. *Donatus.*

Istuc est sapere] *Tò istuc*, exceptive dictum: quasi cetera stulte fecerit. et simul stomachum retinet, quo reprehendat cetera. *Idem.*

Istuc est sapere, qui, ubicunque opus sit, animum possis flectere] Id est, quomodo, vel ut. post *tò flectere*, semicolon, quod in quibusdam edit. reperio, rectum puto. Duo enim videtur dicere, quæ tamen eodem recidunt: nempe in eo veram sapientiam præcipue versari, ut ubi. opus sit, animum possis flectere, et quod faciendum tibi fortasse sit postea ingratis, id si voluntate tua (ut alibi loquitur) prius quam cogat necessitas, feceris. *Mer. Casaubonus.*

Qui ubicunque opus sit] *Qui pro quæ*, interdum abundat. *Donatus.*

Animum possis flectere] Modo non alienum animum, sed suum flectere. et unde flectere? a jurgio ad modestiam, ex concessione ex domo. *Idem.*

Animum flectere] Ad hoc *flectere* animum dixit, ut ostenderet, se nunc quidem purgatam apud se *Sostratam* de præterita culpa. *Idem.*

3 *Quod faciendum sit post fortasse*] Hæc etiam sententia videri potest generalis: et deest ad id: ut sit flectere ad id quod faciendum. Potest et absolute accipi quod, pro, quæ res facienda sit. *Idem.*

Quod faciendum sit post fortasse] Id est, concedendum. et vim necessitatis hoc verbum exprimit. *Idem.*

Quod faciendum, &c.] Possit hic versus aliter scribi. Vide *Færn. Fab.*

4 *Fors fuit pol*] *Fortuna* favet: quasi *τὸ εὐχρησμένον* adversus triste dictum usa est: nam *Fors* fortuna bona est. Et *fuit, sit* significat. dixerat enim ille, *Quod faciendum sit for-*

lasse. *Donatus.*

Fors fuit pol] Id est, bona eveniat. quasi *τὸ εὐχρησμένον* dicat, Bona dicito potius. An bona fortuna sit per *Pollucem*? *Idem.*

Abi rus] Hortantis est ad celeritatem. *Virgilius*: 'Ergo age, chære pater, cervici imponere nostræ.' *Id.*

Ibi ego te, et tu me feres] Non dixit, Ibi nos invicem delectabimur: sed quia senex atque anus est, *Ego te, et tu me feres*, dixit. Et simul, quia nuper incusaverat mores senum, revocare vult causam abcessionis suæ et ad filii culpam aut nurus. *Idem.*

Ibi ego te, et tu me feres] Aut quia noti inter nos sunt mores nostri: aut quia utrique una ætas est. Et sic pronuntia, quasi hoc ipsum necessitate decernat senex, cum dicit, *api rus*. Ergo hinc; *Ibi ego te, et tu me feres*, ipsa pronuntiatio querelam continet de filiis et senectute. *Idem.*

5 *Spero eccester*] Mire non confirmavit mulier, sed sperare se dixit, memor jurgii pristini, et senilis amaritudinis: maxime quod et ille non dixit, Ibi nobis jucunde erit: sed, *Ibi ego te, et tu me feres.* *Idem.*

I ergo intro, et compone quæ simul tecum ferantur] *Κυμικὴ χαρακτῆρ*, et usu quotidiano, satisque moraliter: quia 'Mulieres dum moluntur, et dum comuntur, annus est.' *Idem.*

6 *Dixi*] Denuntiatio est confirmanda sententiæ, nec mutanda: et translata est de foro et causidiciis. *Cic.* 'Præco dixisse pronuntiat.' *Id.*

Dixi] Hoc verbum in fine additum superiora confirmat: et est proprium his, qui peroraverunt causam. *Idem.*

Dixi] Vide *Phorm.* act. 1. sc. 2. *Mer. Casaubonus.*

Pater] Ipsum nomen dehortationem significat, adjecta pronuntiatione. *Donatus.*

Pater] Sic pronuntia, ut hoc vultuose dictum sit, 'Hinc abire matrem.' *Idem.*

7 *Quid vis, Pamphile*] Facote præsto quid vis, respondit. *Idem.*

Quid vis, Pamphile] Versus est trochaicus tetrameter acatalecticus, ut et sequens. *Faërnus.*

Quid ita istuc vis] Rem supra audivit et personam: nunc causam querit. quasi dicat, *Esto ut nolis: quid tantopere non vis?* *Donatus.*

8 *Incertus sum etiam quid sim facturus]* Non, *quid faciam*, dixit: sed *quid sim facturus*: ut incerta molimina etiam verbis posset ostendere. *Idem.*

Quid est] Et, *quid ita istuc vis*, et *quid est*, eo vultu pronuntiantur, ut consilium ejus et verba videatur contemnere pater. *Idem.*

9 *Quid vis facere, nisi reducere]* Sic loquitur Laches, ut aliud Pamphilus respondere non audeat. et ideo dicit, *Æquidem cupio, et vix contineor*: ut reducam scilicet. Adeo magna causa est non reducendi ut cum velim, non possim. *Idem.*

Æquidem cupio, et vix contineor] Donatus: *Ut reducam* sc. at Guyetus, *Vix contineo* me, quin partum Philomenæ aperiarn. *Bæclerus.*

10 *Sed non minuat meum consilium]* Cautè satis, reducendi inquit cupiditas est, non reducendi consilium. *Donatus.*

Id persequar] Non *sequar*, sed *persequar* ait, ut constantiam demonstraret. *Idem.*

11 *Credo ea gratia concordēs magis]* Sententiosè dixit, nunc posse inter se congruere et concordare mulieres, quum et illa esse desiderit socrus, et illa nurus. hæc enim inter illas est dissidiosa conjunctio. Et satis ingeniosè dictum. Tolle enim inter mulieres proximitatem, et nulla causa discordiæ est. *Idem.*

Concordēs magis] Non 'magis concordēs,' verum pro minus discordibus dixit. an ut serviret sententiæ? *Idem.*

Credo, si non reducam, ea gratia concordēs magis fore] Credo si non ostendam me cupidum, et expectem dum illa cupiat, et parentes offerant; eo

magis in posterum fore obsequentem matri, &c. Don. aliter: sed hoc verius puto. *Mer. Casaubonus.*

12 *Nescias]* Utrum concordēs futuræ sint, an discordēs. *Donatus.*

Verum id tua refert nihil] Hoc verbum ex aliqua parte confirmantis est et consentientis. *Idem.*

Utrum illa fecerint] Utrum consentientes sint, aut dissidentes. *Id.*

Utrum] Unum de duobus significat. *Idem.*

Utrum illa fecerint] Utrum ab ipsis, et earum consilio fuerit (matre scil. et filia:) quod redeat: quod tibi polliceris, si ipse reducere non festines: et inde, fore eas magis concordēs in posterum. *Mer. Casaubonus.*

13 *Quando hæc abierit]* Absente matre tua, non est quod sollicitus sis de earum concordia. *Idem.*

Odiosa hæc est ætas adolescentiæ] Supra in personam socrus culpam iratus contulerat discordiæ: nunc et uxori placatus, et nurui parcens, odiorum causam a personis transtulit ad ætates: sed ita tamen, ut magis juniores accusaret, ei de adolescentibus questas, quum miseratur senes. *Donatus.*

Odiosa hæc est ætas] Hæc cum gemitu pronuntiandum est. *Idem.*

14 *E medio aquum est excedere]* Utrum ex urbe rus, an ex vita in mortem. Et satis moraliter, nam in medio stare dicitur supervacuum vel molestus. Et cum stomacho dixit senili. *Idem.*

Postremo jam nos fabula Sumus', Pamphile, senex, atque anus] Quotquot habui familiares, et quos ego Terentium ab hinc triginta annis explicavi, sciunt illi, et in commentariolis suis notarunt, me semper legisse, *fabula*. Gall. dicas: *Nous sommes tous deux bons à faire la matière d'une fable, d'un conte: il y avoit un jour un bon homme et une bonne femme. risi et gavisus sum modo, idem a Guyeto scriptum fuisse, cu-*

jus liber Argenterati prodit anno 1667. non prius. *Faber.*

15 *Senex atque anus*] Hæc duo nomina, ut posita sunt, caput indicant et inceptionem hujusmodi fabularum. *Donatus.*

Sumus, senex atque anus] Per. 'Cinis et manes et fabula fies.' *Donatus* putat alludi ad veterem fabulam, quæ ut plurimum ab his verbis, *senex atque anus*, incipiebant. Ita certe etiam in Plauto, nescio quis exorditur apologum; 'Fuit olim quasi ego sum senex,' &c. *Mer. Casaubonus.*

Jam nos fabula sumus, senex atque anus] Pronuntia *senex atque anus*, quasi initium fabulæ. τῆ ἱστορίας additum, *Pamphile. Donatus.*

16 *Per tempus*] *Opportune*, ut mox. *Mer. Casaubonus.*

SCENA IV. Senariis constat scena, *Bæclerus.*

Tibi quoque ædopol] In hac scena ultimus error est vicinus καταρροφῆ. *Donatus.*

1 *Tibi quoque ædopol sum iratus*] Quasi dicat, Non solum matri tuæ, aut etiam socru tuæ. *Idem.*

Tibi quoque ædopol] Recte: nam et amicos incusamus leniter incipientes, et graviora inferentes. Hanc ergo partus causa leniter incusat: deinde confirmat, inferendo, *graviter quidem.* et statim causam subjungit, cur quidem ei irascatur. *Idem.*

2 *Factum est turpiter*] Quod abscesserit domo mariti. *Idem.*

3 *Etsi tibi causa est de hac re*] Causam more suo pro defensione posuit. Sic in Phormione, 'Quid mihi dicent, aut quam causam reperient, demiror.' Et quæ causa fuerit, ipse dicit. *Idem.*

Causa] Πρὸς αὐτοῖς, quo excuses te. *Mer. Casaubonus.*

Mater te impulit] *Mater te impulit*, absolute: deest enim nam. ut sit, Nam mater te impulit. *Donatus.*

Mater te impulit] Qualitas remota. *Idem.*

4 *Huc vero*] Ipei matri scilicet.

Idem.

Opportune te mihi Phidippe in ipso tempore] Utrum τὰυράλογια est? an *opportune*, quia volebam: et in tempore, quomodo volebam? an, *opportune*, mihi: in ipso tempore tibi, id est, et mihi et tibi commode evenisti. *Idem.*

5 *In ipso tempore ostendis*] Ostenditur nobis id quod quærebamus. *Opportune*, et in ipso tempore, non est idem. Etenim *opportune* dicimus, quum, verbi gratia, invitati ad ipsum tempus incipientis prandii venimus: in ipso tempore, cum jam prandio apposito. *Idem.*

6 *Quo pacto hoc aperiam*] In aliis, *operiam*; et verum est. *Faber.*

Aut quo pacto hoc aperiam] Hoc modo ostendit, nec esse quod simulet, nec id quod verum est, dicendum sibi esse. *Donatus.*

7 *Dic filiae rus concessuram Sostratam*] Blande non addit tua: quasi dicat communi filiae. Et bene, non socrum, sed Sostratam. *Idem.*

8 *Ne revereatur*] Bene *revereatur*: ne odiase Sostratam, sed metuere videatur: et quasi ipsa socrus non odium meruerit, sed reverentiam. *Idem.*

Minus jam quo redeat domum] Τῆς οὐς cum ἀναρροφῆ. ut sit ordo, Quo minus redeat. *Idem.*

9 *Nullam de his rebus culpam*] Relatio criminis potest videri. *Idem.*

Tua] Deest uxor: quod nomen inferius posuit. *Idem.*

Tua] Cum percussione audiendum est, ut subaudiatur uxor, ab eo quod dicturus est, uxore. *Idem.*

11 *Mutatio fit*] Mutationem, suspicionem dicit, erroremque jurgantium. *Idem.*

Mutatio] Deest quarum rerum mutatio, ergo mutatio criminum aut culparum. *Idem.*

Mutatio sit] Criminis scilicet et peccati, id est, vel mea uxor crimen tuæ sustinet: vel tua ad meam trans-

lata est culpam. *Idem.*

Mutatio fit : ea nos perturbat, Laches] Quod in Donato additur; 'Ea, non,' &c. ineptum est et Terentio indignum. quæ præcedunt non male se habent: mutatio fit criminis scilicet et culpæ, quando culpa non amplius in tua domo hæere cognoscitur, sed in mea. non enim a tua sed mea uxore exorta sunt omnia. hæc mutatio nos jam perturbat. Phidippus hæc loquitur, perturbationem animi vultu præferens. Fr. Guyetus delet hunc versum. At Priscianus adducit lib. vii. *Bæclerus.*

Mutatio fit] Commutatio, conversio rerum, μεταστροφή. *M. Casaubonus.*

Ea nos perturbat, Laches] Ea: non ea mutatio, sed uxor, hoc est, Myrrhina. *Donatus.*

12 *Dum ne reducam, turbent porro]* Quomodo est pius erga matrem Pamphilus, si parvi facit, utrum socrus sua perturbetur? an mater a senibus? Solvitnr sic: quia quam non est generis feminini, sed est quantum. *Turbent,* errant et tumultuantur significat, vel turbentur. *Idem.*

Turbent porro quam velint] Quantum velint; aut eam, quam velint, mulierem: sed melius est quod supra diximus. *Idem.*

Quam] Quantum. *Mer. Casaubonus.*

13 *Ego, Pamphile]* Hoc pronomen initium continet orationis graviter inceptæ: ut, 'Ego postquam emi te a parvulo.' *Donatus.*

Ego Pamphile, esse inter nos, &c.] Nihil verius Guyeti sententia: Lache, hic legendum esse, non Pamphile. Illud, *si fieri potest,* Donatus ad supercilium soceri refert, non sustinentis rogare generum. quod sic quoque stare potest; i. e. potest tamen intelligi Pamphilus, licet ad eum sermo non dirigatur. hoc sensu: si fieri potest per contumaciam Pamphili, de qua actus præcedentis scena ultima. *Bæclerus.*

Si fieri potest] Interposuit, ut supercilium soceri demonstraret. *Donatus.*

Si fieri potest] Recte additum, *si fieri potest:* quia non convenit rogari a socero generum, ut supra dixit. *Idem.*

14 *Hanc sane perpetuam volo]* Jam enim est confirmata: sed perpetuam cupit. *Idem.*

15 *Sin est, ut aliter tua siet sententia]* Τῷ ἐμπύκνῳ vitavit illud quod est ominosum, ne dissidium diceret. ut Virgilius, 'Gravior ne nuncius aures Verberet.' *Idem.*

16 *Accipias puerum]* Jure, quia liberi patrem sequuntur. Et mire hoc maxime adjecit, quod maxime recusat Pamphilus: et propter quod uxor quoque non redcitur. Et accipias, pro accipe: ut quiescam, pro quiesce. *Idem.*

Accipias puerum] Donatus: 'Jure, quia liberi patrem sequuntur.' Nec jus postea agnoscit Laches vs. 46. et sequentibus, tanquam indubitabile et translaticium. adde vs. 77. et seq. ubi nec Pamphilus invenit, quod opponat auctoritati hujus juris. Quod enim opponi poterat, alienum scilicet puerum, et ex Pamphilo natum non esse, id vero summo studio celandum fuit. Alias hæc quaestio fuisset: 'Si divortium vis, alere filium debes ex te natum.' responderet Pamphilus: 'Non est meus, sive ex me natus.' controversia: 'An sit Pamphili filius, qui ex Philumena natus est.' Nunc autem fidem de silentio promisso, servandam sibi duxit Pamphilus. Manet ergo hic quaestio, ad quem, divortio facto, pertineat, alere liberos. de qua re quid Imperatores Romani constituerint, vide l. Un. C. Divort. Fact. l. III. Cod. de Alend. lib. Novell. cxvii. c. 7. Hoc interim ad artem Poëtæ pertineat, ne absolutur hæc controversia; neque de divortio ut plane facto, sed fatero agatur: nisi catastrophe in tempore

subvenisset. *Bacclerus.*

Sensit peperisse, occidi] Hoc maxime inopinatum est Pamphilo: quia sororas promiserat omnes ignoraturos. *Donatus.*

Sensit] Proprie sic. *Idem.*

17 Puerum! quem puerum] Moralliter primo dubitat quid audierit: deinde quasi certus quid audierit, admiratur, dicendo, *quem puerum?* *Idem.*

Puerum! quem puerum] Bene cum consternatione animi: quod nunquam fando acceperat. *Idem.*

Natus est nobis] Bene, quia ambo avi. *Idem.*

18 Nam abducta a nobis] Bene, non abierat, sed *abducta fuerat*: ut magis sit culpa matris. *Idem.*

A vobis] Pro, a Pamphilo. *Idem.*

Nam abducta a vobis pragnans fuerat] Hoc totum cum indignatione in uxorem pronuntiandum est. *Idem.*

19 Neque fuisse pragnantem] Pragnans est ante gnatum, vel ante genericem: est enim *prae*, ante. *Idem.*

20 Bene, ita me Di ament] Agit gratias nuntianti: gratulatur ob susceptum nepotem: gaudet liberatam nurum. *Idem.*

21 Natum illum, et tibi illam saluam] Proprium affectum refert, sihi nepotem, illi filiam esse servatam. *Idem.*

Et tibi illam saluam] Recte tibi, quia pater puerperæ est cui dicit. *Idem.*

Sed quid mulieris uxorem habes] *Quid mulieris*, dixit: ne diceret, qualem mulierem, aut aliquid gravius. Et totum percunctative potius, quam pronuntiaret, et diceret, Pessimam mulierem, et male moratam uxorem habes. Et reprehensio est cum contemptu. sic et, 'Quid hominis?' ut Virgilius, 'Tu mihi quodcumque hoc regni.' Ac contra cum honore sic dicimus, 'Quem hominem habes?' *Idem.*

Quid mulieris] Qualem; quod ge-

nus? ut Heaut. act. iv. sc. 7. 'Quomodo, quid hominis es?' *Mer. Casaubonus.*

22 Moratam] Id est, institutam. et est participium sine verbo. *Donatus.*

23 Neque hoc celatos] Non partum celatos dicit: sed pragnantem filiam fuisse. *Idem.*

Nequeo satis, &c. proloqui] Magna exaggeratio. *Idem.*

24 Quam hoc mihi videtur factum prave] Totum modeste, quamvis indignetur: quia apud maritum axor non est vehementius accusanda. *Id.*

Quam hoc mihi] Quod pragnans fuerit filia: non quod natus est puer. *Idem.*

25 Non tibi illud factum minus placeat quam mihi, Laches] Non possum mihi persuadere sic scriptum a Terentio fuisse; conjicio legendum: *Quam tibi illud factum minus placeat, tam mihi, Laches.* Ductylus in prima fuerit, nam *illud* primam olim communem habebat. Guyetus sic, *Non mihi factum illud magis placeat quam tibi, Laches.* Faber.

Non tibi illud factum minus placeat, quam mihi, Laches] Utrum quia minus et magis, quoniam sequitur "an elapsera est? ut ait ordo, Non minus mihi placeat, quam tibi. Et *placeat*, pro displicet intelligamus: ut alibi: 'Nunc me hospitem lites sequi, quam hic mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commendent.' *Donatus.*

Non tibi illud factum] Sub *elapsera* est dictum. hoc enim ait, Tantumdem tibi placeat hoc factum, quam mihi. Alibi, 'Nunc me hospitem lites sequi,' &c. *Idem.*

26 Etsi jam dudum fuerat ambiguum hoc mihi, Nunc non est] Etsi antea de reducenda, vel non, uxore dubius animi eram, (vel, fuissem) quid statuerem; nunc non sum. certum est, non reducere, cum, &c. *Mer. Casaubonus.*

27 Quum cum consequitur alienus

puer] *Alienus*, quod senes gratulantur, id maxime lædit Pamphilum. *Donatus*.

Consequitur alienus puer] Metaphorè a pecoribus, quæ ut mox nata fuerint, matres sequuntur. Virgilius, 'Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosque Deducunt.' *Idem*.

28 *Nulla tibi Pamphile hic jam consultatio est*] De reducenda scilicet uxore. *Idem*.

29 *Peri*] Hoc sibi ipse Pamphilus dicit. *Idem*.

30 *Cum ex te esset aliquis qui te appellaret patrem*] Bene hoc putavit, quod Pamphilo non videtur: hoc est, ex illo esse quod natum est. *Idem*.

31 *Evenit*] Proprie *evenit*. ideo et 'honorum eventus' dicitur. *Idem*.

Nullus sum] Ipse sibi iterum hoc. ulterius est, quam *peri*: quia quum aliquis perit, reliquum vel cadaver est. *Idem*.

32 *Ac noli adversari mihi*] Causam interposuit senex, quo magis facere filius non recuset. *Idem*.

Si ex me illa liberos vellet sibi] Ut apparet, tantum commentus est causam. *Idem*.

Si ex me illa liberos vellet sibi] Natus est Pamphilus ex verbis senis causam aliam dissidii. *Idem*.

34 *Aut se esse mecum nuptam*] Vestuste mecum nuptam, dixit. Et recte: quia partus confirmat nuptias. Et melius, *nuptam mecum*: quasi tectam et opertam uno cubiculo mecum. *Nubere* enim, est operiri tegique: unde et *nubes*, quod tegere solent cælum, dicuntur. Virgilius, 'Arsurasque comas obnubit amictu.' *Idem*.

35 *Non me clam haberet*] Id est, non tacuisset, partumque celasset. *Idem*.

Quod celasse intelligo] Non dixit, natum filium: ne interposito affectu molliretur iratus. *Idem*.

36 *Nunc quum ejus alienum esse a me animum sentiam*] A presenti tem-

pore. *Idem*.

37 *Nec conventurum*] A futuro. *Id.*

38 *Quamobrem reducam*] Firmior conclusio facta est per interrogationem, quam si esset pronuntiativa. *Idem*.

Mater quod suavit sua] A derivatione causæ defensio: et præterea status est venialis, ab imprudentia descendens. *Idem*.

Sua] Pro *ejus*: ut, 'Namque suam patriam antiquam cinis ater habebat.' *Idem*.

39 *Adolescens mulier fecit*] Multa dixit: et *mater sua*, et *adolescens mulier*. et quasi docet hoc exemplo, parendum patri esse. *Idem*.

Adolescens mulier] Supra, 'et tibi' Philumena (adolescenti mulieri) 'causa est de hac re, mater te impulit.' *Mer. Casaubonus*.

Mirandumne id est] Bene mirandum, non irascendum, dixit. Miramur enim magis si amici peccaverint, quam irascimur. *Donatus*.

40 *Reperire ullem mulierem*] Quasi dicat, si hanc repudiaveris. *Idem*.

41 *An quia non delinquant viri*] *Elpsew*q dictum: non enim non delinquant. *Idem*.

An quia non delinquant viri] Si nec ipsi viri sunt immunes a culpa, quanto magis forendæ mulieres? *Mer. Casaubonus*.

42 *Vosmet videte jam, Laches, et tu Pamphile*] Nec rogare socerum, nec interesse convenit, ubi certior sit ad repudiandum gener. *Donatus*.

Vosmet videte jam, Laches] Virgil. 'Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti.' *Idem*.

43 *Remissam opus sit vobis, an reductam domum*] In veris codicibus sic est, *Remissam*, an *reducta*: ut sit *Remissamne*, an *reducta*. *Idem*.

Remissam opus sit vobis] *Donatus* habet: *Remissam opus sit vobis an reductam*. Sed corrigit, et in veris codicibus sic esse ait: *Remissam opus sit vobis an reducta*. ut sit, *Remis-*

sane an reducta. Recte. Argentoratensis codex itidem vitiose: *Remissam an opus est vobis reductam domum*. sequenti versu Donatum merito refutat Guyetus. *Baerlerus*.

Remissam opu' sit vobis an reductam domum] Opus hanc rem, et, opus hac re, utrumque legitimum. Sed Don. magis probat illorum codicum lectionem, qui habent, *Remissam* (i. e. remissane) *opu' sit vobis, an reducta domum*: id autem dicit: Videte vos, an malitis expectare, dum illa remittatur a nobis, (quo pertinet illud act. III. sc. 5. 'Ita nunc is sibi supplicatum me putat?') an ipsi reducat. *Mer. Casaubonus*.

44 *Uxor quid faciat, in manu non est mea*] Ordo, Uxor mea quid faciat, in manu non est: deest *ejus*. ut sit, in manu ejus non est: sed in mea potestate positum est. *Donatus*.

In manu non est] Uxoris scilicet. Et est ordo, Uxor mea quid faciat, in manu ejus non est. *Idem*.

45 *Neutra in re vobis difficultas*] Promittit facilitatem suam: ut tamen uxor roganda sit. An aliter, et ut supra annotavimus. *Idem*.

46 *Sed quid faciemus puero*] 'Quid me fiet,' et 'Quid fiet mihi' dicitur. *Idem*.

Sed quid faciemus puero] Qui utique quicquid erit, patri reddendus est. *Idem*.

Ridicule rogas] *Ridicule*, vel adverbium esse potest, vel nomen: si nomen est, subdistingue *ridicule*: et sic interroga, cum vi pronuntiationis. *Id.*

47 *Huic reddas*] Pamphilo scilicet. *Idem*.

Huic suum reddas scilicet] Sic dixit, *Huic suum*, et *reddas*; quasi reposcat Pamphilus. Et non subjunxit, *ut aliat*, sed, *ut alamus*: ut sua quoque interesse monstraret. *Idem*.

48 *Ut alamus nostrum*] Scilicet Pamphili filium, nepotem meum, utrumque nostrum. *Idem*.

Quem ipse neglexit] Si ipse legeris,

clare dictum est: si *ipsa*, lenius est, et videbitur senex ob murmurationem ejus intellexisse, quod nolit puerum tolli: et ideo adpositum, *Quid dixisti? eho! an non alemus, Pamphile?* *Idem*.

Quem ipse neglexit] Legitur et *ipsa*, et hoc est melius: ut sit pater vocativus casus. *Idem*.

Quem ipsa neglexit, pater, ego alam] Hic sibi obmurmurans, vultu et verbis ostendit nolle suscipere filium. *Idem*.

Quem ipsa neglexit pater] Recte Donatus *quod ipsa praefert tamen ipse*: in eo autem negatur, quod non vidit, *quod ipse* nullo modo stare posse. quod et Faërnus animadvertere debuit. quid enim sibi hoc vellet? *quem ipse pater neglexit*. an Pamphilus prodit hic secretum, et alium filii patrem nominat? nihil magis ab argumento alienum, aut iis, quae sequuntur, adversum, si hoc voluisset Pamphilus enuntiare, plane aliud esset factus status fabulae, neque ad illud periculum res pervenisset, ex parte Pamphili, quod videmus a poeta signari, et ad *καταστροφήν* maturandam intendi. 'Omnia' enim 'facit poeta, ne aut rem palam faciat, aut intercedat divortium,' ut recte Donatus. At enim, inquit Faërnus, hoc non est satis causae, ut filium suum abjiciat Pamphilus, quod sit a matre neglectus. Equidem Pamphilus nolebat hanc disputationem ingredi; sed satis habuit, si ad declinandam omnem juris disceptationem, injiceret hic suspitionem majoris alienationis ac dissidii, ex tam contumaci et incredibili dissimulatione, sicut ipse explicat. *Baerlerus*.

Ipsa] Mater scil. quem mater ipsa celatum voluit asil, act. v. sc. 1. 'Sin autem est ob eam rem iratus gnatus, Quod peperit uxor clam.' *M. Casaubonus*.

Quem ipse neglexit pater, ego alam] Haec ita dicuntur a Pamphilo, ut a

Lachete non satis audiantur. *Faber.*

49 *An non alemus, Pamphile*] Quod faciendum sit, a contrario vult senex proutinatione demonstrare, quod scelus sit non fecisse. *Donatus.*

50 *Prodemus quæso potius*] Deseremus, projiciemus, porro dabimus. Virgilius, 'Unius ob iram Prodimur.' Nam a quo defendendi sumus, si nos deserit pater? *Idem.*

51 *Enimvero prorsus jam tacere*] Multa reticentia de filiorum vitis, et defensione quoque apud soceros uti parentes, sæpe Terentius demonstravit, et præcipue in Andria, quum dicit, 'Ego illud sedulo negare factum, ille instat factum.' *Idem.*

Jam tacere non queo] Quamvis tacendum sit. *Idem.*

52 *Ut præsentem hoc loquar*] Ostendit Poëta, affectu ulterius, quam decet, provehi senem, sed cum confessione morata, quæ patris officium in tegendis apud alios filiorum erratis declararet. adde vs. 90. *Bæclerus.*

53 *Ignarum censes tuarum lachrymarum esse me*] Conjectura quod amet meretricem Pamphilus. *Donatus.*

Ignarum tuarum lachrymarum esse me] Apparet illum a Sostrata hoc audisse, nam ipsa filium reprehenderat flentem. *Idem.*

Ignarum censes tuarum lacrimarum.] Quas non ipse sed Sostrata deprehenderat. *Bæclerus.*

54 *Sollicitere*] Perturberis, commoveare. *Donatus.*

Ad hunc modum] Id est, immoderate. *Idem.*

55 *Primum, hanc ubi dixisti causam*] A summo ad imum. *Idem.*

Nactus alteram es] Nanciati proprie dicitur qui paratus ad tenendum, antequam possit reperire quod teneat, statim, quod occurrerit, apprehendit. *Idem.*

61 *Aliquando tandem huc animum ut adjungas tuum*] Mire est temporis invectionio: Et *Aliquando tandem ut adjungas*, deest *fac*: sed plenum pro-

nuntiatione est. *Idem.*

Huc] Ad uxorem. *Mer. Casaubon.*

62 *Quam longum spacium*] Ab anteaetis. *Donatus.*

63 *Sumptus, quos fecisti in eam*] Recte hoc dixit: quia impetrabilior esse debet indulgentissimus pater. ut alibi, 'Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc, Quæ meocumque animo libitum est facere: eine ego ut adverter?' *Idem.*

64 *Egi, atque oravi*] *Agit*, qui justam rem dicit: *orat*, qui animo demisso precatur, ut quasi beneficium præstetur sibi. *Idem.*

Oravi tecum] Ita Plautus sæpe, 'orare mecum,' 'tecum,' &c. pro, 'me,' 'te,' &c. *Mer. Casaubonus.*

65 *Tempus dixi esse*] *Tempus*: quia diu multumque sustinuit. *Donatus.*

Impulsu duxisti meo] Multum valet ad suadendam laudatio ejus, apud quem agimus: et ex ea parte laudatio, qua illum volumus inflecti. *Id.*

66 *Quæ tum, obsecutus mihi, fecisti, ut decuerat*] Ordo, Quæ fecisti tam obsecutus mihi, ut decerneat. *Idem.*

Quæ tum obsecutus mihi, fecisti] Juveniliter satis, quia non dixit, Multum amans. *Idem.*

67 *Nunc animum rursus ad meretricem*] Hoc vultuose et demisso labro: ut appareat invitum adduci ad reprehendendum, qui laudaverit modo. *Id.*

68 *Cui tu obsecutus*] O meretricis superbiam non ferendam! *Idem.*

Facis huic] Scilicet uxori. *Idem.*

69 *Nam in eandem vitam*] *Parcus vitam* dixit, quam flagitium atque libidinem. *Idem.*

Nam in eandem vitam te revolutum denuo] *Ἐς λουταμένην εἰς κέλυμα βαπ- βέρον.* 2 Pet. II. vs. 22. *Mer. Casaubonus.*

Te revolutum denuo] Non redire, sed revolutum esse: tanquam invitum aut nescium. relinquit enim quandam veniam, ut velit esse correctior. *Donatus.*

70 *Mene*] Hoc genus interrogatio-

nia negativam habet significationem.
Idem.

Et facis injuriam] Pro, facis injuste.
Idem.

72 Ut cum illa vivas] Gravius est cum meretrice vivere, quam meretricem amare. *Idem.*

Testem hanc quam ab te amoveris] Laudata est hic uxor modesta, quam illam testem, non impeditricem appellet socer. *Idem.*

Testem hanc] Uxorem tuam, testem (quandiu domi tecum) tuæ impudicitiae et impuritatis. *Mer. Casaubonus.*

73 Sensitque adeo uxor] Aliud argumentum, quo vult in Pamphilum referre, non solum illius, sed etiam uxoris culpam. Et hic vide non accusari socrum. *Donatus.*

74 Plane hic divinat] Divinat dixit, pro verum dixit, et nota divinat, de præterito dictum. Unde proverbium, 'Aiunt divinare sapientem.' quia qui dicit verum, divinus est. *Idem.*

Divinat] Verum dicit. ita quidem credebatur Phidippus. Vide supra act. iv. sc. 1. *Mer. Casaubonus.*

75 Dabo iurjurandum] Ubi argumenta et testimonia deficiunt, ibi iurjurando opus est: et id est *brexvos rloris. Donatus.*

Nihil esse istorum] Satis concinne dixit istorum, ne in singulis commoraretur. *Idem.*

76 Reduc uxorem. aut quamobrem non opus sit, cedo] Quia Pamphilus hoc solum defendit, non id esse, quod pater putat, nec causam, quæ vera sit, protulit: ideo senex, relicta tota questione, rediit ad id quod agitur, et ait, *Reduc uxorem:* aut dic, quæ res vetat. *Idem.*

Non opus sit] Reducta scilicet. *Idem.*

77 Non est nunc tempus] Quia socer adest. Et oratorie confugit ad dedicationem, defensione titubante. *Idem.*

Accipias] Pro accipe. Causa cur accipiat. *Idem.*

78 Nam is quidem in culpa non est] In hoc dicto est quædam faceta irrisio ejus, qui nimis iracundus sit. *Idem.*

Post de matre videro] Bene de matre concedit, ut de puero extorqueat: quia scit parentum concordiam firmam esse per filios. *Idem.*

79 Omnibus modis miser sum] Quid est, omnibus modis? utrum et circa parentem, et circa uxorem? an et in reducenda, et in non reducenda? *Idem.*

Miser sum] An miser sum, cui maxime obtrahitur quod maxime fugio, id est, puer? *Idem.*

Omnibus modis miser sum] Sive reducam, sive non reducam. et hæc ille seorsim, ut senes non audiant. *Mer. Casaubonus.*

Concludit pater] Translatio de fera indagata. Sic Cicero, 'Circumdatus Verri cancellos,' ait. *Donatus.*

82 Nam puerum, credo] Omnia facit Poëta, ne aut rem palam faciat, aut intercedat divortium. *Idem.*

Tollet] Laches, scilicet. Alii legunt, *tollent. Faber.*

83 Adjatrix socrus] Quæ dixit, Continuo exponetur. *Idem.*

84 Fugis? hem] Ex verbis patris ostendere voluit, quid agat Pamphilus, et ille abibo dixit, hic fugia. *Idem.*

85 Num tibi videtur esse apud sese] Quasi ob amorem meretricis insanus. *Idem.*

Apud sese] Animi compos? *Mer. Casaubonus.*

Sine] Sine, separatim accipe: quia vim habet comminantis. *Donatus.*

88 Amara mulieres] Quasi vir, dixit amaras mulieres. non enim laudat, sed causam dicit, unde uxor offenderit Pamphilum. *Idem.*

Non facile hæc ferunt] Non facile ferunt pellicatum, neque amorem aliarum in viris. *Idem.*

Non facile hæc ferunt] Pellicatum scil. et fortivos maritorum amores. *M. Casaubonus.*

89 Nam ipse narravit mihi] Utrum

fluxit hæc dixisse filiam sibi? an vero *κατὰ τὸ συνάκουρον* factum est? Ego nentrum puto: et sic intelligo, quod de uxore sua dicat, ipsa narravit mihi: secundum illud quod supra dixit; Nunc mihi in mentem venit, de hac re quod locuta es olim, quum illum generum cepimus. nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati cum eo, qui meretricem amaret, qui pernotaret foris. *Donatus.*

91 *Neque illi credebam primo*] Quare non credebas? namque amaræ ad hanc rem mulieres sunt, et sæpe de nihilo suspiciosæ. Et bene hoc addidit, ne timuisse generum videretur. *Idem.*

Nunc verum palam est] Ita in lib. Bembii; id est, *veritas*. Faber.

A nuptiis] Non dixit a *filia mea*: sed quod pater Pamphili magis doleat, a *nuptiis* inquit. nam Philumenam nolle, irati est: odisse nuptias, amatoris. *Donatus.*

93 *Quid ergo agam, Phidippe*] Mire conturbatur pater, quasi res sua tantum agatur. Et vide quemadmodum Poëta latenter festinet ad rerum cognitionem. *Idem.*

94 *Meretricem hanc*] Bene hanc, quasi eam quæ interturbat. sic enim sumitur hoc pronomen: ut, 'Hanc-cine ego vitam parsi perdere?' Et, 'Tuæque animam hanc effundere dextra.' Id est, malam. *Idem.*

Hanc] Quasi dicat, quæ nos perturbat. *Idem.*

Primum] Bene *primum*: ut intelligamus deinde Pamphilum. *Idem.*

95 *Oremus*] Utrum rogemus? an quod est verius, omni genere eloquii commoneamus? unde oratores orare et perorare dicuntur: et orator nomen accepit. Virgilius, 'Talibus orabat dictis.' Nam qui orat, accusaturus aut commoniturus orat. *Idem.*

Oremus] Id est, eloquamur. Potest intelligi et Rogemus: sed non convenit personæ potiori, et causæ, et ipsi verborum ordini. *Idem.*

96 *Si cum illo habuerit rem postea*] Ut in Eunuchis, 'Quocum uno tum rem habebam hospite.' *Idem.*

97 *Bacchidem hanc vicinam nostram*] Sic maluit, quam meretricem dicere: ne grave sit cum ea seni loqui, nisi quia vicina est. *Idem.*

Huc evoca verbis meis] Bene servata sunt personis congruentia. Nam socerum monere hanc rem tantum decuit, non etiam facere, ut cum pellice filiam suæ mitius sermocinaretur. Et, *Huc evoca verbis meis*: deest eam. *Idem.*

102 *Si illo modo est ut possit*] Manere scilicet, vel fieri ut maneat. *Idem.*

103 *Sed vine adesce me una dum istam convenis*] Melius pronuntiaveris, si renitente et improbante hoc vultu, dicere acceperis Phidippum: quasi non oporteat interesse socerum. Ideo mutat sententiam Laches, et relegat eum in procurationem alterius rei. *Idem.*

104 *Nutricem para*] Pro, quære. *Idem.*

ACTUS V.

SCENA I. Saturata scena e Iambicis et Trochaicis acatalect. et catalect. *Bæclerus.*

Non hoc de nihilo est] Rarus vitæ color in hac locutione miscetur a Poëta. Nam meretrix loquitur et senex; et quod est mirabilius, bona meretrix, mitis

senex. ut intelligas laborasse Terentium, ut et a lege comicorum recederet, et in actu tantum consuetudinem retineret. *Donatus.*

1 *Non hoc de nihilo est*] Debet mirari meretrix, quum ad senem ducitur: debet timere, quum ad patrem:







3 2044 050 670 017



